



28

6 IV-4

2. a. 2-

3.



7 4108 400



MADE IN SPAIN

R. 10816

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI, OPERA QUÆ HACTENUS REPERIRI POTVERUNT OMNIA.

IAM POSTREMUM, AD EXEMPLARIA MANUSCRIPTA COL-
latione facta, quam accuratiff. recognita, aliquot etiam libris auctiora; nunc primum in capita,
& certo ordine, habita quantum fieri potuit temporum ratione, in quinque Tomos distincta.

CVM IACOBI PAMELII BRUGENSIS, THEOLOGI, ARCHI-
diaconi Audomaropolitani, Argumentis & Aduotationibus toti operi interiectis, quibus tum loci obscu-
riores explicantur, tum quidquid ad Antiquitatem Ecclesiasticam spectat, illustratur.

AB EODEM PAMELIO RECENS ADIECTA TERTULLIANI VITA;
Scripturarum citatarum Index locupletissimus, aliæque Prolegomena.

ACCESSERE ET LOCI EX CONIECTURA LATINI LATINUM VITÆ
biensis restitui, & erudita in lib. de Pallio IOANNIS MERCERII Antecessoris Bituricensis Commentaria. Auctoris Dam-
nari

CATALOGVM TOTIVS OPERIS INVENIET LECTOR POS-
Epistolæ Dedicatarias; & in singulis Tomis Prefatiunculæ de librorum ordine.

*Del col. de la
Comp. de P. de Granada*



*Del col. de Granada de la
Comp. de P. de
Coma este libro confor-
al Copiacion del año 1613
En posesion de los Señores
quidose a 10 de Noviembre del
mismo año. M. de Coma*



PARISIIS,
APVD MICHAELEM SONNIVM, VIA IACOBÆA,
SVB SCVTO BASILIENSI.
M. D. XCVIII.
CVM PRIVILEGIO REGIS.





BEATISSIMO PATRI,
 SANCTISSIMO QVE DOMINO
 NOSTRO, GREGORIO XIII. ROMANÆ
 ATQVE ADEO CATHOLICÆ ECCLE-
 SIÆ PONTIFICI MAXIMO.



SEPTIMIUS TERTULLIANVS (Lactantio teste Instit. diuin. lib. 5. cap. 1.) fuit quidem omni genere litterarum præditus, sed in eloquendo parum facilis, minus comptus, & multum obscurus. Quod ipsum repetens B. Hieronymus lib. de Instit. Monachi ad Paulinum: Tertullianus (inquit) creber est in sententiis, sed difficilis in eloquendo. Atque hæc causa præcipua, SANCTISSIME PATER, cur eius opera, non nunc modò, sed etiam iam olim à sæculis aliquot, aut penè incognita, aut certè minus trita, vulgaratque fuerint, & vt verbis Lactantij vti pergam, non satis celebritatis inuenerint. Altera cur paucorum manibus versata fuerunt ratio, quia B. Gelasius Papa I. ob errores in quos inciderat, inter apocrypha numerauerit, & inde factum sit, vt posterioris Ecclesiæ scriptores illis abstinuerint; parum animaduertentes, vt videtur, ea quæ tali nota censerentur, non omninò, sed publicè & in templis tantùm pronuntiarì prohibita. Quod, tum ex voce *ἀποκρυφα*, quæ non aliud quàm occultum quid significat, manifestum est, tum ex Gelasij decreto comprobatur, in quo Apocryphorum scriptorum mentionem iniicit, posteaquàm eos libros recensuit, quos in Ecclesia recitari voluit. Verùm enimuero neque styli obscuritas, neque Hæresis subsecuta, B. Cyprianum aut B. Hieronymum deterruit, quo minus ita familiarem sibi hunc scriptorem habuerint, vt etiam verbotenus plerumque illum imitati sint. De Cypriano enim ita scribit Catal. Script. Eccles. Hieronymus: Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, senem; qui se B. Cypriani iam grandis ætatis Notarium, quum ipse esset adolescens, Romæ vidisse, diceret; referreque sibi solitum; nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione vnã diem præterisse, ac sibi crebrò dicere: Da Magistrum, Tertullianum intelligens. Et Epist. ad Pammach. ac Ocean. Beatus, inquit, Cyprianus Tertulliano magistro vitur, vt eius scripta probant; quumque eruditi, & ardentis viri delectetur ingenio, Montanum cum eo Maximillamque nõ sequitur. Idem, ad se quod attinet, imprimis Nepotianum in Epitaphio laudat, quod ex frequenti huius Auctoris

vsu etiam stylum posset discernere: Illud aiebat (inquit) Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantij, illud Hilarij est. Sic Minutius Felix, ita Victorinus; in hunc modum locutus est Arnobius. Deinde Eustochium, ad eiusdem lectionem lib. de Custod. virg. his verbis adhortatur: Si tibi placet scire, quot molestis virgo libera, quot vxor obstricta sit, legas Tertullianum ad Amicum Philosophum, & de Virginitate alios libellos. Quomodo item id fieri expediat, Epist. ad Tranquillinum significat: Ego (inquit) Origenem propter eruditionem sic interdum legendum arbitror, quomodo Tertullianum, Nouatianum, (sic enim lego, pro: Nouatum) Arnobium, Apollinarium, & nonnullos Ecclesiasticos scriptores, Græcos pariter & Latinos; vt bona eorum eligamus, vitemusque contraria, iuxta Apostolum dicentem: omnia probate, quæ bona sunt tenete. Quid? quod etiam libros de Monogamia, quos tamen aduersus Ecclesiam conscriptos alibi fateretur, Epistola ad Paulinum, citet.

Hæc ego prolixius, vt posthac & à Tertulliani lectione alienus sit nemo; & quomodo legendus, agnoscat Lector plus æquo scrupulosior. Huc certe primùm nos inuitare debet summa eius antiquitas. Nam ab eodem Hieronymo primus post Victorem, & Apollonium, Latinorum scriptor adferitur; quod ei mirum videri non debet, qui B. Irenæum, & primos illos Pontifices Romanos, S. V. prædecessores, Clementem dico, Anacletum, Euaristum, alióque ad eius ætatem vsque, Græcè potius quàm Latinè scripsisse mecum senserit. Deinde talis est viri eruditio, vt (Vincentio Lirinensi teste lib. aduersus proph. hæreseon nouit.) apud Latinos nostrorum omnium facile princeps iudicandus sit. Quid enim (inquit) hoc viro doctius, quid in diuinis atque humanis rebus exercitatus? Nempè omnem Philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, auctores adfertoresque sectarum, omnésque eorum disciplinas, omnem historiarum, ac studiorum varietatem, mira quadam capacitate mentis complexus est. Ingenio verò nonne tam graui, ac vehementi excelluit; vt nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruerit, aut pondere illiferit? Iam porrò, orationis suæ laudes quis exequi valeat? quæ tanta, nescio qua rationum necessitate (seu densitate, vt alij legendum censent) conferta est, vt ad consensum sui, quos suadere non potuerit, impellat; Cuius quot penè verba, tot sententiæ sunt; quot sensus, tot victoriæ. Quibus verbis alia quoque ratio scripta eius amplectendi iudicatur; quod aduersus Gentes & Iudæos nemo eo doctius scripserit; aduersus autem Hæreses illas vetustiss. (quarum pleræque, præ dolor, hodie repullulascere incipiunt) præter eum & Irenæum, nullus, & aduersus Marcionem solus hic scriptor exstet. Hinc rectè idem Lirinensis prosequitur: Sciunt hoc Marciones, Apelles, Praxeæ, Hermogenes, Iudæi, Gentiles, Gnostici, ceterique; quorum ille blasphemias multis ac magnis voluminum suorum molibus, velut quibusdam fulminibus euertit. Atqui Hæreses cognosse, debellasse est; & præuidisse, fugasse. Prætereo lubens, quod etiam litterati quique, & maximè Iureconsulti, ex Auctore hoc verborum iuris Romani retinentiss. & legum peritissimo, multum proficere queant. Certè quum antiquitate potissimum aduersus omnes Hæreses, vel ipso Tertulliano teste, lib. de Præsc. adu. hæret. præscribi debeat; non aliundè magis fidei Catholicæ articulos hodie controuersos, aut Ecclesiæ ritus, & traditiones antiquas con

confirmari, quàm ex nostro hoc Auctore; posthac, opinor, iudicabit æquus Lector, si diligentius penitusque illum introspexerit. Amplius dico, ex solo ferè hoc Auctore confici posse iustum Catechismum; qui sufficiat, tum ad catechizandos rudiores quosque fideles, tum ad reducendos eos, qui fortassis à recta fide deuiarunt. Sufficiant nunc exempla aliquot, quæ si in gratiam studiosorum subiecero, prolixitati, quæ Epistolæ limites excedere fortassis videatur, V. Sanctitas, BEATISS. PATER, veniam quæso dare non grauetur, & aures gratas accomodet. Imprimis Symbolum Apostolorum, quod Regulam fidei nuncupat, tale tantum non quale hodie retinemus, non vno recenset loco; libris nimirum de Velandis virginibus, de Præscriptionibus aduersus hæreticos, & aduersus Praxean. De Oratione Dominica (quemadmodum iam olim etiam adnotauit B. Hilarius) volumen aptissimum scripsit, quod B. Cyprianus imitatus est. Orationem Angelicam ex variis eius locis explicatam reddere liceret. Decalogum ferè integrum, reperire est explicatum, partim lib. aduersus Iudæos, partim de Idololatria, & aduersus Gnosticos. Porrò SACRAMENTA, non duo duntaxat (vti Basilienses ad marginem alicubi perperam adnotarunt) sed sex nominatim vno eodémque loco commemorat; de septimo quoque Vnctionis extremæ haud dubiè facturum mentionem, si occasio incidisset. Diabolus (inquit lib. de Præscript. aduers. hæret. cap. 40.) cuius sunt partes interuertendi veritatem, ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum in Idolorum mysteriis æmulatur. Tinguunt & ipse quosdam (en Baptismum) vtique credentes & fideles suos. Expiationem delictorum (quod ad pœnitentiam pertinet) de lauacro repromittit. Signat & illic (hoc Confirmationis est) in frontibus milites. Celebrat & panis oblationem (Eucharistiæ nempè sacrificium.) Quid? quod & summum Pontificem in vnis nuptiis (Ordinem sacrum, & Matrimonium etiam hinc vide) statuit. Qui ergo ipsas res, de quibus Sacramenta Christi administrantur, tam æmulanter adfectauit exprimere in negotiis Idololatriæ, &c. Et verò etiam peculiaris de BAPTISMO liber exstat Tom. 3. vbi latiùs de ceremoniis Baptismi, plerisque etiamnum vsitatis; secundum quas inter cetera: Aquam adituri; (vti loquitur Auctor lib. de Coron. milit. & alibi non semel) ibidem, sed & aliquanto priùs, in Ecclesia sub Antistitis manu, contestamur nos renuntiare Diabolo, & pœmpæ, & angelis eius; dehinc ter mergitamur; amplius aliquid respondentes, quàm Dominus in Euangelio determinauit; indeque suscepti lactis & mellis concordiam prægustamus; exque ea die lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Quibus adiungitur lib. de Baptif. & aduersus Marcionem, olei seu Chrismatis vnctio, à qua dicimur Christiani. De Pœnitentia liber, tres eiusdem partes, Contritionem, Confessionem, Satisfactionem, non obscurè complectitur. Ad priorem illud pertinet cap. 9. Animum mœroribus deicere, ingemiscere, lacrymari, & mugire dies noctesque ad Dominum Deum. Ad alteram: Presbyteris aduolui, caris Dei adgeniculari, prouoluere hominem, accusare & condemnare, dict. cap. & illud cap. 10. Videlicet siquid humanæ notitiæ subduxerimus, proinde & Deum celabimus? An melius, damnatum latere quàm palàm absolui? Ad tertiam denique, frequens satisfactionis mentio cap. 3. 5. 7. 8. & 9. è quibus loci isti apertissimi: Confessio enim satisfactionis consilium est; &

Sed quatenus satisfactio confessione disponitur; confessione, pœnitentia; Deus mitigatur. Consignationis seu manusimpositionis, quod nunc Confirmationis vocamus, meminit lib. de Resur. carn. & dicto lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 36. vbi carnem signari dicit; manusimpositione adumbrari, & Spiritu sancto vestiri. Omnium autem apertiss. lib. de Baptif. supracitato. Dehinc (inquit) manus imponitur; per benedictionem, aduocans & inuitans Spiritum sanctum. Eucharistiæ toties fit mentio, vt malim ad Indicem totius operis Lectorem remittere; maximè quum nemo id inficiari possit. De veritate verò corporis & sanguinis Domini in Eucharistia, testimonia luculentiss. reperire erit, tum lib. de Orat. cap. 6. tum etiam lib. aduers. Marc. 4. cuius tamen verba quædam in contrarium, non intellecta Auctoris mente, perperam pro se citare non verentur aduersarij. Hic sufficiet illud lib. superius citati de Resur. carnis: Caro corpore & sanguine Domini vescitur, vt anima de Deo faginetur. Sacrificij item siue oblationis nomen toties repetitum est, atque apud alium aliquem veterum; quemadmodum latè deduximus dicto lib. de Orat. qui ritum Missæ Africanæ magna ex parte continet; vbi etiam omnes penè, quibus vtimur, ceremonias Christiani sacrificij, ex Tertulliano comprobauimus. Præterea ad Ordinis sacramentum illud pertinere quis dubitet, lib. de Præscript. hæret. Ordinationes eorum temerariæ, leues, inconstantes; Nunc Neophytos collocant, nunc sæculo obstrictos, nunc apostatas nostros. Nusquam facilius proficitur, quàm in castris rebellium; vbi ipsum esse, illic promereri est. Itaque alius hodie Episcopus, cras alius; hodie Diaconus, qui cras Lector; hodie Presbyter, qui cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt. Item in Exhortatione ad castitatem: Differentiam (inquit) inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas & honor per ordinis confessum sanctificatus à Deo.

Matrimonium denique quinquies lib. 5. aduers. Marcionem, cum Apostolo Paulo ad Ephesios 5. Sacramentum disertis verbis nuncupat. Porro si de Ecclesia sit controuersia, lib. de Præscript. aduersus hæret. eam veram Apostolicamque esse latè deducit, in qua ordo Episcoporum ita per successiones ab initio decurrit, vt primus Episcopus aliquem ex Apostolis aut Apostolicis viris habuerit antecessorem, atque adeò etiam Romanam ipsam, vbi Petrus (inquit) & Paulus martyrio coronati, vnde nobis auctoritas præstò est. Traditiones Ecclesiasticas non scriptas, nemo veterum tam luculenter suo confirmauit testimonio, atque Tertullianus lib. de Corona militis. Et nominatim oblationes pro defunctis ac Natalitijs Martyrum; ac etiam de crucis signaculo: Ad omnem, inquit, progressum, atque promotum; ad omnem aditum, & exitum; ad vestitum, & calceatum; ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia; quacunque nos conuersatio exercet; frontem crucis signaculo terimus. Meminit ibidem, & alibi latius; tum Dominici diei; tum antelucanorum cœtuum, qui ad sacrificium, de quo supra, referendi veniunt; tum Ieiuniorum, de quibus etiam peculiarem librum edidit. De Continentia autem Ecclesiæ ministrorum & virginum, latiss. tractat libris de Velandis virginibus, ac ad Vxorem vtroque, & de Exhortatione ad castitatem. Atqui, vt etiam aliarum controuersiarum non omittatur men-

tio, De Excommunicatione Ecclesiastica, quam censuram diuinam nuncupat, sic loquitur Apologet. cap. 39. Nam & iudicatur magno cum pondere, vt apud certos de Dei conspectu, summumque futuri iudicij præiudicium est, si quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis, & conuentus, & omnis sancti commercij relegetur. Si de vsu Imaginum proponatur quæstio, quomodo illæ Decalogo sint prohibitæ, nempe ne adorentur, his verbis explicat lib. aduers. Marcion. 2. Proinde (inquit) & similitudinem vetans fieri omnium, quæ sunt in cœlo & in terra & in aquis, ostendit & causas, Idololatriæ scilicet substantiam cõhibentes. Subiicit enim: Non adorabitis ea, neque seruietis eis. Serpentis autem ærea effigies, postea præcepta Moyfi à Domino; non ad Idololatriæ titulum pertinebat, sed ad remediandos eos, qui à serpentibus infestabantur. Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcæ figuratum exemplum, certè simplex ornamentum, accommodata suggestui; longè diuersas habendo causas ab Idololatriæ crimine, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinum prohibitarum legi refragari; non in eo similitudinis statui deprehensa, ob quam similitudo prohibetur. De Libero arbitrio latè disputat, non modò Libro de Patientia, sed & 2. aduers. Marcionem. De Meritis denique operum, & æternæ vitæ mercede, lib. ad Martyras. Reliquis superfedeo, ne sim prolixior, remittens Lectorem studiosum ad Annotaciones nostras; quas si eadem cum beneuolentia & attentione legerit, qua plerique nostras illas nuper in B. Cyprianum editas, haud sine fructu id futurum confido; quippè quæ non aliud sint, quàm loci quidam communes materiarum omnium quæcunque hodie controuerti solent, ex penitioris vetustatis penu deprompti. Idque adductis testimonijs Patrum, iam inde à primis Ecclesiæ Apostolicæ incunabulis vsque ad Sanct. V. primum eius nominis prædecessorem Magnum illum Gregorium; ne fortè ab iis in dubium vocentur, qui ab ea ætate errare cœpisse Ecclesiam (contra expressum promissionum Christi B. Petro factarum, Matth. 15. & 28. Dei verbum) calumniari non verentur. Proinde, benè de Republica sunt meriti Ioan. Baptista Egnatius, qui Tertulliani Apologeticum in lucem edidit, & Ioan. Gagnæus Parisiensis Theologus, qui, quos omiserat Rhenanus, libros xv. superaddidit, & non nihil qui aliquot carmine conscriptos inter Poetas Christianos euulgauit. Magnum denique aliquid præstitit Rhenanus Selestadiensis, quum primum Tertullianum, quoad fieri potuit, integrum à blattis & tineis vindicauit, ac Scholijs, deinde & Annotacionibus illustrauit, quibus obscuriores quasque phrasas vocèsq; explicat; & non semel etiam Ecclesiasticos ritus antiquos confirmat. Verum vti homini, humanitùs aliquid ei contigit, quòd in arca versaretur non suã, vt potè litteratus potius quàm Theologus. Vnde à Sanctitatis Vestræ prædecessoribus Paulo Papa IIII. & Pio Papa V. secundum Concilij Tridentini decretum censura notatis eius Annotacionibus, atque adeò etiam interdictis, donec repurgarentur; factum est vt Catholicorum piorum manibus iterum penè exciderit Tertullianus, quòd hætenus non prodierit, auctoritate publica repurgata, operum eius editio. Ego itaque, frequentissimè à compluribus magnis eruditissimisque viris, tum Iureconsultis, tum Theologis requisitus, vt, quod de Tertulliano in editione B. Cypriani promiseram,

quantocyùs præstarem; iamdudum pollicitis stetitsem, Deo auspice, nisi variis necessariisque occupationibus tam priuatis quàm publicis in hunc vsque diem præpeditus fuisset. Prætereo tantam, de qua supra, Auctoris in eloquendo difficultatem, vt multo tempore opus fuerit ad requirenda & conferenda exemplaria; iis præsertim locis, quibus explicandis Oedipo quopiam opus erat, quò certior esset censura de vera & genuina lectione, & quæ cum Auctoris mente & stylo quamoptimè conueniret. Qua in re plurimùm adiutus sum tribus MS. membranaceis codicibus Vaticanis, quos Alano Copo, piæ memoriæ, Theologo eruditissimo, nostro nomine, Illustriss. Cardinalis Sirletus subministravit; cui tam fuit cordi hæc nostra opera, vt per Dn. Fredericum, suum in Bibliothecæ præfectura vicarium, & alios quosdam amanuenses, iusserit singulos illos conferri cum codice excuso, atque ita varias lectiones in marginem adnotatas ad nos transmitti. Cuius adeò Celsitudini, vt etiam Illustrissimis Cardinalibus Hosio & Granuellano, qui apud illum eius rei fuerunt intercessores, est quòd gratias immortales & agam & habeam. Nec parum ad hanc rem contulerunt MS. Libri Monasteriorum S. Amandi ac Bauonis, & Anglicus quidam, quem thesauri loco penes se adseruabat quondam Ioan. Clemens Anglus. Quibus accesserunt coniecturæ doctissimorum virorum, Latini Latinij Itali, & Ioan. Harrisij Angli, ab ipsis mecum communicatæ, & obseruationes aliorum, quorum suis quibusque locis fiet mentio. Quibus omnibus adminiculis adiutus, non tamen sine vigiliis, laboribus, & lucubrationibus maximis (vt ne quid dicam de sumtibus haud exiguis, præsertim in accersendis dictis variis lectionibus, & MS. codicibus) loca innumera castigauit, hiulca suppleui; quædam etiam superflua, quæ ex margine in contextum irreperant, rescidi. Accessit, quòd recens in capita libros omnes distinxit. Non quòd ignorem, Tractatus esse serie continua conscriptos ab Auctore; sed quòd, quum adfectione ipsa subobscurus sit, rescitu necessariæ faciliùs minutatim intelligi possint à rudioribus. Neque verò nouo id exemplo, sed iam olim id factum, ex MS. codicibus omnibus, & prioribus excusis in Apologetico patet; quòd libri maxima vtilitas id faciendum persuaderet, & non ita nuper in libro de Præscriptionibus aduersus hæreticos, à I. C. eruditiss. Ioanne Quintino Heduo. Cum quo ad Zephyri calumnias tribus, quod aiunt, verbis respondeo: Nihil cuiquam deperire, quòd Tertullianus diuisus sit; manere integrum, si quis vno malit contextu legere. Ego verò, re cum doctiss. & Theologis & Iureconsultis communicata, etiam in ipsis Argumentis distinctionem capitum retinendam existimaui; vt inde colligat Lector, quid quoque tractetur capite; quæ etiam, vt maioris sint auctoritatis, ipsissimis Tertulliani verbis conscripsi; quò sic Lectori studioso satisfaciam; cui facile fuerit, ex sola eorum lectione antiquitatem omnem Ecclesiasticam decerpere. Deinde totum opus in quinque Tomos partitus sum: quorum primo continentur libri aduersus Gentes & Iudæos; secundo Parænetica; tertio scripta aduersus Hæreses; quarto pia Poëmata cum Fragmentis operum quæ desiderantur; quinto denique ea quæ aduersus Ecclesiam scripsit, & aliena quædam. Ordine etiam librorum seruato, quantum fieri potuit eodem, legitima temporum ratione habita, quo

con

conscripsi sunt; quemadmodum ex Præfatiunculis, quæ singulis præfiguntur Tomis, colligere est. Denique, vt norit Lector, iuxta Apostolum, examinare omnia, & quòd bonum est, tenere; Admonitionem de Tertulliani dogmatis, ne dicam erroribus, longè locupletiores quàm Rhenanus ediderat, Alphabeti ordine, simul cum Antidoto, edidimus. Reliqua prudens omitto. Quæ omnia, simul cum dictis Adnotationibus nostris sacre Romanæ Ecclesiæ, atque adeò Vestre Sanctitatis, iudicio censuræque, lubens vel probanda vel improbanda submitto.

Ceterùm, quòd eidem Sanctitati Vestre, BEATISSIME PATER, Tertullianum inscripserim; non vna me mouit ratio. Imprimis enim; cui potius nuncupandus veniat, quàm ei, penes quem Ecclesiæ Latinæ atque adeò Romanæ suprema est administratio; Præsertim, quum Africana Ecclesia cum Romana (vti verbis Auctoris nostri vtar) contesserat; & eiusdem auctoritas, donec primùm à Vandalis, deinde à Mahumetanis occupata est, in Africa semper sacrosancta fuerit; vsque adeò vt Tertullianus Catholicam doctrinam apud Ecclesiam Romanensem, & eandem pro Apostolica, eiusque auctoritatem in Africa agnoscat, lib. de Præscript. aduersus hæret. Et quanti habitum fuerit iam tum, in litteris, quas Pacis vocabant, concedendis aut reuocandis, sedis Apostolicæ iudicium; non obscure lib. aduersus Praxean significet: Immo etiam in hæresin prolapsus, Episcopum Episcoporum Romanum Papam, lib. de Pudicitia nuncupet. Deinde expediebat sub auspiciis Sanct. Vestre prodire Tertullianum, vti sic rursus auctoritatem accipiat, quam probabilibus eius scriptis error consequens detraxisse videbatur; atque adeò etiam à scrupulosioribus quibusque eius non omittatur lectio. Quid? quòd etiam iure quodam Sanctitati Vestre debebatur nostra hæc recognitio; quæ tantum adiumenti accepit ex dicta Vaticana V. Sanctitatis Bibliotheca, vt nisi cum ingratitude nota illam præterire non potuerim. Illud autem audendi fiduciam dedit; quòd, quum fragmenta quædam Conciliorum, quæ conferre possent ad Gratiani recognitionem, quam magno adparatu iamdudum Sanct. Vestra molitur, ad Illustriss. Cardinalem S. Sixti Boncompaignum, iuxta eiusdem S. V. postulata, isthuc misissem; iniecta mentione opusculorum quorundam Hrabani Mauri, quæ cupiebam Sanct. V. dedicare; quàm benignissimè idem Illustriss. Cardinalis inter cetera sic rescripserit: Scito, in eo rem gratissimam suæ Sanctitati te facturum; quæ magnam ex iis Conciliorum fragmentis voluptatem accepit; & mihi iniunxit, vt eius nomine te valde horter, vti in huiusmodi libris eruendis & expurgandis diligentem operam ponas; quia hæc (inquit) præcipua sunt instrumenta, quibus & nostra constituere, & hæreticos valemus euertere. Si itaque grata fuisset Sanctitati V. inscriptio Opusculorum Hrabani aliquot duntaxat; multò certè magis acceptabilem fore Tertullianum non dubito.

Patiatur itaque, BEATISSIME PATER, sub sui nominis prodire auspiciis Sanctitas Vestra Tertullianum hunc nostrum; meque in clientelam recipiat, iam Catholicæ Religionis ergò voluntarium exsulem. Atque adeò etiam ceteros Ecclesiastici ordinis per Flandriam viros; qui, quum inter hæ-

reticos aut falsos fratres abundare liceret, malunt plerique penuriam pati pro Christi nomine, quàm genua ante Baal incuruare; quos Sanctitati Vestræ quam officiosissimè commendo. Quod restat, Deus Opt. Max. eandem SANCTITATEM V. Ecclesiæ suæ diu seruet incolumem.

Duaci, ipsa Exaltationis sanctæ Crucis. 1579.

SANCTITATI VESTRÆ DEDITISSIMVS
IN CHRISTO SERVVS

JACOBVS PAMELIVS.



SERENISS. POTENTISSI-
MOQVE MONARCHÆ PHILIPPO

II. HISPANIARVM REGI CATHOLICO,

Belgij Principi clementissimo.



DVERSVS hæreticos omnes, REX SERENISSIME, præscribit Tertullianus noster, cuius nunc Opera in lucem damus, non admittendos eos ad ullam de scripturis disputationem. Primùm quidem, quòd hæreticum hominẽ post primam, aut saltem vnã atquẽ alteram correptionem deuitandum B. Apostolus Paulus scripserit. Deinde quòd nihil proficiat (ipsius verbis uti pergo) congressio scripturarum, nisi planè, ut aut stomachi quis ineat euerisionem, aut cerebri, quòd quasdam scripturas non recipiant hæreses; si quas recipiunt, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertant; aut non integras recipiant; & si aliquatenus integras præstent, nihilominus diuersas expositiones commentatæ conuertant. Denique, quòd ille, si quis est, cuius causa in congressum descendis scripturarum: ut eum dubitantem confirmes, ad hæreses magis quàm ad veritatem demerget, hoc ipso motus, quòd te videat nihil profecisse, æquo gradu negandi & defendendi; certè de pari altercatione incertior discedet, nesciens vtram hæresim iudicet. Disertè id profectò admodum Tertullianus: quod quum & in hæreticos, ut semper sui sunt similes, nostri temporis aptissimè competat; videamus, quibus auctor in hac, quod aiunt, arena versatissimus, Præscriptionibus aduersus eosdem uti pergat, uti & nos intelligamus, quibus artibus cum illis sit congreduendum à nostri ordinis viris. Si quando, inquit, cum illis disceptandum, illud prius proponi rerum ordo desiderat, an apud illos, an verò penes nos veritas sit scripturarum, & expositionum, & omnium Christianarum traditionum. Atquin ea illis adiudicanda, quicumque in ea incidunt regula, quæ cum ecclesiis Apostolicis, matricibus, & originalibus fidei, conspiret; id tenentes, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. Edant ergo, si sibi credi volunt, origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerint, habeat auctorem & antecessorem. Aut probent se novos Apostolos esse, dicant Christum iterum descendisse, iterum prædicasse, iterum crucifixum, iterum mortuum, iterum resuscitatum. Sic enim solet Apostolus facere, dans illis præterea virtutem eadem signa edendi quæ & ipse. Hactenus Tertullianus ante annos plus minus mille quadringentos. Hoc igitur eiusmodi hominibus semper ob oculos ponendum, quid ab omnibus semper, & ubique creditum sit. Hoc enim verè proprièque Catholicum,

ex B. Optato, Vincentio Livinensi, & aliis Patribus didicimus. Atque adeo non alia cum illis instituenda disputatio, quam ex uniuersitate, antiquitate, consensione; quæ ubi concurrunt, ibi veram Ecclesiam & Catholicam Religionem esse, consiteantur necesse est. Hac autem soli Ecclesiæ nostræ Romanæ attributa fuisse, etiam temporibus BB. Irenæi, Tertulliani, Origenis, Cypriani, Optati, Augustini, ex ipsorum scriptis manifestum est; in qua nimirum (præterquam quod miraculis seu signorum virtutibus, & tot Martyrum sanguine clarissima) semper ab his, qui erant undique Christiani, conseruata esset ea quæ ab Apostolis est traditio, & continuata à B. Petro Apostolo pontificum successio. Quæ cum & in hunc usque diem continua serie obseruata demonstrari possit; ea sola doctrina censenda & præscribenda est Catholica, quam non modò nos, sed ipsi etiam nostri hæresiarcho ad unum omnes, antequam schisma facerent, in Ecclesia Romana professi sunt. In hac enim uniuersitatem sequimur qui hanc unam veram esse fidem profitemur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia; antiquitatem veneramur, dum ab illo sensu scripturarum non recedimus, quem à sanctis Patribus accepimus; consensionem amplectimur, qui cum ipsa vetustate omnium Sacerdotum pariter definitiones sententiâsque sectamur. Hinc factum est, REX CATHOLICE, ut ubi primum studiis Theologicis Christiano homine dignissimis operam cæpi impendere, perpetuò mihi laborandum existimauerim in adstruendis potius fidei Catholicæ articulis quam hæreticorum friuolis plerumque argumentis refutandis. (cuius studij cum post primos motus Belgij anni 1566. partem aliquam in publicum contulisset, editis in B. Cyprianum Adnotationibus, quas magnorum Ordinis vtriusque virorum iudicio probatas, & ex secunda etiam editione in commune gratas fuisse deprehendi: Persuaderi mihi passus sum, urgentibus etiam aliquibus, qui eo scripti genere sese in fide pristina confirmatos fatebantur, uti, iuxta quod promiseram, similibus Tertullianum Adnotationibus illustrarem. In quo dum per integrum octennium, post absoluta nostra anno 1571. Latinorum Liturgica adlaborassem, nec tamen magnos fecissem progressus, tum ob Auctoris, qui ex industria obscuritatem adfectasse videtur, difficultatem; tum quòd plerumque variis & publicis & priuatis distraherer negotiis, ocio nunc maiori habito in secessu hoc nostro Catholicæ Religionis causa, tandem aliquando serio opus aggressus, ad calcem cæpi pertingere. Quid autem præstiterim, malo iudicet MAIESTAS VESTRA; REX SERENISSIME, & Lector quisque Catholicus, cui prodesse studui, quam contra decorem in earum commendatione pluribus insistere. Hoc tantum dicam, quod ex iis tãquam Locus quibusdam communibus antiquitatum Ecclesiasticarum, studiosus intelligere poterit, quid ab Apostolorum ætate in Ecclesia nostra Romana obseruatũ fuerit. Sperans præterea nostra opera, voces, phrasèsque obscuras ita restitutas, & elucidatas, ut nihil sit, quod Lectorem, qui hæctenus difficultate Auctoris nostri terrebat, posthac remorari debeat. Scripturas verò omnes ab eo citatas, easque ad quas adludit, nõ sine maxima molestia, ex quibus locis desumptæ sint, in margine designaui. Indices quoque Scripturarum, & rerum & verborum: quæ Adnotationibus explicantur, adiunxi. Item & peculiare Proverbiorum, Similitudinum, Vocum Græcarum, & Phrascon Iuris; quibus allesti litterati quique & Iuris studiosi, dum quæ suæ sunt professionis, inquirunt, etiam antiquitates Ecclesiasticas una eademque opera tractatas reperiant. Denique & Tertulliani vitam, atque adeo Africanæ Ecclesiæ illius ætatis per annos xxiiij. historiam, recensens ex ipsis illius scriptis potissimum desumptam, in lucem damus, additis etiam fragmentis Tertulliani Romani Iureconsulti, quem perperam quidam eundem putarunt.

Ingenue

Ingenue interim fateor subinde adiutum me Adnotationibus Rhenani, quas proinde & nostris interieci, saltem eas quæ sanum sapiebant, addito Antidoto ad locos suspectos, quos iuxta Concilij Tridentini decretum M. V. repurgari iam olim iussit. Non parum etiam me iuuerunt in libro de Præscriptionibus aduersus hæreticos, Adnotationes in eundem Domini Ioannis Quintini Hedui, Decretorum quondam Parisini professoris, quas omnes, sicuti ab eo descriptæ sunt, inter nostras excudi iussi. Quemadmodum etiam Francisci Zephyri Paraphrases, & Scholia in Apologeticum. Quidquid denique depromere visum est ex variorum Miscellaneis, Emendationibus, Aduersarijs, Animaduersorum libris, Coniectaneis, Lectionibus nouis & antiquis, Obseruationibus, Adnotationibus & subsecuis Lectionibus, suo cuique auctori acceptum reddidi. Quæ sanè omnia non sine magnis laboribus, peruigijs, lucubrationibus, & sumptu absolui potuerunt. Sed amplæ mercedis loco mihi futurum est, si hoc Dei Opt. Max. beneficio assequar, ut eorum qui hisce posterioribus multò quam antea atrocioribus Belgij tumultibus, nihil vicinorum exemplis territi, pro dolor, miserè se seduci, & abduci à vera Religione passi sunt, aliqui saltem ad meliorem mentem reuocentur.

Ceterum quòd MAIESTATI V. REX SERENISSIME, Opus hoc inscripserim, causæ sunt plures. Cui enim aptius, quod ad Tertullianum Afrum & Carthaginensem illustrandum, & à mendis vindicandum laboratum est, dedicetur quam Hispaniarum REGI, cuius adhuc pars Africa parat imperio, qui Dominatoris per Africam titulum gestat, & Carthagini veteri regna sua habet contermina, fretoque tantum Gaditano discreta? Accedit quòd perpetua fuerit Ecclesiarum Africa & Hispaniæ, eaque penè indiuia concordia, adeo ut etiam Carthaginensi Primati in Hispanijs non parua fuerit auctoritas, uti ex Epistola B. Cypriani 68. ad Clerum & Plebem Legionis, Asturiæ & Emeritæ, quæ Concilij est Africani, manifestũ sit, qua comprobatur noua Felicis & Sabini Episcoporum in locum Basilidis, & Martialis electio. Neque verò tum primum, sed vel sua ætate Hispaniarum omnes terminos Christo credidisse testatur Tertullianus Libro aduersus Iudeos; quod ipsum magnoperè ad Regni MAIESTATIS V. cõmendationem facit. Deinde cui Adnotationes, quibus Catholica Religionis veritas asseritur, cõgruentius consacrentur, quam Regi titulis, ac re præ ceteris Catholico, & fidei Catholica præcipuo defensori; qui nõ tam imperio, quam clementia ministrum Dei se exhibet; in bonum etiã ijs qui potestati, immò Dei ordinationi resistit. Loquor de summa illa, seculis omnibus inaudita MAIESTATIS V. REX CLEMENTISSIME, animi moderatione, qua pacem iam dudum exoptatissimam rebus desperatissimis Belgio toti ultro offerre non est dedignata, quæ tanquam alter post nubila Phæbus iã cæpit illucescere. Viderint, qui aut phanaticis se totos hæresibus dederunt, aut qui illo (quem Isaias Propheta cõminat) spiritu vertiginis excæcati aliorum rapiuntur, ut audientes audiant & non intelligant, ac videntes videant & non cognoscant. Certè Prouinciæ Catholica Artesia, Hannoniæ; & Tripolitana hac insularum Duaci, & Orchesty (quibus accessere Mechliniensis Prouincia, Comitatus Alostenensis, ac nonnulla Brabantia & Flandriæ oppida) obuijs vlnis eã amplectuntur. Quæ nihil gratius contingere posset illis, qui ex Flandria & alijs prouincijs huc, aut in alias refugij ciuitates, tanquã in azylum quoddam, Religionis ergò profugij maluerunt, patria domoq; relictis, etiã cum bonorum iactura secedere, quam aut impijs iuramentis conscientiam polluere, aut mala suæ gentis conspiciere. & quorum numero, quum & ego cum fratribus tribus iam dudum fuerim, in hac bonorum omnium de pace iam adepta congra-

tulatione communi, pro symbolo gratitudinis & fidelis obsequij, labores hosce meos MAIESTATI V. dedicandos existimaui: ut vel hinc eadem MAIESTAS V. cognoscat, quales illi adhuc supersint in his prouincijs quàm maximo numero subditi, qui nondum flexerunt genua ante Baal, & nihil tam in votis habent, quàm aliquando Regiam V. Auctoritatem & pristinam Religionem Catholicam sartam tectam conspiciere. Unde & futurum speratur, ut reliquæ etiam prouinciæ salutis suæ memores, breui pacem amplectantur, & ita tandem aliquando restaurata vera Religione, & publica tranquillitate restituta, nobis qui post tot discrimina rerum in peregrino solo salutem quarimus, ad nostra cum pristina securitate redire liceat. Neque verò etiam priuatim deest causa, cur MAIESTATI V. lucubrationes has nostras in Tertullianum offerendas putauerim, tum ob varia & Cæsareæ Caroli Quinti Imperatoris semper Augusti, & vestra quoque Regiæ MAIESTATIS in me collata beneficia, tum quòd me velut impulerint domestica exempla CC. V. Adolphi & Gulielmi à Pamele. Quorum ille, pia memoria pater meus, Cæsareæ MAIESTATI à consilijs priuatis, Principis sui obsequio ita se totum dedit, ut seruiendo mortem sibi maturarit: Hic germanus frater, Consilij Flandriæ Præses, dum munia sibi à MAIESTATE V. commissa fideliter exequitur, ob iustitiæ & Religionis tuendæ studium, iam secundo ad carceres, immò & ad eadem Gandau nuper, ab hæreticis eorùmque fautoribus diu questus, non nisi diuini Numinis præsidio seruatus est. Qui quum quod cuique carissimum est, MAIESTATIBVS V. deuouerint, officij esse mei existimaui, ut & ego idem MAIESTATI V. obsequendi desiderium, operis huius, quod eorum quæ hæcenus edidi, aut editioni destinari, difficillimum fuit, dicatione testarer. Accedit, quòd hoc mihi fore sperem ad instar supplicis libelli, quo aliquando impetrare liceat, ut mihi iussu TVÆ MAIESTATIS mittatur in proximam editionem Græcum illud Tertulliani exemplar, quod in Bibliotheca vestra Hispanica adseruari à fide dignis accepi.

Itaque MAIESTAS V. REX CLEMENTISSIME, munusculam hoc æqui, quaeso, boniq; consulat, meâsque Adnotationes in Tertullianum aduersus aduersariorum calumnias suo tueatur patrocinio, mei interim in hocce nostro Religionis Catholice causa, exilio voluntario memor. Quod reliquum est, MAIESTATI Vestræ quàm officiosissimè me commè dans, Deum Opr. Max. obsecro, ut eidem MAIESTATI Vestræ prospera omnia concedat, & pacem cum eadem MAIESTATE V. in vitam, ac Montibus Hannoniæ hodie publicatam, perpetuam faciat.

Duaci. xiiij. Septembris, anno à Natiuitate Domini. 1579.

MAIESTATI VESTRÆ deditissimus
in Christo seruus

IACOBVS PAMELIVS.

IN TERTULLIANVM DN. IACOBI

PAMELII BRVGENSIS OPERA RESTITVTVM,
ANDREÆ HOII BRVGENSIS EPIGRAMMA, QVO
singulorum Librorum, qui hoc quinquepartito Opere continen-
tur, Argumenta ex ordine indicantur.

QVINCTVS SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIVS, Afer,
Et Carchedoniæ celeberrimus vrbis alumnus,
Quincuplici prodit sectusque, nouusque paratu.

Ille antè horrenti fuligine fordidus ora,
Et lacera abruptis mutilatus membra lacunis;
Exuit ingrata nitidos fuligine vultus,
Commisiss, quâ fas, nunc integer vndique membris.

Principio, Christi sinuantia PALLIA ritus
Produnt; nec pudefacta Togis cessere Quiritum.
Vana refelluntur vanæ mendacia GENTIS,
Dirus in insontis finxit quæ crimina liuor.
Pseudotheos verò discernere Numine maneis
VIS ANIMÆ natiua potest, certissima TESTIS.

Quid, SCAPVLA, indignis, Præses Carthagini, armis
Christicolas sequere? & superam tibi contrahis iram?
Pone supercilium, IVDÆE, animosque superbos;
Iam toti Deus insinuat sese optimus orbi.

Hinc monitis idem pia corda salubribus implet
Christiadum. & duros PATIENTI mente labores
Ferre docet; Dominique ORANDO ambire fauorem.
Ob Christum vincetos animat contemnere mortem
MARTYRAS; & PENITO fassos commissa DOLORE
Eluere hortatur veteris vestigia culpæ.

Fœda theatralis prohibet SPECTACVLA pompæ;
Atque nefas IDOLOLATRIÆ immane recentet.
Vult HABITV, & CVLTV esse genus muliebre pudico.
Cœlibis anticipat vitæ præcepta superstes

VXORI legare suæ; post fata, profani
Fœdera dissuadet thalami. Frondente CORONA
Tempora vinciri, natali Cæsaris anno,
MILITIBVS vetat; & vultu vetat agmen aperto
VIRGINEVM prodire foras; sed se abdere VELO.

Tum verò in sectas calami diffringit acumen.
HÆRESEON contra infidias, atque impia iura
Excipiens, fidei normam PRÆSCRIBIT auitæ.
Viuisfici sacra BAPTISMI mysteria pandit
QVINCTILLÆ. Æquæuamque Deo tibi, Stoice, carpit
Materiem, HERMOGENE. Lepidóque Platonica risu,
Tecta VALENTINI nugis, fert monstra sub auras.

VIS ANIMÆ & natura, Sophis ignara vetustis
 Hæreticisq; nouis, expressa ex parte patescit.
 Virgineamq; meri cum corporis indole, CARNEM
 In CHRISTO, nec Apellæis deducit ab astris,
 Nec confingit inanem, vt adulter Ponticus vmbra.
 Adferit humanam rediuiua ad limina CARNEM
 SVRGERE. Dira furens, dignus Cerdone magistro
 MARCIO, confoditur Libyco fera Pontica ferro
 Et quina amittit toridem capita horrida telis;
 Detestata ruere DEVM commenta DVORVM.
 Omnia ritè DEI BONITAS ÆTERNA creauit.
 Vera creatoris proles atque vnica, CHRISTVS.
 ANTIHETΩN cuneum par excipit ordine forfex.
 Ad solidam PAVLI chartæ expenduntur amuffim.
 SCORPIA CVM in pœnas, titubantia pectora firmat,
 Spicula agens, quæ obliquo infixit GNOSTICVS ictu.
 Filius ipse sibi genitor, qui PRAXEA, constet,
 Omnipotens, orbis fator, & satus, & cruce fixus?
 Inde graui doctum pangit testudine carmen;
 Téque iterum QVINIS perstringit MARCIOLIBRIS.
 IVDICIVM DOMINI, summæ fatale ruinae
 Et GENESIM, nati memorat primordia mundi.
 Haurit sulfureis SODOMÆAS imbribus arceis.
 Transfuga, deserta Christi quid luce, SENATOR,
 Ad tenebras, vanasq; Deorum deficiat aras?
 Heu, quid non longinqua boni mortalibus atas
 Abstulit? In nostros doctissima liquerat annos
 Ingenij monimenta sui ter Tullius, ore
 Facundo minus, at sensis florentior aptis.
 Quin & Auos veteres Graio sermone bearat.
 In GENTES inuectus, & in SPECTACVLA Circi;
 VIRGINEI QVE choi VELVM, & BAPTISMA probarat.
 Plurâque tum Latiis exstabant prodita chartis;
 Socratica potior Sophia, vt videatur AMICO
 VIRGINITAS, thalami quæ lex ANGVSTA iugalis.
 Quæ sit fors, & quod rerum immutabile FATVM.
 Qui mos Hebræis CIRCVM præputia CÆDI.
 Qua VESTE adstiterit sacras AARONIS ad aras,
 Quod MVNDVM IMMVNDVM VE ANIMANS; ANIMÆ QVE quis esset
 CENSVS. & amenteis animi oppugnarat APELLES.
 Pinxerat ambitam lucis PARADEISON amœnis.
 SPERM QVE bonam vitæ aternæ sperare FIDELIS
 Iusserat. & senis subuexerat ECSTASIN alis
 Icarus, infirma nitens per inania penna;
 Et tibi, APOLLONI, Phrygia qui victor ab Hydra
 Præmia retruleras, vlticibus æmulus ausis.

Hunc

Hunc, longi infelix iniuria perdidit æui,
 Thesaurum Librorum, vt vix fragmenta supersint.
 Postremò, in fraudem Montani erroribus actus,
 Excessit statione sua desertor; & almam
 Impius in matrem, tacito hæc infecta veneno
 Spicula contorsit. CASTVM seruare cubile
 HORTATVR viduum, damnâtque nouos Hymenæos.
 Quinetiam, stuprumque & adultera fœdera dicit,
 Vincula ni claudas VNO genialia LECTO.
 Non patitur FVGERE, atque hosti dare terga sequaci
 Christolatras; licet ille, FABI, tormenta minetur.
 Et tandem in præceps furiis muliebribus actus,
 Præscribit duo Montani IEIVNIA PSYCHIS,
 Laude PVDICITIÆ, mœchos excludit ab omni
 Spe veniæ; noxæque reos lethalis abhorret.
 Abditâque vnideæ TRIADOS mysteria pandit,
 (Ni cultum phraeos alius sibi vindicet Auctor.)
 Et varia expromit IVDÆÆ FERCVLA MENSÆ.
 Maeste animo, & plusquam patria virtute, PAMELI,
 Qui studiis in tam felicibus excolis æuum,
 Et colis inuentas vitam in commune per arteis.
 Moribus, & rara castus probitate Sacerdos,
 Æmulus ingenia es prisorum Heroica patrum,
 Et quibus in præsens Ecclesia fulta recumbit.
 Gignere cumque tuo felici è pectore possis
 Quæ nos miremur, venturâque secla Nepotum;
 Scripta magis Patrum iuuat, veterumque reperta
 Eruere inuisis tenebris, & ferre sub auras;
 Atque tui memores alios, præclara merendo,
 Sic facere. in medium dum consulis, & pius omneis
 Ingenio inuentisque beas, obscurâque luce
 Illustras monimenta noua; quæ non modò linguas
 Inculca expediant stribligine; sed magè menteis
 Collustrent horrenda errorum nocte sepultas.
 Testis CYPRIANVS toto iam diditus orbe;
 Testis sacrificæ vindex LEITVRGIA Missæ;
 Testis erit (leuiora meo ne singula versu
 Persequar) hic FLORENS, Libycæ flos vnicus vrbs;
 In quo quod positum est operæ, res ipsa loquetur.
 Barbara iam humano rediuiuos Africa Flandro
 Debet Auos; Flandro, quem, Leuaci orbis Athenæ,
 BRVGIA progenitum melioribus extulit annis;
 BRVGIA, quæ modò flos erat & Belgi vrbiu ocellus,
 Iam sibi dissimilis, iamque à pietate vetusta
 Degener. Hæc patriæ labes abolenda, PAMELI,
 Ingenij virtute tui, & pietate laborum.

B ij





TERTVLLIANICI

TOTIVS OPERIS
INDEX.

PROLEGOMENA.

Vita Tertulliani, Auctore Iacobo Pamelio.
 Scriptorum eiusdem Catalogi B. Hieronymi,
 Trithemij, & Politiani.
 Paradoxa ipsius cum Antidoto Pamelij.
 Terryliani Iureconsulti Romani Legum Rescripta.
 Pamelij Lucubrationum Catalogus.
 Proverbiorum toto Opere usitatorum Index cum Scholiis.
 Scripturarum sacrarum in uniuersum Index locupletissimus.
 Rerum, phrasum, uocumque totius Operis Index generalis.

OPERV M TERTVLLIANI

TOMVS PRIMVS, QVO CONTINENTVR
 LIBRI ADVERSVS GENTES ET IVDÆOS,
 initio susceptæ fidei plerique conscripti.

- * De Pallio. Pag. 5.
- * Apologeticus aduersus Gentes pro Christianis. Pag. 24.
- * De Testimonio animæ aduersus Idola. Pag. 146.
- * Ad Scapulam. Pag. 152.
- * Aduersus Iudæos. Pag. 159.

TOMVS SECVNDVS, in quo habentur Libri
 Parænetici siue admonitorij ad Christianos.

- * De Pœnitentia. Pag. 193.
- * De Oratione. Pag. 211.
- * Ad Martyras. Pag. 223.
- * De Patientia. (·) Pag. 233.
- * De Spectaculis. Pag. 250.
- * De Idololatria. Pag. 281.
- * De Habitu muliebri. Pag. 303.
- * De Cultu feminarum. Pag. 311.
- * Ad Vxorem Libri duo. (·) Pag. 322. & 331.
- * De Corona militis. Pag. 340.
- * De Velandis virginibus. Pag. 365.

TOMVS TERTIVS, qui complectitur Scripta
 aduersus Hæreseis.

- * De Præscriptionibus aduersus Hæreticos. Pag. 389.
- * De Baptismo aduersus Quintillam. Pag. 459.
- * Aduersus Hermogenem. Pag. 488.
- * Aduersus Valentianos. Pag. 524.
- * De Anima aduersus Hæreticos & Philosophos. Pag. 568.
- * De Carne Christi aduersus quatuor Hæreseis. Pag. 649.
- * De Resurrectione carnis. Pag. 676.
- * Aduersus Marc. Lib. quinque. Pag. 740. 770. 800. 834. & 938.
- * Aduersus Gnosticos Scorpiacum. Pag. 989.
- * Aduersus Praxean. Pag. 1013.

TOMVS TERTIVS, Sacra Poëmata continens, cum
 fragmentis Operum quæ desiderantur.

- * Aduersus Marcionem Lib. quinque. Pag. 1050.
- * De Iudicio Domini. Pag. 1083.

* Genes.	Pag. 1092.
* Sodoma.	Pag. 1095.
* Ad Senatorem ex Christiana Religione ad Idolorum seruitutem conuersum.	Pag. 1099.
* Græcorum operum fragmenta.	Pag. 1102. 1105. & 1106.
* Ad amicum Philosophū de Nuptiarum augustinis, seu de Virginitate.	Pag. 1106.
* De Fato.	Pag. 1107.
* De mundis & immundis animalibus.	ibid.
* De Circumcisione.	Pag. 1108.
* De Vestibus Aaron.	ibid.
* De Trinitate.	Pag. 1109.
* De Censu animæ aduersus Hermogenem.	ibid.
* Aduersus Apelletianos, qui disputabant, an qui spiritū & voluntatem, & virtutem Christi habuerint, ad ea opera dignum aliquid pœnitentia egerint.	Pag. 1110.
* De Paradiso.	Pag. 1111.
* De Spe fidelium.	Pag. 1112.
* De Ecclasi Lib. sex.	Pag. 1114.
* Aduersus Apollonium.	Pag. 1115.
* Aliorum aliquot ei falsò in scriptorum.	Pag. 1117.

TO MVS QVINCTVS, qui continet ea que in haresi, siue aduersus Ecclesiam scripsit, cum iis que aliena sunt.

* De Exhortatione Castitatis.	Pag. 1123.
* De Monogamia.	Pag. 1137.
* De Fuga in persecutione, ad Fabium.	Pag. 1158.
* De Ieiuniis aduersus Psychicos.	Pag. 1174.
* De Pudicitia.	Pag. 1195.
* Nouatiani de Trinitate.	Pag. 1233.
* Eiusdem de Cibis Iudaicis.	Pag. 1272.
* Eiusdem Epistolarū de vera Circumcisione & vero Sabbato	
Notulæ.	Pag. 1278.

NOTA-

Librorum
Notulæ.

NOTARVM EXPLICATIO.

QVIBVS INDICANTVR TVM CODICES

MS. ET EXCVSI, TVM AVCTORES ALIQVOT

præcipui, qui in restituendo castigandove

Tertulliano vsui fuerunt.

Edit. 1.	T ERTULLIANI Operum cū scholiis & Argumentis Rhenani I. Basl. Editio anni 1521.	opera S. August. Sigismundi Geleny editio quinta Tertulliani, in qua Gel. castigati sunt ad Marisburienf. Britannicum codicem Libri.
Edit. 2.	Eiusdem Operum cum eiusdem Adnotationibus Altera Basl. edit. anni 1525.	Michaëlis Glicæ Constantinopolitana Historia. Glic. Gorz. Monasterij codex MS. quo vsus est 3. sua edit. Gorz. Rhenan.
Edit. 3.	Eiusdem 3. edit. anni 1539.	Ioannis Harrisij Angli Observationes varia. Harris. S. Hieron. Stridon. Opera, qui in multis Tertull. imitatur.
Alc.	Alciati in Pæregis quadam Observationes in Tertullianum.	S. Hilarij Comm. in Mattheum. Hilar. Hirsaugiensis cod. MS. quo vsus est Rhenanus in 2. Hirs. edit.
Ald.	Orthographia Aldi Manutij.	Hrabani Mauri Opera, apud Pamelium pleraque MS. Hrab. Hugonis Floriacensis Historia apud eundem MS. Hug. Flo.
Ambr.	S. Ambrosio adscripti Comment. in Epist. Pauli.	S. Irenæi Libri adu. Hæresis, præsertim 1. cuius cap. 1. Iren. ad verbum de scriptis Tertullianum.
Angl.	Anglicus Codex antiquiss. Ioan. Clementis Angli, è quo VII. castigati sunt Libri.	S. Iustini Mart. adu. Genes. Apolog. 2. & aduers. Iust. Mar. Triphtonem, quos imitatur Auctor.
Arist.	Aristidis Liber adu. Genes.	Laëtantij Firmiani Instit. Libri, in quibus Tertullian. Laëtant. imitatur.
Arnob.	Arnobij Libri aduersus Gentes, qui Tertullian. imitatur.	Latini Latini Roma ad Pamelium missæ Observatio-Latin. nes doctissima.
Athenag.	Athenagora aduersus Gentes, quem imitatur Tertull.	Pauli Leopardi Emendationum Libri. Leop.
August.	S. Augustini Hipponens. opera, & præsertim Libri de Ciuit. Dei.	Andæberti Macerei Gallica translatio Libri de Præ. Maccer. script. aduers. hæret.
Bau.	Apologeticus MS. Ecclesia Cathedralis S. Bauonis Gandauensis.	Masburensis Abbatia Angl. MS. exemplar, quo Masbur. vsus est Sigismundus Gelenus.
Bed.	Beda Chronicon, & de Arte Poëtica Liber.	Minutij Felicis Octavianus, in quo ad verbum penè Tertullianum imitatus est.
Bibl. reg.	Biblia Regia apud Plantinum Antuerpiæ edita.	Nicephori Calisti Historia Ecclesiastica. Niceph.
Briff.	B. Briffonij 1 C. locus unus atque alter in Tertull.	Onuphrij Panunij fasti Consulares, Chronicon, & Onuphrij de Romanis Pontificibus Liber.
Brod.	Victoris Brodati Coniectanea.	S. Optati Mileuitani Libri aduersus Parmenianum. Opt.
Cæl.	Cælij Calcagnini Variæ Lectiones in aliquot Tertull. loca.	S. Paciani Barcinonensis Opuscula aduersus Nonatium Pacian. nos, in quibus quadam ad verbum transcripsit ex Tertulliani Libro de Pœnitentia.
Câr. Guil.	Guilielmi Canteri varia Lectiones.	Iacobi Pamelij Argumenta & Adnotationes in Pamel. Libros omnes S. Cypriani, & Leturgica Latinorū.
Câr. The.	Theodori Canteri Lectiones antiquæ.	Parisiensis editio in 8. forma apud Audænum Par. Paif. usum an. 1566.
Carr.	Ludonici Carrionis antiquæ Lectiones nondum editæ.	Paterniacensis Monasterij codex MS. quo vsus est etiâ Patern. Rhenanus.
Cassiod.	Cassiodori Senatoris Chronicon, & Libri Variarum.	Petri Pithæi Cod. MS. Librorum de Pall. Apolog. & Pith. de Anima, & eiusdem Observationes.
Cedr.	Georgij Cedreni Annales Græcolatina.	S. Philastrij Liber de Hæresibus. Philastr.
Cle. Alex.	Clementis Alexandrini Opera.	Plinij senioris Naturalis Historia, ex quo penè ad Plin. sen. verbum multa desumpsit Tertullianus.
Cle. Rom.	Clementis Romani Constit. Apostol.	Plinij iunioris Epistola ad Traianum, cum eiusdem Plin. iun. responso.
Colon.	Coloniens. cod. MS. Apologeticus, quem per Melchiorrem Hittorpium subinde consuluit Pamelium.	Angeli Politiani Miscellanea, & Epist. 5. lib. 4. Polit.
Crin.	Petri Criniti Libri.	Iuliani Pomerij aduersus Iudeos Libri, qui Aucto. Pomer. rem imitantur.
Cuiac.	Iacobi Cuiacij explicatio locorum aliquot Tertull.	S. Prospero Aquitanico adscripti Libri de Prædict. & Prosp. Promissionibus, qui etiâ Auctoris quadâ descripsit.
Cypr.	S. Cypriani Opera à Pamelio edita, qui Tertulliano magistro vsus est.	
Damasc.	Ioannis Damasceni Liber de Hæresibus.	
Egnat.	B. Egnatij prima editio Apologeticus apud Aldum.	
Elnon.	Elnonens. S. Amandi codex MS. Apolog.	
Epiph.	S. Epiphaniij Liber de Hæresibus.	
Euseb.	Eusebij Chronicon, & historia Ecclesiastica.	
Fast. Cof.	Fasti Consulares auspiciis Laurinorum Brugis editi.	
Fabr.	Pœta Christiani, è quibus desumpti Libri 5. Carmin. aduers. Marcionem, & de Iudicio Domini.	
Froben.	Ioannis & aliorum Frobeniorum Tertulliani editiones varia, præter 3. supradictas.	
Fulg.	Fulgentij Placiadi Liber de antiquis vocibus	
Gagn.	Ioannis Gagnai Parisiana editio, in qua additi fuerunt Libri XI.	
Gelas.	Gelasij Papa Decretum Dist. 2. 4. cap. Sancta Romana Ecclesia.	
Genn.	Gennady Masiliens. Liber de definit. Eccles. inter	

Q. Hed. Joannis Quintini Hedui Aduocat. in Libr. de Praeser. adu. Hereticos.
 Reuard. Jacobi Reuardi I. C. Brugensis Opuscula.
 Rhen. Beati Rhenani Selestadensis Adnotationes in Libros à se editos, qua sanum sapiunt.
 Rufin. Rufini Opuscula inter Opera B. Hieronymi.
 Scalig. Iosephi Scaligeri in Varrohem & Festu Coniectanea.
 Sept. Septuaginta Interpretum Bibliorum editio.
 Sixt. Sen. Sixti Senensis Bibliotheca sancta.
 Tatian. Tatiani Liber aduers. Gentes, qui ex parte Tertullian. imitatur.
 Theodor. S. Theodoretus Liber de Haesibus.
 Theoph. S. Theophili Antiocheni Libri aduers. Gentes, ad Autolycum.

Ioannis Trithemij Abb. Spanhemensis Scriptorum Trith. Catalogus.
 Adriani Turnebi Aduersariorum Libri.
 Vaticanis tres codices MS. quorum Lectioes varias de- scripsit pia memoria Alanus Copus Anglus, au- spicijs Illustrissimi Cardinalis Sirleti.
 Petri Victorij Castigationes.
 S. Vincentij Lirinensis de prophan. haes. nouitate Liber.
 Ludouici Vini Adnotationes in Libros S. Aug. de Viu. Ciuis. Dei.
 Francisci Zephyri Paraphrasis, & Scholia in Apo- Zephyr. logicum.

Turn.
Vatic.
Victor.
Vinc. Lit.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
 Κυριαίου καὶ σωφωτάτου Τερτυλλίου ἐξηγητή
 Ἰάκωβον Παμέλιον.

Κυριαίου τὸν ἀριστάλον μέγαν ἱεροφάντην,
 Ἡραθῆς Διῶνης ὄμμα φαεινότατον,
 Σοὶ φιλόζῳστον διδῶν ἐλολαμπέα, ἴφι οὐμίχλης,
 Αὐτῷ ἡ ἀμφεχθῆ, πῆλλε κεδ' ἀνυμῶνης.
 Καὶ νῦν Κυριαίου μεμελημένον ἔξοχα πάντων,
 Τῶν θεογενητῶν πάσσοφον Ἀισονίαν,
 Σεπτίμιον παρρηθεὶ καθαράτατον, ὄφρα σὺ δρέψῃς
 Παισόφου ἀκροτάτου εὐεπίης κορυφαί,
 Εὐαγγέλιον πατέρων λογώτατος ἐξηγητῆς
 Παμέλιος, Φλαυδίων τὸ κλέος ὀρθοσεδῶν.
 Ταῦτα μάλ' εὐδυνῶν δεθρῆς ἐρεκιδέα δῶρα,
 Ἀντ' εὐεργιστῶν εὐχαεὶς ἀλυγίαν
 Ἐκλιπαρεῖ τῷ Παμελίῳ πότνησι λιτῆσι
 Μακροτάτης ζωῆς παρ' θεῶν εὐδρομίω,
 Ὡς κεν αἰεὶ πλείω κεχαρισμένα εὐσεβέσσι
 Ἐν θρονί λυσιτελῶς σὺν θεῷ ἔξασύσας,
 Ὑπερσυστάτων θεολαμπέσιν ἐρενίδησι
 Παισφῶν ἀθλον κωδῶν ἔλοι σοφίης.

Ἰώαννης Συλλεῖς Ἀπριλαταίης.



VITA Q. SEPTIMII
 FLORENTIS TERTVLLIANI
 CARTHAGINIENSIS PRESBYTERI,
 AVCTORE IACOBO PAMELIO, QVÆ
 eius atatis viginti quatuor annorum
 Historiam continet.



TERTVLLIANI vitam Deo auspice descripturis; qui (quod memoratu dignum est) sub Afro Romano Pōtifice S. Victore, Imperatore item Afro sibi cognomine Septimio Seucro, Afer & ipse floruit; duæ occurrunt controuersia, eaq; difficillimæ. Prior, de Tertullo Consule, TERTVLLIANO nostro, Tertyliano I. C. & S. Tertullino Martyre; è quibus quatuor hallucinatione quadam vnum conficere quidam conati sunt. Altera, de tempore & ætate Auçtoris, qua fidei Sacramentis nouus Christi Tyro initiatus est. Ad priorem quod adinet. Imprimis fefellit Rhenanum corrupta lectio apud Reginonem, quæ castiganda etiam apud Hermannum Contractum in Chronicis; vt, pro Tertullino Martyre, quem recensent Martyrologia ex Actis passionis S. Stephani Papæ pridie nonas Augusti, TERTVLLIANVM legerit. Deinde non minus hallucinati sunt hæctenus, qui Terrullum Romanum Consulē cum Iureconsulto Tertyliano confundunt, occasione Senatuscōsulti Tertulliani, ad quod complura Rescripta sunt edita, quæ recitantur D. L. 38. T. 17. & Cod. L. 6. T. 55. Neq; enim reperiri poterit aliquis Consul Tertullianus, seu Tertylianus, sed Q. Flauius Tertullus cum Licinio Sacerdote anno V. C. DCCCCX. ad cuius relationem iam antea, imperate Hadriano Augusto, dictum Senatusconsultum publicatum est. Vtpotè quum D. dicto Titulo lib. 21. D. Pius decreuerit, in quadam facti specie cessare Senatusconsultum Tertullianum; quod proinde eo constat esse antiquius. Tertylianus verò I. C. sicuti mox latius, sub Alexandro Imperatore multis pōst annis claruit, cum alijs plerisque Papiniani discipulis, qui Iuri dicundo operam dedere; cuius Constitutiones ex Libris Quæstionum & Libro singulari de Castrensi peculio, ne quid hîc desit, post Vitam hanc Auçtoris nostri subiecimus. Quæ solæ quum supersint, nec quisquam alius librorum aliorum ab hoc Tertyliano editorum meminere; falsus videtur Conrardus Gesnerus, dum illi præterea adscribit legum Rescripta ex Libris, de Senatusconsultis, ac ad SC. Libonianum & Orphitianum. Atque in his fati consentiunt Doctiores. Verùm an idem sit ille Tertylianus cum nostro hoc TERTVLLIANO, adhuc sub iudice lis est; præsertim id adferenibus quibusdam magni nominis & eruditionis I. C. Nos certè, saluo saniori iudicio, diuersum censemus; tum quòd ille iuxta veriorē ex Pandectis Florentinis lectionem, teste Augustino Iustiniano, vbi- que Tertylianus vocetur, noster verò TERTVLLIANVS; tum quòd etiam Francis. Balduinus datis ad me litteris, stilum, & orationem dissimilem confessus sit; tum denique, quòd tempora non satis conueniant. Si enim cum Bernardino Rutilio Tertylianus suos edidisse Libros dicamus sub Imperio Hadriani & Antonini; quum Hadrianus Imp. obierit anno V. C. DCCCLXXX. & Seuerus Imp. sub quo noster TERTVLLIANVS,

primùm ceperit imperare anno V. C. DCCCCXLV. & sic intercesserint anni L. V. oportebit hunc fuisse ætate quinquagenario maiorem, quum ex I. C. Christianus factus est, maximè si responsa illa illi adtribuamus, quæ nõ nisi in auctoritate magna constituti dare solent I. C. cuius tamen contrarium ex S. Hieronymo constat, qui media illum ætate, quum antea diu Presbyter fuisset, ad hæresim scribit defecisse. Sin verò, iuxta alios (quorum supra secuti sumus sententiam) sub Alexandro Imp. cum ceteris I. C. quorum responsa in Pandectas relata sunt; iam luce clarius est, eundem nõ esse. Nã noster TERTULLIANVS ante Alexandrum annis plus minus xxx. Christi fidem amplexus; eo tempore si adhuc superstes fuerit, in hæresi volutabatur. Neque verò argumenta contrã sententiarum tantum sunt ponderis, vt in partes suas me potuerint pertrahere. Quod enim Vlpianus (qui locus fortassis occasionem huic dedit controuersie) D. L. 38. T. 17. ad S. C. Tertullianum lib. 1. Rescripti meminit Imperatoris & D. Patris (id est, Antonini & Seueri) ad Tertullianum quendam; imprimis aut Iunius, aut Quinius iuxta M. S. cod. Tertullianus ille prænominatur, quum noster Q. SEPTIMIUS TERTULLIANVS appellatur; deinde Pandectæ Florentinæ Tertullum legunt, fortassis eundem, qui etiam dicitur Q. Flavius Tertullus, cum T. Flauio Clemente Consulatum gessit anno Seueri III. Altera verò ratio, qua potissimùm nituntur illi, quod Iuris verborum retinentiss. atque adeò I. C. Romanus fuerit, vel Eusebio teste, noster TERTULLIANVS; nõ magis conuincit, quàm si dicamus; Cæcilium Oratorem, quem introducit secum colloquentem in suo Octauio Minutius Felix, eundem esse cum Cæcilio Cypriano nostro, quod vterq; Oratoriã exercuerit. Aut (quod ad institutum facit magis) si Septimium Seuerum Imp. eundem esse existimemus cum Septimio altero Seuero; quod vterque Afer & Historicus fuerit, quorum ille suam, hic Alexandri Imp. vitam cõscripsit. Aut deniq; si Septimium illum, cuius versus exstant apud Crinitum in Iani laudes; aut Quintum Septimium Romanum, qui Dyctis Cretensis de bello Troiano Libros sex Latinos fecit, cõfundamus cum nostro SEPTIMIO TERTULLIANO, quod ambo & Afri & Poetæ fuerint. Ad quorum fortassis distinctionem, Auctor noster Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS appellationes Libris præfixit suis; non contentus duabus illis SEPTIMI TERTULLIANI, quemadmodum reliqui post eum scriptores Afri, Minutius Felix, Cæcilius Cyprianus, Lactantius Firmianus, Marius Victorinus, & Aurelius Augustinus.

Porro (quod ad alteram pertinet controuersiam) de tempore quo ad fidem conuersus est TERTULLIANVS noster, maior multò se difficultas offert. Quosdã qui claruisse putant circa annu Christi nati CLX. fefellit illud Auctoris Lib. de Monogamia, *annis circa CLX. exinde productis*; verum illi quomodo computandi sint à passo Christo, an potius ab ætate qua Apostolus Paulus Epistolam scripsit ad Corinthios primã, infra latius ad annum Domini CXXIII. Multò itaq; rectius Eusebius, Ven. Beda, Freculphus Lexouienfis, Martinus Polonus, Conradus à Lichtenavv Abb. Vrspergensis, Vincentius Bellouicenfis, Hermannus Contractus, & Trithemius, circa annum plus minus Christi nati CC. TERTULLIANVM claruisse scribunt. Atqui de anno, quo Christo nomen dederit, silent omnes præter ipsum TERTULLIANVM, sed verbis longè obscurissimis. Illud quidem perspicuum est, statim à baptismo cõscriptum ab eo Librum de Pallio; ea

Tom. 5. Lib. de Monog. c. 17. nempè occasione, quod, quum pro more Christiano Toga dimissa Palliũ indutus esset, amicus quispiam obiecerit: *Ita à Toga ad Pallium?* Cui inter cetera respondet: *At ego iam illi etiam diuinæ seclæ ad disciplinæ cõmercium cõfero. Gaude Pallium & exulta; melior iam te Philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.* Verum non perinde intelligi potest, quid sibi velint eiusdem Libri verba: *Sed vanum iam antiquitas, quãdo curricula ista coram. Quantum reformauit orbis seculum istud? Quantum vrbiũ aut produxit aut auxit aut reddidit præsentis Imperij triple virtus, Deo tot Augustis in vnum fauente? Quot census transcripti? quot populi propaginati? quot Ordines illustrati? quot barbari exclusi? Reuera orbis cultissimum huius Imperij rus est; eradicationi aconito hostilitatis, & casto & rubo subdola familiaritatis; consitiũ & amicum super Alcinoi pomatum & Mida rosetum.* Id quidem Rhenanus, Magdenburgẽses, alique eum secuti ita interpretantur; vt per *triplicem Imperij virtutem*, intelligãt Seuerum Augustum, & Pescennium Nigrum, ac Clodium Albinum Cæsares; quorum illi ab exercitibus in Pannoniis & Oriente, hic in Gallia Cæsar dictus est. Sed ipse sibi cõtradicit Rhenanus, quum fateatur inuito Seuero id factũ de Pescennio, & vtrumq; ab illo hostem iudicatum, & è viuus sublatum

sublatum postea. Non poterit igitur in tanta trium Cæsarum similitate accommodari illud: *Deo tot Augustis in vnum fauente*, multo verò minius illud: *eradicato omni aconito hostilitatis*. Immo quum illa trium Cæsarum variis in Prouinciis delectio contigerit statim initio Imperij Seueri; minimè conuenire potest cum verbis sequentibus: *Quot census transcripti? &c. quot barbari exclusi?* Quorum postremum maiorem scrupulum iniicit, quod inde constet, non nisi post *exclusos barbaros* hunc librum conscriptum, id est, post deuictos Arabas, Parthos & Adiabenos. Quod itaque in Argumento & Adnotationibus nostris ad annum ferè quintum retulimus Imperij Seueri; ad annum tertium potius applicari oportere postea deprehendimus; quum anno quarto à Seuero deficere Albinus ceperit, & anno quinto interfectus sit. Idque imperantibus tunc vnã Seuero Augusto; Antonino eius filio; & dicto Albino; pacato iam Imperio, vt potè deuictis iam ac occisis, & Iuliano, qui occiso Pertinace illud inuaserat, & Pescennio Nigro. Et verò de Albino Imperij consortē consentiunt omnes. Nam iuxta Factos Cõsulares, statim post acceptos omnes Imperij titulos D. C. L. O. D. I. V. S. A. B. I. M. P. C. A. S. L. S. E. P. T. I. M. I. O. S. E. V. E. R. O. A. V. G. C. A. S. A. R. A. P. P. E. L. L. A. T. V. S. E. S. T. & anno sequenti Consulatum iniit Seuerus cum Albino, qui iam inde etiam S. E. P. T. I. M. I. V. S. dictus est, quantum apparet in Seueri gratiam. Qui eo etiam honore illum profecutus est, vt numos eius imagine (teste Spartiano) insigniri iusserit, qui etiamnum exstant cum inscriptionibus tam Græcis quàm Latinis apud Generosos Dominos Marcum & Guidonem Laurinos Vvatreleti toparchas, cum aliis compluribus, quorum infra fiet mentio. E quibus pro nostra sententia faciunt, iam post occisum Nigrum publicati, isti: I. M. P. C. A. S. D. C. L. O. D. I. O. S. E. P. T. A. L. B. C. O. S. I. I. M. O. N. E. T. A. A. V. G. S. C. seu V. I. C. T. A. V. G. aut M. I. N. E. R. V. E. P. A. C. I. F. E. R. E. S. E. C. V. L. O. F. O. E. C. V. N. D. O. aut denique: F. E. L. I. C. I. T. A. S. quæ omnia pertinere videntur ad illud: *eradicato omni aconito hostilitatis*. De Antonino autem Seueri filio, quod etiam iam inde Cæsaris titulo insignitus fuerit, duo sunt quæ coniecturam confirmant nostram, tum lex 1. de inofficioso Testamento Cod. l. 3. quam rescripserunt Seuerus & Antoninus Kal. Iulii Falcone & Claro Coss. quorum Consulatus incidit in 1. annum Seueri; tum hæc numismatis inscriptio: I. M. P. P. I. N. V. I. C. T. I. P. I. A. V. G. G. (cum Seueri effigie & Antonini adhuc pueri imberbis) V. I. C. T. O. R. I. A. P. A. R. T. H. I. C. A. M. A. X. I. M. A. Quæ adeò referri potest ad illud: *quot barbari exclusi?* sicut & ista: L. S. E. P. T. S. E. V. P. E. R. T. A. V. G. I. M. P. I. I. A. R. A. B. P. A. R. A. D. I. A. B. C. O. S. I. I. P. P. S. C. Maximè consentiente Spartiano in hæc verba post Nigri cædem: Deinde circa Arabiam plura gessit, Parthis etiam in dedicationem redactis, necnon & Adiabenis, qui omnes cum Pescennio senserant. Atque ob hoc reuersus, Arabicus, Parthicus, Adiabenicus, appellatus est; sed triumphum respuit, ne videretur de ciuili triumphare victoria. Insuper & Eusebio (seu potius B. Hieronymus, qui multa ad Latinos pertinentia Chronicis ipsius interseruit) qui bellum Iudaicum, Samariticumque, ac Parthicum cædi Albini præponit, quemadmodum etiam Orosius, Ioannes Zonara, & Hugo Floriacensis. Nec obstat, quod Herodianus dilatũ adhuc scribat bellum Parthicum; tum quod fides maior haberi debeat Latino quàm Græco scriptori, qui nullum historię ordinẽ obseruauit, tum quod Spartianus postmodum iterum profectum scribat in Arabas, Parthos, & Adiabenos, & bello contra eos confecto triumphum egisse, eundem nempè de quo infra anno Seueri IX. Præsertim, quum exstant & Marmorum & Numorum inscriptiones, in quibus bis Parthicus nuncupatur. Altera anni XI. eiusdem in Arcu Septimij Romæ I. M. P. C. A. S. L. S. E. P. T. M. F. S. E. V. E. R. O. P. I. O. P. E. R. T. A. V. G. P. P. P. A. R. T. A. R. A. B. P. A. R. T. A. D. I. A. B. P. O. N. T. M. A. X. I. T. R. I. B. P. O. T. E. S. X. I. C. O. S. I. I. P. R. O. C. O. S. E. T. I. M. P. C. A. S. M. A. V. R. E. L. L. F. A. N. T. O. N. I. N. O. A. V. G. P. I. O. F. E. L. I. C. I. T. R. I. B. P. O. T. V. I. C. O. S. P. R. O. C. O. S. P. P. O. P. T. I. M. I. S. F. O. R. T. I. S. S. I. M. I. S. Q. P. R. I. N. C. I. P. I. E. V. S. I. N. S. I. G. N. I. B. V. S. E. O. R. V. M. V. I. R. T. V. T. I. B. V. S. D. O. M. I. F. O. R. I. S. Q. S. P. Q. R. A. N. N. I. X. V. altera: L. S. E. P. S. E. V. A. V. G. I. M. P. X. I. I. P. A. R. T. A. R. A. B. P. A. R. T. A. D. I. A. B. M. A. X. P. R. O. F. E. C. T. I. O. A. V. G. G. quantum apparet in Britanniam. Quarum priori partim etiam explicatur illud: *Quot populi propaginati?* Quemadmodum & illud: *quot ordines illustrati?* de Ordinibus nempè seu Legionibus Militaribus, per inscriptiones annorum Seueri II. III. ac IIII. istas: I. M. P. C. A. S. L. S. E. P. T. S. E. V. & C. T. R. I. B. P. O. T. I. I. I. M. P. I. I. I. I. C. O. S. I. I. P. R. O. C. O. S. P. P. O. R. D. O.

CLV'S, & VIRG. DIAN. SACR. PRO SALVTE IMP. L. SEPT. SEV. & C. TRIB. POT. III. IMP. V. ORDO CLV'S. ac: IMP. CÆS. & C. IMP. VIII. TRIB. POT. IIII. LEG. VII. CLV'S. Historiam nihilominus nostrā auspiciamus à primo Seueri anno, & TERTULLIANI iam Christiani ab anno illius tertio; dummodò quædam præmiserimus, de eius appellationibus Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS, & proinde de ipsius gente, familia, stirpe, parentibus, patria, institutione, studiis & scriptis adolescentiæ, vitæ statu, & ætate, quum Seuerus Imperium iniit.

Porrò Q. (quod Auctori nostro tribuerunt iam olim Vincentius Bellouacensis, Trithemius, Politianus, & MS. cod.) Prænomen esse, norunt Antiquarij omnes, fortassis quòd quinto loco natus esset, utpotè quum Prænomen aut ab euentu aut ab auis, proauis, seu atauis ferè vsurpari à Romanis soleant (in quorum locum hodie successerunt propria cuiusque nomina) quale est & illud; QVINCTA SEPTIMIA, quod inter prænomena feminarum ab Onuphrio recensetur. SEPTIMI, gentis est appellatio, quæ apud Romanos primùm Regia, deinde plebeia, postremò Consularis fuit & Patritia. Imprimis enim inuenitur: SEPTIMVS MESPVS ÆQUICOLARVM REX; inde in variis Marmorum inscriptionibus partim inter Epigrammata antiquæ Urbis, partim in Orthographia Aldi Manutij, feminarum appellationes: SEPTIMIA ANNIA FL. HERATHA, SEPTIMIA OCTAVILLA, SEPT. FELICISSIMA, SEPTIMIA LVRESIA, SEPT. SECVNDIA, SEPT. EXORATA, & Ordinis Militaris ytorum (quæ ad institutum magis faciunt) T. SEPTIMIVS FELICISSIMVS COHORTIS II. & L. FLAVIVS L. F. SEPTIMIVS AFER OCTAVIANVS C. V. TVRM. II. EQVIT. ROM. XVII. STILITIVS IVDICANDIS; & L. SEPTIMIVS ANTIGONVS MIL. COH. VI. PR. & T. SEPTIMIVS C. F. SER. TIVIA. TR. MIL. denique L. SEPTIMIVS SEVERIANVS, & SEPT. CARITO V. P. Consulariū denique vitorū; sub Iulio Cæsare Augusto P. SEPTIMIVS; Traiano Cæsare SEPTIMIVS AGNIDIVS V. C. AGENS PER HISPANIAS V. C. P. T. VISESACRA COGNOSCENS; sub Marco Imper. SEPTIMIVS SEVERVS; sub Imp. Vero L. SEPTIMIVS SEVERVS, M. SEPTIMI GETÆ F. postmodum Imperator; sub ipso illo Seuero D. CLODIVS SEPTIMIVS ALBINVS, cum illo uti supradiximus Cæs. appellatus; P. SEPTIMIVS M. F. GETA illius frater, Q. SEPTIMIVS PLAVTIANVS Antonini filij ipsius, focer; & (mirū de Antonino eius filio maiore natu, quòd SEPTIMI appellationem prætermiserit) P. SEPTIMIVS SEVERI AVG. F. GETA, IMP. CÆS.

Tom. 2. Lib. de Vel. virg. c. ult. num. 140.

AVG. De quorum gente an fuerit, etiā ipse Afer, Auctor noster, non ita constat; ipse interim sibi ipsi his verbis id nominis tribuit; Pax & gratia à Domino nostro Iesu redundet, cum SEPTIMIO TERTULLIANO, cuius hoc opusculum est; hinc & à Lactantio Instit. diuin. l. 5. c. 1. & à B. Hieron. 128. Epist. ad Fabiolam, SEPTIMIVS TERTULLIANVS appellatur; quibus etiam consentiunt Trithemius, Politianus, & MS. excusis que hæcenus codices omnes. FLORENTIS cognomen, familiam quidem certam gentis Septimiæ significat, sed quæ apud Romanos fuit incognita; adtribuitur tamen Auctori non modò in excusis, sed & MS. codicibus, ac iam olim à Trithemio & Politiano. TERTULLIANI nomine præter alios qui illius mentionem faciunt scriptores omnes, non modò verbis iam cita-

Tom. 3. Lib. de Bapt. ca. ult. n. 142. Tom. 5. Lib. de Exhort. Cast. cap. ult. n. 74.

tis, sed etiam hisce seipsum appellat: *Tantum oro, ut quum petitis, etiam TERTULLIANI peccatoris meminertis; & memento in orationibus tuis TERTULLIANI ad hæc exhortantis.* Quod videtur deriuatum à Tertullo, sicuti Octauiani ab Octauio, & Septimiani à Septimio, & stirpem significare familiæ Florentum. De qua fortassis est quæ existat Montuni ad S. Mauritium, ac Mediolani ad S. Victorem porta Vercellensi hæc inscriptio: C. SARTORIVS L. F. OVF. TERTULLIANVS VETERANVS. LEG. XI. CVRATOR CIVIVM ROMANORVM MOGVNTIACI, seu MVNGOTIARII. Hoc saltem constat ex Euseb. Chronico & B. Hieronym. Cat. Scriptorum Eccles. TERTULLIANVM nostrum Afrum fuisse, Centurionis Proconsularis filium; quod etiam affirmant B. Isidorus, Ven. Beda, Nicephorus, Freculphus Lexouienfis, Marianus Scotus, Ado, & Vincentius Bellouacensis. Patriam Carthaginem indicat agnomen CARTHAGINIENSIS, in quo etiam illi consentiunt, quum dicunt *provincia Africa, ciuitatis Carthaginensis*, sicuti & B. Opratus Mileuitanus lib. 1. aduersus Parmenianum, &

& nominatim Nicephorus, quum Carthagini in Africa ortum scribit. Quid? quòd ipse Auctor id satis superque indicet initio Libri de Pallio: *Principes* (inquit) *semper Africa, viri Carthaginenses, vetustate nobiles, nouitate felices. Tamen & vobis habitus aliter olim Tunica fuerit, & quidem in feminis. in viris autem Pallij extrinsecus habitus. Vobis verò post iniuriæ beneficium, post Gracchi obscena omnia, post vrinas Pompeij aras, & longas Cæsaris moras; ubi mœnia Statilius imposuit, sollempnia Sentius Saturninus enarrauit, quum concordia iuuat, Toga oblata est. Pallium tamen generaliter vestrum, immemores etiam, denotatis. Equidem haud miror præ documento superiori. Nam & Arietem illa dicitur Carthago studiis asperissima belli prima omnium armasse. Quum tamen ultimarent tempora patria (en patriam Carthaginem vocat) & Aries iam Romanus in muros quondam suos aueret, stupere illicò Carthaginenses ut nouū extraneū ingenium. Tantū cui longinqua valet mutare vestitus. Sic denique nec Pallium agnoscitur. Hæc paulò prolixius, ob opinionem Vadiani, qui in Carta Palestinæ patriam illi adsignat Municipiū quoddam iuxta Aras Philenorū fratrum.*

Atqui TERTULLIANI qualis felix fuerit institutio, Libri eius aduersus Gentes testantur, qui (B. Hieron. teste Epist. ad Magnum) cunctam sæculi continent disciplinam, è quibus vel solis constat omnes illum Auctores euoluiffe, Historicos, Poëtas, Grammaticos; de Iureconsultis verò res notior est, quàm ut probatione sit opus, de Medicis & Philosophis idipsum ex libro de Anima colligere est. Quorum omnium Catalogum in suas classes distributum reperiet Lector inter Indices nostros, tam Græcorum quàm Latinorum. Hinc à Lactantio dicitur in omni genere litterarum peritus; ab Eusebio legum & rerum Romanarum peritia clarus; à B. Hier. acris & vehementis ingenij vir eruditiss. quo nihil eruditius, nihil acutius, & eloquentissimus; à B. Augustino disertissimus, qui buccis sonantibus orationem inflauerit; à Nicephoro eloquentia admodum pollens, acris & ingeniosus admodum. Quæ omnia latius multo prosequitur Vincentius Lirinensis: Hic (inquit) apud Latinos nostrorum omnium facilè princeps iudicandus. Quid enim hoc viro doctius? quid in diuinis atque humanis rebus exercitatus? Nempè omnem Philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, auctores adsertorésque sectarum, omnésque eorum disciplinas; omnem historiarum & studiorum varietatem mira quadam mentis capacitate complexus est. Ingenio verò nonne tam graui & vehementi excelluit, uti nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruerit, aut pondere illiserit? Iam porrò orationis suæ laudes quis exequi valeat? Quæ tanta, nescio quæ, rationum densitate conferta est, ut ad consensum sui, quos suadere non potuerit, impellat, cuius quot penè verba, tot sententiæ sunt, quot sensus, tot victoriæ. Quanquam interim experientia ipsa conuicti fateamur necesse sit, quod de eo scribit Lactantius, parum esse facilem, minus comptum, & multum obscurum, & iuxta B. Hieronymum, crebrum quidem in sententiis, sed difficilem in eloquendo, ut non mirum sit, stilum eius & aliorum etiam Afrorum facile potuisse discerni à Nepotiano (viti in Vita eius testatur idem B. Hieronymus) Minutij Felicis dico, B. Cypriani, Arnobij, Lactantij, Victorini. Obscuritatis verò stili præcipuam causam adnotauit alicubi Rhenanus, quòd ex Græcorum Auctorum assidua lectione adèd Græcas loquendi formulas imbiberit, ut etiam Latine scribens, illarum obliuisci nequirer. Et verò scripsisse eum quædam in adolescentia, atque adèd ante fidem Christi susceptam, idem B. Hieronymus locuples testis est. Nam est (inquit lib. 1. adu. Iouin.) huius loci nuptiarum angustias describere, & quasi in communibus locis Rhetorico exultare sermone. Certè & TERTULLIANVS, quum adhuc esset adolescentens, lusit in hac materia. Cuius Libri argumētum & titulum idem Epist. 22. ad Eustoch. recenset: Si tibi placet (inquit) scire, quot molestiis virgo libera, quot vxor adstricta sit, legas TERTULLIANVM AD AMICVM PHILOSOPHV. Quo fit ut castitatem, quam toto vitæ tempore vsque adèd commendatam habuit, etiam iam inde ab illo obseruatam censeamus. Atque adèd nō tam suo quàm aliorū nomine, exempli gratia, dictum intelligimus illud Auctoris: *Ego me scio neque alia carne adulteria comisisse, neque nunc alia carne ad continentiam eniti.* Coniugiū tamen iniisse TERTULLIANVM, ex Libris duobus ad Vxorem perspicuum est: fortassis quòd nondū sublatæ essent Papia Poppæa & Iulia leges, quæ liberos suscipi cogebant (viti ipse faterur) & cœlibes & orbos vetabant ex testamēto solidū capere; de quibus post Seuerū Imp. sublatis infrā latius. Quarum Legū constitutio præscribēs matrimonii certam ætatem, utpotè iuxta Platonem anni xxxv. nostram confirmat cœlesti. Eturā, quòd ante fidē matrimoniū contraxerit, quamquā tamen liberorū eius nulla vsquam mentio. Scribitur autem à Trithemio apud Carthaginem aliquot annis, Rhetoricam glo-

riose docuisse; postea & Oratorem fuisse seu causarum Aduocatum mox comprobabimus. Iureconsultum etiam fuisse constat ex variis, quibus vitur, phrasibus & I. C. uocibus, fortassis Romæ præceptore vsus est Seruidio Scauola; studiorum collega & Seuerio Imper. & Emilio Papiniano, ætate tamen minor Seuero, qui natus fuit anno Domini XLVI, ut quadragenarius fuerit initio Imperij illius. Inde enim ad finem vsque Imperij ipse & filij eius Antonini Caracallæ, sub quibus Auctor floruit, anni efficiuntur XXI. aut circiter, & sic simul cõstituuntur LXII. ætatis TERTULLIANI, à quo anno (quem climactericum vocant Medici) decrepita ætas, ad quam vsque vixit, exordiri solet. Pro quo facit quod B. Hieron. & Nicephorus post mediam ætatem in hæresim Montani lapsum scribunt, nempe nostra quidem sententia circa annum ætatis eius quinquagesimum tertium, anno Seueri xv. toto ante obitum decennio. Verum de his plus fatis. Iam ad Historiam pergamus annorum illorum XXI.

Anno igitur Domini CLXXXIII. C. SOSTIO FALCONE & C. IULIO FRUCTO CLARO COS. S. Victoris filius F. Afri Romani Pontificis an. VIII. Imp. Cæs. L. Septimij M. F. Afri, Pij, Pertinacis, Augusti anno I. TERTULLIANVS adhuc ethnicus causarum patronum agebat Carthagini; quod comprobatur his ipsius verbis quæ sub Pallij persona de se scripsit, iam Christianus factus: *Ego (inquit) nihil foro, nihil campo, nihil curia debeo, nihil officio aduigilo; nulla vestra præoccupo, nulla cancellos non adoro, subsellia non contundo, Iura non conturbo, causas non elatro. Plus toga lætere Remp. quam lorica.* Certè ethnicum se fuisse ipse fatetur, agens de iudicio extremo, vita & igne æternis, & suscitatione defunctorum: *Hæc (inquit) & nos visimus aliquando, de uelutis fuisse. Fiunt, non nascuntur Christiani.* Apud Auctorem verò quædam ad annum hunc pertinentia reperite est. Imprimis de cæde Imp. Cæs. P. Heluij, P. F. Pertinacis occisi

Tom. 1. Lib. de Pall. c. 5. num. 98.

Ibid. Apolog. cap. 18. num. 262.

Ibid. Apol. v. Kal. April. illud Apologetici: *Vnde qui faucibus exprimentis palæstricam exercent? Vnde qui armati palatium irumpunt, omnibus Stephanis atque Parthenis audacioribus? De Romanis, ni fallor, utpotè qui in foribus palatij ab armatis Prætorianis militibus interfectus sit, factione Latæ Præfecti prætorio, eiusdem, cuius iussu Commodus Imper. non multo antè à Narcisso athleta, cum quo ille solebat in palæstrica exerceri, strangulatus fuerat. Deinde de Imp. Cæs. Pescennio Nigro, qui, occiso iussu Senatus Imp. Cæs. M. Didio M. F. Commodo Seuero Iuliano Augusto, exante diem Kal. Maias Imperium inuaserat, illud eiusdem loci: *Planè ceteri ordines pro auctoritate religiosi ex fide nihil hosticum (aduersus Cæsarem) de ipso Senatu, de equite, de castris, de palatijs istis stant. Vnde Cæsij & Nigri? Quorum prius ad Auidium Cassium refertur; qui, ex familia Cassiorum C. Iulij Cæsaris interfectorum, & Antonino Pio & Marco ac Vero Imp. principatus extorquere conatus fuit. Alterum ad Nigri conspirationem aduersus Seuerum Imp. Iam & solemnia Cæsarium (qualia etiam**

Ibid. num. 472.

Ibid. num. 461. 462. 463. 464. 466. 467. 468. 469. 470.

Tom. 1. Lib. ad Scap. c. 4. num. 32. 33. 34. 35. & 36.

Kal. Iuniis in auguratione noua Seueri, qui antea Idibus Maij ab exercitu Imperator dictus fuerat, celebrata sunt) ibidem in hæc verba describit: *Cur die lato non laureis postes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? & paulopòst: Ipsos Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem conuenio; an alicui Cæsari suo parcat illa lingua Romana? Testis & Tiberis, & scholæ bestiarum. Iam si pectoribus ad translucendum, quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non præcordia insculpta apparerent noui ac noui Cæsaris scenam in Congiario diuidendo præsidentis? etiam illa hora; quæ adclamant: De nostris annis tibi Iupiter augeat annos.* Hoc enim indicant Herodianus lib. 2. inter cetera scribens: *Milites Prætorianos relictis armis pomparum habitu laureatos processisse; & Spartianus ac Fasti Consulares, dum xxx. postquam in urbem venerat die, exante diem Kal. Iulias, profectum scribunt Seuerum in Orientem contra Nigrum tyrannum, datis prius plebi Congiario, & Donatio Militibus; denique & hæc numismatis inscriptio: IMP. CÆS. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. COS. LIBERALITAS AVGVSTI.* Quò pertinet etiam quod præmittitur: *Focos & thovos in publicum educere, vicatim epulari, ciuitatem tabernæ habitu obolefacere, vino lutum cogere.* Ad hunc præterea annum pertinere censemus illud lib. ad Scapulam: *Ipsæ etiam Seuerus pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam & Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhode procuratorem, qui eum per oleum aliquando curauerat, requisit, & palatio suo habuit vsque ad mortem eius; quæ & Antoninus optimè nouerat, Christiano lacte educatus. Nā morbū illi grauem cõtigisse initio imperij, ex Ælio Lapidio vel inde patet, quòd quum filij sui id ætatis nō haberet, ut imperare possēt, Seuerus se id in animo habuisse scripserit, ut siquid sibi fortè humanitatis accidisset, Nigro Pescennio & Clodio Albinus succederēt; quòd ille occisus fuit anno*

no

no sequenti. Et quum (sicuti infra latius) anno ipsius III. Antoninus annum agens decimum tertium Cæs. Aug. appellatus sit, oportebit huc referre, quòd de illius scribit educatione Auctor. Cui simile est illud de illo Spartiani: *Si quando feris obiectos damnatos vidit, fleuit, aut oculos auertit. Septennis puer, quum collusorem suū puerum ob Iudaicam religionem grauius verberatum audisset; neque patrem suum, neque patrem pueri, neque auctorem verberum diu respexit. Christiano verò lacte educatum, ex eo confirmatur, quòd Lugduni natus sit ubi vigeat fides Christiana.*

Anno Domini CLXXXV. IMP. CÆS. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. II. ET D. CLODIO SEPT. ALBINO CÆSARE II. COS. anno IX. S. Victoris Romani Pontificis, & ipsius Seueri adhuc Carthagini Causarum fuisse aduocatum TERTULLIANVM verisimile est. Ad hunc autem annum referri debet illud ipsius lib. ad Scapulam: *Sic & circa Maiestatem Imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani uel Nigriani uel Cassiani inueniri poterunt Christiani; sed iidem ipsi, qui per Genios eorum in pridie vsque iurauerant, qui profante eorum hostias & fecerant & vouerant, hostes eorum sunt reperi. Hoc enim anno Imper. Cæs. C. Pescennius Niger Iustus Augustus occisus est apud Cyzicum, siue Ilicum iuxta Herodianum; quo factò mox Seuerus eos Senatores occidit, qui Nigri partes secuti fuerant, & cum Nigro militauerant Ducum aut Tribunorum nomine, aliosque omnes exceptis Militibus, quos impunitate proposita recepit; Antiochenis priuilegia & Neapolitanis ius ciuitatis eadem de causa ademittit. Aliquot deinde Barbarorum Reges (iuxta Onuphrium) qui Nigro fuerant auxilio, à Seuero victi sunt; quare ipse IMP. III. I. I. & IIII. appellatus est, quos omnes Nigrianos Auctor noster appellat. Quò postremum, confirmat nostram sententiam de Arabibus, Parthis, & Adiabenis hoc anno deuictis; atque adeò huc pertinent Inscriptiones Numorum & Marmorum antiquæ supra citatæ, & proinde illud Auctoris: *barbari exclusi.* Et verò Constitutiones his Coss. editæ titulo Seueri & Antonini Augg. datæ v. Kal. Martij, xj. Kal. Maij, Nonis Iulij, v. Kal. Oct. & xj. Kal. Nouemb. confirmant quòd supradiximus de Antonino Imperij consorte ab initio; quæ extant Cod. Lib. 8. T. 1. 4. l. 1. lib. 6. T. 2. 1. 2. lib. 2. Tit. 1. 1. 2. lib. 2. T. 2. 4. l. 1. & lib. 8. T. 16. l. 1. Ad hunc annum pertinere censemus, cuius ex Eusebio supra meminimus, bellum Iudaicum & Samariticum, de quo etiam Freculphus Lexouienis, vnde & Iudaicum ei oblatum fuisse. Quò videtur ex parte respicere Auctor de Iudæis agens: *Dispersi (inquit) palæbundi, & coeli & soli sui extorres vagantur per orbem, sine homine, sine Deo Reges; quibus nec aduenarum iure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.* Vnde cõiicio belli illius occasionem; quòd Iudæam vellent repetere, qua illis ab Hadriano Imp. interdictum fuerat. Huc etiam referendum quòd scribit Nicephorus Eccles. hist. lib. 5. cap. 2. Seueri Imperij initio satis bono loco res nostræ fuere, indidique fidei professio augmenta sua cœpit, eorum quos recensuimus Ecclesiasticorum doctorum scriptis atque doctrinis eam prouehentibus, idque in maximis quibusque potissimum urbibus; nimirum Alexandria, Antiochia, Æliæ, & per Palæstinam omnem, Ephesi, Cæsareæ, & Occidentem versus Thessalonica, Athenis, Corinthi, in Gallis, & Romæ maximè. Vniuersæ enim multitudines & domus totæ ad fidem accedebant; quiduis facere & pati paratæ; quàm ut quidquam contra religionem nostram agerent aut nouarent. Qua occasione etiam recensendi hinc veniunt, quorum tum ille, tum Eusebius meminerunt huius ætatis Ecclesiastici scriptores, maximè quum ipsorum scriptis & doctrinis haud dubiè acceptam debeat suam conuersionem Auctor noster. Apud Alexandriam Demetrius Episcopus duodecimus ac Presbyteri Panthenus, & eius discipulus Clemens Alexandrinus, Antiochiæ 9. Episc. Serapio, Hierosolymorum 34. Gordius, Cæsareæ Palestinæ Theophylus, Ephesius Polycrates, Ponticus Palmas, Berillus, & Ba chilus Corinthij, in Africa Carthagini Agrippinus, Lugduni Galliarum S. Irenæus, Romæ denique S. Victor Pontifex. Atque adeò hinc confirmatur nostra ex MS. cod. lectio apud Auctorem: *Quales ergo Leges istæ, quas aduersum nos soli exercent impij, iniusti, turpes, truces, vani, dementes; quas nullus Pius, nullus Seuerus impresit.* nempe vsque ad id temporis quo Apologeticum edidit.*

Tom. 1. Lib. ad Scap. c. 2. num. 8.

Tom. 1. Lib. de Pall. c. 2. num. 41.

Tom. 1. Apolog. c. 21. num. 306.

Ibid. cap. 5. nu. 65. 70. & 71.

Tom. 1. Lib. de Pall. c. 3. num. 41.

Anno Domini CLXXXVI. Q. FLAVIO TERTULLO & T. FLAVIO CLEMENTE COS. S. Victoris Romani Pontificis anno X. & Seueri III. TERTULLIANVS fidei Christianæ, mea quidem sententia, nomen dedit, Imperio iam prorsus pacato; cum Seuero Imperantibus Antonino eius filio & Clod. Albino Cæsaribus, quòd adeò *Triplex Imperium* vocat verbis supra citatis, quò Lectorem remittimus; complura enim illic

Ibid. n. 42.

Tom. 1. lib. ad Scap. c. 3. nu. 20.

Ibid. apol. c. 23. n. 371.

Ibid. c. 19.

num. 273.

274. 275.

276. 277.

Ibid. c. 20.

num. 296.

Tom. 1. lib. ad Scap. c. 3.

num. 13.

Ibid. nu. 15.

c. 16.

Ibid. lib. de Testim.

Anima. c. 1. num. 2.

Tom. 3. lib. adu. Valer.

cap. 5. num. 41. 42. c. 43.

reperiuntur quæ ad hunc annum pertinent. Id tamē non initio, sed sub huius anni finem: *eradicato iam omni aconito hostilitatis*; ut potē post excidium Byzantinum, quæ vrbs Herodiano, Zonara, & Michaële Glyca testibus, post triennij obsidionem, cœptam, anno primo Seueri, adhuc viuentē Nigro, tandem fame capta est, & libertate omni adempta Perinthiis (qui multa à Nigro passi fuerant) adiudicata est, etiam mœnibus euerfis, in vici formam redacta. Cuius etiam Auctore meminit: *Cæcilius*, inquit, *Capella in exitu Byzantino; Christiani gaudete, exclamauit*. Occasionem suæ conversionis ipse quantum apparet, indicat ex testimonio alicuius Dei, qui à Christianis adiuratus dæmonem se confitebatur: *Hæc testimonia* (inquit) *Deorum vestrorum Christianos facere consueverunt, qua plurimum illis credendo, in Christo Domino credimus. Ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi sibi nostræ fidem adificanc*. Neque tamen inde solummodò, sed & ex fide scripturarum sacrarum, quarum fidem Dii suo testimonio adprobabāt. Maximè quòd illarum auctoritatem (vel ipso teste iam Christiano) summa antiquitas vindicaret, ut potē quum omnes substantias, omnesque materias, originēs, ordines, venas veterani cuiusque styli, gentes, etiā pleraque & vrbes insignes, historiarum causas & memoriarum, ipsas denique effigies litterarum, indices custodisque verum ipsos Deos, ipsa templa & oracula & sacra vnius Prophetæ Moysi scribuntur, seculis aliquot anteuererit. Quum etiam illarum Maiestatem diuinam prædictionem veritas comprobaret: *Quidquid enim*, inquit, *agitur prænunciabatur. Quòd terra vorant vrbes, quòd insulas maria fraudant, quòd externa atque interna bella dilaniant, quòd regnis regna compulsi, quòd fames & lues, & locales quæque clades & frequentia plerumque mortium vastant, & quòd etiam officia temporum & elementorum munia exorbitant, quòd & monstris & portentis naturalium forma turbatur, prouidenter scripta sunt* (nempè Matth. 25.) *Dum patimur, leguntur, dum recognoſcimus, probatur*. De quibus omnibus latiùs, & lib. de Pallio cap. 2. & eiusdem Apolog. cap. 40. quò & ad Adnotat. nostras Lectorem remittimus. Hic dumtaxat addemus, adludere illum inter cetera ad *luem* maximam Romæ & in multis Provinciis ac terrarum, quo corruit Smyrna vrbs Asiæ, quæ recenſet Euseb. in Chronicis sub Marcò & Vero Imp. & fulmen quòd sub Commodò in Capitolium ruens Bibliothecam inflammavit, & bella eius ætatis ciuilia, quorum iam meminimus. Item ad *famem*, de qua lib. ad Scap. in hæc verba: *Sicut & sub Hilariano præſide, quum de arce sepulcrarum nostrarum adclamaſſent: Arce non sint, arce ipsorum non fuerunt; messes enim suas non egerunt*. Denique ad *portentum*, de quo ibidem: *Nam & sol ille in conuentu Vicensi, extincto penè lumine adeò portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati, positus in suo hypsomate & domicilio*. Et verò, scripta quoque multorum à Christo Patrum aduersus Gentes conversioni causam dedisse sentimus, ad quæ adludit alibi: *Nonnulli*, inquit, *quibus de pristina litteratura, & curiositatis labor & memoria tenor perseverauit, opuscula penes nos condiderunt, commemorantes, & contestificantes in suggestationem & originem & traditionem & sententiarum argumentas per quas recognosci possit nihil nos aut nouum, aut portentosum suscepisse, de quo non etiam communes litteræ ad suffragium nobis patrocinentur, si quid aut erroris eiecimus, aut aequitatis admisimus*. Inter quos commemorandi Quadratus, Aristides, Anaxagoras, Melito, Theophylus Antiochenus, Apollinarius, Tatianus, Clemens Alexandrinus, & Apollonius Senator; denique ab Auctore alicubi citati *Iustinus Philosophus & Martyr, Mileiades Ecclesiarum Sophista, & Irenæus omnium doctrinarum curiosissimus explorator*. Quibus omnibus euoluendis & ante & post fidem susceptam ipsum adlaborasse, vel ex Apologetico patet, in quo subinde illos ad verbum ferè imitatur. His omnibus adminiculis ad Christi fidem conuersus, & iam initiatus, quum pallium Christianum indutus (sicuti antea etiam adtigimus) inconstantiæ notaretur ab amico; quòd à *Toga* transisset ad *Pallium*, Orationem habuit Carthagini (quam LIBRVM DE PALLIO inscripsit) qua, & Pallij vetustatem, simplicitatem, facilitatem, libertatem sine cura, Philosophicam grauitatem & sanctitatem commendat; & vitio sibi dari non debere, variis exemplis ostendit, quòd habitum verterit. Qua occasione & libidinum varia genera, quibus natura mutetur, & Matronarum cultum indecentem infectatur, & fori Iudicum militum vitiis, tum ambitioni & gulæ cauterem adigit. Atqui his Coss. data Constitutio Seueri & Antonini v. Idus Martias, quæ exstat D. Lib. 9. Tom. 1. lib. 1. iterum confirmat nostram sententiam de Antonino filio Imperij consorte.

Anno Domini C L X X X V I I . C . D O M I T I O D E X T R O I I . E T L . V A L E R I O M E S S A L A T H R A S I A P R I S C O C O S . S . V I C T O R I S P A P Æ R O M A N I A N N O X J . & S E U E R I I I I I . T E R T V L L I A N V S iam Christianus, quibus se occupationibus totum dedit, scripta eius, de quibus postea, plus satis suo confirmat testimonio. Ex quibus

bitis imprimis constat ita versatum fuisse in sacrarum lectione litterarum, ita memoriæ omnia & singula scripturarum loca commendasse, ut vel vnica periodo subinde complura complexus sit; sicuti ex scripturarum Indice nostro, collatione cum Auctore facta, facile est deprehendere. In illis autem citandis editionem sequitur vbi que LXX. Interpretum quod ad vetus Instrumentum adinet, iuxta quod per *Esdras* (vel ipso teste) constat restauratum; idque non in Pentateucho Moyſi duntaxat, aliisque libris historicis, sed & in Prophetarum vaticiniis: *Quos enim* (inquit) *diximus predicatorum, Prophetarum de officio præfandi dicuntur. Voces eorum, itemque virtutes, quas ad fidem Diuinitatis edebant, in thesauris litterarum manent, nec istæ nunc latent. Ptolemæorum eruditiss. (quem Philadelphum supernominant) & omnis litteratura sagacissimus; quum studio Bibliothecarum Pæsistratum (ut opinor) emularetur; inter cetera, memoriarum, quibus aut vetustas, aut curiositas aliqua ad famam patrocinabat, & suggestu Demetrii Phaleri Grammaticorum tunc probatissimi; cui præfecturam mandauerat, Libros à Iudæis postulauit; proprias scilicet atque vernaculas scripturas, quas soli habebant. Ex istis enim & ad ipsos semper Prophetæ perorauerant, scilicet ad domesticam Dei gentem ex patrum gratia. Hebræi verò, qui nunc Iudæi. Igitur & litteræ Hebrææ, & eloquium. Sed ne notitia vacaret, hòs quoque Ptolemæo à Iudæis subscriptum est, Septuaginta duobus Interpretibus indultis; quos *Mendacius* quoque Philosophus de sententiæ communionem suspexit. Adfirmavit hæc vobis etiam *Aristæas*, ita in *Æcum stylum ex operto monumenta reliquit. Hodie apud Serapeum Ptolemæi Bibliotheca cum ipsis Hebræicis litteris exhibetur. Quæ paulò prolixius citauimus, aduersus eos qui auctoritatem LXX. Interpretum eleuari non verentur. In nouo verò Testamento non tam Latinis translatis, quam Græcis veteribus codicibus vsum Auctorem, Græcè doctissimum, ex versione eius peculiari ab aliis omnibus multum subinde diuersa, manifestum sit; quam adeò discrepantiam in gratiam Professorum sacrarum litterarum vbi que adnotauimus. Quam iam olim etiam indicauit B. Ambrosius, siue quisquis Auctor est Comment. in Epist. Pauli ad cap. 5. Rom. Constat (inquit) quosdam Latinos olim de veteribus Græcis translatis codicibus, quos incorruptos simplicitas temporum seruauit & probat. Postquam autem discordia animis dissidentibus & hereticis perturbantibus torquere quæstiones cœperunt, multa immutata sunt ad sensum humanum, ut hoc cõtineretur in litteris, quod homini videretur. Vnde & ipsi Græci diuersos codices habent. Illud autem verum arbitror, quando & ratio, & historia, & auctoritas obseruatur. Nam hodie quæ in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inueniuntur à veteribus posita, TERTULLIANO, Victorino, & Cypriano. Hactenus ille. Atqui versabatur præterea noctu diuque Auctor noster, in perscrutandis non modò quos supra adduximus Apologiarum pro fide Christiana Auctoribus, sed & aliis hæddubiè scriptoribus Ecclesiasticis, præter Apollonium Senatorem & B. Victorem, Græcis omnibus Philonem dico, Iosephum (quem vocat *Antiquitatum Iudaicarum vernaculum vindicem*) Apionem, & Egesippum Iudæos, Clementem Romanum, ac S. Polycarpum (quorum illum Romanorum à Petro, hunc à Ioanne Smyræorum Episcopos ordinatos agnoscit) S. Ignatium Antiochenum, S. Dionysium Areopagitam Galliarum, Papiam Hieropolitanam, Episcopos; Agrippam Castorem, Dionysium Corinthiorum, Pinitum ac Philippum Crentenses Episcopos; Musanum, Modestum, Panthenum Alexandrinum, Rhodonem Asianum, Serapionem & Proculum quendam, quem vocat *eloquentiæ Christianæ dignitatem*, de quo postea latiùs. Sextum denique Appionem, Candidum, Arabianum, Maximum, & Heraclitum. Quibus adiicio primos illos ceteros Pontifices Romanos in *Petri cathedra successores*, quorum exstant Decretales, quorumque cum Lino & Cleto Auctor meminit, *Anacleantum, Euaristum, Alexandrum, Sixtum, Theleſphorum, Hyginum, Pium, Anicetum*. Sorcerem item (quem, quòd occasio sese non offert, prætermisit) & *Eleutherum quem benedictum* nuncupat. Quos omnes Græcè scripsisse, ex eodem stylo Latino, qui interpretis eiusdem videtur, cenſeo; ut potē, qui melius Græcè nouerint, sicut etiam S. Irenæus, quàm Latinè. Quo fit, ut (vel Rhonen adnotante) nemo mirari debeat Græcam Auctoris loquendi consuetudinem, quum etiam qui in Latinam linguam translati essent, mallet ex fontibus bibere (quod aiunt) quàm ex lacunis. Atqui hoc primùm anno quidam scribunt Idib. Maij die Natalitio Imperij à Seuero Imp. appellatum Cæsarem Aug. filium eius Antoninum, apud Viminatium priusquam in bellum contra Albinum proficisceretur. Veruntamen etiam ab initio Augustum olim fuisse nuncupatum, patet ex Rescriptis præcedentium annorum nomine Seueri & Antonini Augg. Conspirationis interim Albini aduersus Seuerum hoc anno factæ meminit etiā Auctor in hæc verba, vnde *Cassij, Nigri, & Albini*.**

Tom. 2. lib. de Hab. mulieb. c. 3. num. 33. Tom. 1. Apolog. c. 18. num. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. c. 271.

Tom. 1. Apolog. c. 19. num. 292. Tom. 3. lib. de Prescri. adu. her. c. 32. nu. 186. c. 185. Tom. 3. lib. adu. Valer. c. 5. n. 44. Tom. 4. lib. 3. Carm. ad. Marc. c. 9. nu. 26. 27. 28. 29. Tom. 3. lib. de Prescri. adu. her. c. 30. nu. 167.

Tom. 1. lib. Apolog. c. 35. num. 473.

Anno Domini CLXXXVIII. AP. CLAVDIO LATERANO ET M. MARIO M.F. TITIO RVFINO COSS. S. Victoris Romani Pontificis Anno XII. Seueri Imp. **V. TERTULLIANVM** verisimile est memoria exercendæ gratia conscripsisse Carmine GENESIN & SODOMAM, immò mea sententia integrum sacrorum Bibliorum veteris Testamenti historiam; vtpotè quum & prior illorum mutilus sit, & ex initio posterioris satis videatur etiam descripsisse orbis vniuersi diluuium. Atque ad eò etiam Carmen illud AD SENATOREM EX CHRISTIANA FIDE AD IDOLORVM SERVITVTÈM REVERSVM, & LIBROS QVINOYE ADVERSVS MARCIONEM CARMINE, AC DE IVDICIO DOMINI LIBRVM. Hoc verò anno ad XI. Kal. Martias Imp. Cæs. D. Clodius Septimius Albinus Augustus prælio ab Imp. Seuero victus & occisus est; idque apud Lugdunum; quæ quòd illum antea recepisset (Herodiano teste) & direpta & incensa est; in qua expeditione, vti ex variis Inscript. constat, Imp. VIII. IX. & X. appellatus est. Quo iam expugnato, omnes imprimis Galliarum, Hispaniarum, Britanniarumque proceres qui illum iuuerant, deinde Romam reuersus amicos eius vndique conquisitos, & inter eos Senatores 40. Seuerus interfici iussit, tum & eos omnes qui in Pertinacem conspirauerant. Quos ad eò Auctor *Albinianos* appellat verbis supra citatis ad ann. Domini 195. & per aliquot annos perdurasse hanc illorum inquisitionem significat. *Sed & qui nunc, inquit, sceleratæ partium socij aut plausores quotidie reuelantur, post vindemiam parvicidarum ruematio superstes; nempè, quantum adparet, ad triumphum vsque Parthicum, atque ad eò nouum Seueri annum, quemadmodum ibi latius. Alibi etiam ad Senatores occisos adludit: Nemo non, inquit, etiam hominis causa pati potest, quod in causa Dei pati dubitat. Ad hoc quidem vel præsentia nobis tempora documenta sint; quanta, qualesque persona inopinatos, Napolitanos, Dignitatibus & corporibus, & etatibus suis exitus referunt, hominis causa; aut ab ipso, si contra eum fecerint, aut ab aduersariis eius, si pro eo steterint. Fuit autem dictorum Consululm alter Lateranus tantoperè amicus Seuero Imp. vt illi magnificentiss. ædes Romæ ædificauerit, quasetiamnum Palarium Lateranense appellamus, quem postea scribit B. Hieron. Epitaphio Fabiolæ, Cæsariano obruncatum gladio, fortassis Antonini Caracallæ, qui in plerisque amicos patris sui animaduertit. Atqui quum his Coss. scripta sit Epistola II. S. Victoris Romani Pontificis ad Afros Episcopos data Kal. Septembris, & Epistola S. Eleutherij Decessoris eius v. Idus Iulij Materno & Bradua Coss. necessarid hunc annu, nò præcedentem, XI. Pontificatus eius designauimus. Maximè quum B. Damasio in Pontificalli sedisse Victorè scribat, à Consulatu Commodi v. & Glabronis, (quibus Coss. XIII. Kal. Aug. data est prior eius Epistola ad Theophylum Alexandrinum) vsque ad Lateranum & Rufinum. A Kal. autem Iunij dicti Consulatus, quo die creatus fuit Pontifex, vsque ad v. Kal. Augusti anni sequentis, conficiuntur anni XII. mensis I. dies XXVIII. Is dicta secunda Epistola discrepantiam Afrorum in Sacramentis increpans, mihi videtur ad celebritatem dici Paschæ adludere, quam Epistola priori die Dominica celebrari debere, iuxta quod & prædecessores sui statuerunt, mandauerat, quæcunque incideret à XIII. Luna primi mensis, vsque ad XXI. in quo fortassis initio Afri quidam cum Polycrate Asiano contrariam sequebantur consuetudinem, quamquam postea in vnum conserferint. Nam de Blastio hæretico Quartadecimano, sic Auctor: Est præterea his omnibus etiam Blastus accedens, qui latenter Iudaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum, nisi secundum legem Moysi XIII. mensis. Quis autem nesciat, quoniam Evangelica gratia euacuatur, si ad legem Christum rediit? Ad eandem obseruationem pertinet illud eiusdem: Pascha celebramus annuo circulo in mense primo. Atque ad eò etiam illud: Agitur præterea per Græcias illas certis in locis Concilia ex vniuersis Ecclesijs; Id enim etsi generatim loquatur, existimamus potissimum intelligi de Concilijs paulo antè celebratis Palestinæ à Theophylo Cæsariensi, Ponti à Palma, Corinthio à Bachylo, & Ecclesiarum apud Ostroenum, Alexandrinò quoque à Theophylo, denique Asiano, in quo scribit Nicephor. hist. Eccles. lib. 4. cap. vlt. Patres dictam sententiam B. Victoris & Concilij Romani secutos esse, cui etiam consensit Concilium Galliarum sub Irenæo.*

Anno Domini CLXXXIX. T. HATERIO T. F. SATVRNINO, ET C. ANNIO APP. F. TREBONIANO GALLO COSS. S. Zephyrini Papæ Romani I. ac Seueri Imper. VI. videtur nobis contigisse disceptatio illa TERTULLIANI cum Iudæo quodam, cuius occasione scripsisse se significat LIBRVM ADVERSVS IVDÆOS. Proximè accidit, inquit, disceptatio habita est Christiano & Profelyto Iudæo. Alteris vicibus contentioso fune uterque diem

Tom. 1. ad Scap. cap. 2. num. 8. Ibid. Apolog. cap. 35. num. 478. Tom. 2. lib. ad Mart. c. vlt. nu. 63. Tom. 3. lib. de Præscr. ad her. cap. 53. heres. 22. n. 328. et 29. Tom. 5. lib. de Iuun. c. 14. nu. 84. Ibid. ca. 13. num. 80. Tom. 1. lib. aduer. Iudaos. l. n. 1.

diem in vesperam traximus. Obstrepentibus etiam quibusdam spectantibus, singulorum nubilo quodam veritas obumbrabatur. Placuit ergo, quòd per concentum disputationis, minus plenè potuit elucidari, inspicere curiosius, & lectionis stylo quaestiones retractatas terminare. In quo inter cetera adnotandum venit, quòd de dilatione fidei per vniuersum penè orbem iam ab ea ætate pulchrè deducit. In quem enim, inquit, alium vniuersæ gentes crediderunt, nisi in Christum qui iam venit? Parthi, Medi, Elamitæ, &c. sicuti legitur Act. 2. & cetera gentes? Vt iam Getulorum varietates, & Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, & Galliarum diuersæ nationes, & Britannorum inaccessa Romanis loca Christo vero subdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & prouinciarum, & insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus? In quibus omnibus locis Christi nomen qui iam venit, regnat. Est & illud de finibus Imperij Romani tum temporis memoria dignum: Germani adhuc vsque ibid. n. 50. limites transgredi non sinuntur. Britannia intra Oceani ambitum conclusa sunt. Maurorum gens & 51. & 52. Getulorum barbaries à Romanis obsidentur, ne regionum suarum fines excedant. Quid de Romanis dicam, qui de Legionum suarum præsidij Imperium suum muniant, nec trans istas gentes porrigere vires regni sui possunt? Quod ipsum adtingit de Germanis Herodian. hist. lib. 2. dum Seuerum electum dicit per exercitus omnes, qui pro ripis Danubij Rhenique coercendis barbaris excubantes Romanum tuebantur Imperium. Et verò hunc annum I. collocamus Pontificatus S. Habundij Zephyrini Habundij F. natione Romani, quòd defuncto S. Victore, postquam sedes vacasset diebus XII. ipse creatus fuerit IIII. Idus Augusti, his ipsis Coss. vel Damaso teste, qui sedisse eum scribit temporibus Seueri & Antonini, à Consulatu Saturnini & Galli, vsque ad Præsentem & Extricatum Consules. Quomodo interim nondum incepta Persecutione Christianorum quinta, inter Martyres S. Victor collocetur, difficultate non caret, quæ & Eusebium & alios Chronographos mouit, vt in annum VIII. IX. aut X. Seueri eius Pontificatum protendant. Verùm dicta mea & S. Damasi de vtriusque temporibus sententia confirmatur per Epistolas Decretales Zephyrini datas his ipsis Saturnino & Gallo Coss. priorem XII. Kal. Octobres, posteriorem VII. Idus Nouembris; & in primitiua Ecclesia nò fuit insolitum persecutionem à Populo Romano aut Præfectis vrbis initium sumere. Quid? quòd de hoc tempore id disertis verbis Auctor adserit: Sed & Clarissimas, inquit, feminas & Clarissimos viros Seuerus sciens huius sectæ esse; non modo non lesit, verùm & testimonio exornauit, & populo furenti in os palam restitit. Atqui ante annum sequentem oportet latam fuisse legem Diuorum Seueri & Antonini, ne quis absens puniatur, cuius fit mentio l. I. D. de Requir. reis; nam ad eam haud dubiè adludit in hæc verba Auctor: Quid hæc, inquit, Legibus deperit in suo regno dominantibus, si audiatur? An hoc magis gloriabitur potestas earum, si inauditam damnabunt veritatem; & rursus: quando nec liceat indefensos & inauditò omnino damnari.

Anno Domini CC. P. CORNELIO ANVLLINO II. ET M. AVFIDIO M. F. FRONTONE COS. S. Zephyrini Romani Pontificis anno II. Seueri Imper. VII. quum, Imperatore, cum filiis suis Antonino & Geta ante discessum suum declaratis Cæsaribus Augustis & Imperatoribus, Congiario iterum populo dato & Donatiuo Militibus, in secundum bellum Arabicum, Parthicum & Adiabenicum profecto (de quo supra latius) Antistites Romani, Sacrorumque Pontifices, Religionem Christianam initio sumpto à S. Victore Pontifice persequi pergerent, TERTULLIANVS ad imitationem aliorum qui ante se id fecerant, & præsertim B. Iustini Martyris, APOLOGETICVM PRO CHRISTIANIS Romam milit, in quo vel Lactantio teste, plenè hanc causam perorauit. Iam ante tamen discessum suum multas Leges à Seuero & emendatas & publicatas vel ipse Auctor indicat. Nonne, inquit, & vos quotidie, experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem & squalentem solum Legum nouis Principaliū Rescriptorum & Edictorum scripturis truncatis & caditis? Nonne vanissimas Papias Leges (vbi adludit ad legem Papiam Poppæam, ita dicta à suis legislatoribus M. Pappo M. F. M. N. Mutilo, & Q. Poppæo Q. F. Q. N. Secundino Coss. quæ antè liberos suscipi cogunt, quàm Iulia matrimonij contrahit; post tantæ auctoritatis senectutem, heri Seuerus constantissimus Cæsarem exclusit? Quæ dictarum Legum abolitio, quomodo Seuero possit adtribui, & tamen postea Constantino Imperatori tribuatur, latius in Adnotationibus ad hunc locum nostris tractauimus; in quibus si placeat coniectura nostra de l. I. D. de Stupro & adult. qua definitur etiam in sponsa stuprum & adulteriū accusari & vindicari posse, oportebit eam Legem his Coss. latam fuisse. Et verò pro bello secundo Parthico nodum completo, (quod his Coss. Cassiodorus etiam inceptum tradit)

Ibid. cap. 7. nu. 29. 30. 39. 40. 47. 42. 43. 44. Tom. 1. lib. 2. ad Scap. ca. 4. nu. 36. 37. & 38. Tom. 1. lib. 1. de hoc magis gloriabitur potestas earum, si inauditam damnabunt veritatem; & rursus: quando nec liceat indefensos & inauditò omnino damnari. Ibid. cap. 2. num. 21. Tomo primo. Ibid. Apolog. log. ca. 4. n. 50. 51. 52.

Ibid. ca. 37. facit Auctor, dum inter hostes Imperij Romani enumerat: *Mauros, & Marcomannos, ipsos- num. 489. que Parthos.* Iterum verò Christianæ fidei dilatationem his verbis celebrat: *Externi sumus, Ibi. n. 490. & vestra omnia compleuimus, vrbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, de- curias, palatium, Senatum, Forum.* Et pauloantè, quod anno præcedenti diximus de popu- *Ibi. n. 484.* lari persecutione, confirmat: *Quotiens, inquit, etiam præceteros à vobis, suo iure nos inimicum vulgus inuadit, lapidibus & incendiis? Ipsis Bacchanalium furis nec mortuis parcunt Christianis; quin illos de reque sepultura, de asylo quodam mortis, iam alios, iam nec totos, auellunt, dissecant, distringunt.*

Ibid. ca. 36. num. 471. Eodem pertinet illud: *nec vlli magis deopostulatores Christianorum quam vulgus, & toties citata ab Auctore popularis vox illa: Christianos ad Leonem.* Complura sunt alia in Apologetico memoratu digna; sed ne hic prolixiores simus, ad Adnotationes nostras Lectorem remit- timus. Hic duntaxat addemus, occasionem persecutionis ortam ex falsis calumniis, quas pulcerrimè refutat, potissimum tribus, infanticidij, sanguinis humani pabuli, & incæsti: *Ibid. c. 7. n. 90. 91. 92.* Dicimur, inquit, *sceleratissimi de sacramento infanticidij, & pabulo inde, & post conuiuium incæsti; quod emersores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procurēt.*

Anno Domini cci. Ti. CLAUDIO SEVERO (non autem Severo Imp. III. vt quidam non rectè) ET C. AVFIDIO VICTORINO COS. S. Zephyrini Papæ Romani ANNO III. Seueri Imper. VIII. Quamquam Imperatore absente adhuc in expeditione Parthica & Adiabenica, Arabibus & Persarum Rege Abagaro in deditioem anno præcedenti receptis, persecutio Christianorum Romæ aliquantulum cessare videtur, fortassis Apologetici sui adminiculo. Videns tamen TERTULLIANVS & se & alios Scriptores Apologiis suis pro Christianis nihil aut parum profecisse ad conuersionem Gentium, alio genere scripti eos adgressus, ab ipsa anima adhuc ethnica aduersus idola testimonium flagitat; atque ad eò LIBRVM DE TESTIMONIO ANIMÆ inscri- *Tom. 1. lib. de testim.* ptit. In quo vrget illas vulgi voces: *Quod Deus dederit; Si Deus voluerit; Benedicat te Deus; Deus Anim. c. 2. videt omnia; Deo commendo; Deus reddet; & Deus inter nos iudicabit.* Fit mihi multum verisimile *no. 5. 6. 7.* hoc etiam anno conscriptum LIBRVM DE FATO, cuius fragmentum vnicum exstat, *Tomo 4. n. 44.* & tamen ab ipso Auctore commemoratur in hæc verba: *Potestates enim uero præsumt. Secun- Tom. 3. lib. de Anim. c. 20. n. 266. & prudentia & Fatum & necessitas, & arbitrij libertas. Nam hæc & Philosophi distinguunt, & c. 267.* nos secundum fidem differenda, suo iam nouimus titulo. Atqui in hunc annū etiā reuicimus statum vitæ nouum Auctoris, quo in Presbyterorum ordinem adlectus sit, fortassis ab Agrippino Carthaginensi Episcopo. Eam enim alium fuisse ab Agrippino siue Agrippa Episcopo Alexandrino, cuius meminerunt sub Marco Aurelio Imper. Eusebius & Nicephorus, sub M. Antonino Philosopho Imper. Zonaras, sub Antonino Vero Vrspergenfis Abbas; inde mihi videtur, quòd B. Cyprianus Epist. 70. ad Ianuar. ex Antecessoribus suis Agrippinum fuisse significet, & B. August. l. 2. contra Donatum cap. 7. ipsum B. Cypriani prædecessorem nuncupet. Maximè quum alia esset ab Africa Ægypti Prouincia, in qua Alexandri- nus ille Episcopatum agebat, & B. Cyprian. Epist. 71. ad Quinctum scribat Agrippinum bonæ memoriæ virum cum suis coepiscopis, (quos etiam Antecessores suos nuncupat Epist. 70.) decretum de hæreticis baptizandis fecisse. Et verò statim accepto sacerdotio continuisse Auctorem à matrimonij vsu pari consensu cum sua coniuge, mihi fit verisimile

Tom. 2. lib. 1. ad vxor. ex consuetudine Ecclesiæ Latinæ, iam inde à Decreto S. Clementis PP. I. maximè quum *c. 1. num. 11.* tem mihi reseruandam de cõtumelia dolore suspectum, insinuare iam hinc tibi viduitatis cõsiliū. Item: *Ibid. cap. 5.* Tempus, inquit, in collecto est, superest ut qui matrimonia habent, tanquam non habentes agant. Quòd *et 6. n. 34.* si habentes, obliuere debent, quod habent, quanto magis non habentes. Certè id multis eo tempo- *ac 35.* re fuisse vsitatum ibidem indicat: *Quot enim sunt, inquit, qui statim à lauacro carnem suam obsi- Ibid. ca. 6. gnant? Quot item, qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt? Voluntariis spadonibus, pro cu- num 37. et 38.* piditate celesti saluo matrimonio, abstinentia toleratur. Iam verò presbyter factus, potestatis sibi *Tomo scilicet.* concessæ & de absoluedis Pœnitentibus, & de sacrificiis offerendis haud immemor, LIB-

Tom. 4. n. 44. ROS DE PœNITENTIA & DE ORATIONE conscripsit, quibus & pœnitendi modum tum Catechumenis, tum Christianis. Lapsis, & quos ritus seruare debeant in sa- *de Circumcisione, de Vestibus Aaron, de Myndis et Imvndis Animalibus;* denique DE TRINITATE; for- *de Trinitate;* tassis etiam LIBER DE BAPTISMO GRÆCVS, vt potè qui videatur conscriptus post

post Concilium Agrippini. Nam eiusdem fuisse argumenti Auctor indicat: *Sed circa hæc Tom. 3. lib. reticos sanè, inquit, quid custodiendum sit, dignè quis retractet. Ad nos enim editum est. Hæretici au- de Baptism. tem nullum habent consortium nostræ disciplina, &c. Sed de isto plenius iam nobis in Græco digestum ca. 15. num. est.* Verùm de hoc & Agrippini, & ipsius Paradoxo, inter Prolegomena latius. Porro hoc *106. & anno etiam oportet contigisse, quod scripsit librò ad Scapulam anno sequenti: Ceterum 107. & imbre anni præceteri, quid commuerit genus humanum, apparuit; cataclysmum scilicet & retrò Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 3. num. 13. & 14.* fuisse propter incredulitates & iniquitates hominū. Fortassis & illud: *Et ignes qui super mœnia Car- thaginis proximè pependerunt per noctem, quid minati sint, sciunt qui viderunt; & pristina tonitrua quid sonarint, sciunt qui obdurnerunt. Omnia hæc signa sunt imminenti iræ Dei, quam necesse est, quo- quo modo possumus, vt & aduicemus & prædicemus, & deprecemur interim locale esse. Vniuersa- lem enim & supræmam suo tempore sentient, qui exempla eius aliter interpretantur.*

Anno Domini ccii. L. ANNO FABIANO, ET M. NONIO M. F. MVTIANO COS. S. Zephyrini Pontificis Romani anno III. Seueri Imper. IX. quum Scapula vir Consularis Ordinis, Præses Carthaginis, & proinde Africæ Proconsul, nondum adhuc decreta ab Imperatore persecutione, immò fortassis Romæ prohibita, crudeliùs tamen ceteris Carthagini grassaretur in Christianos, LIBRVM AD SCAPULAM conscripsit *Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 2. num. 11.* TERTULLIANVS. In quo imprimis benevolentiam captat à Christianorum innocen- tia, & non solum oratione, sed & sacrificiis suis pro salute Imperatoris, ex quo iam Pres- byterum fuisse constat. Deinde sanguinis Christiani effusioni imputat portenta eius tem- *Ibid. cap. 3. no. 13. 14. 15. 17. 18. & 20.* poris & exitum Byzantinum, quorum antea mentionem fecimus, & exempla punitiois adfert, tum Valgij Saturnini, Hilariani, & ipsius Scapula in Africa, tum Claudij Herminiani in *Ibid. ca. 4. n. u. 32. 36 39.* Cappadocia, Persecutorum fidei Christianæ. Post hæc hortatur ad dissimulationem ab hu- iusmodi causis, exemplis tum Seueri & Antonini Imp. supra adductis, & M. Aurelij Imp. *Ibid. n. 23. 25. 26. 27. 47.* in expeditione Germanica; tum Præsidum & Proconsulum Seruilij Pudentis sub Antonino Vero Imper. Vesprij Candidi sub Imp. Commodò, Cincij Seueri, qui postmodum à Severo *Ibid. n. 43. 44. 45. Tom. 1. lib. de Pol. c. 11. num. 639.* Imper. interfectus est, Asprij quoque & Arij Antonini (hic à Lampridio Arius, ab aliis Bru- tius Præses, appellatur) qui sub Antonino Imper. Consules fuerunt. Denique conque- ritur, quum à primordio mandatū sit gladotenus animaduerti, & id obseruaretur à Præsidibus Le- *Ibid. num. 628.* gionis & Mauritanie; iussu ipsius Scapula etiam cremarentur Christiani. Quòd pertinet & illud *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* Apolog. Sarmenitios & Semaxios appellatis, quia ad stipitem dimidij axis reuincti sarmenorum am- *de Patient. ca. 13. n. 88. Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 3. num. 11.* bita exurimur. Vbi etiam recenset illud damnationis genus, quo ad Leonem damnata fuit *Tom. 2. lib. de Patient. ca. 13. n. 88. Tom. 1. lib. ad Scap. ca. 3. num. 11.* Christiana potius quam ad Leonem. Idem LIBRO AD MARTYRAS in carcere constitu- *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* tos, quem eadem tempestate conscripsit, præter gladium & summam ignium pœnam, addit etiam: *crucem, rabiem bestiarum, & omnes carnificis ingenium in tormentis.* Vbi etiam incernit *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* consuetudinis, quia pacem in Ecclesia non habentes, vt potè lapsi, à martyribus in carcere exorare *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* consueverunt; quam etsi sub finem vitæ iam hæreticus non prober, in Ecclesia permansit *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* vsque ad B. Cypriani tempora, iuxta quod tractauimus in vita illius latius. Eadem omnia *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* Martyrum supplicia repetit LIBRO DE PATIENTIA, quem etiam huius persecu- *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* tionis occasione conscripsit. Vbi fugam quoque in persecutione patientiæ bono impu- *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* tat, atque ad eò nondum Montanistis addictus fuit, ex quorum sententia librum de Fuga *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* in persecutione contrarium postea, sed frustra scripsit. Et verò sub Scapula damnatum fuisse *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* ad bestias S. Mauilum Adrueticum, disertis verbis adtestatur Auctor. Porro Romæ hoc an- *Tom. 2. lib. ad Martyr. c. 4. n. 46. Ibid. cap. 1. num. 11.* no fuisse Auctorem ex illis verbis apparet: *Gemmarum quoque nobilitatem vidimus Roma, de fastidio Parthorum & Medorum, ceterorumque gentilium suorum corā matronis erubescens, nisi quòd de Hamul. nec ad ostensionem ferè habetur. Latent in cingulis smaragdi, et cylindros vagina sua solus gladius sub sinu *ca. 7. n. 56.* nouit, & in peronibus vniones emergere de luto capiunt. Quod factum interpretatur in trium- pho Seueri Imper. de Parthis, de quo in Fastos Consulares huius anni sic relatum inueni- mus: IMP. CÆS. L. SEPTIMIVS M. F. SEVERVS, PIVS, PERT. AVG. ARA- BICVS, ADIABENICVS, PARTHICVS, MAXIMVS, PONT. MAX. TRIB. POT. VIII. COS. II. P. P. PROEOS. IMP. XI. ET IMP. CÆS. M. AVRELIVS SEV. AVG. F. ANTONINVS, PIVS, FELIX, AVG. TRIB. POT. III. COS. DESI- GNATVS IMP. VNA DE ARABIBVS, PARTHEIS, ADIABENIS, Q. ET REGE ARTABANO, TRIVMPHARVNT. Cuius triumphi etiam meminerunt Spartianus & Herodianus. Facit pro hac nostra sententia, quòd etiam morem in Triumphis vsitatum *Tom. 1. lib. Apolog. ca. 33. nu. 456.* describat Auctor tanquam testis oculatus: *Hominem, inquit, se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru, admonetur. Suggestur enim ei à tergo: Respice post te, hominem te memento.**

Anno Domini CCIII. IMP. CÆS. L. SEPT. M. F. ARAB. ADIAB. PART. III. ET IMP. CÆS. M. AVREL. SEV. AVG. F. ANTONIN. AVG. COS. S. Zephyrini Papæ Romani anno III. ipsius Seueri Imper. x. aut certè præcedenti, iam grassantibus nō solum antiquis, sed & recentioribus aliquot hæresibus, vel in ipsa Africa, edidit TERTULLIANVS verè autem illud opus DE PRÆSCRIPTIONIBVS ADVERSVS HÆRETICOS, vtpotè quod ante alios omnes scriptum eiusdem argumenti libros, ex his Auctoris verbis constat: *sed nunc quidem generaliter actum est à nobis aduersus hæreses omnes, certis & iustis & necessariis præscriptionibus repellendas à collatione scripturarum. De reliquo, si Dei gràtia aduerit, etiam specialiter quibusdam respondebimus.* In eo sub finem Catalogum hæreticorū recenset, qui ad id temporis Ecclesiam dilacerarunt, B. Irenæum imitatas, quam nos aded, quantum fieri potuit, expressimus. Imprimis Iudæismi hæreticorum genera quatuor, *Dositheum Samaritanum, Sadduceos, Phariseos, & Herodianos.* Deinde eos qui ex Evangelio hæretici esse voluerunt in vniuersum numero xxv. *Simonem Magum, Menandrum, Nicolaum, Cerinthum & Etebonem,* qui sub Apostolis suas sparserunt hæreses, atque aded sub Tiberio, Claudio, Nerone, & Traiano. Item Saturninum & Basilidem, Ophitas, Caineos, Sethoitas, & Carpocratem, sub Apostolorum discipulis vsque ad Hadrianum Imperatorem. *Valentinum* deinceps, eiusque ad Ecclesiam Catholicam ac Secundum, *Heracleonem, & Marcum ac Colorbasum,* quorum coryphæum illum in Catholicam primò doctrinam apud Romanenses credidisse sub Hygino Papa, Antonini ferè Principatu tradit Auctor, & sub Episcopatu Eleutheri ob inquietam semper curiositatem, unà cum Marcione, semel & iterum eiec tum esse ab Ecclesia; sectatores verò eius sub Pii Pontifice & Imperatorè. *Cerdonem* deinde eiusque discipulum *Marcionem,* illiusque ex discipulis magistros *Lucanum & Apellem;* quorum prior cum Valentino coepit, Marcion & alij sub Aniceto, Sotere, & Eleuthero, Imperatoribus Pio & Aurelio. *Tatianum* post hæc, quem etiam scholam suam erexit, scribit Clemens Alexandr. sub annum xi r. Antonini Pij. Quid? quod *Cataphrygas* quoque, in quorum hæresin postea incautus incidit, hæreticos nominatim appellet, quorum quidam dicuntur *xxv. Proclm* (de quo infra latius) alij secundum *Æschynem,* quibus non modò hæresin, sed & blasphemiam impingit, qua in Apostolis dicebant *Spiritum sanctum fuisse, paracletum non fuisse, & paracletum plura, meliora, atque maiora in Montano dixisse, quam Christum in Evangelio protulisse,* de cuius temporibus mox latius. *Blastum* denique, de quo supra; *Theodotum Byzantinum* ac *Theodotum Coriarianum Melchisedechianum* sub S. Victore Pontifice, & Commodò Imperatore, & *Praxean,* de quo postea, ac *Victorinum,* qui illius hæresin corroborare conatus est. Fit eodem libro etiam mentio ex Apostolo Paulo aliorum hæreticorum, nempe *Phygelli & Hermogenis, Hymenei & Phyleti.* Item *Nigidij, nescio cuius, & Hermogenis.* Sed de hoc quoque paulopost latius. Porro ad eodem anno indictam persecutionem Christianorum à Seuero Imp. adludit Auctor, in hæc verba de Amphitheatro loquens: *Illic quotidiani in nos leones expostulantur; inde persecutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur.* Idem illud: *Scire volunt scilicet tempus persecutionis, & locum tribunalis, & personam presidis.* Aliaque complura in libris, quos infra recensebimus. Hic duntaxat comprobabimus, non in annum vi r. aut ix. sed in hunc potius x. Imperij Seueri annum referendum dictæ persecutionis initium. Imprimis B. Hieron. Cat. Script. Eccl. in Origene, & post eum Sophronius ac Nicephorus Græcus scribunt, x. Seueri Pertinacis anno aduersus Christianos persecutione commota Leonidem ipsius Patrem Christi martyrio coronatum, ille verò inter primos martyras recensetur ab Eusebio hist. Eccl. lib. 5. qui Alexandriæ, vbi maximè persecutio abundabat, passi sunt. Deinde Iudas ad hunc vsque annum Chronographiam perduxit, quòd instare putaret aduentum Antichristi ob hæc persecutionem grauissimam. Denique disertis verbis Spartianus significat, non nisi post Consulatum cum filio in Syria initum (qui in hunc annum incidit) Alexandriam profectum, peregrinatione ea suscepta propter religionem Dei Serapidis: in quo (inquit) itinere, Iudæos fieri sub graui poena vetuit; idem etiã de Christianis sanxit. Qua persecutione passi sunt quamplurimi martyres Alexandriæ sub Læto Præfecto, ac in Ægypto, Libya & Thebaide sub Aquila tyranno; in Galliis denique S. S. Irenæus, Andeolus, Bagnus, Andochianus, & Tyrsus. Porro ad hunc annum referunt plerique inscriptionem illam: M. AGRIPPA L. F. COS. III. FECIT, IMP. CÆS. SEV. COS. III. ET IMP. CÆS. M. AVR. ANTON. COS. PANTHEON VETVSTATE CORRVPTVM CVM OMNI CVLTV RESTITVERVNT. Quod huc adducendum putauimus ad memoriam Ecclesiæ.

Anno

Anno Domini CCIII. P. SEPTIMIO M. F. GETA, ET L. SEPTIMIO PLAVTIANO, COS. S. Zephyrini Pontificis Romani anno v. Seueri Imper. xi. ctfi persecutione iam vigente, nō tamen destitit TERTULLIANVS à scribendis aduersus hæreses libris. Inter quos primo loco collocandum censemus DE BAPTISMO ADVERSVS QUINTILLIUM, vtpotè quem scriptū constat antequàm aliquo modo ad hæresin propendere coepisset, ex eo quòd factionis fuerit Montanistarum *Quintilla,* à qua dictos Quintillianos ex Epiphanio illic deduximus. An aliud quid aduersus Montanum ipsum scripserit Auctor, nō æquè probari potest, sed verisimile fit, tum ex illis B. Augustini verbis lib. de hæres. Ad Cataphrygas trāsit, quos antè destruxit, tum maximè ex Niceph. lib. 4. cap. 34. qui tradit Auctore ad statam mediàmque ætatem in Ecclesia Catholica Presbyterum plura aduersus *Montani* dogma conscripsisse; postea verò in illius delapsum errorem, plures rursus libros pro illo cōposuisse. Qui quum *Montani* hæreses historiã lib. eiusdem c. 18. 20. 22. 23. 24. & 25. latè tractet, ex Apollinari Hierapolitano, Rhodone, Miltiade, Serapione, & Apollonio, qui aduersus illū scriptis suis disputaret, secutus Euseb. lib. 5. cap. 3. 4. 14. 15. 16. 17. & 18. nos (præter ea quæ ad lib. de Præscript. adu. hæret. adnotauimus) eã, vti promissis satisfaciamus, in cōpendium hic redigendã putauimus. Pagus quidam esse dicitur in Mythesia Phrygiæ, quæ nuncupatur *Ardabam,* vbi ferunt quendam *Montanum* nomine, qui nuper ad fidem venerat, Grato tum Proconsule Asiæ, primùm infatiabili quadam animi cupiditate in primatu ambiendo incensum, & simul atque aditum diabolo ad se patefecerat, ipiritu quodã maligno abreptū, & derepentè furore & mentis infania exagitatū, peregrinas quidã voces fundere, & contrã quàm Ecclesiæ cōsuetudo ex traditione & successione Apostolorū deriuata postulabat, prophetare coepisse. Quas etfi adultèrinis voces quidam agnoscentes, ne deinceps ita garriret, increparent, inter quos Episcopi Zoticus Comanæ siue Ostrenus, & Iulianus Apameæ; & Martyres quoq; Gaius & Alexãder cū illo eiusque insanis vatibus *Maximilla & Priscilla,* quas antea meretrices eodè spiritu dæmon impleuerat, ad extremū vixque spiritum communicare recusãrent: Pauci tamen ex Phrygiis illi coeperunt adherere, & Theodotus ille, de quo supra, eius committitæ Prophetiæ quasi procuratione suscepit. Qui inde in Galatiam, Pontum, & Asiam progressi, etiam Alexandrum quendam sibi adiunxerunt, coniuuijo familiariter à Maximilla excipi solitum, Alcibiadem quendam & Themisonem, qui falsò se Confessores & Martyras Christi iactabant. Idque (vel B. Hieron. cum illis consentiente) sub Imperio M. Aurelij Imperatoris initio Pontificatus S. Eleutheri. Nam ad hūc ex Galliis litteras tulerat B. Irenæus, à Lugdunensibus cum litteris S. Attali, aliorumque Martyrum tum adhuo cacere conclusorum, in Asiam & Phrygiã missus, vti iudiciū Ecclesiæ Gallicanæ de Pseudopphetia illorum eò perferret. Idem etiam mea quidem sententia *Romanus Episcopus,* literarum pacis, prædecessorum suorum auctoritate mixtus, illis recusauit. An ad hoc cooperatus fuerit Praxean tunc adhuc Catholicus, penes Auctorem fides esto. Certò non solum Romæ & in Galliis Episcopi, sed etiam qui Asiam incolabant, sæpenuerò & multis in locis in vnum conuenientes, Prophetiam illorum falsam explorarunt, detestabilem ostenderunt; & Montanistas communionem priuarunt. Et verò Montanus insanæque eius Prophetides in Iudæ morem suspensio interierunt; non Martyrio; & Alexander ille Ephesi ab Æmilio Frontino Proconsule propter latrocinia in iudicio condemnatus, quum falsò se Martyrè prætexuisset, ne à suis quidem, quia latro, receptus est. Denique Theodotus ille sublimis in cœlum à dæmone elatus, Simonis Magi instar, derepentè præceps delapsus, ita miserè vitam finiit. Atqui de erroribus Montani, in quos postea Auctor incidit, inter Paradoxa eius latius. Porro hoc anno ante Kalendas Iunias, ad quas incipiebat annus xi r. Seueri, censo accidisse quod scribit Auctor: *Agonas istos, contentiosa sollempnia & superstitiosa certamina Græcarum & religionum & voluptatum quanta gratia istud sæculum celebret, etiam Africa liquit. Adhuc Carthaginem singula ciuitates gratulando inquietant, donatam Pythico agone post stadij senectutem.* Nam eò pertinere videtur illa Numi vetus inscriptio: SEVER. PIVS AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. X. siue: ANT. PIVS, vna ex parte, & ex altera: INDVLGENTIA AVGG. SC. IN CARTHAGINE; item & Græca illa: AY. KAI. ΣΕΟΥΑΡΟΣ ΠΕΡΤ. ΚΑΡΤΑΓ. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΟΣ; vtpotè qua significetur institutos ludos illos Carthaginæ à Seuero & Antonino Imp. Anno Domini CCV. L. FABIO M. F. SEPTIMIANO I. ET M. ANNIO M. F. LIBONE COS. S. Zephyrini Papæ Romani anno vi. Seueri Imper. xii. partim occasione di-

Tom. 3. lib. de Præscr. ad. c. 4. n. 29. 3. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500.

Tom. 3. lib. de Præscr. aduers. hæ. c. 52. her. 2. 1. nu. 327. Tom. 3. lib. de Præscr. aduers. hæ. c. 52. her. 2. 1. nu. 327. Tom. 3. lib. de Præscr. ad. c. 1. n. 7. 10. Ibid. lib. ad. Gnost. c. 6. nu. 40. 41.

cti Pythici agonis, aliorumq; certaminu Carthagini exhibitorum, partim quod iam indi-
 cti essent Ludi Sæculares Romæ, ad quos per præcones cõuocari solebant omnes, vtpotè
 qui nec spectati nec spectandi iteru forent, vt Christianos ab ea profectiõne detererent,
 Tom. secum. scripsit TERTULLIANVS & Græcè & Latinè insignè illum LIBRVM DE SPECTA-
 CVLIS, quo pulcherrimè deducit, quidquid ad 4. Spectaculorũ genera pertinet, ab Ido-
 lolatria suam habere originem, atq; adeo Christianis interdita. Certè hoc anno octauo-
 rum Ludorum sæcularium à Seucro celebratorum non modò meminerunt, Cenforinus
 lib. de Die natali, Dion & Herodianus, quoru hic eos vidisse se scribit; sed etiam, testibus
 Fastis Cõsularibus: LVDI SÆCVLARES OCTAVI EX S. FACTI, & inuenitur hæc
 Numi inscriptio: M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG. SÆCVLARIA SACRA S. C.
 Existimãt etiam Arcum Seueri triumphalem, qui etiamnum existat, ea occasione hoc an-
 no erectum, Politianus & Onuphrius, cuius inscriptionem habes supra; quorum vterque
 latissimè & originem & omnes ritus Sæcularium Ludorum profecit. Et verò tam latè
 de omnibus Ludoru Spectaculis in illis exhiberi solitis Auctõr tractat, vt alio Commen-
 tario Lectõri curioso non sit opus; maximè si cõsulat & Adnotationes nostras. Eodè pe-
 13. nu. 90. nè tẽpore conscriptũ constat LIBRVM DE IDOLOLATRIA, vtpotè in quo & huius
 & 23. nu. libri ac persecutiõnis meminerit, & Sollemnia Casarũ ad Idololatriam pertinere adstruit, sicuti
 164. ac ca. etiam multa alia, in quibus directè consistit Idolorum cultus. In eundem quoque annum
 15. nu. 113. referimus LIBROS, DE HABITV MULIEBR& DE CVLTV FEMINARVM; quo-
 rum priori nimium ornatum, posteriori magis capilli, & cutis curam superfluã, reprehendit.
 Ibidem lib. 1. ad Vxor. Videntur eodem anno etiam conscripti LIBRI AD VXOREM DVO. Nam quum
 c. 7. nu. 44. priori à nuptiis secundis tantum dehortetur, & posteriori saltem nuptias cum Gentilibus
 lib. 2. ad Vxor. c. 1. n. interdicit; apparet eos cõscriptos ante hæresin Auctõris; fortassis Romæ, quò frequenter
 1. 2. & 3. rem admonitiõnem tamquam iam moriturus Legatum ac Fideicommissum nuncupet.
 L. ad Vxor. Anno Domini CCVI. IMP. CÆS. M. AVR. BASSIANO SEV. AVG. F. ANTONINO
 c. 1. nu. 4. AVGVSTI P. SEPT. SEV. AVG. F. GETA COS. S. Zephyrini Romani Põtificis VII.
 & 6. Seueri Imper. III. quũ hæreses variæ grassarentur in Africa, adscribendum aduersus eos
 Tom. quar. etũ hodie desideratus, id est, Apellis discipuli Marcionis sectatores, de quibus Auctõr: Adhuc,
 Tomo tertio inquit, in seculo supersunt, qui meminerint eorum, etiã proprii discentes & successores ipsoru, ne poste-
 & quarto. riõres negare possint, Eodè anno conscriptos putamus LIBROS ADVERSUS HERMO-
 GENEM duos, DE MATERIA DEO COÆTERNã VNU, DE CENSU ANIMÆ EX
 EADÈM MATERIA alterum. Qui quo tẽpore disseminare suas hæreses cõcepit, non ita
 constat; attamen ex parte id significatè videtur B. Hier. Catal. Script. Ecclæs. dum contra
 Hæresin Hermogenis primũ scriptissè tradit Theophylũ Antiochenũ. Qui etũ sub Impe-
 Vero floruerit, eidè tamen superuixisse, ex eius lib. 3. ad Autolycum cõprobat, vbi an-
 nos & mundi, & Romani Cõsularatus, & Cæsarũ vsque ad obitum veri Imper. computat.
 Tom. 3. l. de Proinde sub Commodò potius Imper. errores illum suos sparsisse censemus; qui tamen
 Presc. adu. her. ca. 30. etate Auctõris adhuc vixerit, vel eo teste in hæc verba: Hos (inquit de Marcione, Valen-
 nu. 176. & 177. tino, & Apelle loquens iam mortuis) vt insigniores & frequentiores adulteros veritatis nomi-
 Tom. 3. lib. namus. Cateruq; Nigidius nescio quis, & Hermogenes, & multi alij, adhuc ambulant subuertentes
 adu. Valer. Vias Domini. Et verò in Africa Hermogenem floruisse testis est Philastrius lib. de Hæres. cui
 c. 4. nu. 32. Auctõr addit tamquam Magistrum aliquem Nigidium. Quum etiã superesset adhuc Va-
 33. ac 34. leptinianorum hæreticorum examina, ducibus præter primos illos supra adductos Theotimo,
 Ibi. l. de Ca. Axionico, Alexandro & Prodico, B. Irenæum imitatus ad verbum penè, LIBRVM con-
 Christ. c. 15. scripsit ADVERSUS VALENTINIANOS. De prioribus duobus sic auctõr: Multum
 num. 127. cõgruè imagines legis Theotimus operatus est. Ita nusquam Valentinus, & tamen Valentiniani, qui per
 Ibid. ca. 16. Valentini. Solus ad hodiernũ Antiochia Axionicus memoriam Valètimi, integra custodia regularum
 Ibid. ca. 17. eius, cõsolatur. De tertio in hæc verba: Nam vt penes quendã ex Valentini factiõne legi, primò non
 133. num. putant, terrenam & humanam Christi substantiam informatam. De quo verò loquatur subiecit:
 To. 3. li. ad. Insuper argumentandi libidine ex forma ingenij hæretici locũ sibi fecit Alexander ille. Et rursus: Sed
 Gno. c. ult. remisso Alexandro cum suis syllogismis. Denique de postremo duo occurrunt loci. Vnus: Quòd
 num. 119. si iam tunc Prodicus aut Valentinus adfisset, alter: Quũ alius Deus infertur aduersus creatorem; tunc
 Ibid. li. ad. male, quum plures, secundum Valentinus & Prodicos. Neque enim ibi legi posse Prodos, quod
 Prae. c. 3. n. 35. 36. erat in excusis eodibus, præterquam quòd in suo loco comprobauimus, vel eo conuin-
 citur

Lib. de Spe- nu. 1. & de- incaps.

Tom. 2. lib. de Idolol. c. 13. nu. 90. & 23. nu. 164. ac ca. 15. nu. 113.

Ibidem lib. 1. ad Vxor. c. 7. nu. 44. lib. 2. ad Vxor. c. 1. n. 1. 2. & 3. L. ad Vxor. c. 1. nu. 4. & 6.

Tom. quar. Tomo tertio & quarto.

Tom. 3. l. de Presc. adu. her. ca. 30. nu. 176. & 177.

Tom. 3. lib. adu. Valer. c. 4. nu. 32. 33. ac 34. Ibi. l. de Ca. Christ. c. 15. num. 127. Ibid. ca. 16. Ibid. ca. 17. 133. num. To. 3. li. ad. Gno. c. ult. num. 119. Ibid. li. ad. Prae. c. 3. n. 35. 36.

citur quòd Proculus seu Proculus nõ Valentinianus fuerit, sed Mõtanista, à quò dicti Cata Proclũ Ibid. lib. de
 quidã Montani sectatores; quum antea adhuc Catholicus aduersus Valentinum scripserit. Presc. ad. ha. ca. 52.
 Et verò quũ vocet illũ Auctõr virginis senectæ & Christianæ eloquẽtiæ dignitatem, videtur no- her. 21. nu.
 bis adtigisse primum quod aiunt lapidem offensionis, in quem ipse impedit, dam parti- 327.
 bus Montani fauere cõcepit. Seductus, quantum apparet, admiratione quadam tum vir- Ibid. lib. ad.
 ginis senectæ Proculi, quem tunc senem fuisse oportuit, vtpotè vel eodem teste contempora- Valent. ca. 1
 lem hæresiarcharum Valentinianorum & eloquentiæ Christianæ, quem in scriptis eius deprehen- 5. nu. 44.
 dit. Parum memor miser ille, quid antea scripisset, fortassis huius tanti viri occasione: Ibi. n. 40.
 Solent (inquit) miriones isti etiam de quibusdam personis ab hæresi captis edificari in ruinam: Quare illa, Ibid. lib. de
 vel ille, fidelissimi, prudentissimi, & vtitatissimi in Ecclesia, in illam partem transierunt? Quis hoc dicens, Presc. adu.
 nõ ipse sibi respondet; neque prudentes, neque fideles, neque vtitatos estimandos, quos hæreses potuerint im- her. cap. 3.
 mutare? Quid igitur, si Episcopus, si Diaconus, si Vidua, si Virgo, si Doctor, si etiam Martyr lapsus à regu- n. 10. 11. 13.
 la fuerit, idè hæresis veritatem videbuntur obtinere? Ex personis probamus fidem, an ex fide perso-
 nam? Alioqui certè non est verisimile in tam absurdam hæresin lapsum iri Auctõrem, nisi
 ex tali quapiam occasione, fortassis etiam ex frequentatione ipsius familiari, dum subin-
 de Romam inuiseret, nam Romæ Proclum habitasse postea deducemus; maximè quũ antea Ibid. c. 52.
 blasphemiam dixerit, Paracletum quem Christus promisit, in Montano primũ apparuisse, her. 21. nu.
 & tamen in sequentibus scriptis non vereatur illi nomen Paracleti frequenter adscribere. 327.
 F. Anno Domini CCVII. NVMIO CAEONIO ALBINO ET FVLVIO ÆMI-
 LIANO COS. S. Zephyrini Papæ Romani VIII. Seueri Imper. XIII. plerique passas scri-
 bunt Perpetuam & Felicitatem, idque iuxta Ven. Bedam die natali Seueri, quem adsi-
 gnãt Martyrologia Feluardi & Romanum Nonis Martiis, illis præterea adnumerantia, Re-
 uocatum, Saturninum & Secundiolum, simul passos in Mauritania ciuitate Thuburbi-
 tanorum. Quum autem Perpetua fortissima Martyris colibro meminerit Auctõr, oportet
 non antè scriptum fuisse LIBRVM DE ANIMA, quem scripsit ADVERSUS PHILO- Tomo Tert.
 SOPHOS ET HÆRETICOS. In quo etiam adludat LIBRVM DE PARADISO. lib. de An-
 Quem conuicimus conscriptum fuisse occasione eorum, quæ vidisse scribit S. Perpetuam nima c. 55.
 in paradiso. Et verò, vt in hac Christianorum per Africam quoque persecutione animos n. 612. &
 fidelibus adderet, censemus eodem penè tempore scriptum LIBRVM DE SPE FIDE TOMO quar. 606.
 LIVM. Quamquam interim vetissimum comperiamus illud Prouerbij, quòd Error vnus inter Frag-
 alium trahat, vtpotè quum paradoxon sit vtriusque libri illius argumentum & haud pau-
 cas præterea reperire sit opiniones non satis sanas in dicto libro de Anima, de quibus in-
 ter Paradoxa Auctõris cum Antidoto latius. Hoc vnũ hĩc addimus, scriptum illum li-
 brum, DE OMNI STATV ANIMÆ, vel ipso teste, qui adeo etiam Commentarium animæ Tom. 3. lib.
 nuncupat, vtpotè in quo tractetur quidquid olim à Philosophis & ab hæreticis de Anima de Resurr.
 tractatum fuit, vt neque Philosophis, neque Theologis alio hodie commentario sit opus. car. c. 2. nu.
 Anno Domini CCVIII. S. Zephyrini Romani Pontificis IX. Seueri Imp. XV. M. F. L. AVVIO 25. & cap.
 M. F. M. N. AFRO ET Q. ALLIO FABIO CATVLLINO MAXIMO COS. scriptũ fuisse 45. n. 320.
 à TERTULLIANO Librũ primũ aduersus Marcionem ex hisce verbis constat: At nunc Tom. 3. lib.
 quale est vt Dominus à XII. Tiberij Cæsaris reuelatus sit, substantia verò ad XV. iã Seueri Imperatoris annũ 1. ad. Marc.
 nulla cõperta sit? Atque adeo hoc tẽpore simul editos fuisse oportet LIBROS DE CARNE c. 15. n. 102.
 CHRISTI ADVERSUS III. HÆRESEIS, DE RESVRRECTIONE CARNIS, ET AD- Tom. 3.
 VERSUS MARCIONEM QVINQVE, vtpotè eodem scriptos tempore. Nam sicut etiam Lib. de Ca.
 alibi diximus, libro de Carne Christi citatur liber Quartus aduersus Marcionem, libro de Christi ca.
 Resurrectione carnis II. & III. aduersus Marcionem, & libro V. aduersus Marcionem adle- 7. n. 65.
 gatur liber de resurrectione carnis, quo fit vt existimè primũ scriptos aduersus Marcionẽ Lib. de Res.
 Quatuor; intermedios deinde duos illos; & postremò aduersus Marcionem Quintum. car. c. 2. nu.
 Porro si hoc anno, vt Onuphrius tradit, celebrata sint Decemnalìa Antonini Imper. 19. & 20.
 Seueri filij, fortassis præoccupata anno integro ob discessum in bellum Britannicũ, Marc. c. 10.
 quem Cassiodorus his Coss. accidisse scribit; hoc etiam anno scriptus est LIBER DE num. 130.
 CORONA MILITIS; Sin anno sequenti (quod mihi magis fit verisimile ex illa Numi Tomo 2.
 inscriptione, ANTONINVS PIVS AVG. COS. III. VOTA SOLVTA DEO) vtrũ-
 que contigerit, illuc referre poterit Lectõr; dummodò scriptum nobiscum sentiat ante
 expeditiõnem Britannicam. Ad quam pertinet etiam inscriptio supra posita; cum ef-
 figie Equitis manu iaculum tenentis: PROPECTIO AVGG. nam vtrumque filium se-
 cum duxit Seuerus; à quo quum P. Septimius Getã anno primũ sequenti Imper. Cæs.

Aug. sit appellatus & Tribunitiam potestatem acceperit, sicuti Fasti habent Consulares, confirmatur dicta nostra coniectura. Conciliari quidem possunt Inscriptiones & Fasti Consulares cum Onuphrio, & altera quadam inscriptione, ubi appellatur Antoninus Aug. Trib. pot. x. Coss. iiii. defig. vt dicatur cœptus eius annus x. his Coss. ad Kal. Maias, & finitus anno sequenti kalendis Maiis: sed nos ad annum sequentem referre maluimus, ne hic prolixiores simus.

Anno Domini ccix. S. Zephyrini Papæ Romani x. Seueri Imper. xvi. IMP. CÆS. M. AVREL. SEVERI AVG. F. ANTONINO AVG. III. ET P. SEPTIMIO SEVER. AVG. F. GETA COS. Post celebrata Decemnalìa Antonini Romæ à TERTULLIANO scriptum censemus LIBRVM DE CORONA MILITIS. Romæ enim scriptum apparet ex verbis illis: Erubescite Romani commilitones eius, & ad Decemnalìa videtur referendum illud libri frontispicium: Proximè facta est LIBERALITAS Præstantissimorum IMPERATORVM; cui subiicienda putauimus quæ sequuntur, eo quod occasionem scripti huius libri indicent, vt potè in quo, contra quàm alij miffitabant, Christianis coronæ vsum interdictum deducit. Expungebantur, inquit, in castris Milites laureari. Adhibetur quidam illic magis Dei Miles, solus libero capite, coronamento in manu ociofo. Singuli designare, eludere eminus, infrendere cominus in nostrum. Tribuno defertur, & persona iam ex ordine accesserat. Statim Tribunus: Cur (inquit) tam diuersus habitu? Negavit ille cum ceteris sibi licere. Causas exposulatus: Christianus sum, respondit. Suffragia exinde, & res apud Aetia, & reus apud Præfectos. Ibidem penulas posuit, speculatoriam pedibus abfoluit, gladium reddidit (nam militaria omnia insignia in exauratione militum exui solere, vel ex Herodiano lib. 2. manifestum est, initio Imperij Seueri) Et nunc ruffatus sanguine suo, donatiuum Christi in carcere expectat. Exinde sententia super illo, nescio an Christianorum (non enim alia ethnicorum) vt de alypro & præcipiti & mori cupido, qui de habitu interrogatus, Nomini negotium fecerit. Nec verò omitte dum illud:

Tom. secundo lib. de Cor. milit. c. ult. num. 205. Ibid. c. x. n. 2. & 3. Ibid. nu. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. 14.

Ibid. n. 16. 17. 18. et 19

Lib. adu. Gnost. nu. 1. et c. 1. n. 13.

Ibid. c. x. n. 11. & 12.

Tom. 1. lib. adu. Iud. c. 7. nu. 43. Ibid. n. 50.

Lib. de Vel. virg. c. 1. n. 2. & 3.

Tom. tertio lib. ad. Pra. c. 1. nu. 5. 6. 12. 13. 14. 15. 16. et 17.

Planè superest, vt etiam martyria recusare meditentur. Musitant denique tam bonam & longam sibi pacè periclitari. Nec dubito quosdam scripturas emigrare, sarcinas expedire, fugæ accingi de ciuitate in ciuitatem. Noui & pastores eorum in pace leones, in prælio ceruos. Sed de questionibus confessionum alibi docebimus. Denotat enim ibi, aut librum de Fuga in persecutione, aut quod magis placet, SCORPIACON ADVERSVS GNOSTICOS (nèpè Prodicij Scorpianus & alios Valentinianos Martyriorum refragatores, qui iam in Africam irrupere cœperat. de quibus videat Lector Adnotationes nostras) fortassis etiã Romæ scriptum. In eo enim & de questionibus confessionum, id est, quod confiteri Christum necesse sit, latissimè deducit, & persecutionem omnium grauissimam, quæ dicta occasione post longam pacem (vt potè quum Romæ & in Africa ad id tēporis pauci leguntur sub Seuero passi martyres) recruduisse videtur, his verbis describat: In præfatiarū est medius ardor, ipsa canicula persecutionis ab isto scilicet cynocephalo (vbi aut Seuerum Imperatorem, aut potius vrbis Romæ præfectum in absentia illius iam in Britanniam profecti, intelligit) alios ignis, alios gladius, alios bestia Christianos probauerunt; alij fustibus in super & vngulis degustato martyrio, in carcere esuriunt. Porro Seuerum propterea absentem in Britannia diximus, quod expeditionis Britannicæ hoc anno, vti antea probauimus, factæ meminerint Euseb. in Chronic. Oros. lib. 7. c. 11. Paulus Diaconus lib. 8. cap. 1. & ante eos Spartianus, Herodianus, & Dio in Seuero. Nondum enim Britanniam Romanis paruisse ad id vsque temporis, etiam ipse verbis his supra citatis indicat: & Britannorū inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita, vt potè Lucio Britanniarum Rege paulo ante ope S. Eleutheri Papæ ad fidem conuerso; item etiam illis: Britannia intra Oceani fines conclusa sunt.

Anno Domini ccx. S. Zephyrini Romani Pontificis xi. Seueri Imper. xvii. M. AVRELIO CLAUDIO M. F. POMPEIANO, ET LOLLIANO AVITO COS. Romæ adhuc existens TERTULLIANVS, scripsisse mihi videtur LIBRVM DE VELANDIS VIRGINIBVS, quem Græcè quoque scriptum esse his fatetur verbis: Proprium iam negotium passus meæ opinionis, Latine quoque ostendam, virgines nostras velari oportere. De quo argumento anno sequenti latius. Scripsisse etiam verisimile est paulo post, iam Carthaginem reuersum, LIBRVM ADVERSVS PRAXEAN, de quo Auctor: Iste, inquit, prius ex Asia hoc genus peruersitatis intulit Romanæ humo, & alius inquietus, in super & de iactatione Martyrij inflatus, ob solum & simplex & breue carceris tedium. Fruticauerant auenæ Praxeanæ hinc quoque (nempe in Africa) superfeminatæ; traducta dehinc per quem Deus voluit (quātū apparet, Zephyrium Papā, vt potè de quo tale quid tradat B. Opt. Mileuit. libro 1. cōtra Parmeniā.)

eti:am

etiam euulsa videbantur. Denique cauerat pristinum doctor de emendatione sua, & manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc res gesta est, exinde silentiū. Auenæ verò illæ ubique tunc semen excusserant. Ita aliquandiu per hypocrisim subdola vnicitate latitauit, & nunc denuò erupit. Ex quibus verbis satis patet, & reuocasse suam hæresin aliquando Praxean disputatione alicuius emendatum, sed iterum relapsum denuò erupisse; & dum hic liber scriberetur, adhuc superuixisse. Quamquam interim, si verum sit quod addit de Montani Prophetia eius ope expulsa, quandoquidem illum floruisse cōstet sub S. Eleuthero Papa, oporteat iam senem fuisse Praxean. Nos certè vix dum in eo quod dictum est, Auctori fidem adhibendam putamus; tum quòd S. Pacianus in hæc verba scribat de hæreticis secundum Phrygas. Et primū hi pluribus nituntur Auctoribus. Nam putō Græcus Blastus ipforum est; Theodotus quoque & Praxeus vestros aliquando docuerunt; tum, quòd ipse Auctor, præterquam quòd illic subiungat tamquam discipulos Blastum, Theodotum, & Praxean, eum Victorino; illis qui secundum Aeschinem pronuntiabantur, eandem hæresin adtribuit, & hoc libro impugnat.

Ibid. nu. 8. & 11.

Anno Domini ccxi. S. Zephyrini Papæ Romani xii. Seueri xviii. M. ACILIO M. F. M. N. FAVSTINO, ET C. CÆSONIO C. F. MACRO RVFINIANO completum fuit, quod scribunt post Auctores supracitados Cassiodorus in Chronico, & Ven. Beda hystor. Eccl. 1. i. cap. 5. de Seuero, quòd vallum crebris turribus communium in Britannia, per centum & amplius milia passuum de mari ad mare perduxerit, vt partem Prouinciæ grauiss. præliis receptam à ceteris faceret securiorem. Pro quo facit etiam lex Seueri & Antonini Augg. Eboraci lata hoc Consulatu Non. Maij, quæ exstat Cod. lib. 3. Tit. 32. l. 1. Certè tunc primū leguntur Inscriptiones, quibus appellatur Seuerus BRITANNICVS MAX. TRIB. POT. xviii. ac Antoninus BRITANN. TRIB. POT. xiii. IMP. II. COS. III. denique & illa: P. SEPT. GETA PIVS AVG. BRIT. TRIB. POT. III. COS. II. vno ex latere, & ex aduersa parte: VICTORIÆ BRITAN. Vt potè quum tertius fuerit duntaxat iste annus, ex quo Geta Tribunitiam potestatem cum ceteris Imperij insignibus acceperat. Porro hoc ferè anno contigisse censemus, quod de TERTULLIANO scribunt B. Hieron. Sophronius Catal. Scriptor. Eccles. ac Niceph. lib. 4. cap. 12. ac 34. Quum vsque ad mediam ætatem in Ecclesia Catholica presbyter permanisset, ad Montani dogma delapsus. Verumtamen magna est difficultas, quomodo scribat B. Hiero. id factū inuidia & contumeliis Clericorum Romæ Ecclesiæ, ac Sophronius, φθόρω καὶ ἀσεβητικαῖς αἰμοῖς τῆς κληρικῆς τῆς ἐν Ρώμῃ ἐκκλησίας, & interpres Nicephori: propter Cleri Romani inuidiam, præsertim quum de eo nusquam conqueratur Auctor etiam in libris aduersus Ecclesiam scriptis; Maxime quum causam illam reticens Vincentius Lirinensis, et si B. Hieron. posterior, non aliud dicat, quàm TERTULLIANVM Catholici dogmatis & vetustæ fidei parum tenacem, ac disertiore multò quàm feliciorē, mutata sententia in errorem delapsus, magnam fuisse in Ecclesia tentationem. Quem in hoc imitatur Abbas Trithemius. Est quidam qui inuidiæ causam fuisse puter Auctori eloquentiam. Rhenani coniecturam, quantumvis suspectam, sequuntur etiam Catholici quidam, qui suspicantur illum, quum initio fauere cœpisset hæresi Montani, statim Ecclesiæ communionē priuatam, priusquam se totum dederet; qua re commotus ille prorsus in Montani partes transferit. Verum non video, quomodo Excommunicationem Ecclesiasticam, quam Auctor diuinam censuram, & futuri iudicij præiudicium appellat, B. verò Hieron. Episto. ad Heliod. ante diem iudicij iudicium, quo cietus de Ecclesia rabido dæmonis ore discerpitur, non solum inuidiæ (quam pro zelo etiam in sanctos agnoscit idem B. Hieronymus Epistol. ad Damas. de prodigo & frugi filiis) sed & contumeliarum nomenclatura ipse traduceret. Nos itaque, si quid in re incerta diuinare liceat, coniecimus Tertullianum post obitum Agrippini, in obtinendo Episcopatu Carthaginensi repulsam passum, fortassis inuidia Clericorum quorundam Ecclesiæ Romanæ, à quibus proinde etiam contumeliis adfectus, ad partes Montani descuerit. Certè fomitem illis inuidiæ administrare potuerunt loci aliquot in libris præcedentibus, quibus tacitè quorundam Clericorum, fortassis Romanorum, vitia reprehendit; non aliter atque postmodum B. Hieronymo & Paulino accidit eadem de causa. Imprimis de frequentatione spectaculorum: Sed Traquedo, inquit, vociferante, exclamationes ille (nempe aliquis de Clero) alicuius Prophetæ retrahit. Inter effeminationis modos, Psalmum secum comminiscetur; & quum athleta agent, ille 19.

Tom. 1. A. polog. c. 39. num. 502.

Tom. 2. l. de Spect. c. 25 nu. 87. 188. 189.

diſturus eſt, repercutiendum non eſſe; poterit & de miſericordia moueri deſexus in morſus urſorum, & ſpongias retiariorum. Auertat Deus à ſuis tantam voluptatis exitioſa cupiditatem. Quale eſt enim, de Eccleſia Dei in Eccleſiam diaboli tendere? de cœlo (quod aiunt) in cœnum? illas manus quas ad Dominum extuleris, poſtmodum laudando hiſtrionem defatigare? Ex ore quo Amen in ſanctum protuleris, gladiatori teſtimonium reddere? eis aiòvas alij omninò dicere, niſi Deo Chriſto? Item illud in *Ibid. lib. de* Artifices idolorum: Tota, inquit, die ad hanc partem zelus fidei perorabit ingemens Chriſtianum ab *Idol. c. 7. n.* Idolis in Eccleſiam venire, his manibus adorare, quæ foris aduerſus Deum adorantur, manus ad mouere *28. 29. 30.* corpori Domini, quæ demonijs corpora conferunt. Nec hoc ſufficit. Parum ſit, ſi ab alijs manibus accipiant quod contaminant, ſed ipſe tradunt alijs quod contaminauerunt. Adleguntur in ordinem Eccleſiæ *31. 32. 33.* & 34. ſiſticum Artifices Idolorum. Prò ſcelus: Semel Iudæi manus Chriſto intulerunt, iſti quotidie corpus *Ibid. lib. de* eius laceſſunt. O manus præſcindenda! Rurſum illud de Paſtoribus in perſecutione fugientibus: *Coro. mili.* Planè ſupereſt ut etiam martyria recuſare meditetur, qui Prophetias eiusdè Spirituſſancti reſſuit. *c. 1. nu. 16.* Noui & Paſtores etiam eorum in pace leones, in prælio ceruus. Denique de Velandis virginibus: *c. 18.* Illam conſuetudinem, quæ Virgines negat, dum oſtendit, nemo probaſſet, niſi aliqui tales, quales Virgines *Ibid. lib. de* ipſæ. Tales enim oculi volent virginem viſam, quales habet Virgo quæ videri volet. Inuicem ſe eadem *Vela. virg.* oculorū genera deſiderat. Eiusdè libidinis eſt videri, & videre. Auſtor Cōmentarij S. Ambroſio *c. 2. nu. 19.* adſcripti in Epift. Pauli, videtur interpretari inuidiam illam, quaſi fuiſſet ipſius auſtoris in Clerum Romanum. Sic enim inquit: Per inuidiam caritatem corrumpentes, ſcientiam ad nihilum deduxerunt. Nam & Tertullianus & Nonatianus non paræ ſcientiæ fuerunt; ſed quia per zelum, caritatis cœdera perdiderunt, in ſchiſma verſi, ad perditionem ſui hærefes creauerunt. Ex quibus verbis fit etiam veriſimilior mea coniectura ex eo, quòd ob repulſam Episcopatus Romani in ſchiſma & hærefim inciderit Nonatianus. Porro ſi excōmunicatus fuerat, iuſtiſſimis præſectò de cauſſis, etiam fortaſſis in abſentem, eam tulit B. Zephyrinus Pōtifex. Primùm enim in Libris omnibus ſcriptis citra XIII. Imperij Seueri annū, Paracleti nouæ Prophetiæ frequenter ſpiritus ſancti etiā Montanici verbis iam citatis, meminit, ſicut etiā mulieris Prophetidis ſubinde, modò Priſcillā, modò Maximillā, ſignificans; & ſimiliter de Ecſtaſi, habet non pauca, locis citatis inter Paradoxa Auſtoris. Deinde Pſychicos quoque, id eſt, animales, appellare cœpit Catholicos, tum aduerſus Marcionem, tum aduerſus Praxean, ſicuti etiam ibi latiùs. Poſtremò omnia illa ſimul coniungens lib. adu.

Tom. 3. lib. Praxean, Romanum Episcopum, quantum apparet, Eleutherum calumniatur, tanquam qui *adu. Prax.* agnolcens iam Prophetas Mōtani, Priſcæ & Maximillæ, ex ea agnitione pacem Eccleſiæ Aſiæ & *c. 1. n. 7. 8.* Phrygiæ inferre paratus fuerit, niſi Praxean falſa (perperam inquit) de ipſis Prophetis & Eccleſiis *10.* eorū adſuerando, cōgeiſſet litteras pacis reuocare iam emiſſas, & à propoſito recipiendorū chariſmatum conceſſare. Et inſuper diaboli negotium procuraviſſe dicit, qui prophetiam expulit, & paracletum ſubi-

Ibid. nu. 11. cauit. Certè ipſe Auſtor Excommunicationem in hæreticos adprobat non vno in loco. *To. 3. Scorpi.* Anno Domini CCXII. S. Zephyrini Papæ Romani XIII. M. Aurelij Antonini Baſſiani *adu. Gnoſt.* Pij Felicis Aug. Britannici, Germanici Imperij I. Q. EPIDIO L. F. RVFO LOLLIANO GENTIANO, ET POMPONIO BASSO COS. conſcriptum cenſemus *ca. 1. nu. 10.* TERTULLIANI LIBRVM DE FUGA IN PERSECVTIONE. Idque ante deceſſum Imper.

Tomo quin. L. Sept. Seueri Pertin. Aug. qui eo anno pridie Nonas Februarias Eboraci mœroris magis quàm morbo mortuus eſt (in hoc ad eòdè punitus à Deo iuxta Oroſium l. 7. cap. 11.) nondum elapſo anno Imperij ſui XVIII. vtpotè quum ab Idibus Maiis Domini 194. ad dictum vſque huius anni diem computantur duntaxat anni XVII. menſes VIII. dies XXI. quo fit vt hunc annum 1. Antonini faciamus. Aut ſaltem ante reditum Antonini ex Britannis cum fratre ſuo P. Septimio Geta, Felici Aug. Britannico Imperij conſorte, adhuc

Tom. 1. lib. durante perſecutione, quam ipſe (vtpotè lacte Chriſtiano imbutus, ſicuti ſuprà ex Auſtore *ad ſcap. c.* diximus) vel Seuero Sulpitio teſte, Sacræ hiſt. lib. 2. ceſſare fecerit, vtpotè qui ſcribat ab *4. num. 36.* obitu Sencri ad Decium vſque pacem Eccleſiis fuiſſe, præterquam quòd à Maximino in Episcopos ſeuitum fuerit; quam ad eòdè longam pacem appellat B. Cyprian. lib. de Lapſis. Quamquam interim edicta Seueri adhuc aliquandiu viguiſſe, ex his Auſtoris verbis

Tom. 5. lib. videantur: Niſi forte in Senatusconſulta & Principum mandata coitionibus oppoſita delinquimus. *de Feiunjs* Hunc quum contra Eccleſiam Chriſtum adſerant, vbi ſuprà, B. Hieronymus, Sophron. *c. 13. n. 79.* & Niceph. veriſimile fit Fabium illum Romanum fuiſſe Presbyterum. Certè quòd ali- *Tom. 5. lib.* quo miniſterio Eccleſiaſtico functus fuerit, colligere eſt ex verbis illis: Sed quum ipſi Au- *de Fuga in* perſec. c. 11. Etiores, id eſt, Diaconi, Presbyteri & Episcopi fugiunt, quomodo laicus intelligere poterit? Qui- *n. 78. et 79.* bus interim quando (contra quam ſentit Auſtor) fugere liceat, in Adnotationibus

bus noſtris latiùs. Meminit in eo etiam Rutilij ſanctiſſimi Martyris. Porro & ſub Seuero *Ibid. cap. 5.* haud dubiè referri debet, quod ſcribunt Euseb. & Nicephor. de Origenis prima perſe- *num. 41.* cutione maxima apud Alexandriam, antequàm ſeſe ipſum caſtraret. Atqui ad intel- *Tom. 1. c. 2.* lectum Auſtoris facit, vbi dicit: Maledictum eſſe ante ἀποθέωσιν Deum Cæſarem nuncupare; id *polog. c. 34.* quod latè recenſet Herod. l. 3. de ritu obſeruato in relatione Seueri Imper. poſt mor- *num. 459.* tem in Diuos, per filios Romæ factæ, poſtquam cineres ex Britannia ſecum allatos in vr- *na alabaſtrina iuxta illum, aut aurea iuxta Spartianum, in ſepulcrum Antonini ſunt illati.* Hic præterea prætereundum non putauimus, quòd quum pridie Non. Feb. perierit Se- *uerus, caſtigari deberet leges duæ Codicis, altera li. 6. Tit. 45. l. r. vt legatur v. Kal. Februa-* *rij, pro: Ianuarij; altera eiùſdem li. Tit. 37. l. 3. vti ſoli Antonino Aug. adſcribatur, nò Seue-* *ro & Anton. Augg. vtpotè quum lata ſit v. i. Kal. Maij, diu poſt illius obitum; maxime* *quum exſtet lex Antonini ſolius Kal. Maias data; & aliæ plures his Coſſilatae.*

Anno Domini CCXIII. S. Zephyrini Romani Pontificis XIII. Antonini Imper. I. M. POMPONIO M. F. ASPRO ET ASPRO COS. ſiue duobus Aspris, quibus *Cof. Leges Antonini variæ datae leguntur (quorum ſeniorum eundem illum cenſemus,* *de quo ſuprà ad annum CCII.) ſolus Antoninus (teſtibus Herodiano & Spartiano) fratre* *Geta ad pectus ſuæ matris interfecto, poſtquam imperauit annum vnum dies XXI. ac ſe-* *pulto in ſeptizodio (quod à ſeptem zonis cœli ita dictum Seuerus, vel Euseb. teſte, ædifi-* *cauerat, ac in Diuos relato) Imperium vſurpauit. Inſuper & alios plurimos, quantum ſuis* *patri ſibi que antea cariffimos, neci tradi iuſſit, inter quos commemorandi veniunt Papi-* *nianus ille, eius ac Iuliani & Tertuliani IC. præceptor, Iuris Aſylū eognominatus à Spar-* *tiano, & Sammonicus Serenus, cuius Libros plurimos exſtare ille ſcribit, Gordiani poſ-* *tea Cæſaris pædagogus. In hunc annum referimus LIBRVM TERTULLIANI DE* *Tom. 5.*

E X H O R T A T I O N E C A S T I T A T I S, vtpotè quæ Nicephorus lib. 4. c. 54. inter eos re- *cenſet, qui contra Eccleſiam Catholicam conſcripti ſunt, & in quo eòdè dementiae videtur* *veniſſe, vt apud tres etiam Luicos, vtpotè Montanum & inſanas eius Prophetides Priſcæ &* *Maximillam, eſſe Eccleſiā exiſtimit, quemadmodum latiùs idipſum alibi inculcat. Huic* *etiam anno adplicamus diſputationem illam Caij Scriptoris Eccleſiaſtici aduerſus Pro-* *clum, cuius meminerunt Euseb. l. 6. c. 14. B. Hierony. in Caio, & latiùs in hæc verba Ni-* *cepho. loco iam citato: Floruit, inquit, ſub Zephyrino Romæ Episcopo, Caius, Antonino* *Seueri filio Imperante. Is aduerſus Proclum Montani propugnatorum diſſertationem co-* *pioſiſſimam habuit & compoſuit, temerariæ audaciæ, quòd nouā introduxerit Prophe-* *tiam, illum redarguens & conſutans. Quam quidem nos aliquando exiſtimauimus inſam* *dediſſe Auſtori ad Montani partes deſcendi; quòd veriſimile fit in Proclum hæc diſputa-* *tione conuictum, nec reſiſcentem, à Zephyrino Excommunicationem latam fuiſſe, &* *omnes eius aſſeclas, inter quos haud dubiè Auſtor, vtpotè Montaniſtarum xpi Proclum* *ſeſtator, non eorum qui ſecundum Æſchinem dicebantur, contra quos egit libro aduer-* *ſus Praxean. Verùm iam antea illum deficere cœpiſſe, immò contra Eccleſiam ſcripiſſe,* *ex ſuperioribus maniſteſtum ſit. Fortaſſis etiam hoc tempore contigit Origenis diſcipuli* *Clementis Alexandrini & Ammonij Romani ſub Zephyrino profectio, cuius memine-* *runt Euseb. & Nicephor. quorum ille lib. 6. c. 12. cauſſam illius eam ſcribit, quòd in opta-* *tis illi eſſet antiquiſſimam illam Eccleſiam inuiſere. Quo tempore etiam alij Eccleſiaſtici* *ſcriptores ab illis enumerantur, Berillus Arabiæ Boſtrenus, Hippolytus iuxta quorſdam,* *Portuenſis, Alexander primùm Cappadociæ, deinde Hieroſolymorum Episcopi, quibus* *interferit B. Hierony. etiam Minutium Felicem, qui Apologeticum Auſtoris per multa* *imitatus eſt.*

Anno Domini CCXIII. S. Zephyrini Papæ Romani XV. Antonini Imper. III. IMP. *CÆS. M. AVREL. DIVI SEVERI F. ANTONINO AVG. BRITAN. GER-* *MAN. IIII. ET P. CÆLIO P. F. BALBINO II. COS. ipſe Antoninus Imp. II.* *Trib. poteſt. XVI. De Britanneis triumphauit. Quo anno à TERTULLIANO ſcriptum* *exiſtimamus etiam aduerſus Eccleſiam LIBRVM DE MONOGAMIA. In eo inter ce-* *tera ſic legitur: Quum magis nunc tempus in collecto factum ſit, annis circiter CLX. exinde productis. Tom. 5. Lib.* *Quos qui à Paſſione Domini computandos voluerint, tota via aberrare ex ſuperioribus de Monog.* *plus ſatis maniſteſtum eſt, etiam ſi, iuxta erroneum caleulum Auſtoris à paſſo Chriſto vſ-* *que ad deuaſtationem Hieroſolymorum anni duntaxat cōputarentur XXII. quos alij enu-* *merant 52. quia vſque ad annum præſentem non ſolum 160. ſed producti eſſent 188. Sunt*

etiam qui ab Apostolis hunc computum incant, eo quod præmittatur: *post Apostolos*, in qua sententia & nos fuimus, quum Adnotationes nostras in eum scriberemus locum. Verùm SS. Petrus & Paulus primùm passi sunt anno Neronis vltimo, qui in annum incidit Christi 69. à quo ad hunc non nisi computantur anni 146. & S. Ioannes Euangelista vixit ad Traianum vsque, mortuus primùm anno circiter 100. vnde non plures sunt anni quàm 114. Proprius accedunt, qui ab Apostoli Pauli ætate computant annos illos circiter CLX. quorum sententiæ accedimus: sed quia ille primùm martyrio adfectus cum Apostolo Petro (vtri iam dictum est) censemus ab eo tempore numerãdos, quo Epistolam scripsit priorẽ ad Corinthios, ab anno nempè Domini circiter LIIII. Imprimis enim scriptam Epistolam vtramque ad Corinthios, postquàm ab ipso ad fidem essent conuersi, ex eisdem sit manifestum; quæ conuersio contigisse putatur anno Domini 51. quum ibi hæsit ad annum & menses sex. Deinde si Ephesi scripta sit (sicuti quidam & rectius habet Græci codices) ex historiis Peregrinationis Pauli satis patet dicto anno, qui incidit in duodecimum Claudij imperatoris, Ephesi illum habitasse. Sive ex Philippis (quod plures præ se ferunt & Latini & Græci codices) certè anno LV. per Philippos iter fecisse, postquàm Epheso discesserat, sub festum Paschæ, testantur Acta Apostolorum c. 20. Et verò sic intelligi debere Auctorem, vel ex illis dictis verbis colligitur, quæ leguntur 1. Cor. 7. *Quum nunc tempus in collecto factum sit.* Atqui in hunc annũ hoc incidere, non in xv. Seueri (vtri quidam etiam viri eruditi coniecturam faciunt) ex eo perspicuum est, quòd ille idem sit cum anno Domini CCVII. ad quem proinde ab eo, quem diximus, non nisi anni CLIII. conficiuntur, nec ulterius extēdi possint, quod anno primùm 51. fidei catholice initiati fuerint Corinthij. Porro fuit hic annus nobilitatus Consulatu trium Imperatorij Ordinis virorum; nam præter Antoninum, & Balbinum, qui quartus ab illo imperauit, cum Pupieno, etiam suffectus fuit ex Kal. Martii M. ANTON. M. F. GORDIANVS, qui postea Imper. Cæs. Aug. appellatus à Balbino interfectus fuit; sicuti rursus ex Kal. Maii P. Heluius Diui Pertinacis F. P. N. Pertinax paulopòst occisus ab Antonino.

Anno Domini CCXV. S. Zephyrini Romani Pontificis XVI. Antonini Imper. IIII. SILIO MESSALA ET Q. AQUILIO SABINO COS. Imperator ex expeditione Gallica, cuius Spartianus meminit, Romam reuersus, à vestis talaris genere inde allata, quam plebi distribuit, vt eo vestitu sese saluaret, Caracalla nuncupatus est. Hoc ferè anno scriptum censemus à TERTULLIANO etiam aduersus Ecclesiã, LIBRVM DE IEIUNIIS ADVERSUS PSYCHICOS. Ex quo imprimis sit verisimile, cum *Proclo* reliquisque Montanistis post dictam disputationem, etiam Tertullianum à Papa Zephyrino excommunicatum fuisse, ex verbis inquam illis: *dum quaqua ex parte anathema audiamus, qui iun. cap. 1. aliter adnunciamus.* Deinde varia tum fuisse celebrata per Græcias Concilia, ita testatur: *num. 13. Aguntur præterea per Græcias illas ceris in locis Concilia ex vniuersis Ecclesiis, per quæ & altiora qua-* *lib. de P. dic. c. 13. que in cõmune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna reuerentia celebra-* *num. 80. 81. tur. Conuentus autem illi stationibus prius & ieiunationibus operati.* Quæ maximè cõtra Montanistas conuenisse, vel inde mihi colligere videor, quòd etiam in Episcopos quosdam ea *ibid. c. 16. hæresis cancri in morem serpente cõpisse videatur, ex his Auctoris verbis: Hac erunt exem-* *num. 99. pla, & populo, & Episcopis etiam spiritualibus;* nam spiritales Montani affeclas Psychicos (ita Catholicos calumniosè appellat) opponit. Porro si vera sit lectio apud B. Hieronymum Epist. 54. ad Marcellam de Montanistis, quòd illi tres in anno Quadragesimas facerent, quasi tres passi essent saluatores; incipit ab illis non nihil dissentire Auctor in duarũ dumtaxat obseruatione, sicuti ex his verbis, etiam iuxta MS. cod. manifestum sit: *Duas, inquis, n. 90. & in anno hebdomadas Xerophagarum, nec totas, exceptis Sabbatis & Dominicis, offerimus Deo, abstinentes ab ijs, quæ non reijcimus, sed differimus.* Verùm de hoc latiùs in Adnotat. nostris.

Anno Domini CCXVI. S. Zephyrini Romani Pontificis XVII. Antonini Imper. V. AIMILIO LÆTO (quem paulopòst ab Antonino interfectum scribit Spartianus) ET ANICIO CEREALI COS. eo ipso quo Antoninus in expeditione Germanica (teste Spartiano) iuxta Rhetias multos barbaros interfecit, inde potissimùm GERMANICVS appellatus, putatur scripsisse TERTULLIANVS LIBRVM DE PVDICITIA. In quo sententiam S. Damasi in Pontificali de vasis vitreis ad sacrificium ordinatis à S. Zephyrino, confirmant hæc illius verba: *Cui ille si forte patrociniabitur Pastor, quem in calice depingis;* maximè quòd sequitur: *At ego eius Pastoris scripturam haurio qui frangi non potest;* frangi enim *num. 84. 85. facillimi sunt calices vitrei; quos etiam depingit tum solere, hinc sit manifestũ.* Hic etiam

in hoc à Montanistis dissentit, quòd quum illi teste B. Hieron. Epist. supracitata Montanum sensisse: Non posse renouari per pœnitentiam lapsos, atque ad eò illum cum Nouatiano coniungat, Auctor dumtaxat mœchis & fornicatoribus (etsi perperam, & contrà quàm antea scripserat lib. de Pœnit.) pacem Ecclesiæ neget; oppugnans ex proposito illud Zephyrini (quem Pontificem Maximum etiam iam hæreticus Episcopus Episcoporum appellat:) *Ego & mœchis & fornicationis delicta pœnitentia sanctis dimitto.* Atque hoc est mea quidẽ sententia quod de illo scribit B. August. lib. de Hæres. postmodum ab Cataphrygibus diuisum sua conuenticula propagasse; fortassis quòd iam defunctis illis, qui vixit à Proclum (cuius ipse sectator) dicebantur, obtinerent palmam illi qui secundum Æschinem, Vtpotè contra quos tacitè scripserit librum adu. Praxean de Patre & filio non eisdem. Dissentisse etiam illum adnotauimus de duabus dumtaxat Quadragesimis. Quare falluntur, qui ex eo loco colligunt eum ad Catholicam Ecclesiam rediisse; maximè quum B. August. causam hæreseos duplicem adsignat, tum quia transiens ad Cataphrygas, cœpit secundas nuptias damnare, tum quia sua conuenticula propagauit.

Anno Domini CCXVII. S. Zephyrini Papæ Romani XVII. & Antonini VI. Q. AQUILIO SABINO II. (ad quem Vlpianus Libros 51. Digestorũ scripsit) ET SEXTO AVRELIO P. F. AVRELLINO COS. censemus scriptos TERTULLIANI LIBROS SEX DE ECSTASI, & ADVERSUS APOLLONIUM SEPTIMUM, quos etiam aduersus Ecclesiam scriptos testantur B. Hieron. Sophron. & Niceph. nec obstat quòd Apollonium collocet B. Hieron. Catal. Script. Eccles. ante Auctorem, quia quod aliàs facere solet, nullius Imperatoris adscribit tempora; Euseb. quoque Eccles. histor. lib. 5. c. 17. & post eum Nicephorus, eum inter eos quidem recenset, qui aduersus Montanum scripserunt, sed aliquandiu postea conscriptum satis indicant illa verba: Porro Apollonius scriptor Ecclesiasticus, quum ea quæ Cataphrygum Hæresis nominata est, adhuc in Phrygia vigere videretur, Librum separatim ad patronos eiusdem cõfutandos conscripsit. Deinde conuincit illud eiusdem: Idem iste Apollonius in eodem Libro commemorat, quòd quadragesimus iam annus, in quo quidem ad hoc opus scribendum se contulit, agebatur, ex quo Montanus confictam & commentitiam Prophetiam inceperit. Atqui ab initio Pontificatus S. Eleutheri, quo Montanus hæresin sparfit suam, vti supradictum est, ad hunc vsque intercedunt anni XL. Sedit enim Eleutherius post Consulatum Cethegi & Clari (vtpotè creatus pridie Idus Maij, quum exster illis Consulibus Epistola Decretalis S. Soteris Papæ data x. Kal. Iunij) vsque ad Maternum & Pradam Consules, defunctus VII. Kal. Iunij, id est, ab anno Domini CLXXII. vsque ad annum CLXXXVI. per annos XLIII. dies XII. S. Victor, vt supradictum est, annos XII. mensem I. dies XXVII. His addantur anni XVII. S. Zephyrini, sicut anni XLIII.

Anno Domini CCXVIII. S. Zephyrini, Papæ Romani XIX. Antonini VII. vtriusque vltimo, BRVTIO PRÆSENTE ET EXTRICATO COS. nos etiam historiæ nostræ Tertullianicæ finem imponimus; Non quòd certò vclimus adserere postea non superuixisse TERTULLIANVM, quem Trithemius scribit vixisse vsque ad senectam & senium, sed quòd saltem à scribendo destiterit. Sentiebamus aliquando, quum in illum Adnotationes scriberemus, *Librum de Ieiuniis*, sub S. Calixto Papa editum fuisse, quòd *Ieiuniorum* meminerit *citra illos dies quibus ablatum est sponsum*, id est, extra Quadragesimam; existimantes ad ludi ad ieiunia III. Temporum ab illo instituta. Sed vbi penitiùs inspeximus, potest referri aut ad id quod sequitur: *Et stationum semieiunia interponentes* (nempè feriæ quartæ & sextæ ad horam vsque nonam) *& interdum pane & aqua ieiunantes*, aut ad ieiunium Sabbati, quod Romæ celebrabatur ex statuto, non in Africa (cuius etiam paulopòst meminit) aut ad ieiunia Pœnitentium etiam Catechumenorum, de quibus ipse in hæc verba ante hæresin: *Ingressuros baptismum, orationibus crebris, ieiuniis, & genucationibus, & per uigiliis orare oportet.* Aut denique ad ieiunia in Vigiliis Festiuitatum Ecclesiasticarum. Atque ad eò placet B. Hieronymi, Sophronij, & Nicephori sententia, qui non sub Macrino aut Heliogabalos, sed sub Seuero Principe & Antonino Caracalla floruisse & scripsisse testantur hunc Auctorem nostrum; maximè quum sub S. Zephyrino Põtificem omnes illum claruisse scribant, non sub Calixto; præter vnum aliquem neotericum, qui tamen eum iam antea sub Adriano Cæsare eundem fecerat cum Tertuliano IC. Porro postremum fuisse hunc annum Antonini Caracallæ Imper. non sequentem (vti Casiodorus habet) patet ex Fastis Consularibus emendatioribus, in quibus sic scribitur: Hoc anno ad VI. Idus Aprileis I M P.

Tomo 5.

Lib. de P.

num. 13.

lib. de P.

num. 80.

num. 81.

ibid. c. 16.

num. 99.

ibid. c. 15.

n. 90.

91.

ibid. c. 14.

num. 87.

Tom. 5. Lib.

de Ieiun. c.

13. num. 78.

ibid. c. 14.

num. 87.

Tom. 3. Lib.

de baptis.

c. 20. num.

135.

Tom. 5.

Lib. de P.

dic. c. 7. n.

51. c. 10.

n. 84. 85.

CÆS. M. Aurelius Diui Seueri filius Antoninus, Augustus, Britannicus, Germanicus occisus est. Quum enim (inquit Spartianus) veller iterum Parthis bellum inferre, atque hybernare Edeffæ; atque inde Carras Luni Dei gratia (de quo, quod insuper addit, ad intellectum facit Auctoris, qui alicubi *Masculum* Lunam rider) venisset, die Natalis sui ipsis Tom. 1. A. Megalensibus, insidiis à Macrino Præf. præf. positis, qui post eum inuasit Imperium, interemptus est; ab eodem tamen in Deos relatus, & templo ei ædificato, & Saliis additis. num. 218. Confirmatur hæc mea sententia, quòd nullæ existent leges Antonio & Aduento Coss. sed Antonini Aug. titulo duæ Præsente & Extricato Coss. altera lib. 1. x. Cod. data v 111. Kal. Mart. altera lib. v 111. Tit. 38 l. 3. ex Kalendis Martiis paulo ante obitum, Imperavit proinde à pridie Nonas Febr. anni Domini c c x i i. vsque ad dictum diem, annos v 11. menses 11. dies 111. Atqui S. Zephyrino Papæ, quem & S. Damafus, & alij omnes his Consulibus vitam finisse scribunt, non possunt plures anni tribui quàm x 1 x. & dies x v 1. quòd à 1111. Idus Augusti anni Domini c l x x x 1 x. vsque ad v 11. Kal. Septembr. quo hoc defunctus est, totidem computentur. Quem quum Ecclesia inter Martyres celebret, oportet vt absente iam Antonino, iterum per Pontifices Idolorum excitata fuerit Romæ, & fortassis à Macrino continuata (qui proinde etiam post annum, mensem 1. dies aliquot, à Deo cæde punitus est) Christianorum persecutio; sed quia localis dumtaxat, non computata ab historicis.

Ceterum etiam hic adiciendum pro historiarum veritate, frustra quosdam illum denuò ad Catholicam fidem rediisse opinari. Nam imprimis id ex S. Augustino colligi non posse ad annum abhinc secundum ostendimus. Deinde inter Martyras minimè computandum TERTULLIANVM, sed Tertullinum, supra in ipsis auspiciis adnotauimus. Denique S. Pacianus ad Sympronianum contra Nouatianos, nihil pro eis facit: Tertullianus, inquit, post hæresin (etiam addendum censuimus) vester est: nam multa inde sumpstis. Ipsum Tom. 2. lib. de Pami. in calce A. Epistola sua, & ea ipsa quam Catholicus edidit, audies consistentem, posse Ecclesiam peccata dimittere. Neque enim loquitur de Epistola, quam post hæresin, sed quæ antea adhuc Catholicus ediderat, nempe lib. de Pœnitentia, ex quo multa ipsum descripsisse alibi adnotauimus. Certè si ita creditum fuisset, non tantopere hæresin huius boni viri deplorasset. S. Vincentius Lirinensis, cuius interim verba Antidoti loco, nequis fortè ex eo scandalizetur, addenda putauimus: Fuit iste quoque (inquit adludens ad Origenem, de quo similia scripserat, qui à fine Imperij Seueri ad Decium vsque superuixit) in Ecclesia magna tentatio. Sed de hoc nolo plura dicere. Hoc tantum commemorabo, quòd cõtra Mosis præceptum, exurgentes in Ecclesia nouellas Montani furias, & insana illa insanarum mulierum nouitij dogmatis somnia veras Prophetias adseuerando, meruit vt de se quoque & scripturis suis diceretur: Si surrexerit in medio tui Propheta, &c. nõ audies verba Prophetæ illius, Quare? Quia, inquit, tentat vos Dominus Deus vester, vtrum diligatis eum, an non. His igitur tot ac tantis, ceterisque eiusmodi Ecclesiasticorum exemplorum molibus; euidenter aduertere, ac secundum Deuteronomij Leges luce clariùs intelligere debemus; quòd, si quando aliquis Ecclesiasticus magister aberrauerit, ad tentationem nostram id fieri prouidentia diuina patiat, vtrum diligamus Deum, an non, in toto corde, & in tota anima nostra.

Denique coronidis vice, non prætereudum, quod ex B. Augustino didicimus, durasse adhuc ad sua vsque tempora TERTULLIANISTAS Hæreticos, & tum primùm in Catholicam Ecclesiam transiisse. Quibus etiam magis quàm ipsi Tertulliano, censemus imputandam absurdissimam illam hæresin, qua dicebant animas hominum pessimas post mortem in dæmonas conuerti, maximè quum ætate primùm Augustini post Donatistas & Iouinianistas collocentur Tertullianistæ, qui id senserint, tum ab ipso, tum à S. Isidoro, Honorio Augustidunenfi, Hrabano & Gratiano in Catalogis hæreticorum: Tertullianistæ (inquit ille ad Quoduultdeum, lib. de Hæres.) à Tertulliano, cuius leguntur opuscula multa eloquentissimè scripta, vsque ad nostrum tempus paulatim deficientes, in extremis reliquis durare non potuerunt (sic enim castigamus) in vrbe Carthaginiensi. Me enim ibi posito ante aliquot annos, quod etiam te meminisse arbitror, omni ex parte consumpti sunt. Paucissimi etiam qui remanserunt, in Catholicam transierunt, suamque Basilicam, quæ nunc etiam notissima est, Catholicæ tradiderunt. Quod vtinam illorum exemplo, iam quoque in nostro Belgio fathiscetes nostræ tempestatis hæretici, propediem faciant; Deo auxiliante, cui honor, potestas, & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

CATA-

CATALOGI OPERVM TERTULLIANI.

Ex S. Hieronymo Catal. Script. Ecclesiast.



TERTULLIANVS Presbyter, nunc demum primus post Victorem & Apollonium Latinorum ponitur, Prouinciæ Africae, ciuitatis Carthaginiensis, patre Centurione Proconsulari. Hic acris & vehementis ingenij, sub Seuero Principe & Antonino Caracalla floruit, multaq; scripsit volumina; quæ quia nota sunt pluribus, prætermittimus. Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, senem, qui se Beati Cypriani iam grandis ætatis Notarium, quum ipse admodum esset adolescens, Romæ vidisse diceret, referre; sibi solitum, nunquam Cyprianum absque Tertulliani lectione vnam diem præterisse; ac sibi crebrò dicere: Da magistrum, Tertullianum videlicet significans. Hic quum vsque ad mediam ætatem Presbyter Ecclesiæ permanisset, inuidia postea & contumeliis clericorum Romanæ Ecclesiæ ad Montani dogma delapsus, in multis libris nouæ Prophetiæ meminit; specialiter autem aduersus Ecclesiam texuit volumina: *De Pudicitia, De Persecutione, De Ieiunijs, De Monogamia, De Ecstasi Libros sex, & septimum, quem aduersum Apollonium composuit.* Ferturque vixisse vsque ad decrepitam ætatem, & multa, quæ non exstant, opuscula condidisse.

EX IOANNIS TRITHEMII ABBATIS Libro de Scriptor. Ecclesiast.



TERTULLIANVS Presbyter, patria Carthaginiensis, Africanæ prouinciæ, patre Centurione viro Proconsulari, homo acris & vehementis ingenij, tam in diuinis quàm in secularibus scripturis doctissimus, quippè qui apud Carthaginem Rhetoricam multis annis gloriosè docuit. Scripsit Latino sermone per infinita opuscula, in quibus Hæreticorum errores fortiter contriuit. Huius scripta beatissimus Martyr Cyprianus in tanta veneratione habuit, vt nullum sine eorum lectione diem præteriret. Dicere enim ad Notarium suum consueuerat: Da Magistrum, Tertullianum videlicet designans. Tandem in errorem Montani delapsus dicitur, propter quod eius opuscula inter apocrypha computantur x v. dist. Sancta Romana. Et licet in aliquibus errauerit, in multis tamen benè scripsit, sicut eius volumina testantur: de quibus vidi,

<i>De Patientia Dei,</i>	Librum vnum.	<i>Confiteor ad Dominum Deum.</i>
<i>Aduersus Praxean,</i>	Lib. 1.	<i>Variè diabolus amul.</i>
<i>Contra Marcionem,</i>	Lib. 5.	<i>Si quid retrò gestum est.</i>
<i>Contra Iudeos,</i>	Lib. 1.	<i>Proximè accidit disp.</i>
<i>De Præscript. hæretic.</i>	Lib. 1.	<i>Conditionem præsentium.</i>
<i>Contra omnes hæreses</i>	Lib. 1.	<i>Quorum hæreticorum.</i>
<i>Aduersus Hermogenem</i>	Lib. 1.	<i>Solemus hæreticis con.</i>
<i>Contra Valentianos</i>	Lib. 1.	<i>Valentiniani frequent.</i>
<i>De Carne Christi</i>	Lib. 1.	<i>Qui fidem resurrectionis.</i>
<i>De Resurrectione carnis</i>	Lib. 1.	<i>Fiducia Christianorum.</i>
<i>De Corona militis</i>	Lib. 1.	<i>Proximè facta est liberal.</i>
<i>Ad Martyras</i>	Lib. 1.	<i>Inter carnis alimenta.</i>

De Pœnitentia	Lib. 1.	Pœnitentiam hoc genu.
De Velandis virginibus	Lib. 1.	Proprium iam negotium.
De Habitu muliebri	Lib. 1.	Sit tanta in terra morare.
De Cultu feminarum	Lib. 1.	Ancillæ Dei viui conser.
Ad Vxorem	Lib. 2.	Dilectissima in Domino.
De Persecutione ad Fabium	Lib. 1.	Quæstisti proximè Fabi.
Ad Scapulam	Lib. 1.	Nos quidem neque expa.
Exhortatorium castitatis	Lib. 1.	Non dubito frater te.
De Monogamia	Lib. 1.	Hæretici nuptias auf.
De Pallio	Lib. 1.	Principes semper Africa.
De Spectaculis	Lib. 1.	
De Ieiunijs	Lib. 1.	
De Ecstasi	Lib. 6.	
Aduersus Apollonium	Lib. 1.	
De Pudicitia.	Lib. 1.	

Scripsit quoque & alia plura, variósq; tractatus, qui ad manus nostras adhuc minimè venerunt, vixitque vsque ad senectam & senium studiosus. Claruit Seueri Imperatoris temporibus, anno Domini c c.

EX ANGELI POLITIANI EPISTOLARVM
Enchiridio, Epist. 5. Lib. 4.

DE TERTULLIANO quod requiris. *Quintus Septimius Florens Tertullianus* appellatur, cuiusque legi libros, præter *Apologeticum*, *De Pallio*, *De carnis Resurrectione*, *De Corona militis*, *Ad Martyras*, *De Virginibus velandis*, *De Habitu mulierum*, *De Cultu feminarum*, *Ad Vxorem*, *Ad Scapulam*, *De Persecutione ad Fabium*, *De Exhortatione castitatis*, *De Patientia*, *De Monogamia*, *De Prescriptionibus hæreticorum*, *Contra Hermogenem*, *Aduersus Praxean*, *Valentinianos*, *Marcionem*, *Iudeos*, *Hæreticos omnes*. Ipse quorundam præter hos Librorum meminit à se compositorum, qui nec exstant. Laetantius, vt in omnibus eruditum doctrinis, ita in eloquendo duriorem perhibet. Augustinus, lapsus quibusdam locis miratur, quamuis hominem doctissimum. Cyprianus sua frequenter scripta de illius fontibus irrigauit. Reliqua super eo Libellus Hieronymi virorum illustrium suppeditabit. Ex Apologetico verò nimium tibi deerat, quod & huic Epistolæ totum subnexui. Tu ceteros tamen eius Libros caue putes cum Apologetico conferendos; tum illud scito, volumen esse quod desideras propè immensum. Nam quod ad operam scilicet adinet, meam libenter equidem, de illa tibi verbis eisdem spondeo; quibus Publio Septimio de ciuium fortunis Antonius. *Quid concupiscas, tu videris. Quod concupueris, certè habebis. Vale. Florent. Pridie Idus Ianuarij M. CCCC. LXXXXI.*

PARA




PARADOXA TERTULLIANI,
CVM ANTIDOTO IACOBI PAMELII.

1. De Angelis defertoribus qui duxerunt filias hominum. *Tom. 2. Lib. de Idolol. c. 9. n. 47. Libro de Habitu mulieb. c. 2. n. 17. lib. de Cultu fœmin. c. 10. n. 56. & lib. de Velandis virgin. c. 7. n. 52. Item Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. c. 18. n. 291.*



HIVS Paradoxo Tertullianus primus Auctor non est, neque postremus; sed sicuti partim adnotauimus ad lib. de Habitu virg. vbi maximè ex proposito illud tractat, ante eum Ioseph. Antiquit. lib. 1. S. Iustinus Mart. Apolog. vtraque, Athenag. in Apol. Clemens Alex. lib. 3. & 5. Stromat. post eum Lactant. lib. 2. Instit. diuin. c. 15. S. Cyprian. lib. de Disc. & hab. virg. num. 54. Euseb. lib. 5. Euang. præpar. & Method. serm. de Resurr. Causam erroris deicit quòd LXX. editio Græca vetus, quam illi secuti sunt, post Philonen legeret: *οἱ ἀγγελοὶ τῶ θεῷ*, & Latina Italica, vel SS. Ambros. August. Procopio testibus, angeli Dei, pro eo quod postea lectum inuenitur *οἱ υἱοὶ τοῦ θεῷ*, & Latine, filij Dei, quam vtramque agnouerunt suo tempore SS. August. & Procopius. Verùm pulchrè eam sententiam per absurditatem refutat S. Chrysof. hom. 22. in Genesin, adserens nusquam alibi in scripturis sacris (nempe iuxta editionem LXX. quam solam nouerat) vocari angelos filios Dei, item S. Ambros. lib. de Noe & arca cap. 4. S. August. qu. 3. in Gen. & latius lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 15. S. Epiphani. Epir. diuin. dogmat. & Procopius in Comment. quorum Chrysof. & August. etiam auctoritatem libri Enoch, quo niti videtur Tertullianus, impugnant. Qui omnes & angelos & filios Dei, posteros Seth, vt potè Dei cultores, interpretantur, sicuti etiam B. Hieron. lib. de Tradit. Hebr. in Genesin; denique Ven. Beda, Hrabanus noster & Haymo Comm. in Gen. Scribentes & in scripturis sacris frequenter angelorum nomine viros fideles & iustos appellari. Quid? quòd Philastrius libro de hæres. cap. 108. inter hæresis recenser, eos qui adserunt angelos miscuisse se cum fœminis ante diluuium, & inde natos esse gigantes.

2. De Angelorum apparitionibus in vera humana carne. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. c. 9. n. 61. ac c. 11. num. 72.*



VIDENTUR quidem tale quid sonare verba illa Tertulliani: *Dehinc scito, nec illud concedi tibi, vt putatua fuerit in angelis caro, sed vera & solida substantia humana*. Sed in alijs libris eodem conscriptis tempore, ita seipsum explicat, sicuti adnotauimus ad lib. de Carne Christi c. 6. n. 60. vt nihil certi ea de re voluerit adserere; alioqui enim sibi videbitur contrarius. *Constat* (inquit ibi) *angelos carnem propriam non gestasse, vtputa natura substantia spiritalis, & si corporis alicuius, sui tamen generis, in carnem autem humanam transfigurabilis ad tempus, vt videri & congruere cum hominibus possint*. Et apertius lib. de Resurr. carn. c. 62. *Quia & angeli, inquit, aliquando tamquam homines fuerunt, edendo, bibendo, & pedes lauacro porrigendo: Humanam enim superficiem induerant salua intus substantia propria*. Hoc sufficere vbiq; visum est Auctori, quòd dogmati Apellis non consentiret, qui ex aërea substantia angelos creatos dicebat, vt ne videretur illi & in hoc consentire, quòd Christi corpus ex æthere materia originem haberet suam. Atqui qualia corpora, & vnde adsumta ab angelis fuerint, etiam hodie controuersum est apud Magistrum Sententiarum lib. 2. dist. 8. §. 4. Nos loco iam citato cum S. Bernardo de hoc sententiam nostram suspendere maluimus quàm certi quid definire. An autem senserit Auctor, quod illi quidam impingunt, *corporeos esse angelos & demones*, non immeritò dubitare licet. Maximè quum Auctor, etsi videatur hinc *sui generis corpus* angelis tribuere, tamen faciat eos *substantia spiritalis*, sicuti etiã non semel in Apologetico, & nominatim c. 22. *spiritalis vires & angelis & demones adtribuit, & spiritus vocat*. Magis tamen recepta est, imibique placet eorum sententia, qui incorporeos faciunt; inter quos veniunt commemorandi SS. Dionys. Areop. cap. 2. cœlest. Hierarch. Athanas. de commun. essent. Patris & Filij & Spiritus sancti, Chrysof. homil. 22. in Gen. Cyrell. lib. 4. in Ioann. c. 10.

3. De Anima primi hominis ex materia Dei. *Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. c. 37. n. 611.*



VC quidem pertinere videntur illa Auctoris verba, explicantis illud Luc. 20. *Reddite quæ sunt Dei Deo: Hominem igitur reddi iubet creatori, in cuius imagine & similitudine & nomine & materia expressus est*. Qui locus fortassis in causa fuit, vt sic scribat de illo Gennad. lib. de Dogmat. Eccl. Nihil ex Trinitatis essentia ad creaturarum naturam credamus deductum; vt Plato & Tertullianus. Verùm quum S. August. qui toties deducit animam non posse partem Dei dici, nihil tale illi adtribuat,

ego etiam à tam absurda hæresi ipsum purgandum existimo. Atque aded nihil illum aliud voluisse dicere quàm quòd ex *adflatu Dei* sit animæ origo, iuxta illud Gen. 2. *Et flauit Deus flatum vite in faciem hominis, & factus est homo in animam viuam*, sicuti frequentissimè ipse inculcat, maximè verò lib. de Anima c. 11. Quo loco sicuti etiam lib. de Bapt. c. 5. num. 43. eam interpretationem consentire ostēdimus cum SS. Iren. Prudentio, Chrysof. August. & Theodoro. Quorum iste: *Nomine flatus, inquit, non intelligimus partem aliquam essentiae diuinæ secundum Cerdonis & Marcionis rabiem, sed animæ naturam per id denotari, quòd anima spiritus sit rationalis & intellectus. Quæ verba mihi etiam aliam coniecturam faciunt, loqui Auctorem non ex sua, sed ex Marcionis sententia, præsertim quum ex Fragmentis lib. de Censu Animæ adu. Hermog. Tomo quarto constet, sensisse illum animam longè Deo inferiorem, utpotè passibilem, etsi immortalem. Et verò etiam repetendum, quod utrobique adnotauimus, rectè censuisse S. August. lib. de hæres. quòd Philastrius multas hæreses recensuerit quæ hæreses non sunt; qualis est non hæresis, sed Catholica Patrum sententia, quæ *flatum* seu spiraculum vitæ de anima rationali interpretatur.*

4. De Animabus posterorum Adæ ex traduce, *Tom. 3. lib. de Anima c. 9. n. 123. c. 19. n. 256. c. 22. n. 294. & integris capitibus 27. & 36.*

PARADOXON istud Tertulliano adscribunt Rufinus Apolog. pro Origene, & S. Hieron. lib. 2. & 3. Apolog. adu. eundem, quorum ille nihil definiendum putat, hic satis dubiè loquitur, quamquam magis sentire videatur esse damnatam sententiam. Nam tum ibi, tum maximè Apolog. ad Pammach. aduersus Errores Ioann. Hieros. disertis verbis dicit, Ecclesiasticam esse sententiam, Deum nouas quotidie animas corporibus iam conceptis infundere, adlegans ad id scripturas Ioan. 5. Zachar. 12. Psal. 32. Quamquam intertim Epist. 99. quæ est ad Marcellinum & Anapsychiam, mitius loquatur, & illud quidem sibi videri scribat, sed ad S. Augustinum remittat, utpotè nihil volens certi definire, quòd illum legisset, dubiam adhuc suspendere sententiam. Adludens ad Epist. illius ad se scriptas, & 157. ad Optatum de Origine animarum. In qua Tertullianum non tam damnat quòd ex traduce, quàm quòd corporeas animas faceret, de quo Paradoxo paulopost latius. Nam & illi, inquit, qui animas ex illa vna propagari adserunt, quam Deus primo homini dedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt; si Tertulliani opinionem sequantur, profectò eas non spiritus, sed corpora esse contendunt, & corpulentis feminibus exoriri. Quo peruersius quid dici potest? Neque hoc Tertullianum somniasse mirandum est, qui etiam ipsum Creatorem Deum, non esse nisi corpus opinatur. Sed de illo quoque Paradoxo infra ex eodem Augustino latius. Gennadius autem lib. Eccles. dogmat. (quem vel hinc patet S. August. non esse) enarratis Originis sententia, & iam dicta, uti dicit; Luciferianorum Cyrilli, & aliorum Latinarum (inter quos haud dubiè Tertullianus) definit, formato iam corpore animam à Deo creati & infundi. Nec aliter Auctor Dialogi de Animarum origine inter SS. Hieron. & August. Nos tamen nihil tamquam fidei docere maluimus: quandoquidem & Ecclesia tot iam inde celebratis Conciliis nihil expressè, quod quidem sciam, definitum reliquerit. Sufficiet autem quædam in Adnotationibus adiecit, quibus tum S. Hieron. sententiam mihi magis probari significauimus, tum ad Argumenta Tertulliani absurda, qui sentit ex corpulentis feminibus animam exoriri, ex S. August. & Lactantio paucis respondimus.

5. De Animæ sexu. *Ibid. c. 36.*

HOC quidem colligit Tertullianus ex prædicto Paradoxo. Si enim anima simul seminatur cum corpore, videtur illud consequi, sed disertis verbis contrariam definiunt sententiam S. Cyrill. Hieros. Catech. 4. & S. August. lib. 1. de Anim. & eius origine ad Vincentium c. 8. Huius verba quædam adduximus in Adnotat. nostris, quòd Lectorem remittimus. Ille sic habet: Omnes Animæ tam virorum quàm mulierum pulcræ & similes sunt, sed membra tantum corporis discrimen faciunt.

6. Animam peccatricem potius quàm carnem, *Tom. 3. lib. de Anima, integro c. 40. & c. 58. n. 650. & lib. 5. adu. Marc. c. 10. n. 165.*

AD istud Paradoxum in hæc verba adludit, & eadem opera confutat Petrus Lombardus, verbis etiam à nobis illic citatis. lib. 2. Sentent. c. 31. Putauerūt, inquit, quidam secundum Animam trahi originale peccatum, non solum secundum carnem, quia non solum carnem, sed & animam ex traduce arbitrati sunt. Ideoque sicut de corrupta carne caro seminatur, ita etiam de Anima peccatrice Animam peccatricem corruptione originali infectam à gignentibus trahi. Hoc autem, inquit, fides Catholica respuit, & tamquam veritati aduersum damnat, quæ non Animas, sed carnem solum ex traduce esse admittit. Adlegauimus ibidem n. 455. pro contraria sententia SS. Ambros. & August. locos ab eodem Lombardo citatos.

7. De

7. De Anima corporea. *Tom. 1. Apolog. c. 48. n. 608. ac 609. & Tom. 3. lib. de Anima, integris capitibus 5. 6. 7. 8. 9. 22. 36. 37. lib. de Carne Christi. c. 11. n. 98. lib. de Resurr. carnis. c. 17. n. 131. c. 45. n. 320. & c. 53. n. 384. lib. 5. adu. Marc. c. 10. n. 158. & c. 15. n. 248. Quòd proinde propriè spiritus non sit, *Ibid. libro de Anim. c. 11. & Tom. 4. in Fragmentis lib. de Censu Animæ adu. Hermogenem.**

PARADOXON istud Auctori impingunt SS. August. lib. 10. de Gen. ad litt. duobus vltimis capitibus, & lib. de hæres. & Fulgent. lib. 2. de fide ad Petrum. Sed non tam quòd corpoream faciat (quod aliquo sensu commode in Hilario, Cassiano, & Hieronymo adscripto Commentario in Iob, quidam interpretantur) atque quòd *effigiatam & coloratam* dicat, ille arguit. Sic enim loco priori: Denique *Tertullianus*, inquit, quia corpus esse animam credidit, non ob aliud fecit, nisi quòd eam incorpoream cogitare non potuit, & ided timuit ne nihil esset, si corpus non esset. Qui sanè, quamquam acutus est, interdum contra opinionem suam visa veritate superatur. Quum enim animæ *colorem* daret *æreum ac lucidum*; ventum est ad sensus quibus eam membratim quasi corpus instituere conatus est, & ait: *Hic erit homo interior, alius exterior, dupliciter vnus, habens & ille oculos & aures suas, quibus populum Deum videre & audire debuerat, habens & ceteros artus, per quos in cogitationibus vitatur, & in somnis fungitur.* Ecce quibus auribus & quibus oculis debuit audire & videre Deum populum, quibus anima in somnis fungitur; quum si ipsum *Tertullianum* quisquam videret in somnis, numquam se diceret ab eo visum, & cum eo locutum, quem vicissim ipse non vidisset. Postremò si Anima seipsam videret in somnis, quum iacentibus vtique vno in loco membris corporis sui, ipsa per varias imagines euagatur, quas videt; quis eam vidit aliquando in somnis *ærei coloris ac lucidi*, nisi fortè vt cetera, quæ similiter falsò videt? Nam & hoc potest videre, sed absit, vt eam talem, quum euigilauerit, credat; alioquin, quando se aliter viderit, quod magis crebrum est; aut mutata erit anima eius, aut nec tunc animæ videtur substantia, sed imago corporis incorporea, quæ miro modo sicut in cogitatione formatur. Quis enim *Æthiopi* non penè semper se nigrum videret in somnis; aut si in alio colore se vidit, non magis miratus est, si fuit cum illo memoria? *Æreæ* tamen *colore ac lucido* nescio vtum se vnquam vidisset, si numquam istum legisset, vel audisset. Quid quòd ducuntur homines talibus visis, & de scripturis nobis volunt præscribere tale, aliquid esse non animam, sed ipsum Deum, qualis figuratim Sanctorum spiritibus demonstratus est, qualis etiam in sermone allegorico ponitur. Similia quippè sunt illa visa talibus dictis, ac sic errant, constituentes in corde suo simulacra vanæ opinionis, nec intelligentes ita Sanctos de suis visis talibus iudicasse, qualiter iudicant, si talia diuinitus in figuris dicta legerent vel audirent; sicut septem spicæ, & septem boues, septem anni sunt; sicut lineum quatuor lineis alligatum, velut discus plenus variis animalibus, orbis terrarum est cum omnibus gentibus; sic etiam cetera, & multo magis quæ de rebus incorporeis, corporalibus significantur, non rebus, sed imaginibus. Et item sequenti capite: Nolit tamen *Tertullianus* animam crescere substantia sicut corpus; adserens etiam timoris sui causam, ne etiam *decrescere substantia dicatur*, inquit, *atque ita & deficiat credatur*; & tamen quia per corpus eam localiter tendit, non inuenit exitum incrementorum eius, quam vult de semine exiguo æquari corporis quantitati, & ait: *Sed vis eius in quo naturalia peculia consista retinentur, saluo substantia modulo, quo à primordio inflata est, paulatim cum carne producit in membris.* Hoc fortè non intelligeremus, nisi adhibita similitudine eorum quæ videmus, planum faceret quod dicebat. *Constituere*, inquit, *certum pondus auri, vel argenti vndem adhuc massam, collectus habitus est illi, & futuro interim minor, tamen continens intra lineam moduli totum, quod natura est auri vel argenti; dehinc quum in laminam massa laxatur, maior efficitur initio suo, per dilatationem ponderis certi, non per adiectionem, dum extenditur, non dum augetur. Et si sic quoque augetur, dum extenditur, licet enim & habitu augeti cum statu non licet, tunc & splendor ipse perhibetur auri vel argenti qui prius fuerat quidè & in massa, sed obscurior, non tamen nullus. Tunc & alij atque alij habitus accedunt pro facilitate materie, qua duxerit eam qui agit, nihil conferens modulo nisi effigiem. Ita & anima incrementa reputanda non substantia, sed pronocatiua. Quis hunc crederet cum isto corde tam disertum esse potuisse? sed tremenda ista sunt, non ridenda; ad hoc enim numquam cogere, si aliquid cogitare posset quod & sit, & corpus non sit. Quid autem absurdius quàm putare massam cuiuspiam metalli ex aliqua parte crescere posse dum tunditur, nisi decrescat ex altera, vel augeti latitudine, nisi crassitudine minuatur? Aut vllum esse corpus manente naturæ suæ quantitate, quod vndique crescat nisi rarefcat? Quomodo igitur implebit anima ex illa stilla seminis magnitudinem corporis quod animat, si & ipsa corpus est, cuius substantia nullo accessu crescat? quomodo, inquam, implebit carnem, quam viuificat, nisi tanto rarior fuerit, quanto grandius quod animauerit? Timuit videlicet, ne deficeret etiam minuendo si cresceret, & non timuit vt deficeret rarefendo, quum non cresceret. Sed quid amplius immeret, quando & sermo pergit in prolixiorem modum, quàm petit terminandi necessitas, & sententia mea iam satis sit nota, vel quid certum teneam, vel vnde adhuc dubitem, & quare dubitem. Loco item posteriori: *Animam dicit immortalem*, quidem, sed eam *effigiatum corpus* esse contendit. Hactenus S. Augustinus. Nos etiam Adnotationibus nostris in c. 6. & 8. ex S. Gregorio & Nysseno & Nazianzeno, ac Claudiano de Statu animæ argumenta Platoniorum de anima incorporea confirmauimus, & in c. 7. ac partim 8. argumenta ipsius Auctoris, vel ex scripturis quædam, non concludere, ex SS. Iustino Mart. Gregorio Nysseno, August. Epiphano; & dicto Claudiano ostendimus; & c. 9. n. 109. & 110. citauimus contra animæ effigiem, & Platonem, & Clementem Alexandrinum. Deinde c. 11. adlegauimus locum Auctoris lib. de Pœnitent. c. 3. n. 12. vbi contrarium antea senserat, animam vocans *spiritum, Dei adflatu consummatum*. Neque verò ex scripturis Isaiæ 42.*

& 57. quas ibi pro se citat, concludi potest animam spiritum in aliis scripturis non vocari. Ceterum quo sensu corpus possit dici Anima, sese explicat lib. aduers. Hermogen. c. 35. n. 124. in hæc verba: *ut concedam*, inquit, *aliquid esse incorporale de substantiis duntaxat, quum ipsa substantia corpus sit rei cuiusque*. Videtur itaque ad id absurditatis de anima aerei & lucidi coloris fuisse deductus, per falsas quasdam reuelationes, cuiusdam Montanisticæ fœminæ, non quidem Priscillæ aut Maximillæ (vti aliquando existimauimus) quæ iam dudum antea suspendio petierant, sed cuiusdam earum discipulæ, sicuti patet, ex dicto lib. de Anima c. 9. n. 111. Id ipsum Paradoxon adtribuit alicubi Origeni S. Hieron. arque ad eod. etiam ad illius opera hoc Antidorum vsui esse poterit.

8. Animam nihil pati posse sine corpore. *Tom. I. Apolog. c. 48. n. 609. lib. de Testim. Anim. cap. 4. num. 14.*

MAGDENBURGENSES Centuriatores non inter Paradoxa, sed inter dogmata fidei illud collocant, & ex Tertulliani iam dicto loco confirmant, sed frustra. Ipse enim Auctor, quasi retractas quod initio fidei non satis cautè pronuntiauerat, postea de fide Catholica meliùs institutus, lib. de Anima, integro cap. vlt. latè & pulchrè deducit: *Animas pati interim apud inferos, id est, vsque ad iudicium extremum; vbi inter cetera: Quid ergo fiat in tempore isto? Dormiemus? At enim anima nec in videntibus dormiunt. Jam verò quàm iniquissimum etiam apud inferos, si nocentibus adhuc illic bene est? Nonne & de suo sufficit sibi ad titulum passionis? quotiens illa a corpore anima sola torquetur bile, ira, tædio plerumque nec sibi nota? Ad eod. nouit & apud inferos anima dolere sine carne, quia & in carne illa si vult, dolet. Hoc si ex arbitrio suo in vita, quæ magis ex iudicio Dei post mortem? Nam & solus cogitatus & nudas voluntates censura diuina persequitur. Ergo propter hoc congruentissimum est, animam, licet non expectata carne, puniri, quod non sociata carne commisit. In sum, quum carcerem illum, quod Euangelium demonstrat (Matth. 5.) inferos intelligimus, & nouissimum quadrantes, medicum quodque delictum illic luendum interpretatur; nemo dubitabit, animam aliquid pensare apud inferos. Id ipsum etiam inculcat lib. de Resurr. carn. c. 17. n. 133. ac 134. Ad quod caput etiam adduximus similia testimonia Auctoris quæst. & responf. inter opera S. Iustini Mart. Lactantij & S. Augustini, & indicauimus eam esse conformem Patrum sententiam.*

9. Animas Sanctorum in sinu Abrahamæ, seu Paradiso, siue sub altari, seu loco non cœlesti, sed tamen Inferis superiori, foueri & gaudere, ad diem vsque iudicij Domini. *Tom. I. Apolog. c. 47. n. 601. Tom. 3. lib. de Anim. c. 7. n. 94. 95. 96. 97. c. 9. n. 124. c. 55. n. 606. 608. 610. 611. c. 56. n. 622. ac cap. vlt. n. 644. Lib. de Resurr. carn. c. 17. n. 132. 134. lib. 3. adu. Marc. c. 24. n. 189. 190. lib. 4. adu. Marc. c. 34. n. 548. 549. 550. 551. & Scorpi. adu. Gnost. c. 12. n. 95. Tom. 4. lib. de Iudic. Domini c. 11. n. 15. & in Fragment. lib. de Parad. Denique Tom. 5. Nouatiani lib. de Trinit. c. 1. n. 10.*

HIC Paradoxo non solùm apud Tertull. & Nouatianum, sed etiam apud alios Veteres occasionem dederunt, tum Lazari siue historia siue Parabola, Luc. 16. quem vidit diæes in sinu Abrahamæ, tum visio S. Ioannis Apostoli Apocal. 6. qua vidit animas Martyrum sub altari indutas stolis albis, quibus dictum est vt requiescerent, donec impleteretur numerus confessorum suorum; tum denique illud Christi ad latronem, Luc. 23. Hodie mecum eris in paradiso. Hinc enim, quum viderent distinguendum esse statum animarum sine corpore ad futurum vsque iudicium, à statu perfectiori animarum cum corporibus post resurrectionem vniuersalem, dictis sinu Abrahamæ quietis placida sub altari, & paradisi appellationibus nuncuparunt: Quemadmodum statum illum secundum econtrariò cœlestem sinum, altare superius, & cœlestem partem. Non verò, quòd sentirent animas Sanctorum tantisper carere diuini intuitus gloria, sicuti hodie Anabaptistæ & Cornelius Agrippa eorum affecta, vt potè qui legissent apud Apostolum Philipp. 1. Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo. Item illud 1. Cor. 5. Bonam voluntatem habemus peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum. Et illud de ipsa Dei visione: Nunc videmus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Certè ipse Auctor suam sententiam indicare videtur in hæc verba dict. lib. de Anim. cap. 56. num. 622. *vsquequo perfectum illud repromittitur ad angelicæ plenitudinis mensuram temperatum.* Siquis interim apud eum sit locus, aut alios Patres, qui hanc commodam interpretationem non recipiat; meminerit Lector, hunc errorem non officere eruditioni & pietati tam illustrium Scriptorum, quum Ecclesiæ illorum temporibus nihil adhuc certi de hoc articulo credendum statuisset. Sed citra Synodum Oecumenicam Florentinam, quæ post primam damnationem, factam Epist. Decretalibus Innocentij tertij & Benedicti 11. id definiuit, aliter sentire non licet. Illius aduersus errores Armenorum hæc sunt verba: *Definimus illorum animas, qui post baptismum susceptum nullam omninò peccati maculam incurrentur, illas etiam, quæ post contractam peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clarè ipsum Dominum trinum & vnum, sicuti est; pro meritum tamen diuersitate alium alio perfectiùs; illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox infernum descendere, penæ tamen disparibus puniendas. Quid? quòd dicta scripturarum loca pro alia non faciant sententia, si diligentius inspiciantur. Primum enim etiam Lazarum & alios Patres Veteris Testamenti in sinu Abrahamæ, & latronem*

latronem ibidem, siue in paradiso aliquan diu fuisse, satis in confesso sit; tamen inde per Christum in cælum sunt deducti, iuxta illud Psalm. 67. & Ephes. 4. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem; id est, vel ipso Apostolo Interprete: super omnes cœlos. Deinde loco illo citato Apocal. 6. S. Augustinus stolas albas interpretatur Serm. 4. de Sollemn. Sanct. mercedem baptismi, præmiù Martyrij, & gaudium cœlestis patriæ; adlegans ad hoc verba sequentia Apoc. 7. Stabant ante thronum in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. vnde concludit: *Stant in conspectu agni ante thronum Dei coronati, nulla illic ratione à contemplanda eius gloria separandi.* Nos itaque locos similes & Cypriani & eiusdem S. Augustini, ac SS. Ambrosij & Chryost. (apud quos etiam loca quædam obscura reperiuntur) citauimus in Adnotat. nostris ad Epist. S. Cypriani 16. num. 19. Adnotauit etiam aliquot pro nobis loca Feu-ardentius in S. Irenæo, contra quàm alij sentiunt lib. 1. c. 2. n. 3. & alibi. Si quis plura desideret, videat Sixt. Senens. Bibl. Sanctæ li. 5. Adn. 169. & li. 6. Adn. 264. & 345. Hic interim addemus, quòd Auctor, vbi lib. de Anim. c. 55. *solis Martyribus patere paradysum* dicit, quum alibi omnium Sanctorum commune receptaculum vocet; sic explicet B. Cyprianus eius discipulus Epist. 52. ad Antonin. Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem, aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem; aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diu igne, aliud peccata passione purgasse, aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. Quod ipsum facere ad confirmandam traditionem Ecclesiæ de Purgatorio, ibidem adnotauimus n. 59. & ad Tertull. lib. de Anima c. 55. n. 611. Ceterum Auctori, qui omnes animas etiam fidelium piorum sequestrari vult vsque ad diem iudicij, prorfas contraria est illa B. August. adfirmatio lib. 20. de Ciuit. Dei: *Iam inde quo sanguis Christi antiquos sanctos ex inferis eruit, deinceps boni fideles, effuso illo pretio redempti, prorsus inferos nesciunt.*

10. Animarum Mortuorum omnem exhibitionem incorporalem præstigijs esse. *Tom. 3. lib. de Anim. c. 57. n. 643.*

RIMA quidem facie videtur istud Paradoxum, sed agit Tertullian. ex instituto contra Simoniam Magi discipulos hereticos, qui etiam Prophetarum animas ab inferis mouere se spondebant, quod non nisi mendacio in anima Samuelis Pythonico spiritui licuisse, 1. Reg. 18. ipse sentit; sed transfiguratum Satanam in angelum lucis; de quo etiam alios Patres quosdam dubitasse ibidem adnotauimus n. 638. Deinde seipsum explicat adiciens: *nulli anima inferos patere, idque adprobans ex dictis Abrahamæ ad diuitem Luc. 16. Quum interim fateatur quasdam animas in corpora Dei virtute posse reuocari, quidni & ex peculiari Dei priuilegio extra corpus etiam exhiberi? maximè quum (de quo etiam ibi n. 643.) exemplum habeamus in Libris Machabæorum de apparitione Oniæ sacerdotis & Hieremiæ Prophetæ. Vt vt sit, S. Augustinus pulchrè hac de re sic scripsit lib. de Cura pro mort. c. 10. 11. 15. ac 16. Narrantur visa quædam, feruntur mortui nonnulli vel in somnis, vel alio quocumque modo apparuisse viuentibus, atque vbi eorum corpora iacerent inhumata nescientibus, locis demonstratis admonuisse, vt sibi sepultura quæ defuerat, præberetur. Hæc si falsa esse responderimus contra quorundam scripta fidelium (vt potè exempli gratia, S. Ambrosij Serm. de Inuentione corporum SS. Gervasij & Protasij, & S. Luciani de Inuentione corporis S. Stephani Protomartyris, & aliorum) & contra eorum sensus qui talia sibi accidisse confirmant; impudenter venire videbimur. Angelicis igitur operationibus fieri, inquit, crediderim, siue permittatur desuper, siue videatur. Id autem aliquando vtiliter fit, siue ad viuorum qualecumque solatium, siue vt his admonitionibus generi humano sepulturæ commédetur humanitas. Deinde post multa in vtramque partem productis argumentis, sic concludit: *Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, sicut econtrariò Paulus ex viuus in paradysum raptus est, diuina scriptura testatur. Nam Samuel Propheta defunctus viuo Sauli Regi futura prædixit (quamuis nonnulli, inter quos, vt iam dixi, Auctor noster, non ipsum fuisse, qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquem spiritum tam malis operibus congruentem illius existiment similitudinem figurasse) quum liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & propter eloquij nonnullam similitudinem Salomonis (etiam ab ipso Tertulliano alicubi) pronuntiat, contineat in laude Patrum (c. 46.) quòd Samuel etiam mortuus prophetauerit. Sed si huic libro, ex Hebræorum, quia in eo non est, Canone contradicitur; quid de Mose dicturi sumus, qui certè & in Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cum Helia, qui mortuus non est (Matth. 17.) legitur apparuisse viuentibus? Hinc & illa soluitur quæstio, quonam modo Martyres, ipsis beneficijs quæ dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant viui. Non enim solis beneficiorum effectibus, verùm etiam ipsis hominum aspectibus, Confessorem apparuisse Felicem (quod ipsum etiam S. Paulinus adtestatur Carmine in Felicem) quum à Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus, non incertis rumoribus, sed testibus certis. Verùm ista diuinitus exhibentur longè aliter quàm sese haber vsitatus ordo, singulis creaturarum generibus adtributus. Quamquam ista quæstio (inquit) vires intelligentiæ meæ vincat, quemadmodum opulentur Martyres his quos per eos certum est adiuuari. Res hæc altior est quàm vt à me possit adtingi, & abstrusior, quàm vt à me valeat perstrutari; & idè quid horum duorum sit, an verò fortassis vtrumque, vt aliquando ista fiant per ipsam præsentiam Martyrum, aliquando per angelos suscipientes personam Martyrum, definire non audeo; malle à scientibus ista perquirere. Quæ ipsa in compendium contraxit Auctor libri de Spiritu & anima c. 29. existant inter opera B. Augustini.**

11. Animas hominum pessimas post mortem in Dæmonas verti. *S. August. lib. de hæres. ad Quodvultdeum.*

D S T V D Paradoxum non tam Tertulliano tribuendum quàm Tertullianistis, supra adnotauimus ad finem Vitæ Auctoris; quòd illis id nominatim adtribuunt B. Hieronius, Honorius, Hrabanus, & Gratianus in hæreticorum Catalogis. Quo fit, vt etiam apud B. Augustin. censuimus legi debere: dicunt; & paulopòst: credunt; pro: dicit; & credit; maximè quum nihil tale reperire sit in scriptis Tertulliani; neque illi vsquam, sed Origeni id adscribar B. Hieron. Epist. 59. ad Autum, & lib. 2. adu. Rufin. Ea verò tam est absurda, vt non alia confutatione opus habeat, quàm quòd hæresis nomine damnata sit, tum à scriptoribus iam dictis, tum à Sexta Synodo, et si paulo obsecurius in Origene & eius complicitibus Act. 11. Epist. Sophron. Patriarchæ Hieros. Orta quippè ex Platonis schola, qui vel Auctore teste lib. de Anima c. 23. 24. & 28. aiebat animas hinc in cælos abire vnde venerant, & rursus huc redire. Cui nimium quid tribuebant Origenes & hæretici reliqui, vt verissimum sit quod non semel Auctor repetit: *Patriarchas hæreticorum esse Philosophos.* Immo verò quòd eadem ratione sequeretur bonos homines in angelos conuerti, expressè negat ipse. Sic enim lib. adu. Valent. c. 3. 2. n. 362. *Et tamen illuc habeo deuertere, vbi post excessum omnino non nubitur, vbi superindui potius, quàm despoliari; vbi etsi despolior, sexui meo deputor; angelus non angelus aut angela.* Denique lib. de Anima c. 56. n. 622. *non angelorum substantiam hominibus pollicetur, sed perfectum ad angelicæ plenitudinis mensuram temperatum.* Deinde li. de Resurr. car. c. 62. n. 428. *Denique, inquit, non dixit: Erunt angeli ne homines negaret, sed tamquam angeli vt homines denegaret. Non abstulit substantiam cui similitudinem adtribuit.* Quare satis mirati nequeo (sicuti etiam adnotauimus ad lib. 3. adu. Marc. c. 9. n. 68.) Guidonem Carmelitam lib. de hæres. c. 36. Tertulliano vtramque hanc hæresim adscribere; quas rectius Philastrius lib. de hæres. inter innominatas sine Auctore certo collocat.

12. De baptizandis hæreticis, eo quòd apud illos omnia veritati extranea & contraria. *Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæret. c. 12. n. 78. ac 80. & lib. de Baptif. c. 15. n. 106. Tom. 4. inter fragmenta lib. de Baptif. Græci, Tom. 5. lib. de Pudic. c. 19. n. 162.*

D E hoc Agrippini Carthaginensis, aliorumque Coëpiscoporum, & Tertulliani, ac postmodum S. Cypriani, aliorumque Africæ & Cappadociæ Episcoporum Paradoxo, ne hic sim prolixior, videat Lector Adnotat. nostras in Epist. S. Cypriani lxx. ad Ianuarium, lxxi. ad Quinti, lxxii. ad Stephanum, lxxiii. ad Iubaianum, lxxiiii. ad Pompeium, & lxxvi. ad Magnum; item Cõcilium Carthaginense sub ipso celebratum, & Vitam eiusdem ad annos Domini 252. ac 256. item Firmiliani ad Cypr. Epistolam inter eius Opera lxxv. denique Adnotat. nostras in Tertull. ad fragmenta lib. de Baptif. & in Vita eiusdem etiam nostra ad annum Domini 101. Quibus adiicio non mirum cuiquam debere videri, si Agrippinus cum suis Coëpiscopis tale Decretum de baptizandis iis, qui ex hæresi ad Catholicam reuertebantur, ediderit, & Tertull. scripto Græcè iam dicto libro adprobauerit. Nam plerique vsque ad id temporis hæretici, aut non eundem Deum, aut non eundem Christum confitebantur, atque adeò in Regula fidei ab Apostolis tradita (quam posteriores Patres ad hunc vsque diem Symbolum fidei vocant) non conueniebant; quum tamen sollempne semper fuerit, *obseruare* (vt loquitur Auctor) *fidem in Patre, Filio, & Spiritu sancto, adiecta necessariò Ecclesiæ mentione*, sicuti latius videre est Adnot. nostris ad lib. de Baptif. n. 2. inter Baptifini ceremonias, & c. 6. n. 45. 46. ac 47. Certè eodem modo interpretatur Carolus Bouius Apost. canonem 47. & 5. Clement. Romani Constit. Apost. lib. 6. c. 15. Hiac & Synodus Nicæna 1. Can. 19. & eiusdem ætatis Synod. Laodicena C. 8. & Concil. Arclat. 2. Can. 17. Paulianistas & Cataphrygas baptizari debere definit; quibus addidit Synod. 11. Constantinopolitana Can. 7. Eunomianos, Sabellianos & Galatas hæreticos; Synodus denique 6. in Trullo celebrata, Manichæos, Valentinianos, Marcionitas & similes. Atqui tẽpore Tertulliani potissimum florebat *Hermogenianus* (quos eadem cum Præxianistis & Paulianistis sensisse tradit S. August. lib. de hæres. c. 41. 44. & 45.) *Præxiani, Cataphrygas, Valentiniani, Marcionite*, & eius ad seclæ *Apelletiani*; denique & *Quintillianiste*, contra quos ex professo Latinum librum, ex quo fragmenta Libri Græci desumpta sunt, de Baptismo Auctor conscripsit. De illis verum est illud Auctoris lib. de Præscript. adu. hæret. *apud illos omnia extranea & contraria nostra veritati; & illud lib. de Baptif. Non idem Deus est nobis & illis, nec idem Christus; idè nec baptismus vnus, quia non idem.* Quod satis constat de Hermogenianis, Præxianis, Cataphrygibus, & Quintillianistis, qui aut vnicam agnoscebant in Deitate personam, aut Patripassiani fuerunt. De Marcionitis, Valentinianis, & Apelletianis, vel ipse August. dubitat, lib. 3. de Baptif. c. 15. an verbis Euangelicis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizauerint; eo quòd & de Deo, & de Christo malè senserint. Quare & nobis (sicuti de Paulianis scribit B. August.) credere licet eos regulam baptismatis non tenuisse, & (iuxta quod loquuntur 2. & 6. Synodus) in vnam dumtaxat personam baptizasse. Quamquam interim S. Augustinus lib. 6. de Baptif. c. 25. etiam illum pro vero baptismo agnoscat, cuius precibus quædam inferuntur contra catholicam fidem, dummodò verbis Euangelicis consecratur. Atque adeò ad similia S. Cypriani verba, qualia Auctoris, eo quòd in genere ea adlegauit contra hæreticos omnes, Antidotum adferre solet libris septem de baptismo contra Donatistas, qui omnium hæreticorum baptismata impugnabant. Imprimis ad id quòd dictum est, *baptismum vnum esse, & hæreticorum baptismum veritatis non esse*, quod habet li. de Pudic. lib. 2. c. 3. respòdet & S. August. li. 5. c. 21. & 29. li. 6. c. 8. 9. 12. 13. Ad illud:

Nemo

Nemo inde firmi potest vnde destruitur. Nemo ab eo illuminatur, à quo contenebratur, lib. 4. cap. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. sicuti etiam ad illa suprascripta: *Non idem Deus est nobis & illis, nec idem Christus.* ibidem & lib. 5. c. 26. Ad illud: *Apud hæreticos extranea aut aduersaria veritati omnia*, lib. 6. c. 40. Ad illud denique: *Baptismum quum ritè non habeant, non habent, nec possunt accipere quia non habent*; lib. 7. c. 29. 33. 35. & 43. Ceterum hoc vnum hic repetendum, quòd fateatur non semel Augustinus, neque Agrippinum, neque Cyprianum cum suis emissuros fuisse Decretum tam generale aduersus hæreticorum baptismum, si aliquid aliquo Concilio plenario definitum fuisset; sicuti postea, exceptis solis Paulianistis, à Niceno generali 1. vti iam dictum est.

13. De Christo Dei Spiritu. *Tom. 1. Apolog. c. 21. n. 314. Tom. 2. lib. de Orat. c. 1. n. 2. Tom. 3. Aduers. Marc. lib. 1. c. 19. n. 127. lib. 3. c. 6. n. 38. 39. ac c. 16. n. 116. lib. 4. c. 21. n. 314. & lib. adu. Prax. c. 26. n. 155.*

D E hac phrasi Veterù, verba S. Hieron. adnotauimus in c. 4. Epist. ad Gal. & Epist. ad Pammach. & Ocean. de errorib. Origenis, in librum S. Cypriani de Idol. vanitate n. 71. Multi, inquit, per imperitiam scripturarum, (quod & Firmianus in octauo ad Demet. Epistolarum libro facit,) adferunt Spiritum sanctum sæpè Patrem, sæpè Filium nominari. Quod vsque adeò verum est, vt præter Laetantium eandem sit reperire apud Auctores Librorum de Montib. Syna & Sion, & adu. Iud. qui insecuti sunt Christum, in operibus S. Cypriani nostris. Eodem haud dubiè pertinet, quòd toties *Christum Dei Spiritum* appellet Tertull. idque eodem sensu quo Deus spiritus vocatur Ioã. 3. & 1. Ioan. 4. Alioqui distinctas ab eo, sicuti ab aliis etiam Veteribus, tres in diuinitate personas, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum constat ex eodem lib. adu. Prax. c. 2. n. 24. c. 4. n. 40. c. 8. n. 60. c. 9. n. 61. c. 13. n. 75. ac 78. & illo ipso c. 26. n. 158. c. 30. n. 183. denique c. 30. n. 182. Quibus locis illud longè apertissimum, quum *Spiritum sanctum* vocat, *tertium numen diuinitatis, & tertium nomen maiestatis.*

14. De Christo reuelato per prædicationem, anno Tiberij Cæsaris xij. passio anno eiusdem xv. *Tom. 1. lib. adu. Iud. c. 8. n. 82. & Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 15. n. 102.*

D V A M Q V A M variant priori loco exemplaria Tertulliani, tamen eam eius fuisse sententiam adferit Euseb. in Chronic. & ex posteriori loco patet, immò & ex priori eodem cap. n. 92. vbi *passionem Domini* collocat *Coss. Rubellio Gemino & Rufio seu Fusio Gemino*, quorum Consulatus incidit in annum xv. Tiberij. In quo illum sunt imitati Iul. African. lib. de tempor. apud S. Hieron. Comm. in Daniele, Laetant. lib. 4. c. 10. Paul. Oros. lib. 7. c. 10. Atqui quum id sit cõtra expressã Euãgelij verba Luc. 3. vbi anno xv. Imperij Tiberij Cæsaris baptizatus legitur, fateti oportet humanitatis hic aliquid Auctori illisque contigisse. Quare rectius Clem. Alexand. sub finem lib. 1. Stromat. Euseb. in Chronicis, Cassiodor. in Chronicò emendato, Zonar. in Annal. Honor. Beda, Nicephor. in Chron. Iordanus in annal. anno Tiberij xvij. passum Christum scribunt, ætatis nempe suæ 33. iam incepto. De Consulatu quo passio Christi contigit, non ita conueniunt omnes. S. August. lib. 18. de Ciuit. Dei c. vlt. & Seuerus Sulpitius Hist. sacre lib. 2. fortassis auctoritate ducti Tertulliani, non examinatis Fastis Consularibus, sub duobus Geminis collocant, sicuti etiam suprascripti loco prior Auctores. Recentiores aliquot, qui Dominum anno ætatis xxxi. passum scribunt, Consules adsignant Galbam & Syllam, qui anno Tiberij xix. Consulatum gesserunt. Verum Euãgelio magis conformis est eorum sententia, & nominatim Cassiodori castigatioris, qui annum passionis adsignant Consulibus Cn. Domitio L. F. L. u. Ahenobarbo & A. Vitellio P. F. Q. u. cum quibus consentiunt adeò omnes supranominati, qui anno Tiberij xviii. passum Christum scribunt. Qui plura desiderat, videat Paulum Middelburgensem Episcopum Forosempronianum libris 33. de anno & die Passionis Domini. Hoc vnum adiciam, quod habet S. August. lib. 2. de Doctrina Christ. Ignorantia Cõsularis quo natus est Dominus, vel quo passus est, nonnullos coëgit errare, vt putarent quadraginta sex annorù ætate passum esse Dominum, quia per tot annos ædificatum est templum, quòd imaginem Dominici corporis habebat. Vbi fortassis tacitè significat S. Irenæum lib. 2. c. 39. & 40. qui nititur probare passum Christum anno ferè quinquagesimo, & saltem post quadagesimum ætatis annum ex illo Ioan. 8. Quinquaginta annos nondum habes. Et verò ignorantiam illam Consulatus contigisse verisimile est ex variis Fastorum Consularium exemplaribus. Quorum quosdam citans, prorsus alios quàm hodie extant, Epiphani. hæ. 51. Saluatorem passum scribit Vinnicio Cassioque Coss. quorum Consulatus incidit dumtaxat in xiiii. Tiberij annum iuxta castigatioris Fastos. Facit pro eodem liber ille Consulatum MS. in quo adnotauit Cuspinianus in Cassiod. Consules collocari duos Geminos anno xviii. Tiberij.

15. De Deo corporeo, eo quòd nihil incorporale fit. *Tom. 2. lib. de Pœnit. c. 3. n. 12. Tom. 3. lib. adu. Hermog. c. 35. n. 124. lib. de Carne Christi, c. 11. n. 97. ac 98. lib. 2. adu. Marc. c. 16. n. 100. & apertissimè lib. adu. Præxian. c. 7. n. 53.*

D V N O errorem Tertulliano adscriperunt iam olim S. August. locis mox citandis, S. Fulgent. lib. 2. de fid. ad Petr. & Gennad. lib. de Dogmat. Eccles. Verum S. August. cum excusatis verbis lib. 10. de Gen. ad litt. c. vlt. Timè ne nihil esset, si corpus non esset, nec de Deo valuit aliter sapere.

e iij

Qui sanè quamquam (sic enim lego, pro: quoniam) acutus est, interdum contra opinionem suam visa veritate superatur. Quid enim verius dicere potuit, quàm id quod ait quodam in loco (nempe lib. de Anima c. 7. n. 98.) *Omne corporale passibile est*: Debit ergo mutare sententiam, qua alibi dixerat (nempe lib. adu. Prax.) etiam *Deum corpus esse*. Neque enim arbitror eum ita desipuisse, vt etiam Dei naturam passibilem crederet, vt iam Christus, non in carne tantum, neque in carne & anima, sed in ipso verbo, per quod facta sunt omnia, passibilis & commutabilis esse credatur; quod absit à corde Christiano. Et rursum ibidem verbis etiam supra citatis: Sed tremenda sunt ista, non ridenda. Ad hæc enim numquam cogere, si aliquid cogitare posset, quod & sit, & corpus non sit. Rursum lib. de hæres. ad Quoduuld. hæ. 86. Ipsum etiam Deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum (vbi ad ludere videtur ad lib. 2. adu. Marc.) Nec tamen hinc hæreticus creditur factus. Posset enim quoquo modo putari, ipsam naturam substantiamque diuinam corpus vocare, non tale corpus, cuius partes aliæ maiores, aliæ minores, valeant vel debeant cogitari, qualia sunt omnia, quæ propriè dicimus corpora (quamvis de Anima tale aliquid sentiat) sed potuit (vt dixi) propterea putari *corpus Deum* dicere, quia non est nihil, non est inanis, non est corporis vel animæ qualitas, sed vbique talis, & per locorum spatia nulla partitus, in sua tamè natura atque substantia immutabiliter permanet. Certè ipse Auctor satis se explicat. Sic enim lib. adu. Hermog. *Et concedam interim esse aliquid incorporale, de substantiis dumtaxat; quum ipsa substantia corpus sit rei cuiusque; & lib. de Anim. c. 7. n. 96. Nihil enim, si non corpus. Item lib. de Carne Christi: Quum autem sit, habeat necesse est aliquid, per quod est. Si habet aliquid per quod est, hoc erit corpus eius. Omne quod est, corpus est sui generis; nihil est incorporale, nisi quod non est.* Denique lib. 2. adu. Marc. *Nam & dexteram, inquit, & oculos & pedes Dei legimus, nec idèd tamen humanis comparabuntur, quia de appellatione sociantur. Quanta erit diuersitas diuini corporis & humani sub eisdem nominibus membrorum, &c. Ceterum Deum incorporeum docent ceteri Patres omnes, & inter hæreses collocant contrarium affirmare, sicuti patet ex Philastrio, S. August. Epiph. Theodoro, Damasceno, Isidoro, Hrabano in Catalogis hæreticorum, quum Audianorum siue Anthropomorphitarum faciunt mentionem.*

16. De Dei ira. Tom. 1. lib. de Testim. Animæ, cap. 2. num. 7. Tom. 3. lib. de Anim. cap. 16. num. 211. Aduers. Marc. lib. 1. cap. 26. num. 181. lib. 2. cap. 16. num. 94. lib. 4. cap. 15. num. 195. & cap. 31. num. 507.

PRIMA quidem facie videtur Tertullianus Deo adtribuere iram dictis locis, sed vbique ferè vindictam, seu Vindictam Dei interpretatur. Et verò id inculcare eum oportuit roties, non solum contra Gentes, sicuti primo loco, sed maximè adu. Marcionem, qui Deum adferebat bonum dumtaxat, non verò vindictam aut iudicem. Quo fit vt latissimè aduersus illum disputet, & contrarium ex scripturis ostendat, illis vsus subinde, quæ ira Dei, atque adèd vindicta mentionem faciunt; maximè lib. 1. adu. Marc. c. 25. 26. 27. & 28. lib. 2. c. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. Est quidem locus vnus, vbi motus animi in Deo videtur agnoscere; sed præterquam quòd ibidem amulari, irasci, interpretatur, damnare, vexare, postremo omnino loco se magis explicat, quum moueri Deum, & motus in Deo, pro ira accipit. Denique profus seipsum explicat dicto c. 16. lib. 2. in hæc verba: *sive ira, siue amulatio, siue sanctio, debita hæc omnia sunt seueritati, sicut seueritas debitum est iustitia. Deinde quum obiecisset verba Marcionis; si Deus irascitur & amulatur, & extollitur, & exacerbatur, ergo & corrumpitur, ergo & morietur. Scitè admodum respondet: Stultissimi qui de humanis diuina predicant; vt quoniam in homine corruptoria conditionis habentur huiusmodi passiones, idcirco & in Deo eiusdem status existunt. Discerne substantias, & suos eis distribue sensus, tam diuersos, quam substantia exigunt, licet vocabulis communicare videantur. Nam & dexteram, & oculos, & pedes Dei legimus; nec idèd tamen humanis comparabuntur, quia de appellatione sociantur.*

17. Ecclesiam esse in tribus, etiam laicis. Tom. 5. lib. de Exhortat. castit. cap. 7. num. 40. & lib. de Pudic. cap. 21. num. 191.

NON malè Tertull. lib. de Pœnitent. cap. 10. n. 60. dixerat, vt potè ante omnem hæresim: *In vno & altero Ecclesia est*; vt potè qui ibi adluderet ad illud Marth. 18. Vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, quum præmississet pauloprius: *Dic Ecclesia. Quod tamen de præfectis Ecclesiæ Episcopis, non verò de laicis interpretantur Veteres omnes, ipse quoque eodem loco loquens de sacerdotibus, quibus fiebat exomologesis. Prorsus etiam catholicum est illud lib. de Baptif. cap. 6. num. 47. Vbi tres, id est, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ibi Ecclesia, quæ trium corpus est.* Verum ad hæresim pertinere, sicut etiam in Vita eius adnotauimus, illud lib. de Exhort. castit. sed & vbi tres, Ecclesia est, licet laici. Vnusquisque enim de fide sua viuunt; maximè quum iisdem ferè verbis idipsum repetat lib. de Pudicit. ex quo loco colligitur eò venisse eum dementia, vt existimauerit Ecclesiam fuisse in tribus, nempe, Montano, Prisca, & Maximilla; quòd pertinet quòd ibi præterea negat, Ecclesiam esse numerum Episcoporum. Verum latè contrarium deduximus Adnor. nostris in locum priorem, vel ex ipso Tertulliano adhuc Catholico; vt etiam aduersus Magdenburgenses, qui inde colligebant Ecclesiam esse in paucis. Siquis plura desideret, perlegat libros, quotquot scripsit S. August. contra Donatistas, qui scripturas tum veteris, tum Noui Testamenti vndiquaque congeffit, quibus constat non in vno solo terrarum loco, vt potè Africa, Ecclesiam esse, sed toto orbe terrarum dispersam, iuxta & vaticinia Prophetarum, & Apostolorum testimonia sole clariora. Quò Lectorem remittimus, ne hinc prolixiores

xiores simus. Hoc vnum addemus, ad eandem eius hæresim pertinere, quod ait Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 4. num. 47. *An non putas omni fidei licere concipere & constituere, dumtaxat quod Deo congruat?*

18. De Ecstasi siue amentia, siue spiritu Prophetico, Montani & insanatum Vatum Priscillæ & Maximillæ, & similium. Tom. 2. lib. de Virgin. veland. cap. 1. nu. 12. Tom. 3. lib. de Anima c. 9. n. III. c. 45. n. 488. c. 47. n. 543. lib. de Resurr. carn. c. 11. n. 98. ac c. VI. n. 436. Adu. Marc. lib. 4. c. 22. n. 325. & lib. 5. c. 8. n. 135. ac 136. lib. adu. Prax. c. 1. n. 7. 8. ac 10. & c. 15. n. 93. ac c. 30. n. 183. Denique in Frangmentis librorum septem de Ecstasi.

STAM hæresim Tertulliano iam olim impegerunt S. Pacianus, S. Hieron. & Nicephorus locis citatis ad Fragmenta librorum eius de Ecstasi, Tom. 4. vbi ex eodem Hieron. & Epiph. ostendimus Ecstasim in Adamo, Gen. 2. fuisse profundum soporem, non mentis euersionem, & ecstasim in Apostolis (Marth. 17. ac Luc. 9.) Petro, Ioanne, ac Iacobo, neque amentiam fuisse, sed admirationis ecstasim, neque etiam cum Prophetia aliqua coniunctam. Deinde ex Apostolo 1. Cor. 14. quantumuis contrarium Auctor efficit, addita perperam clausula: *in ecstasi*; constare Spiritum Prophetarum Prophetis subiectum esse, vt potè quum (iuxta Hieron. verba ibi citata, & Origen. Hom. 6. in Ezechielem) Prophetia, visio vocetur, quam adèd intelligebant Prophetæ, propterea Videntes appellati, non verò vt amentes inuiti loquebantur, aut sine mente sonum dabat. Vnde colligere est reuera amentiam fuisse, non Prophetiam, in Montano & eius Pseudoprophetis, atque adèd Deo disponente factum esse, vt vel hac appellatione sibi ipsi contradiceret Auctor. Idipsum pulcrè ante illos aduersus Montanum deduxit Apollinarius Hierapolitanus Episcopus apud Euseb. lib. 5. c. 15. scribens illos spiritu quodam maligno abreptos, derepentè furore & mentis insaniam (quam ecstasim vocabant) exagitados, peregrinas quasdam voces fundere, & contra quàm Ecclesiæ consuetudo, cum traditione, tum successione antiquitatis ab Apostolorum temporibus eousque deriuata postulabat, prophetare scilicet, cepisse. Citat ille (apud Euseb. c. sequ.) & Miltiadis librum aduersus eundem, in quo ostendit, minimè credi oportere, quemquam Prophetam furore percitum prophetare solere. Neque enim (vti ex illo citat) quemquam Veteris aut noui Testamenti Prophetam adlegare poterunt, qui infano spiritu (per ecstasim) ad hunc modum fuerint aliquando exagitati. Neque de Agabo, neque de Iuda, neque de Sila, neque de Philippi filiabus (Act. 11. 15. 21.) neque de Amnia ex Philadelphia, neque de Quadrato (cuius meminit Hieron. Catal. Script. Eccles.) neque de aliis quibusuis præterea, quòd vafano ipsorum more illa ex parte aliquando prophetauerint, omninò gloriari poterunt. Quorum nomina propterea sese recensuisse postmodum indicat, quòd iactarent, mulieres illas Montani illis omnibus in Prophetiæ munus proximè successisse; non aliter atque (teste Hieronymo loco iam citato) in libris septem de Ecstasi, quorum septimum scripsit aduersus Apollonium Tertullianus, in confirmationem eiusdem illarum Pseudoprophetiæ scripsit, Melitonem à plerisque suorum Prophetam putatum, vt ita tacitè successionem quandam Prophetiæ tanquam verè insinuaret. Denique Apollonius libro suo aduersus Cataphrygas (vti legitur apud Euseb. eiusdem lib. c. 17.) testatur Zoticum Episcopum Comanæ, quum Pepuzam aduentasset, ibi Maximilla prophetare se simulante, insanum in illa spiritu deprehendisse. Similiter Serapion (ibidem c. 18.) Antiochenus Episcopus, Beatum Soram in Anchialo voluisse Priscillæ dæmonem eicere, sed veterarios illos hypocritas neutiquam permisisse. Ceterum nihil pro Auctore facit, quòd lib. 5. adu. Marc. *Prophetandi ius etiam mulieres habere* contendat, ex eo quòd 1. Cor. 11. Apostolus *Mulier etiam prophetanti velamen imponat*; quia non veram Prophetiam, sed mentis amentiam fuisse in insanis illis viribus Priscilla & Maximilla iam probatum est: vt raceam quòd illas impugnet ipse adhuc Catholicus, lib. de Præscript. adu. hæret. c. 41. in hæc verba: *Ipsæ mulieres hæreticæ quàm procaces: quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curaciones repromittere, forsitan & tingere, sicuti latius ibi deduximus, n. 260. 261. 262. ac 263; & ad Lib. de Bapt. adu. Quintillam, etiam Montanicæ factionis sceminam, num. 2.*

19. Filium Dei Christum, semper visum ab hominibus, in vera, et si non nata carne. Tom. 1. lib. aduers. Iud. c. 9. n. 114. 115. Tom. 3. lib. de Carne Christi c. 6. n. 58. adu. Marc. lib. 2. c. 27. n. 187. 189. lib. 3. c. 6. n. 39. c. 9. n. 65. lib. 5. c. 19. n. 296. lib. adu. Prax. c. 14. nu. 86. 87. c. 16. n. 96. 98. 100. 101. & Tom. 4. lib. 5. adu. Marc. carn. c. 5. n. 8.

NON illud Paradoxum videtur, quod scribit Tertullianus, *Filium Dei*, non Patrem, quoties id in scripturis legitur, *visum vel auditum ab hominibus*, nempe quum apparuit Adamo, Gen. 3. Noe, Gen. 9. Abraham, Gen. 12. 17. 18. Loth, Gen. 19. Agar, Gen. 22. Iacob, Gen. 26. 32. 35. & Moysi, Exod. 3. & sequi. 32. ac 33. quum id desumpserit ad verbum ferè ex S. Iustino Marr. Dialogo adu. Tryphonem, & partim ex S. Iren. lib. 3. c. 6. ac lib. 4. c. 23. & eos sequantur Nouarianus lib. de Trinit. cap. 25. 26. 27. B. Cyprian. lib. 2. Testim. adu. Iud. c. 5. & 6. ex iis locis comprobantes, Christum non hominem solum aut angelum, sed & Deum fuisse appellatum: nec aliter S. Ambr. Præfat. in Lucam, S. Epiph. in Ancoratu, Prudentius adu. Anthropomorphitas, & Arnob. in Psal. 104. Quò videntur adducti tum verbis illis: *Deum Patrem* (sicut legit Auctor) *nemo videbit unquam, & viuet*, Exod. 33. ac similibus, Ioan. 6. non quia Patrem quis vidit, nisi qui à Deo est: & econtrariò illis Christi, Ioan. 8. *Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est.* Quamquam interim S. August. lib. 3. aduers.

Maxim.c.26.& lib.2. de Trinit. c. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. ac 17. maluerit adserere, Deum Patrem & totam Trinitatem visum dictis locis per subiectas creaturas, vt ne consentiret Maximino Arriano, cui non sufficit dictas apparitiones de Christo interpretari, sed inde colligere nitebatur Christum per diuinitatis suæ substantiam visibus humanis apparuisse: à qua hæresi procul certè absuit Auctor, quamtulibet eam quidem illi impingant. At illud Paradoxum est, & Tertulliano peculiare, quòd aliquot locis dicat, *visum Christum in carne vera, & solida, esse non nata*, idque zelo non secundum scientiam, vt tantò magis probaret, aduersus Marcionem, aliòsque eius alleclas, *carnem Christi*, quam postea ex virgine accepit, *non phantasticam fuisse, sed veram ac solidam*, si iam olim antea in carne vera visus diceretur. Alioqui certè lib. contra Praxean, S. Iustini Mart. sententiam securus, qui eas apparitiones figuratas fuisse adfirmat, seipsum explicat: *Dicimus enim* (inquit priori loco) *& filium suo nomine catenus inuisibilem* (quod tamen negabat Maximinus) *qua sermo; visibilem autem fuisse ante carnem eo modo quo dicit ad Aaron & Mariam: (Num. 12.) Etsi fuerit Propheta in vobis, in visione cognoscatur illi, & in somnio loquatur illi.* Et post adlegata verba illa Exod. 33. *Os ad os loquar illi in specie*, subiungit: *igitur quum Moysi seruat conspectum suum, & colloquium facie ad faciem in futurum (nam hoc postea adimpletum est in montis secessu, sicut legimus in Euangelio, Luc. 9. visum cum illo Moysen colloquentem) apparet retrò semper in speculo, & enigmate, & visione, & somnio Deum, id est, filium Dei, visum iam Prophetis & Patriarchis, quam & ipsi adhuc Moysi.* Nec ab similitudo loco posteriori, *ipse enim & ad humana semper colloquia descendit, ab Adam vsque ad Patriarchas & Prophetas, in visione, in somnio, in speculo, in enigmate.* Ceterum S. Augustino locis iam citatis magis placet, vt dictis visionibus Christus quidem fuerit figuratus, sed per angelos figura dumtaxat, Deum apparuisse, id probans ex scripturis, Osee 12. vbi *angelum fuisse dicitur*, qui cum Iacob colluctatus est, & Hebr. 13. quum dicuntur quidem nescientes angelos recepisse hospitio. Quibus adicere licet, quòd Deum, quem sibi in rubo & in Syna apparuisse Moyses dixit, hunc ipsum S. Stephanus Act. 7. angelum fuisse testatur.

20. De fuga in persecutione non licita. *Tom. 2. lib. 1. ad Vxor. c. 3. n. 17. lib. de Cor. milit. c. 1. n. 18. & Tom. 5. libro integro eius Argumenti.*

H VNC Tertulliani errorem, quem latè deducit lib. de Fuga in persecutione, conscripto iuxta S. Hieron. Sophron. & Nicephor. adu. Ecclesiam, tam latè confutauimus nostris in illum Adnotationibus, vt non multis hinc sit opus. Vide ibidem, quòd ad calcem Argumenti subiecitimus, Antidotum ex ipso Auctore adhuc Catholico Tom. 2. lib. de Patient. cap. 13. n. 88. S. Cypriani locis aliquot, S. Athanasij Apologia pro sua fuga, & S. August. Epist. 180. ad Honoratū: è quibus etiam ad singula penè argumenta contraria respondimus: maximè c. 4. n. 35. c. 5. num. 9. cap. 6. num. 43. 47. ac 49. cap. 7. num. 54. cap. 8. num. 55. 57. ac 59. cap. 9. n. 60 & cap. 10. num. 75. Verba Auctoris citata sunt ista: *Carnis patientia in persecutionibus præliatur. si fuga urgeat, incommoda fuga caro militat. si & carcer præueniat, est in illa paupertate lucis: patientia mundi. Quid? quòd ex dicti libri cap. 11. videtur potissimum fugam improbare Præpositorum Ecclesie, vt potè quibus (etiam iuxta S. Athanasij Epist. ad Dracontium, & locum citatum S. August. fugere non licet, nisi grege fugiente, aut Præpositum non desiderante, id est, non indigente eius opera: quum personalis est, vt sic loquamur, Episcoporum aut Pastorum persecutio. Quo casu etiam illis fugere licere, & multorum exemplis, & ex scripturis latè deducit S. Athanas. dicta sua Apolog. ad quæ Lectorem, ne hinc prolixiores simus, remittimus. Neque quidquam pro Auctore facit, quòd inuitet Christum ad passionem contrariam fugere, quum dixit: *Qui me confusus fuerit, & ego confundar eum.* Marc. 6. quantumuis Scorp. aduers. Gnosticos, inde colligere videatur *Martyria præcepta esse*: quia æquè præceptum esse Tertullianus agnoscit illud: *Quum caperint persequi vos, fugite de ciuitate in ciuitatem*: quia neutrum præceptum videtur, nisi secundum personas, tempora & causas: hoc quidem tempore persecutionis ob fidem Christi, iis quibus per animarum curam abesse licet: illud verò, si adprehensi fuerimus, vel in ipsa fuga. Præterquam etiam quòd vtrumque apud Matth. eodem capite contineatur, oportet sanam accipiat interpretationem, ne sibi Euangelista contrarius videatur.*

21. De Iob, quòd filius ei non restitutus, voluntariam orbitatem sit passus. *Tom. 2. lib. de Patient. cap. 14. num. 98.*

N exemplaribus libri Iob, quæ viderat Tertullianus, desideratum fuisse videtur, quòd de filiis septem & filiabus tribus ei restitutus legitur in Hebræis, Chaldæis, Græcis, & Latinis exemplaribus: atque hinc factum opinor, vt peculiare istud, quòd apud neminem Veterum reperire potui, Paradoxon sit securus. Certè pluribus id improbare superfluum foret, quum eiusdem fere ætatis Origenes, Homil. 6. in Ezechiel. illud legisse se significet, & post eum Patres omnes, tam veteres, quam mediæ ætatis, & recentiores. Quibus Auctor consentiret, si dumtaxat dixisset, *Iob reliqua quæ amiserat, reduplicata possedisse, exceptis filiis*, vt potè quos septem dumtaxat recepit, atque ad eò totidem quot antea. Id propterea interpretantur Philippus Presbyter, S. Gregorius Papa, Beda, & Rupertus Comment. in Iob, quòd septem priores filij adhuc viuere censerentur apud Deum.

22. De

22. De Maria Virgine, quòd communi lege patefacti corporis Christum pepererit. *Tom. 3. lib. de Carne Christi, cap. 4. num. 31. cap. 20. num. 155. cap. 23. num. 174. ac 175. Adu. Marc. lib. 3. cap. 11. num. 78. lib. 4. c. 21. n. 31. & lib. 5. c. 19. n. 304.*

A T E quid Tertullianum scripsisse satis manifestum est, sicut etiam Origenem hom. 14. in Lucam, & S. Ambros. in eundem. Verum possunt intelligi, iuxta quòd interpretatur S. Thomas Aquinas alicubi, de tali patefactione vteri, quæ claustra virginitatis nõ violauerit, sicut etiam nos adnotauimus ad illud Luc. 2. pro se citatū ab Auctore: *Omne masculinum adaperiens vuluam*, ad dict. lib. de Carne Christi, num. 175. adductis ad hoc testimoniis Græci cuiusdā interpretis, & S. Hieron. qui agnoscunt Christum nondum apertam vuluam virginalem aperuisse supernaturaliter, & claustrum naturaliter seruasse, iuxta Ezechielis vaticinium, de porta Orientali clausa, per quam solus Pontifex egreditur, quæ nihilominus semper clausa permanet. Quòd pertinet etiam S. Ambr. comparatio Epist. 81. vbi scribit, Christum sic exisse de vtero virginis, sicut aquæ fluxerunt de petra; denique illud Auctoris loco secundo citato dicti libri: *Quid fuerit nouitatis in Christo ex Virgine nascendi, palam est; sicut hoc solummodo quòd ex Virgine*; significans ibidem, & aliis locis hinc citatis, se illud vsque ad eòd vrisse, vt verum probaret partum Christi ex Virgine, contra Marcionem, qui phantasticum dicebat. Postmodum interim, vbi satis fuit ea hæresis confutata, maluerunt Patres definire, Virginem Deiparam clauso vtero incorruptibiliter peperisse.

23. De Maria virgine semel nuptura post partum. *Tom. 2. lib. de Veland. virg. c. 6. n. 48. Tom. 3. lib. de Carne Christi, c. 23. n. 174. & Tom. 5. lib. de Monog. c. 8. n. 55.*

S A T I S quidem obscure in hanc hæresim impingere videtur Auctor, ita vt aliquo modo sanam sensum possint eius verba recipere; verum quandoquidem S. Hieron. quum illum pro se citasset hæreticus Heluidius, non neget illum tale quid scripsisse, neque ego ab ea ipsum excusandum putau. Respondere sufficeret id, quòd B. Hieron. de Tertulliano: Non aliud dico, quam hominem Ecclesie non fuisse. Verum quia seductum fuisse verisimile est iisdem, quibus Heluidium, Euangelistarum verbis, Matth. 12. Luc. 8. Ioan. 7. *de fratribus Domini*, quos *verè fratres*, vt & *verè matrem* fuisse Christi, iam dict. lib. de Carne Christi, cap. 7. num. 67. adserit, vt carnis Christi veritatem tanto comprobaret magis, aliquid de eius phrasibus intellectu adiiciendum est. Origenes, Hilarius, Euthymius, & Theophyl. in Matthæum, Euseb. lib. 2. hist. Eccl. cap. 1. S. Epiphani. lib. 3. Panarij aduersus Antidicomarianitas, S. Ambros. & Oecum. in Comm. cap. 2. ad Galat. *Frates Domini* putant appellari filios Ioseph ex Maria Cleopæ fratris sui vidua, ex qua liberos sex sustulerit, vt potè Iacobum, Ioseph, Simonem, Iudam & fratres eius; idque (vel teste Origene) iuxta Euangelium, quòd Petri aut Iacobi titulum habebat. Verum rectius S. Hieron. in Comm. *Quidam fratres Domini* de alia vxore Ioseph filios suspicantur, sequentes deliramenta Apocryphorum, & à quadam Escha muliercula confingentes. Nos autem (inquit) sicut in libro, quem aduersus Heluidium scripsimus, continetur, *frates Domini*, non filios Ioseph, sed consobrinos saluatoris, intelligimus, Mariæ liberos materteræ Domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ; quos in Euangelio *frates Domini* legimus appellatos; fratres enim consobrinos dici, omnis scriptura demonstrat. Vbi adludit rum ad scripturas de Loth fratre Abrahæ, Gen. 13. rum ad Matth. cap. 27. vbi iuxta crucem adfuisse dicitur Maria Iacobi, & Iosè seu Ioseph mater, quòd de matre Domini non posse intelligi rectè adnotauit Euthymius. Ceterum vide definitionem Ecclesiasticam hac de re apud S. Fulgentium lib. de Fide ad Petrum inter opera B. Augustini.

24. De mille annis post resurrectionem corporum. *Lib. de Resurr. carn. c. 25. nu. 203. Aduers. Marc. lib. 1. cap. 29. num. 203. lib. 3. cap. 24. num. 191. & sequ. lib. 4. cap. 29. num. 471. & Tom. 4. in Fragment. libri de Spe fidelium.*

V I D Tertullianus hac de re senserit, satis arbitror deduxisse me Tom. 4. ad Fragmenta libri de Spe Fidelium ex ipso eius verbis, nempè, *in terra quidem regnum Christi nobis repromissum ante cælii post primam resurrectionem, sed tamen ita, vt in eo resuscitentur sancti omnium spiritalium bonorum copia.* Quam cti erroneam, vtrumque tolerabilem tamè faretur B. Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei, quantum opinor, quòd eam etiam sit reperire apud S. Irenæum lib. 5. de hæres. cap. 32. 33. 34. 35. ac S. Iustinum Martyrem, Dialogo adu. Tryphonem, & Melitonem, qui in hoc sunt imitati, vel S. Hieron. auctore, Papiam. Quibus adfentiuntur etiam Apollinarius, qui frustra libros Dionysij Alexandrini contra Nepotem nisus fuit impugnare, Lactant. lib. 2. cap. 13. ac lib. 7. cap. 24. Victorinus in Apocalypsin, antequam à S. Hieron. emendaretur, & eodem teste, Seuerus in Gallo Dialogo de Vita S. Martini. Quamquam etiã illis impuret (vt & Tertulliano, sed, quantum apparet, non rectè) Gennad. lib. de Dogmat. Eccl. potus & cibi delicias fructuosos sanctos. Alioqui certè, longè diuersam patet fuisse Cerinthi, Marci ac Nepotis hæresim, de quibus ipse ibidem, & Euseb. lib. 3. c. 22. ac lib. 7. c. 20. post eum, & Nicephorus alicubi, aliorumque Chiliastarum seu Milliariorum, aduersum quos agit S. Epiphani. hæ. 76. Vt potè qui (sicuti & hodierni quidam Anabaptistæ) in illo etiam nuptiarum copulam; immò Cerinthus & Marcus omnia libidinum genera expectabant, & vt S. Hieron. adserit, iuxta Iudæorum *δευτερεσις*

circumcisionis iniuriam, instaurationem templi, taurorum & arietum victimas, ocium Sabbati, & cunctarum gentium seruitutem, atque adeo bella, exercitus, triumphos, superatorem necesse, mortemque centenarij peccatoris. Porro quum omnibus iis imposuerit illud Apocalypseo S. Ioannis Apostoli (nam illi adscribunt omnes illi) cap. 20. *Hæc est resurrectio prima*, beatus est sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in his erunt sacerdotes Domini & Christi, & regnabunt cum illo mille annis; de eius loci intellectu aliquid hæc addendum est. B. Hieron. Præfatione in lib. 18. Isai. Apocalypsin, non iuxta litteram, sicuti à Iudaizantibus, sed spiritaliter, ut scripta est, edisserendam dicit; quod ipsum disertis verbis facit Comm. MS. Victorini in Apocal. à se emendato; Dionysium opinor Alexandrinum secutus, dictis aduet. Nepotem libris. S. August. apertius lib. de Ciuit. Dei 20. cap. 7. 8. 9. *primam resurrectionem* interpretatur animarum resurrectionem, etiam in scripturis agnitam, secundam corporum, & mille annos, aut tempus gratiæ, quæ remanebit ad seculi finem, eo loquendi genere, eo pars significatur à toto, aut pro annis omnibus huius seculi, ut perfecto numero notetur ipsa temporis plenitudo. Quem sequuntur Ambrosio adscriptus Commentarius, Primasius, Andreas & Arethas, ac Beda Comm. in Apocalypsin. Neque etiam pro illis facit quod legitur Apoc. 21. de *ciuitate Hierusalem descendente* in terram nouam. Quia ipse Apostolus Ioannes indicat se loqui de Hierusalem non terrena, quum addit: Et templum non vidi in ea (quod tamen aliqui ipsorum, uti supradictum est, etiam restitutum iri sentiebant.) Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & agnus. Proinde de Ecclesia rectius Patres alij interpretantur, & militante in hoc seculo, cuius fundamenta duodecim Apostoli, & in cælis postmodum regnante. Sicuti etiam illud Gal. 4. de *Hierusalem libera*, quæ est mater nostra; ubi repugnancia est in ipso adiecto: *quæ sursum est*; quæ etiam est in illo Philipp. 3. *πολιτανία nostrum in cælis est*, proinde non in terris; ut mirum sit hæc pro dicta sententia ab Auctore nostro citari. Magis videbantur pro illo militare quæ habentur Isai. 65. & 66. ac Hieron. 16. ac 31. denique Ezechiel. 20. 27. 28. de *restitutione Iudææ* (ad quæ his tantum verbis Auctor adludit) quæ nominatim citantur, partim à S. Irenæo, partim à S. Iustino Martyre; verum pulchrè in Commentariis suis Hieron. allegoricè de Ecclesia Christum consistente, eiusque mysteria illa omnia interpretatur, ubique irridens mille annorum illas fabulas; quod Lectorem compendij gratia remittimus. Facilius est responso ad scripturas Gen. 13. ac 15. quas (Irenæum imitatus) pro se citat Auctor, de *prima & secunda promissione Abrahæ semini facta*, prius in multitudinem arenæ, deinde, ad instar quoque stellarum, quasi terrena & cælestis dispositionis auspicia; quia primam promissionem impletam constat multiplicatione filiorum Israël in terra Chananæorum, siue Palestina; secundam verò interpretatur Apostolus Paulus de gentium Ecclesia, Rom. 9. & Gal. 3. quo modo etiam vtramque hanc promissionem distinxit Hrabanus noster Comment. in Genes. nec minus facilis ad illud Gen. 27. ubi ad Iacob, cuius figuram Christianos ex gentibus gestare nouimus, *prima promissio est cælestis rore*, *secunda terra opimitatis*; quia illam benedictionem tamquam terrenam interpretatur vel ipse Iacob verbis suis ad Esau postmodum prolatis, ubi dixit: Frumento, & vino, & oleo, stabiliui eum; & si allegoricè velimus accipere, Procopius in Comment. de cælesti rore interpretatur, qui instillatur piorum animis, & de terræ pinguedinibus, quas habet accipiens semen, idque centupliciter reddens. Denique facillima ad illud Luc. 12. *Querite primum regnum Dei*, & reliqua adiciuntur vobis: quia loqui Christum de hac vita, non illa futura post resurrectionem, initium eius Christi sermonis manifestum facit: Ideo dico vobis: *Nolite curam agere anima de victu, & corpori de vestitu*. Ceterum partim ex Platone, Dialog. de Rep. & in Phædro, desumptum hunc Millenariorum errorem, adnotauimus ad lib. de Anima cap. 30. num. 376. ubi quum pro fabulis habeat Auctor, mirum est quod postea in eundem impegerit: sed, sicuti satis deducit S. Hieron. Papiam, Melitonem, & alios supradictos Auctores, & maximè S. Irenæum secutus est.

25. De Nuptiis secundis damnatis tamquam stupris. Tom. 2. lib. 1. aduer. Vxor. cap. 1. num. 11. & lib. de Veland. virgin. cap. 10. num. 84. ac cap. 11. num. 98. Tom. 3. lib. aduer. Hermog. cap. 1. num. 7. Lib. de Resurr. carn. cap. 8. num. 82. ac lib. adu. Marc. cap. 15. num. 243. denique Tom. 5. integris libris de Exhort. castit. & de Monogamia, ac lib. de Pudic. cap. 1. num. 15.

IN hanc hæresin Montanisticam paulatim delapsus est Tertullianus. Primum, castitatis amore, librum scripsit ad Vxorem de *vnis nuptiis*, in quo quidem ab illis dehortatur, sed tamquam supra non improbat, immò quum lib. 2. ad Vxor. si nubere velint, *saltem in Domino nubere debere; id est, Christiano*, latè deducit; non omninò tunc damnasse videtur secundas nuptias. Quamquam interim omni errore non careant hi libri duo. Imprimis quum lib. 1. cap. 1. num. 11. *secundas nuptias confusionem*, & cap. 4. num. 23. *contumeliam*, & cap. 5. num. 34. *detestabiles*, & alibi quoque spurcas, & dedecus voluptuosum appellat, quales sunt etiam loci illi iam citati lib. de Veland. virgin. De secundis enim nuptiis, his locis locutum fuisse, non de primis, vel hæc S. August. verba lib. 1. de bono viduitatis conuincunt, quæ etiam antidoti loco hæc adferuntur: Non quia, inquit, in nuptiarum bonum honestum dixit Apostolus, idèò putare debemus turpe esse vinculum coniugale; alioqui etiam primas nuptias condemnabimus, quas nec Cata Phrygas, nec Nouatiani, nec disertissimus eorum ad stipulator Tertullianus, turpes ausus est dicere. Deinceps lib. adu. Hermog. errorem suum magis aperit his verbis: *Legem Dei in libidinem defendi*, ac: *totus adulter, & prædicationis & carnis, nubentium contagio fetet*. Denique Libris de Exhort. castit. & de Monog. Montanum secutus; non solum supra & adulteria & mæchiam appellat secundas nuptias: sed etiam variis argumentis id probare nititur, sed frustra, sicuti ex Antidoto Adnotationum nostrarum in vtrumque, Lectori perspicuum esse poterit, quòd, ne hic prolixiores simus, Lectorem

Lectorem remittimus. Vbi subinde pro Catholica de nuptiis secundis non prohibitis sententia, citauimus B. Hieron. Epist. de Monogam. ad Ageruchiam, vulg. Gerontiam, de Viduitate ad Saluinum ac ad Pamachium; S. August. lib. de bono Viduitatis, ac lib. 2. contra aduers. legis & Prophetarum; S. Epiphani. adu. Montanum hæres. 59. & adu. Catharos; & Commentarios Veterum super Epistolas Pauli Rom. 7. 1. Cor. 7. & 1. Cor. 5. Quibus licebit addere & illud B. Hieron. 54. Epist. ad Marcel. (qui alioqui videtur subinde iis iniquior) pro: *secundis nuptiis*: Nos secundas nuptias non tam appetimus quàm concedimus; Paulo iubente, ut viduæ adolescentulæ nubant; illi (nempe Montani sectatores) in tantum putant fecerata coniugia iterata, ut quicumque hoc fecerit, adulter habeatur. Item illud in Epist. ad Titum etiam à nobis alibi citatum. Scripsit & Tertullianus librum de *Monogamia* hæreticum, quem Apostolo contraite, nemo qui Apostolum legerit, ignorabit. Item illud S. August. hæres. 26. lib. de hæres. Ideò Tertullianus factus hæreticus, quia transiens ad Cata Phrygas, quos antè destruxerat, cepit etiam *secundas nuptias* contra Apostolicam doctrinam tamquam supra damnare.

26. De Paracleto Montano. Tom. 2. lib. de Veland. virgin. cap. 1. num. 6. Tom. 3. lib. de Anima cap. 55. num. 613. ac 58. num. 652. lib. de Resurr. carn. cap. 11. num. 98. & cap. ult. num. ult. Adu. Marc. lib. 1. cap. 29. num. 203. ac lib. 5. cap. 15. num. 247. & lib. adu. Prax. cap. 1. num. 11. cap. 2. n. 22. cap. 8. num. 59. cap. 13. num. 78. Tom. 5. lib. de Monogamia, cap. 2. integro, & non semel in alijs libris sequ. de Fuga in persecutione, de Ieiunijs, & de Pudicitia.

AD VERSVS hanc hæresin longè absurdissimam sufficere possunt ipsa Tertulliani verba ante hæresin, lib. de Præscript. adu. hæret. cap. 52. hæresi 21. num. 327. ubi blasphemiam appellat, eorum qui secundum Phrygas dicebant hæreticorum, quæ in Apostolis quidam dicebant spiritum sanctum fuisse, Paracleum non fuisse; & quæ dicebant Paracleum in Montano plura dixisse, quàm Christum in Euangelium protulisse. Et tamen miser, fortè ab illis seductus, quòd secundas nuptias detestarentur, tot locis iam citatis Paracleum vocat Montanum, & subinde verba illius Paralei titulo citat. Immo detorquet ad suam hanc hæresin illud Ioan. 16. *Nunc habeo loqui vobis, sed nondum potestis ea banulare; quum venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, & superueniens adnuntiabit vobis*. Quod ipsum tamen Catholicè interpretatur dicto libro de Præscript. adu. hæret. c. 8. n. 62. de Apostolis loquens: *Consequuntur mox spiritum sanctum Paracleum, qui illos deduciturus esset in omnem veritatem*; & rursum: *Nationibus destinati Apostoli, ipsi quoque doctorem consequuntur erant Paracleum*. Vbi pro iisdem habet, *spiritum sanctum, & Paracleum*; quum perperam illi distinguere (ut vel ex ipso Tertulliano dictum est) *spiritum sanctum, & Paracleum*; & illud ipse contextus Euangelicæ conuincat, atque adeò sic locum illum interpretentur Veteres omnes; ex professo verò aduersus hanc hæresin S. August. Tractatibus tribus in Euangelium Ioannis: quòd Lectorem compendij gratia remittimus.

27. De Pœnitentia mæchis neganda. Tom. 5. integro libro de Pudicitia.

IC V T I in Vita Auctoris adnotauimus, quum omninò Pœnitentiam omnem tollerent Montanus & eius sectatores Cata Phrygas (vel B. Hieron. teste Epist. non semel citata ad Marcelam, & S. Paciano Tractat. aduersus Nouatianos) in hoc ab iis dissenit Tertullianus, quòd solis mæchis eam negandam senserit; fortassis primum seductus ab illis suæ ætatis Episcopis, qui S. Cypriano teste lib. de Lapsis, dandam mæchis pœnitentiam non putarunt. Verum præterquam quòd ex scripturis ille ibidem contrariam sententiam comprobet; de omnium peccatorum veniæ potestate in Ecclesia, Auctor adhuc Catholicus Tom. 2. libro de Pœnitentia, quem ibidem ille imitatur disertis verbis: *Pœnitentiam de omnibus delictis necessariam* deducit. Atque hoc est, quòd dicit libro de Pudicit. cap. 1. num. 9. *aduersus mæcham quoque sententia retro penes illos societatem*; & haud ab similitur verbis etiam alibi non semel citatis S. Pacianus ad Nouatianos verba faciens: Tertullianus post hæresin vester est, nam multa inde sumpsistis. Ipsum Epistola sua, & ea quam catholicus edidit, audies contentem: *posse Ecclesiam peccata dimittere*. Item & S. Hieron. dum dicit Tertullianum in libro, quem de Pudicitia aduersus Pœnitentiam scripsit, sententiam veterem noua opinione dissoluisse, in hoc secutum insanas & blasphemias feminas suas. Quibus addere licebit Lectori scripta illa Veterum omnia de Pœnitentia, quorum à nobis facta est mentio Tom. 2. dict. lib. de Pœnitent. cap. 1. & quæ à nobis dicta sunt, tum ad illum librum, tum ad alterum illum de Pudicitia, ubi ad singula Auctoris in contrarium argumenta plerumque ex Paciano respondimus, adducta ad id præterea scripturarum aliquot explicatione sæpè ex ipso Tertulliano. Citauimus etiam ad c. 9. n. 72. & 73. S. Hier. Epist. ad Damasum de duobus filiis, ubi ex professo contra Auctorem agit, & inter cetera etiam defendit, *publicanos* fuisse, non ethnicos quòd ille volebat, sed Iudæos; idque exemplis, Matthæi ex circumcisione Apostoli, publicanorum à Ioanne baptizatorum, & publicani orantis in templo, Luc. 5. 7. ac 18. qui si ethnici fuissent, cum illis Christus non habuisset conuiuium, ne legem solueret, neque hic in templum admittus fuisset. Et verò, quoties id in Christo denotabant, quòd cum publicanis cœcum communicaret; ferè simul coniunguntur peccatores & publicani: atque adeò quòd cum ethnicis conuiuaretur, non reprehendebatur, sed quia cum peccatoribus. Quòd pertinet Pharisei murmuratio, Luc. 7. de Peccatrice femina, in qua pœnitentiam agnoscit & veniam ipse Tertullianus lib. 4. adu. Marc. cap. 18. num. 265. quam tamen ethnicam nusquam Auctor audes

Filius, & Spiritus sanctus, & tamen eiusdem substantiæ. Si quæ præterea sunt alia dicto lib. adu. Praxean, quæ durius aut obscurius dicta sunt, meminerit Lector totum hunc librum cautè legi & commodè intelligi debere. Ad *Novatiani* redeamus *Librum de Trinitate*. Imprimis quod habet cap. 11. *diuinitate sermonis in ipsa concretionem permixta*, etsi quid tale inuenitur iam dicto libro aduers. Praxean, intelligi debere de permutatione vnionis, non verò permutatione naturarum diuinæ & humanæ, ibi adnotauimus num. 56. id comprobantes ex aliis pluribus eius Libri locis. Est fides recta (iuxta Athanasij Symbolum) vt credamus & confiteamur quòd vnus sit Christus, non conuersione diuinitatis in carnem, sed adsumptione humanitatis in Deum, vnus omninò non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Deinde illud ibidem: *Aute quem nihil præter patrem* eodem intellectu accipiendum, quo id quod supra adduximus ex Tertull. lib. adu. Hermog. iuxta quod adnotauimus ad eundem librum cap. 31. num. 141. Nec aliter quàm iam diximus, quòd ibidem *minorem patre dicit vt filium*. Cautè etiam debet legi illud, quòd videatur non aliam *vnitatem patris & Filij* interpretari quàm *societatis concordiam*, adferens perperàm ad hoc locum 1. Cor. 3. pro sua sententia; quia Catholica fides & scripturæ etiam, veritatem essentiæ agnoscunt in Patre & Filio. Denique quòd de Spiritu sancto non videatur consentire Catholicæ Patrum traditioni ex scripturis, factum putamus, non quòd negaret Spiritum sanctum æqualem Patri & Filio; sed nondum re definita, obscurius solent loqui Patres veteres ob materiæ summam obscuritatem, ita tamen vt commodum aliquem sensum patiantur.

TER-

TERTYLIANI I. C. ROMANI
RESPONSA QVÆ IN LIBRIS
DIGESTORVM EXSTANT.

Ex Libr. 1. Quæstionum octo.

D. Libr. 1. Tit. 3. de Leg. Senatúsque conf. l. 27.

DEò, quia antiquiores leges ad posteriores trahi, vsitatum est semper, quasi hoc legibus inesse credi oportet, vt ad eas quoque personas & ad eas res pertineant, quæ quandoque similes erunt.

*D. Libr. 29. T. 2. de Acquir. vel omitt. hæred. l. 82.
iuxta MS. cod. Bald.*

SI seruus eius qui capere nõ potest, hæres instituat; & antequàm iussu Domini adeat hæreditatem, manumissus alienatúsque sit, & nihil in fraudem legis factum sit, ipse admittitur ad hæreditatem. Sed & si partem capere tantum possit Dominus eius, eadem dicenda sunt de parte quam ille capere non potest. Nihil enim interest, de vniuerso quærat quod capere non possit, an de portione.

D. Libr. 41. T. 2. de Acquir. vel. amitt. possess. l. 28.

SI aliquam rem possideam, & eandem postea conducam: an amittam possessionem? Multum refert in his quid agatur. Primum enim refert, vtum sciam, me possidere, an ignorem. & vtum quasi nõ meam rem conducam, an quasi meam. Et sciens meam esse, vtum quasi proprietatis respectu, an possessionis tantum. Nam & si rem meam tu possideas, & ego emam à te possessionem eius rei, vel stipuler, utilis erit & emptio & stipulatio, & sequitur vt & precarium, & conductio, specialiter possessionis solius conducendæ, vel precario rogandæ animus interueniat.

EX LIBRO SINGVLARI DE
CASTRENSI PECVLIO.

D. L. 29. T. 1. De Testam. mil. l. 23.

DEM, etsi paterfamiliàs miles de Castrensibus rebus dumtaxat testatus adrogandum se dederit; Si verò missus iam hoc fecerit, non valet testamentum.

ξ iij

Ibidem leg. 33.

I filius familiās miles feciſſet teſtamentum more militiæ, deinde poſt mortem patris poſtumus ei naſceretur, utique rumpitur eius teſtamentum. Verum ſi perſeueraiſſet in ea voluntate, ut vellet adhuc illud teſtamentum valere, valiturum illud, quaſi rurfum aliud factum; ſi modò militaret adhuc eo tempore quo naſceretur illi poſtumus. Sed ſi filius familiās miles feciſſet teſtamentum, deinde poſtea viuo eo, & adhuc auo quoque ſuperſtite, naſceretur ei poſtumus; non rumpitur eius teſtamentum. quia cum id quod naſceretur, in poteſtate eius non perueniret; non videtur ſuus hæres adgnafci. ac ne auo quidem ſuo hunc nepotem poſtutum, cum viuo filio naſceretur, ſuum hæredem protinus adgnafci. Et ideò nec aui teſtamentum rumpi, quoniam licet in poteſtate aui protinus eſſe inciperet; tamen antecederet eum filius. Secundum quæ ſi filius familiās miles teſtamentum fecerit, & omiſerit poſtutum per errorem, quem non volebat adhæredatum; deinde poſtumus poſt mortem aui viuo adhuc filio, id eſt, patre ſuo natus fuerit; omnimodò rumpet illius teſtamentum. Sed ſi quidem pagano iam illo facto natus ſit, nec conualeſcet ruptum. Si verò militate adhuc natus fuerit, rumpetur. Deinde ſi voluerit ratum illud eſſe pater, conualeſcet ſic, quaſi denuò factum. Sed & ſi viuo auo naſcatur poſtumus, hic non rumpet continuò patris teſtamentum. Si ſuperuixerit poſt mortem aui viuo adhuc patre, rumpet, quod nouus illi nunc primùm hæres adgnafciſtur. Ita tamen, ut numquam poſſit duorum ſimul teſtamenta rumpere, & aui, & patris.

D. lib. 49. Tit. 17. De caſtr. pecul. l. 4.

MILLES præcipua habere debet quæ tulit ſecum in caſtra concedente patre. Actionem, perſecutionemque caſtrenſium rerum ſemper filius etiam inuito patre habet. Si pater familiās militiæ, vel poſt miſſionem adrogandum ſe præbuerit; videndum erit, ne huic quoque permiſſa intellegatur earum rerum adminiſtratio, quas ante adrogationem in caſtris adquiſerit, quamuis conſtitutiones principales de his loquantur, qui ab initio quum eſſent filii familiās, militauerint, quod admittendum eſt.

REVE-



REVERENDO AC GENE-
ROSO DOMINO DN. IACOBO PAME-
LIO ARCHIDIACONO ET CANONICO ECCLESIE
Audomaropolitanæ, Theologo eruditiff. Domino ſuo.

Quamquam quod mihi pro tuo iure nuper imperaſti, virium mearum modulum excedere videbatur, ampliff. Dn. Archidiacone, non potui tamen nec volui, tibi, cui plurimum debeo, & optimè ex animo volo, pertinaciter refragari. Nam, quum obſcuram & reconditam Prouerbio- rum eſſe, per ſe & uniuersè ſententiam, non ignorarem; tum in horrido & minimè vulgari ſermonis genere, cuiuſmodi tuus utitur Tertullianus, Prouerbia explicare, quæ neque hodie inter eruditos frequentantur; neque apud alios ſcriptores interpretes ve facile eſt inuenire, niſi explorata Tertulliani ſententia, ſepiùſque iterata lectione (quod tibi uni, qui tot annos in iſto Auctore verſaris, omnium exactiſſimè contigiſſe, auſim confirmare) longè impeditius difficiliùſque exiſtimabam. Tibi proculdubio, qui doctiſſimis luculentiffimisque omnia Tertulliani opera Commentariis illuſtraſti; & hæſce Prouerbiales, vel Prouerbiorum ſaltem ſpeciem præ ſe gerenteis formulas, ſcholiis, uti omnia, acutiſſimè explicare, fuit facillimum; niſi & præcipitante editionem Typographo, & grauioribus magiſque ſeriis in te deuolutis (ut maxima Reip. negotia prætermittam, quibus ita quotidie diſtringeris, ut ſubſecini aliquid temporis tibi ad hæc ſtudia poſſe te ſuffragari nõ immeritò miremur) hæc lenioris operæ præſerta ru- dioribus etiam pertractanda cõmittere, & lampada, quod aiunt, aliis tradere coactus eſſes. Qua in feſtinatione, quum egregiã tibi operam ponere intelligerè Dn. Michaëlem Ingelmontium, Brugenſem tuo beneficio Canonici, qui tibi toto hoc in opere aſſiduus fuit à manibus, & in Indicibus unã tecum dirigenſis, ſtudiũ adhibuit ſingularè, popularis mei exemplo, quicum & ego multis nominibus tibi eſſem obſtrictus; ad aliquid etiam operæ, tuo præſertim iuſſu, T. D. ponendum, quantumuis curæ ſupellectilis mihi probè conſcius, quodam veluti amulationis ſtudio ſum animatus. Itaque Prouer- bialium formularum, quas in ordinè redactas, excerptaſque mihi præſcripſiſti, partim breuius, partim prolixius, pro re (niſi fallor) explicuimus. Quæ omnia tamen lima- tiſſimo tuo iudicio, & cenſoriæ eruditionis obeliſcis lubentiſſimi permittimus. Ce- terum Deus Opt. Max. T. D. diu Eccleſiæ nobiſque ſeruet incolamem. Apud At- trebates Kalend. Ianuariis. 1583.

R. D. T. addiſtiſſimus
Andreas Hoyus Brugenſis.
¶ iij



PROVERBIALES FORMVLÆ

TOTO OPERE HOC TERTVLLIA-

NICO CONTENTÆ, BREVIIVS

Scholiis illustratæ.

1. Abiit iam, & reuerti debet. *Tom. 1. lib. de Testim. Anima. cap. 4. num. 22.*

Rouerbij huius, quod Teutonibus Gallicisque etiam usitatum, usum ipse Tertullianus suffragatur, ut: Abiit se hominem, sit: e corpore excessisse animam, atque ita inter viuos esse defuisse. Sic Græci uti his verbis solent: ἀπέχεσθαι, ἀπέχεσθαι, ἀπέχεσθαι, ἀπέχεσθαι, hoc est: mori; quæ omnia abitu excessumque significant. In dictuncula; iam, quæ longum spatium innuit, tota Prouerbij vis videtur consistere. Tanta vis fuit veritatis de resurrectione & immortalitate Animæ; ut ea ex hominum animis, ne in tantis quidem vanarum opinionum tenebris, à maioribus veluti per manus tradita, porro euellit; sed trito usitatoque Prouerbio sit frequentata, de iis qui iam dudum essent defuncti; quasi præsumerent, hoc est præcipere, & anticipare animis, corporum resurrectionem; siue animorum, qui excesserant, ad sua corpora reditura, ἀναστρέψω, ἀναστρέψω, hoc est: Reuertii ἐπιναστέρευν, ἢ ἀναστρέψω.

2. Abruptum amplissimum salire. *Tom. 3. lib. 5. aduers. Marc. cap. 14. num. 231.*

SALIRE, pro: transilire vel saltu transmittere. Ut sit omnino, aut verba saltem intermedia prætermittere. Ab iis sumtum, qui malunt cõpendium facere itineris, saltu; quàm dispendium commodiore ambulatione. Sic: Maximum campum leuissimo saltu transuolas, Scaliger ad Cardanum. Explicat se mox Tertullianus: *Ademissi tanta de scripturis*, hoc est, intercidisti, reiecasti, & abruptisti, ut lacunæ in librorum contextu permagna existant. Lib. 5. aduers. eundem: *Quantas foueas in Epistola fecerit, auferendo quæ voluit*, Virgil. lib. 4. *Eis medium dictis sermonem abruptit.*

3. Acie figere. *Tom. 1. lib. de Pall. cap. 4. num. 84.*

ES acutè, intentis, & quasi defixis in rem oculis intueri. ἀρετὴς ὄρεν. Virgil. *Oculos horrenda in virgine fixos.* Ut qui vestibus, à naturæ moderatione alienis, hominibusque transuersos de recto statu agentibus, induti, palàm conspicendos se, aut potius deridendos præbent, omnium oculos in se conuertere velle videantur. Ut tamen huiusmodi inspectio, siue spectatio, quam captant, cum probro contumeliæque eorundem, gestantium, sit coniuncta;

vt non laudi, sed vitio vertat. Huic subiungitur: *Digito destinare, Nutu tradere*, de quibus infra.

4. Acies macharæ exerta. *Tom. 5. lib. de Pudicit. cap. 14. num. 115.*

QVVM quasi plenæ iuris, auctoritatis & potestatis habentæ, effunduntur, in aperta oburgatione. Apud Virgil. Ense recluso ibat. Cui cõtrarium est illud Cicer. in Catil. Ar nos vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim Seu. Conf. veramtamen in clusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum. Sic in Apio: Dentes exerti, ad vulnera insfigenda acuti & erumpentes.

5. Nihil ad Andromacham. *Ibid. cap. 8. num. 65.*

Adludere videtur ad veteris alicuius Tragicæ fabulam, nomine *Andromacha* inscriptam. Ex Tertul. colligere est, nihil aliud isthoc Prouerbio significari, quàm hisce: Nihil ad versum, nihil ad Bacchum, ἄδην πρὸς ἔπος, ἀπροσδιόνυσσα, hoc est, aliena à re. Nam hæreticos cum histriõnibus comparat. Hi allegoricos gestus accommodantes canticis, alia longè à præsentis & fabula & scena exprimit, (vt videatur ad Græca Prouerbia respexisse, ἐν ἑσὶ χορῷ ἀρχαῖοι, ἐφορχαῖοι, vel ad ἢ ἀπορχαῖοι, Extra chorum saltare, & de saltare) illi, hæretici scilicet, easdem parabolas quò volunt tribuunt, non quò debent aptissimè excludunt.

6. Ad scamma producere. *Tom. 2. lib. ad Martyras. cap. 3. num. 44.*

RHENANVS: Locus certaminis, in quo congreduuntur athletæ, σκάμμα Græcis dicitur, quòd is fossa cingi soleret, παρὰ τὸ σκάμειν. Hinc Prouerbialiter dictum D. Hieron. de *scammate* & loco certaminis egredi, pro eo quod est: A proposito digredi, siue, Lineas transilire. Sic enim apud illum legendum, scribentem aduersus errores Ioannis Hieros. ad Pammachium: Quum ergo ista quarantur, inquit, cur tu omisisti, super quibus pugna est, de *scammate* & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longè alienis disputationibus immoraris? Porro seipsum exponit, quòd addit: *Et loco certaminis*, Et, enim idem valèt, quòd: id est. Non omittendum, valdè signanter loqui Tertull. Nam athletæ & gladiatores produci dicitur in spectaculis ab ipsiis munerariis qui ludos edunt.

edunt. Sic mox: *vt ad stadium tribunalis benè exercitati incommodis omnibus producamur*. Ex sententia Tertull. est in theatrum, arenam, locum publicum certaminis adducere, ostentandi periclitandique artem, vireis, gratia; & præmium, siue βραβεῖον auferendi, in arenam descendere. Paulus Leopard. Lib. 1. Miscell. cap. 22. vocis significatum explicat: & *scamma* Erasmi, & Cælij refutat. B. Ambros. lib. 1. Offic. Adhuc athletæ in *scammate* sunt, etiam Prouerbialiter; quasi dicat: Etiamnum de præmio certatur, & palma dubia est.

7. Ad quod venimus, hoc age. *Tom. 3. lib. 4. aduers. Marc. cap. 7. num. 65.*

IN facris imperari solitum silentium, his verbis: *Faure linguas; & Græcè, σὴν πῶς ἐς αὐτὸς λέως, & eadem de causa clamari solitum: Hoc age*. Idque Plutarchus in Numa dicere videtur: ὃν ἰχθὺς τι μέχρι τῶν διασώζοντες, ἔπαι ἀρχῶν πρὸς ὄρισιν ἢ ὀσισίαις διατρέχει, βωῶσιν, ὃν ἀγα. Muret. Variar. Lect. 15. lib. Prouerbium igitur erit, quo ad rem institutam attentum aliquem esse iubemus, vt in eam vnam tota mente incumbat: vt nec verbis aliud vsurper, nec in animo secum cogitet.

8. Ex ære collatio. *Tom. 3. lib. aduers. Valent. cap. 12. num. 136.*

RHENANVS: Quamquam hîc symbolæ & collationis sit mentio, (nam Tertull. *conferrunt*, inquit, *in medium*, & mox: *num omnes bonum conferebant*. Item Irenæus: *Vnumquemque*, inquit, *eo quod habebat in se optimum florentissimumque conferentes*, collationem fecisse. Rursus mox: *Et secundi Christi, quem Soterem dicunt*, ex collatione composita fabricatio) nihilominus, quando Ver. exemplaria constanter habent: *Ære collatio*, video non tam *collatio*, legi posse, quod omnibus obuium est, quàm: *collocatio*, pro: *ære mutuatio* & alieno; quod in vnum conferentes boni viri, & apud amicam negotiationi intentum collocantes, sic illum quum ornant, tum adiuant, prius ab eo sibi cauentes. Vnde fortassis vulgò Afiorum usitatum id temporis Prouerbium; vt: *Ære collocatio*, aliquid fieri diceretur, aut diues quispiam esse iactaretur, qui propriis opibus non polleret, sed commodariis & alienis. Sane apud Irenæum alio loco de hoc ipso Sotere legitur: In eum disponentibus velut florem suum: vt *collocatio*, sit hîc depositum. Idem sensus erit, si *collatio*, legas, aut certè non magnoperè diuersus. Equidem apud veteres multa fiebant *Ære collatio*, quibus operibus inscribebantur hæ notæ: *ÆRE* & *COL*. Ad quem morè fortassis hîc respexit Tertullianus. Stips collatio, quæ in pauperum vsus erogatur; & *collatio* siue collecta, quæ & indictio, peltationis pecuniariæ genus: est & σὺμβολον collatio in cernæ adparatum siue pecuniaria, siue penaria. Vnde, *Cernæ collatio*, sodalium aut contubernaliu accubatio, vbi suas quisque adferunt epulas, ἐργονος. Prouerbium in eos conueniet, qui per se nihil valent, sed toti alienis. nixi sunt opibus, quibus subtrahitis corruant, & fide forru-

naque fiant expertes. Diuites in ære alieno, vt Horatius dixit: *Meo sum pauper in ære*.

9. Æsopi graculus. *Ibidem cap. 12. num. 139.*

RHENANVS: De hoc exstat Apologus inter eos qui *Æsopo* vulgò tribuuntur. Vnde Græcis natum Prouerbium: *Ἀἰσώπιος κολοῖος*, id est: *Æsopius graculus*; Dicitur solitum in eos, qui aliena pro suis ostentant. Horat. 3. Epist. lib. 1. *Quid mihi Celsus agit? monitus, multumque monendus; Primitas vs querat opes; & tangere vites Scripta, palatinus quæcumque recepit Apollo. Ne, si forte suas repetitum venerit olim Grex auium plumas, moueat cornicula risum Furtiuus nudata coloribus.* Gabria *μυθολόγος τὸ ἐπιμύθιον* ad sententiam Tertull. est planè accommodatum. *Ἀλλοῖσις πλεροῖσιν ἡμφοισμῶτος ἡὺχει κολοῖος ὀρνέαν ὕπερ φέρειν: Πρώτην δὲ δῶρον ἢ χελιδῶν ἡεπόμε. Μεθ' ἡν ἄπαντες, εἶτα γυμνὸς εἰρέθη. Ἐπιμύθιον, τὸ ἐξ ἑργῶν κτλ. ἄλλος διαλύεται.* Quòd sic vertimus: *Dum iactat alienis amicta plumula Præstare volucres ceteras cornicula; Hirundo primum deripit munus suum; Exinde reliqua. & nuda tandem cernitur.*

10. De Æsopi puteo Asinus. *Tom. 3. lib. 4. aduers. Marc. cap. 23. num. 349.*

VT subaudiatur verba: *modò venis, modò apparuisti*. In eum qui aliundè incognitus, nullaque celebritate nominis præclarus, & quasi ex angulo modò aduenit; qui latuit, siue, vt verbo Horatiano vtar, *sefellit* hæctenus; qui que subitò magnum quid & præclarum audeat iactare, immò auctoritatem & gratiam, cum fama sibi vindicare. Quum Apologus, inter *Æsopicos*, hic non exstat, futile esset aliquid hîc ex coniectura adferre, vnde ortum sit prouerbium: quidquid alij nungentur *περὶ τὸ τῆ ὄντα παροχμῆ λέως*.

11. Agina media, seu: Aginæ æquilibrio ferri. *Tom. 3. lib. aduers. Hermog. cap. 41. num. 142. & Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 9. num. 73.*

IN lib. de Pudicit. *Non enim admittetur exemplorum adequatio, licet in agina congruentissima, si fuerit saluti nocentissima*. Si vt ait Rhenan. ex Festo: *Agina* est foramen illud in quo inferitur scapus trutinæ, hoc est, in quo agitur siue vertitur trutina, & rum in media *agina* cõsistere trutina dicitur, quoties accidit æquipondium, vt neutra pars propendat. Idem erit cum Ansa (quantum ad Prouerbij vsum) quæ est λαβή, in qua examè vertitur, siue in cuius meditullio lingula obuerfatur, & huc illuc nutat, dum lancibus æquatis respõdeat summo puncto, hoc est, neutro inclinet, sed æquo momento discrimen partiat. Vfus Prouerbij esse poterit in eos, qui neutrarum partium sunt, sic vt neque hos neque illos offendat, In eos qui virtutes amplectuntur, quæ mediocritates sunt quædam

inter extrema vitia constituta. In iudices integros, & similia. Videantur Adnotat. Pamelij.

12. Alexandro sublimior. Tom. I. Apolog. cap. II. num. 173.

IN elati excellitque animi homines. Decantatissima animi in Alexandro Magno altitudo, quæ in dictis iuxta ac factis enituit. Qui nihil sibi quod ipse perficeret, à patre relinquit, puer doloerit; qui in Olympiis stadium decurrere, nisi cum Antagonistis Regibus, recusat; qui Asiaticum regnum dispartiri cum Dario rebus integris, noluerit; qui quum ab Anaxagora innumerabiles esse mundos audisset, illacrymarit, qui necdum vnus dominus esset factus.

13. Amazona audacior. Tom. 3. lib. I. aduers. Marc. cap. I. num. 14.

AMAZONES, vel Amazonæ, singulare omnium seculorum exemplar, inquit Iustin. lib. 2. Quorum audaciæ, plusquam virilis, plena facinora, bella, expeditiones commemorantur. At quoniam audacia in muliebri sexu cum impudentia plerumque est coniuncta; Prouerbiū in eos conuenit, qui impudenter sunt audaces & temerarij. Videantur Adnotationes Pamelij.

14. Arias in nos temperatur, quo quassatur caro. Tom. 3. lib. de Resurr. car. cap. 5. nu. 43.

ARIAS, trabs funibus tensa suspensa, cuius caput ferro vestitur, vt durissimam, arietis instar, frontem videatur habere; & more etiam arietis retrò ducitur, vt maiore impetu feriat, subruatque muros. Hinc verbum temperari, quod in adparatu & libratione in ictus destinata, arte opus esset & certa temperatura. Subiungit Tertullianus verbum quassatur Virgil. pulfabant ariete muros, labat ariete crebro ianua, arietat in portas. Cicero: Arias murum percussit. Prouerbia-liter dici poterit, pro eo quod est, validum argumentum nobis obicitur, quod difficile sit dissoluere. Aperta vi oppugnamur. Vt Arietes, & Cuniculi in argumentis, inter se opponantur.

15. Aristide iustior. Tom. I. Apolog. ca. II. nu. 173.

TAM celebris apud Græcos, & præsertim Athenienses iustitia & æquitas Aristidis, vt τῆς δικαιοσύνης cognomen meruerit. Tanta non legum modò, sed æqui boni etiam fuit in homine obseruantia; vt hoc solo nomine in exsilium ab improbis sit eiectus, & diuersis studiis cum Themistocle Remp. administrat.

16. Aspide à vipera venenum mutuatur. Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. cap. 8. num. 53.

DE Aspide sic Plin. lib. 8. cap. 23. Colla aspidum intumescere nullo ictus remedio, præterquam si confestim partes contractæ amputentur. Tam præsentaneum scilicet est venenū. De Vipera,

codem lib. cap. 29. Serpentes vipera sola terra dicitur condi, ceteræ arborum aut saxorum cauis, (sed Aristot. lib. 5. de natura animal. contrà tradit, viperam sub petris sese condere, reliquas serpentes in terra abdi) omnia fecerunt tempore veneno orba dormiunt. L. 7. cap. 2. ait: Qui montem Athon incolant, viperinis carnibus ali. Quod certè argumentum est veneni minus efficientis. Prouerbio igitur isto significabitur pestilentissimum à minus malo ad nequitiam edoceri.

17. Attalicæ diuitiæ. Tom. 5. lib. de Ieiunio cap. 15. num. 94.

SI Attalicæ legatur, nihil difficultatis; notæ Attali, Regis Pergamæni, diuitiæ, quas pop. Rom. ex hæreditate adierit. De quo Horat. in Odis:

Non opes neque Attali, Ignotas hæres regiam occupauit. & Attalicis conditionibus. Vt magnificæ & superuacaneæ illæ diuitiæ atque deliciae, pani opponantur; hoc est: simplicissimo victui. Sin Attalicæ personatæ illæ in cultu & vestibus lautitiæ intelliguntur. Nam Attalicæ ex Atella, Campaniæ oppido) histrionibus celeberrimis, hocius concessum erat, vt personam in scena deponere non cogentur. Vnde fabulæ personatæ, pro Attalicis, κατ' ἐξοχῆν. Dicitur in vestitum superuacaneum, & ad luxum ostentationemque comparatum.

18. A toga ad pallium. Tom. I. lib. de Pallio c. 5. num. 94. & cap. 6. num. 116.

RENNANVS: Pallium Græcorum erat & Philosophorum. Hoc etiam Romani toga reiecta amiciebantur. Hinc illud admirantis vulgi dicitur de potentioribus ad Christianam religionem transgressis: A toga ad pallium. Vnde motus Tertullian. vt scriberet pro Pallio librum. Ammian. Marcell. de Iuliano Aug. Namque in pace, inquit, eius mensarum tenuitas erat rectè noscentibus admiranda, velut ad pallium mox reuersuri.

19. Cæcus à cæco in eandem deductus foueam. Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. cap. 7. nu. 44.

PROVERBIUM vel ipsi Scruatori vstitutum Luc. 6. quoties indoctus indoctum docere conatur, vel imprudens imprudenti dare consilium; atque ita in eodem errores, aut prauas opiniones secum præcipitat. Tertullian. sic interpretatur. Ab eodem rationem errorum & ducatum mutuari.

20. Cæcus in petram offendit. Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. cap. 7. num. 119.

TERVLLIANVS allegoricòs de Marcione, qui errorum præuitate excæcatus, malè de Christo, (petra spiritali) sentiret. Non ab simile: Impingere in scopulum. Lib. de Trinitate, ca. 28. Duobus istis locis, quibusdam effusis luminibus orbat, totus sit in doctrina suæ cecitate superatus. Vsurpabitur in eum, quem opinionum peruersitas ad absurda quæque præcipitem agit.

21. Cæ:

21. Cædere cominus. Tom. 3. lib. 2. adu. Marc. cap. vlt. num. 205. & lib. 3. cap. 5. nu. 14.

COMINVS cedere, cominus dimicare, οὐδέδωκεν μάχην, καὶ ἐγγυθεν; cui contrarium, πρόρραθεν διὰ δουρετῶν ἢ βελῶν. Translatum à bello, in quo nunc conferti pugnant gladiis, & conserere, siue: conferre manus dicuntur; nunc machinis aut etiam amentis procul tela in hostem torquentes. Vtemur eo, quum significare volumus, nos rem propius, seu de propinquo vel le expendere, agitare, & disputare. Argumenta ex rei ipsius natura, non extrinsecus adsumta, ad infirmam alicuius sententiam, adferre.

22. De calcæria ad carbonariam. Tom. 3. lib. de Carne Christi cap. 6. num. 52.

RENNANVS: Calcæria taberna est, vbi calx adseruatur aut vèditur. Sic carbonaria, à carbonibus. Vtus erit, quum res sordida aut molesta, æquè sordida aut molesta mutatur. Et elegas Prouerbiū est, quoties de impuro loco ad nihilo puriore nos recipimus. Quum ex vno malo in aliud diuersum incidimus. Postquã Tertull. Marcionis respòdisset impurissimæ hæresi, ad Apellis æquè impuri confutationem sese accingit. Nò ab simile: E Scylla in Charybdin, è fumo in flammam. Nisi quòd illo Prouerbio quædam malorum diuersitas, & quasi repugnantia significari videatur, vt calx & carbones, ratione contrariorum colorum, repugnant. Sumtūque est ab iis, quibus sordes odiosæ, neque facillè vestitum contaminari sibi patiuntur, quod fuligo vitiorumque efficit.

23. Campis suis diffundere. Tom. 5. lib. de Trinitate cap. 6. num. 26.

HÆC inter se opponit Nouatianus: Inter hæc corporis nostri lineamenta modum aut figuram diuina maiestatis includere; & suis illam interminata magnitudinis campis sine vilo sine diffundere. Nota sunt patentia æquora camporum & immensitates, in propria vocis significatione. Et illud Virgilij:

Equites Messapus in armis, Et cum fratre Coras, Iatis diffundite campis, κατὰ τὸν μεταφορῶν hæc: Rhetorum campus; In aliquo campo Oratorem versati; Ex ingenti quodam immensoque campo in exiguum gyrum Oratorem compellere. Et: Hæc latissimum dicendi campum Rhetori solent aperire. Ex quibus & huius & sequentis Prouerbij vtilitas patet.

24. Campus fufus & latus aperitur. Ibid. ca. 28. num. 127.

CVI contrarium: Non habere satis magnum campum in quo versetur, apud Ciceron. Nouatianus etiam alibi eodem libro: Hæc breuiter sint nobis dicta & strictim posita, & non longa disputatione perrecta. Latius enim patuerunt porrigi, & propensiore disputatione produci.

25. Capitis supercilio loqui. Tom. 3. lib. adu. Hermog. cap. 27. num. 91.

IN supercilio notatur fastus, qua parte aut negamus, aut annuimus. Haud dubiè mutuatus ab Homero illud est Tertullianus Iliad. α. Thetis ad Iouem:

Νημερτὲς μὲν δὴ μοι ὑπόσχεο, καὶ κατὰ νόσον, id est:

Haud dubitanda mihi promitte atque annue.

Respondet Iupiter:

Εἶδ' ἄγε τὴν κεφαλὴν κατανύσσομαι, ὄφρα πείποιθης;

Τὸν δ' ἔξ' ἐμέθεν γὰρ μεθ' ἀθανάτοισι μέγιστον

τέκμαρ. ὃ γὰρ ἐμὸν παλιγάγεσθαι, ἐδ' ἀπατιλόν

ἐδ' ἀπελθόντι γ' ὃ, τὶ καὶ κεφαλὴν κατανύσσομαι.

ἢ καὶ κωνέησιν ἐπ' ὄφρα σὺ νόσον κρονέων. id est, Annutabo tibi capite, vt bene fisa, quiescas;

Hoc siquidem magnū est Diis cum immortalibus à me Iudicium, neque enim reuocabile mi, neque fallax, Quòdque tibi capite annutaro, neque imperfectum.

Dictū superciliū Saturnius annuit atris.

Vnde Plinius Lib. I. Epist. ad Octauiū Rufum: Vide in quo me fastigio collocaris, quum mihi idem potestatis, idemque regni dederis, quod Homerus Ioui:

Τῶ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένδυσεν, ἕν μιν concebit νοτο πάτερ, ἄννυι ἕν μιν.

Nam ego quoque simili nutu ac renutu respondere voto tuo possum. Huc pertinet non temerè existimem: Censorium supercilium, quasi qui supercilio toto vel damnet, vel probeat, quod alij teatricam seueritatem interpretantur.

26. Catharticum dare. Tom. I. lib. de Pallio. cap. 5. num. III.

Καθαριστὸν ἢ καθαριστήριον φάρμακον, ἢ καθαριστὸν, medicamentum ventris fluxum, siue quod aluum deicit. Hinc ὑπὸ Πλάτων dictum Hippocrati. Explicat se Tertullian. Sermone me sua sisti medicamine sapientissimo, ex Græco Senario:

λόγῳ μὲν ἐπίσας φαρμάκῳ σφατάτω. καθαρίσθαι est lustrare & expiare; ad quod adludit Horat. lib. I. Epist. I. loquens de vitiiis animi:

Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem

Possis, & morbi magnam depellere partem. Et:

-sunt certa piacula, quæ te Ter purè lecto poterunt recreare libello. Huc pertinet: Elleboro purgare, & similia.

27. Catone sapientior & grauior. Tom. I. Apolog. cap. II. num. 173.

CATVM Sabini acutum dixerunt, vnde Catonum nomen. Huius autem Catonis, apud Tertull. primi & Censorij, elogium, habes apud Plinium lib. 7. cap. 27. & apud Ciceron. lib. de Amicis, vbi de Catone Lælius: Aut enim nemo; aut, si quisquam, ille sapiens fuit. Et in lib. de Senect. qui Catonis huius nominis inscribitur.

28. Caucafo abruptior. Tom. 3. lib. I. aduers. Marc. cap. I. num. 15.

CAVCASVS, mons Scythiæ vastissimus, cuius, ut ait Plin. lib. 6. cap. 6. iuga, in Colchica Ponti regione ad Rhipæos montes torquentur, altero latere in Euxinum & Mæotim deuexa, altero in Caspium & Hyrcanium mare, variis nominibus, Virgil. 4. Æneid.

-Duri genuit te cauibz horrens

Caucalus, Hyrcanaque, &c.

quibus verbis: *abruptum* explicatur. In hominem agrestem, & durum, intractabilem & inhospitalem.

29. Cerebrum vel cor non habere. *Tom. 3. Lib. 4. adu. Marc. cap. 10. num. 118.*

IN hominis cerebro, spirituum vitalium receptaculo, suprema & quasi regia rationis potestas; in corde totus ipse vitæ fons, & sapientiæ sedes. Hinc vecordes & insipidi, cerebro cordeque vacui dicuntur. Atque aded ipsa corporis vitia, si vel cerebro vel corde sint adfinita, mentem quoque & rationem labefactant. Notus Æsopi apologus de vulpe caput lurae admirante: *ὁ οὐ κεφαλή, ἀλλ' ἐγκεφαλον ἔχει. πρὸς τὸς κτ' τὴν λυχὴν ἀλογισσῶς.* O quale caput, & cerebrum non habet.

30. Cerui in prælio. *Tom. 2. Lib. de Coron. milit. cap. 1. num. 18.*

RHENANVS: Prouerbialem figuram sapit, natum ut apparet, ex illo Chabriæ Apophthegmate, qui dixit: Formidabiliorem esse *ceruorum* exercitum duce Leone, quam Leonum duce Ceruo. Meminit Plur. *Ceruus* & simplex & notæ timiditatis animal, cuius omne in fuga præsidium, quum sit pernicissimum. Hinc *ceruus* viri dicuntur, quum fugæ magis quam viribus fidunt, quique formidolosi sunt. Quibus Mauors, ut ait Virgil. li. II. Ventosa in lingua pedibusque fugacibus; & apud Homer. Iliad. α. Achilles Agamemnoni timiditatem in congressibus præliorum exprobrat:

οἶνοβαρὲς κωδὸς ὄμματ' ἔχων, κορυδαλωτ' ἐλάφοιο:

Zbrie, ceruinum cor habens, oculisque caninos.

31. Chrysiippus ad elleborum. *Tom. 3. lib. de Anima. cap. 6. num. 89.*

CHRYSIIPPVS Cleanthis discipulus, homo acerrimo ingenio, de quo versiculus:

εἰ μὴ γὰρ τὴν χροστῶπος ἐκ ἄν' ἦ σοφ.

Nisi fuit Chrysiippus, haud fuit Stoa.

Refert Valer. Max. lib. 8. cap. 7. Carneadem cum Chrysiippo disputaturum, elleboro se antè purgare solitum, ad exprimendum ingenium suum attentius, & illius refellendum acerrius. Idem A. Gell. lib. 17. cap. 15. Carneades Academicus scripturus aduersus Stoici Zenonis libros, superiora corporis ellebro candido purgavit. Et cap. vbi ellebri efficientem, & duplex genus explicat. Et Plinius lib. 25. cap. 5. idem Carneadi adtribuit, & ellebri naturam describit. Tertullianus ipsi Chrysiippo tribuere videtur: *sententias suas non intelligendo, valetudinis corruptelam suspicari.* Quod Valerius de Chrysiippo

eodem capite scribit: Cuius studium in tractandis ingenij sui monumentis tantum operis laborisque sustinuit, ut ad ea quæ scripsit, penitus cognoscenda, longa vita sit opus. Et ut Cicero de eodem: Quædam, inquit, proponerent, quæ ne ipse quidem potuit dissoluere. At Lucianus fabulatur in 2. verat. Narrat. lib. Non licuisse Chrysiippo in beatorum insulam immigrare, nisi quartum iam sumto elleboro. Adludens huc, quod ter in vita bibisse memoratur. Hinc elleborum bibere, edere, eoque se purgare iubentur, qui mentis capitiisque vitia sibi leuari velint.

32. De cælo superuenit. *Tom. 1. Apolog. ca. 10. num. 162.*

VIDEANTVR Adnotationes Pamelij. Explicat Tertullianus in ignotos, & vel ex inopinato apparere; qui & cælestes & cælo delapsi, vel è cælo cecidisse dicebatur: *ἐργονπετις.* Illud sumtum videri potest à scenis Tragicis, in quibus ferè, *αὐτὸ τὸ μυχῶν βέδς.* Est enim machina supra scenam locus, unde ex improviso Deus aliquis apparebat.

33. De cælo in cœnum. *Tom. 2. lib. de Spect. cap. 25. num. 189.*

TERTULLIAN. De Ecclesia Dei, in Diaboli Ecclesiam tendere. Et lib. de Coron. milit. De cæstru lucis in castra tenebrarum nomen deferre. Elegantiâ adfectauit Tertull. *ἐκ τὸ πρὸ βορρῆας, ut sit luci tenebras, vitæ mortem præferre.* Quum ab honestissimis actionibus studiisque, ad flagitia, ad vanas turpesque exercitationes deflectimus.

34. Cœna æstiuâ post assum. *Tom. 3. lib. de Anima. cap. 32. num. 387.*

VIDE TVR innuere Tertullianus in cœniæ suæ, post assum, hoc est: carnes assas, nihil præterea ferculorum importari solitum, ita ut finis cœnæ fuerit assum. Vti Empedocles in ardenti Ætna probè assus, in nullum aliud corpus est mutatus, atque ided finis fuit metensomatoseos. Quid si huc adludat? Græcis, qui ona cum turdis & leporinis carnibus ac mellitis placētis, secundas mensas dabant, mos iste fuit, ut in fine cœnæ linguas igne torridas post sermones, degustandas darent. Quare, finitum aliquid esse, nihil esse reliqui, Prouerbio significatur.

35. De corio suo ludere. *Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 3. num. 49.*

A Chamæleonte tractum, qui toto corpore reddit colorem quemcumque proximum adtigerit, præter rubrum & albū. Itaque adagiū patet in hominem versipellem, inconstantem ac pro tempore in omnem habitum sese vertentem. Cui simile: Proteo mutabilior.

36. Cræso & Crasso copiosior. *Tom. 1. Apolog. cap. 11. num. 173.*

CRÆSI Lydorum Regis opulentia apud Græcos in Prouerbum abiit, qui Cyro Persæ bellum

bellum facere ausus. M. Crasso apud Roman. diuitis cognomentum additum, qui in agris suis Stertium vicies mille possedit; & neminè esse diuitem, nisi qui exercitum alere possit suis fructibus, dixisse memorat Cicero in Paradox.

37. Cubito pellere. *Tom. 3. lib. de Anima cap. 55. num. 605.*

SI quid perperam dictum aut improbius reprehendimus, in larus proximi, cuius dicta non probamus, cubitum impellere solemus, & procul à nobis, quasi abhorrentes, detestationis causa, arcere. Horat. lib. 1. Epist. 6.

Mercetur se. num. qui diliter nomina, leuam

Qui fodiat latus.

Intelligit seruum à memoria, sine nomenclatorum. Vbi fodere latus, est manu vel pungere, vel tūdere, quod fit monedi, suggerendi, & impellendi gratia. Erit igitur, adspernari & respuere homines tam praua opinione imbutos.

38. Cuneo extrudere. *Tom. 3. lib. 1. aduers. Marc. cap. 21. num. 150.*

HOC cuneo veritatis omnis extruditur hæresis. Cuneus, ferreum vel ligæum instrumentum, quo, ut ait Virgilius, scindebatur fissile lignum; à cuius forma, Cuneus in acie pedites confecti, qui iuncti cū acie, primo angustius, deinde latius procedunt, & aduersariorum ordines rumpunt, quia à pluribus in vnum locum tela mittuntur. Quibus opponitur ordinatio, quem forficem vocant, quæ lectissimis militibus cōfertis in V. litteræ formam componitur, & illum cuneum excipit, atque ex vtraque parte concludit. Quo facto, aciem non potest erumpere. Ex priore significato sunt illa: Malo nodo, malus quærendus cuneus; à sectoribus roborum, pro malum malo retundere; &: clauum clauo pellere. Ad quæ hîc adludere videtur Tertull. In sequentibus ludere videtur altero significato.

39. Cuneo occurrere. *Tom. 3. lib. de Resurr. carn. cap. 2. num. 18.*

SVMTVM à re militari. Virgil.

Agmina densentur cuneis. &: omnes

Dant cuneum, densaque ad muros mole feruntur.

&:

Quæ globus ille virum densissimus urget.

Eritque valida confertaque alicuius rationibus argumenta opponere.

40. Cuneum primum congressionis armare. *Tom. 3. lib. aduersus Valent. cap. 3. num. 24.*

CVI subiungit Tertullianus: *detectorem conscientie illorum, primam hanc victoriam auspiciamur.* Sic Antecurtores, equites præmissi, solent detegere hostilis copias, insidias, & numerum. Et prima victoria quasi omen est pugne. Omnia translata à conflictu martio prælij, ad disputationem, quod est certamen litterarium.

41. Demosthene eloquentior. *Tom. 1. Apolo. cap. 11. num. 173.*

NIHL Demosthenis oratoria vi clarius, inquit Valer. Max. lib. 4. cap. 5. & cap. 7. lib. 8. Demosthenes, cuius commemorato nomine, maximæ eloquentiæ consummatio audientis animo oboritur. Quintil. libro 9. eiusdem commemorat elogium.

42. Digni nutu loqui. *Tom. 3. lib. adu. Hermog. cap. 27. num. 91.*

IN Apolog. cum digitorum supputariis gesticulū. Priscis vsitata supputandi ratio, quæ fiebat digitorum flexu. A Vener. Beda loquela digitorum, siue per gestum digitorum, dicitur. Alex. ab Alex. li. 1. c. 14. Veteres gestu manus, modò dextræ, modò sinistra, & digitorum depressione aut circumflexione, sapè annos diuenerunt, &c. Ad quem morem adludit Tertull. quum addit: *nutu accomodato; alcius tollens, & quasi retrò iactans.* Vsurpatur in hominem plus nimio sibi sumentem, & pro arbitratu suo, quod lubet, statuentem.

43. Digno destinare. *Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 4. num. 84.*

TERTULLIANVS lib. de Veland. virg. dum, digitis demonstrantium titillatur. Est potentis, digitis denotare & monstrare. Hora. Ode 3. lib. 4. *Quod monstror digito prætereuntem, Romana fræcen lyra.*

& lib. Ep. od. 4. explicat nostrum prouerbum ex Tertull. sententia.

Videsne sacram metiente te viam

Cum bis ter vlnarum toga,

Ut ora vertat huc & huc euntium

Liberrima indignatio?

44. Dimicare ad certum. *Tom. 3. libro 3. adu. Marc. cap. 5. num. 14.*

SOLENT gladiatores & pugiles inter se congressuri, antequam ad manus ictusque veniât, quoddam quasi præludij specimen edere; & ut B. Paulus ait: aërem verberare. Virgil. lib. 5.

Talis prima Dares caput altum in prælia tollit,

Ostenditque humeros latos, alternaque iactat

Brachia protendens, & verberat ictibus auris.

Tum postmodò:

Immiscētque manus manibus, pugnamque laceſſunt.

Et lib. 12.

-Ventiſque laceſſit

Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Potest & videri sumtum à iaculatoribus, qui scopum, ad quem colliment, sibi proponunt. Huc pertinet B. Pauli illud 1. Cor. 9. Ego itaque sic curro, ut non in incertum, sic pugilem ago, non velut aërem feriens.

45. Dimicare cominus. *Ibidem. vide: Cædere cominus, superius.*

46. Epicitharisma post fabulam. *Tom. 3. lib. aduers. Valent. cap. 33. num. 367.*

HENANVS: Quum fabulæ recensebantur olim publicè, ad demulcendos spectatorum animos, qui tædio longæ narrationis iam languebant, in fine, priusquam dimitterentur, citharædus aliquis prodibat. Solent & ante & post iustam fabulam quædam cani in oedeo à re aliena, ad Auditorum fastidia dispellenda dumtaxat. Vnde illa proœmium quasi præcentio, πρὸ ῥ' οἰμῆς, ante cantum ordinarium, quod Rhetores per translationem suæ orationis Exordium dixerunt. In Poësi, Prologus, & contrà, Epilogus. In tibiarum intentione, Proaulion. Poterit dici, corollarium vana alicuius cœpti, aut commentum additum.

47. Fauos post fella gustare. Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 14. num. 196.

HENANVS: Prouerbij speciem habet, de eo vulgò dici solitum qui toleratis aduersis, lætioribus tandem rebus potitur. Huc faciunt illa: Ex tempestate in portum; post agonem corona. Vulgare: Ab atro pane ad candidum; virtutis radices amaræ, fructus suauissimi.

48. Fibulam laxare seu relaxare. Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 11. num. 144.

HENANVS: Prouerbialiter dictum, pro: Aperire fenestram, & : aniam dare delictis, quæ & ipsa Prouerbij schema habent. Huic opponitur quod idem libro de Monogamia dixit: fibulam imponere, quod est, compescere & cohibere. Natum videtur à fibula cinguli, qua vestis fluxa adstringitur, vel adstricta remittitur. Virgil.

Aurea purpuream subnectit fibula vestem. Sed quoniam ad carnis lubricas voluptates plerumque Tertullianus refert; referri poterit ad fibulam adstringentem, qua olim adolescentulis in venere prurientibus prorsusque parteis genitales traiciebant, quod infibulare vocant. Cuius rei ratio est apud Corn. Celsum, mentio apud Marcial. & Iuuenal. vt in eos dicatur qui ruptis pudoris repagulis, in libidinem præcipites feruntur, & dissoluti in omne licentiæ genus.

49. Filium tenuissimum pendente vestigio adgredi; fortassis: ingredi. Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 10. num. 83.

TERVLLIANVS sese explicat, & à funambulibus hoc locutionis genus, translatum significat, dum præmittit: funambule pudicitie. Funambuli, ὑποβάται, & σχοινοβάται, per extensum funem incedebant, cuiusmodi incesus in impetitis periculo lapsus non carebat; Et hinc vestigio pendente (nam in aëre pendere videntur) opponit: In gradu totum esse, in solido esse. In eos ergo competet, qui rem periculo plenam adgrediuntur. Ouid. de casuum humanorum varietate: Omnia sunt hominum tenui pendencia filo.

50. Fossam determinare. To. 3. libro de Præf. adu. heret. cap. 10. num. 68.

HENANVS: Ultra quam transilire non liceat, Metaphorica locutio. Vallum castrorū consuevit, vel ex cespite aggesta humo, vel du-

cta ingenti fossa, quam quum munitionibus nemmo transcenderet, communiti, intra quam milites continebantur; vel huc pertinet, quod supra de scammate dictum est. Erit igitur, certas alicui leges esse præstitutas, à quibus nefas sit recedere. Græcis non absimile, ὑπέρ τὰ ἔσχατα μὲν καὶ πηδᾶν, vltra fossam salire.

51. Fluctus vtrimque te inuoluunt. T. 3. li. 1. adu. Marc. cap. 7. num. 50.

ATEMPESTATE maris, & decumanis fluctibus, ad argumenta vtrimque aduersariorum capientia. Nam & dilemmata vtrius Tertullianus. Quasi dicat: Nō est effugio locus, vtrimque siue ex vtraque argumenti parte constrictus & irretitus teneris. Potest & vsurpari in eum, qui geminis & ancipitibus malis circumcluditur. Virgil.

Vario curarum fluctuat æstu.

52. Frenare. Tom. 5. lib. de Pudic. ca. 16. n. 136.

TERVLLIAN. Tenebitur frenandis continentia coniugis. Vltatissima ab equis Metaphora. Virgil.

Iustitidque dedit gentis frenare superbas.

Horatius:

Hunc (animum) frenis, hunc tu compece cætemis.

hoc est: coërce & comprime animi perturbationes. Cui opponit ex Tertull. fibulam laxare vel relaxare carni. Cicero: alicui frenos furoris iniicere, & : alicuius furorem frenare.

53. Frenos relaxare, vel laxare. Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 2. num. 22. & :

Frenos restringere. Ibidem.

CONTRARIA sunt. Virgil. lib. 1. Æneid. Qui sedere certo

Et premere, & laxas scire dare iussu habenas.

Cicero: Alter frenis eget, alter calcaribus. Tertull. ad disciplinā transtulit, vt significet, vel nimia indulgentia, vel immodica feueritate, in disciplinæ obseruatione vti.

54. Fronte sua proponi. Tom. 5. lib. de Monogamia. c. 12. n. 100.

HENANVS: quod liberè & apertè debeat proponi, nō coactè & teclè. Vera fronte apud Cice. pro C. Rabir. est ex animo & citra fucum facere quid vel dicere; & contrà: mendaci fronte & vultu, per simulationem. Hinc illud: Fronti nulla fides. Frons enim & oculi declarāt maximè adfectū animi. Et apud Terentium: Vultum fingere, est componere ad simulandum vel dissimulandum aliquid. Opinor tamen verisimilius ad hoc respexisse Prouerbij Auctores. Quum in fronte pudori sit sedes (vnde perfrictæ frontis homines) quum quid ab honestate non discrepans, quòdque non temerè vertat pudori, vel facimus vel dicimus; nostra fronte id nos facere vel dicere, possumus vsurpare. Quum si quid contrà vel turpe vel indecorum faciendum sit, aliena fronte, siue per sobornatos, id faciamus dicamur, & nostro parcamus pudori.

55. Qui

55. Qui fugiebat, rursus præliabitur. Tom. 5. lib. de Eug. in persecut. cap. 10. num. 72.

HENANVS: Demosthenes olim fugiens ex prælio Chæronensi, in quo succubuerunt Athenienses aduersus Philippum Macedonum Regem pugnantem, scdam eam fugam, ob abiectum clypeum exprobrantibus solitus est hoc versiculo respondere: ἀνὴρ ὁ φεύγων ἵσθη πάλιν μάχισσεται, hoc est: Vir qui fugit, rursus capelet prælia. Tertullianus paulo antè hæc opponit: Stare immobiles præcipit vtrique, nec fugamobiles, & accinctos in fugam, an in occursum Euangelij? Hastam abiiicere, & Græcis ἐπιλάσσεις, & ἀσπίδα ποβλήεις, ἀπὸ τῆ ῥίπτεν καὶ ἀποβάλλειν τὴν ἀσπίδα. Prouerb. pro: diffidere causæ, vel causæ defensionem deserere. Tertul. Prouerbio (quod à Græcis profectum) moneri possumus, non protinus despondere animum, si quid infelicius successerit; & quum hac non successit, vt ait Comicus, alia adgredi via.

56. Funem contentionis ducere. Tom. 3. li. 4. adu. Marc. cap. 4. num. 28.

REQVENS est apud bonos Auctores: Ducere funem, quod sumtū μεταφορικῶς à Comica salutatione, quam κρόδακα & κροδακισμὸν appellant. Terent. Adolph. Tu inter eos restim ductitans salitabis; & apud Aristoph. νεφέλαις. ἔδδ κρόδακ. εἴλκυσον. In quibus choreis qui præfulsor est, & moderator, funem ducit, quem alij adprehensio fune præeuntem sequuntur. Hinc apud Ciceron. familiam ducere est, esse principem & auctorem alicuius scctæ, & Horat. de Pecunia epist. 1. Totum digna sequi potius, quàm ducere funem.

Sed quid hæc ad contentionem & certamen? ad pertinacem opinionum defensionem? Ad ludere igitur videtur ad aliud lusus genus, in quo fortè funem medium vtraque pars in diuersa obnitès ad se pertrahere nitebatur, & alteris extorquere. Qua in re propositum erat victoria præmium, quod non paucis locis à pueris obseruatur hodie: quem funem cōtentionis vel contentiosum, à partium contentione (vt Kybal Flandri, in lusu pilæ palmarie, quum luditur datatum) appellat Tertull. qui addit: pari hinc in de nifu fluctuante, fortasse: fluctuantem sub funem.

57. Fune contentioso diem ad vesperam ducere. Tom. 1. lib. adu. Iudæos c. 1. nu. 1. & Tom. 3. li. de Resurr. carnis c. 34. n. 254.

VEL: in vesperam trahere. Cui addit Tertull. alternis vicibus, vt supra pari hinc inde nifu. Cicer. 2. Epist. 1. lib. Familiar. Hac controuersia vsque ad noctem ducta, & 2. Epist. 4. lib. ad Attic. Quum ad Clodium ventum est, cupiit diem consumere. Plinius: Actionem meam, vt prælia nox dirimit. & : Dixit in noctem, atque etiam illatos lucernis. Apud Roman. quum quid differri, vel in diem diffindi vellent intercessores, dicendo diem ducebant, nequid eo die ipso à Senatu decerneretur; dicebaturque diem extrahere, tempus trahere, & prolatare consultationes apud Sallust. Itaque si-

gnificabitur contentionis diuturnæ pertinacia. In li. de Resurr. car. cōtentionis fune ducere, est argumētis prolis perplexisque rem agitare.

58. Funem contentiosum alterno ductu in diuersa distendere. T. 5. li. de Pu. c. 2. n. 22.

PRÆTER ea quæ supra adlata sunt, hoc pro- uerbio admonet, Diuturnū funem dici, qui per orbiculos trochleæ (quæ est machina tractoria, cum aëro ligneo orbiculo, qui circum axiculū versatur, siue rotula striata, quæ Caterol & Mouffle Belgæ appellēt) trahitur. Qua machina vtrimur in oneribus, fascibus, faccis frumētariis in altum ad tollendis, & per fenestras immittendis. Qui funis dicitur contrà demitti. Virgil.

Demissum lapsi per funem. Alterno ductu, vt supra, Alternis vicibus; pari nifu hinc inde. Idemque significabit. Vtrimque magna cum pertinacia rem disputando agitare.

59. Funem longum adtrahere. Tom. 2. libro de Veland. Virgim. cap. 14. num. 115.

NOTVM est illud B. Gregorij Moralibus: Oritur ex suggestione cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio, ex delectatione consensus, & c. vsque ad certam damnationem. Quæ est longa illa & horrenda peccatorum catena. Qui funes atque compedes, quibus constrictum hominem Satanas non solum in omne genus malorum, sed etiam tartaream abyssum præcipitat. Apud profanos auctores Catena negotiorum, Catenati labores. Pindar. ἀνοσφραῖ σχοινοῖν μεριμνῶν.

60. Glacie fragilior. T. 3. li. 1. ad. Mar. c. 1. n. 14.

ALII: Gelu fragilior. De homine inconstante & fœdistrago. Nam fragile opponitur firmo & stabili. Fragilitatis in glacie causa est, partiu excreto calore, quod coniungendi vinculum est, raritas.

61. Gradu cedere, de gradu cedere, siue paulisper decedere. Tom. 3. lib. de Præf. adu. heret. c. 9. n. 64. & lib. 5. adu. Marc. cap. 16. nu. 256. ac Tom. 5. lib. de Pudic. ca. 7. n. 53.

OMNES metaphoræ ab athletis sumtæ iam congregentibus, siue gradum, pedem, manum conferentibus. Li. de Præf. adu. her. Cedo nunc sponte de gradu isto. Quod est, nō impulsus, nec argumentis cuius de iure meo concedo; hoc dono aduersario, quod defendere mihi sit proclique, & ad firmiores rationes recorro.

62. Gradu eodem occurrere. Tom. 3. li. 4. ad. Marc. cap. 29. num. 492.

SVMTVM à gladiatoribus, qui cum Antagonista decertaturi gradum figunt, & ictus declinandi causa cedentes, iterum procedunt, & eodem gradu consistunt, & obuiam euntes renuntur. Erit, eodem argumento & telo vii.

63. Gradu excludere, expellere, de gradu pellere. T. 3. li. de Ani. ca. 6. nu. 82. & li. 1. adu. Mar. c. 13. n. 71. ac lib. 4. adu. Marc. c. 9. nu. 104.

LIBRO de Anima: huius definitionis gradum excludere, hoc est, ostendero definitionem consistere non posse, neque rem definitam cum ea retro commutare; quod est vitium in rei definiendæ ratione primum. *Cum Deum hoc gradu expellimus, hoc est, quum Deo hanc potestatem prærogatiuâ, vim creandi adimimus. Te gradu pellam, hoc est, cõuinca te falsi, & tuas rationes infirmæ. Hæc omnia à colluctatoribus sumta, significant aduersarium confutare, & in certamine disputationis superare.*

64. De gradu deiici, aut moueri. *Tom. 3. li. de Resurr. carnis cap. 2. num. 18.*

APVD Ciceron. lib. 1. Offic. De gradu deiici, est animo confertari, & velut à statu mētis demoueri, nec præsentis animi uti consilio. Huc pertinent, Moueri loco, deturbari gradu. Cui contraria: Reponi in gradum, & Restitui in locum. Ter. *deiictus vel motus de gradu eius spei, hoc est, qui iam spem abiicit, in qua innitebatur alienis persuasionibus inductus.*

65. Gradum alium inire. *Tom. 3. lib. 4. aduer. Marc. cap. 6. num. 52.*

EST alia adgredi via, & noui inire certamen, vel saltem nouo modo. Vel, re vna iam improbata & labefactata, ad alterius euersionem sese accingere.

66. Gradum conferre. *Tom. 1. lib. ad. Iud. c. 2. n. 6. & c. 7. n. 27. & li. 3. ad. Marc. c. 2. n. 4.*

MILITARIS phrasis; vt illa: Collato pede præliari; conferre manum vel pedem; conferre gradum cum hoste. *καταρχεσθαι ἢ μάχη, Auspicari certamen disputationis: Ad rem propius accedere. Ho. ἐσιδὲς ἰόντες, cominus cõgredi.*

67. Gradum dirigere. *Tom. 3. lib. 4. ad. Marc. cap. 37. num. 601.*

EST aliquod referre vim ingenij, ad aliquid expendum se comparare.

68. Gradum figere. *Tom. 2. lib. de Veland. virg. cap. 11. nu. 86. & To. 3. lib. 4. ad. Marc. c. 2. nu. 18. lib. 5. ad. Marc. cap. 10. num. 154. lib. adu. Praxean. cap. 8. nu. 56. & cap. 22. nu. 135. To. 5. lib. de Ieiun. cap. 11. num. 71.*

RHENANVS: Translatio ab athletis in certamine congregiētibus, sermo Prouerbialis. Consistere cum constantia, & apud Tertull. tot locis est, sententiam semel conceptam acriter defendere, in eaque persistere; aut premere argumentum suum, vt loquitur Cicero, vel in vnus rei diligenti persuitatione immorari, & nullis vti excursionibus à re alienis.

69. Gradum in acie figere. *Tom. 5. lib. de Fuga in persecut. cap. 11. num. 80.*

APVD Virgilium frequens: State viri, adhor- tantis vt ex fuga sistant. vnde Iouis Statoris nomen. Et lib. 10. Æneid.

*Eidite ne pedibus, ferro rumpenda per hoste
Est via.*

Prouerbial. Argumentis aduersariorum non moueri, pertinaciter in sententia persistere, suam causam acriter defendere. Li. de Ieiun. *State in isto gradu si potestis.*

70. Gradum mouere. *Tom. 5. lib. de Ieiun. ca. 13. num. 78.*

TERTULLIANVS sic interpretatur: *Monsistis gradum excedendo traditionem, quum qua non sunt constituta, obitis.* Est igitur: recedere ab instituto, siue à præscripta norma; cedere aduersario victum. Virgil. lib. 2.

Retorque pedem cum voce repræsit.

71. Gradum obstruere. *Tom. 1. Apolog. c. 27. num. 424. Tom. 2. lib. de Veland. virg. cap. 15. num. 120. Tom. 3. li. de Præscript. ad. hæret. c. 15. num. 99. & li. de Resurr. carnis. c. 48. n. 344.*

HVNC igitur gradum potissimum obstruimus, non admittendi eos ad vllam de scripturis disputationem, hoc est: hoc primum opponimus, à congressu remouemus. In Apolog. *Prouocati ad sacrificandum obstruimus gradum perfidie (al. pro fide) conscientie nostræ, hoc est: antequertimus, ne perfidia irrepat mētibus nostris.* Cicero: obstruere perfugia improborum. Li. de Resurr. carn. *vt quod aduersarij in prima statim acie obstruunt, in vltima congressione proster- neremus.*

72. Gradū sustinere. *Tom. 3. li. 1. aduer. Marc. cap. 1. num. 23.*

QVI oppugnantur, dicuntur vim & imprefione hostilē sustinere, siue sufferre. Hinc Prouerbialiter, pro: Suscipere alicuius rei defensionem, siue sustinere. Tertullianus sic transtulit ad litterariam disputationem: *Alium libellus hunc gradum sustinebit aduersus hæreticos.*

73. Gradum vnum insistere. *Tom. 3. li. Scorp. adu. Gnost. cap. 8. num. 52.*

AD DIT Tertullianus, & explicat se: *in hoc siliū prouocamus. Insistere, & referre pedē, & longius procedere, cõtraria sunt.* Cicero: *insistere in aliquo statu, est commorari.* Prouerb. ab instituta disputatione non egredi, & in vnus rei disquisitionem incumbere.

74. Gradus hic stabit. *Tom. 3. lib. de Anima cap. 6. num. 83.*

TERTULLIANVS: *Sed nec hic gradus stabit, hoc est: hæc ratio, hæc definitio, hoc argumentum firmum non erit neque consistet; facile poterit refelli & infirmari.* Adfirmatè: hoc ego defendendum aduersus omnes rationes suscipiam; huius pronuntiatu veritatem propugnabo.

75. Ad

75. Ad gradum præsentem occurrere. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. cap. 19. num. 125.*

CICERO: Consiliis alicuius occurrere, atque obfistere. Tertulliano est, argumentum pro re nata, eludere responso & contraria ratione.

76. De gradu primo præcludere. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. cap. 5. num. 14.*

ADIVNGIT Tertull. *adhuc & quasi de longinquo;* cui statim oppositum subiungit: *Ad certum & cominus dimicare;* quæ supra explicat huc faciunt. Solent gladiatores ante iustum cum Antagonista certamen, ostentandæ artis & oblectandi spectatoris causa, præcludere, vt apud Virgilium Arcstes:

Ostendens artem pariter, arcumque sonantem.

Est igitur leuia & quasi ludicra adferre argumenta, & imbecilliora, initio, antè quàm ipsum robur argumentorum depromatur.

77. In gradu esse. *Tom. 5. lib. de Pudicit. ca. 10. num. 83.*

IN vno argumento insistere. Cui opponit Tertull. *pergere.* Quod interpretari possumus, Exsitionibus siue pronuntiatu complexionem elicere, & ad rei probandæ summam peruenire. *In gradu totus esse, ille dici potest, qui proponit quidem, sed nihil concludit.* Qui sorte, siue argumentatione acerali vtens in initiis immoratur, longè que abest ab extremo conclusionis.

78. In gradum decurrere. *Ibid. cap. 21. n. 183.*

AD nouam rei disquisitionem se comparare; re vna explicata, ad aliud progredi.

79. In gradum rursus. *Tom. 3. lib. 1. aduersus Marc. cap. 9. num. 155.*

QVVM ab instituto per digressionem, siue *παρεκκασιν*, abrepti abductique longius, eodem vnde diuertimus, regredimur; & eandem rem denud agitamus expendimusque.

80. In gradu ipso prouocare. *Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. cap. 1. num. 12.*

SVMTVM à prouocantibus ad pugnam, qui quum gradum institerint, aduersarium opperiantur & intentato telo laceffunt. Significat itaque, caput rei adgredi, & rem altius non repetere neque longè arcessere; sed ea super quibus pugna est, initio inquirere, ab eorumque inquisitione non recedere.

81. Habenis effusis. *Tom. 5. Epist. de Cibis Iudaicis. cap. 41. num. 14.*

HABENÆ, lora sunt, quæ freno vtrimque adligantur ad equū regendum. Hinc illa Metaphoræ, laxissimas habenas dare amicitia. Cice. Virgilius lib. 5.

*spumanti que addit
Erena feris, manibusque omneis effundit habenas.*
Proprietè lib. 12.

*nullo discrimine cadem
Suscitatur, irarumque omneis effundit habenas.*
Translatè. Et Orator dicitur in peroratione totos eloquentiæ aperire fontes, & omnes adfectuum habenas effundere. Contrarium est: Iniicere habenas, pro compescere, & impetum sistere. *Habenas effundere, dare, laxare,* Græcis ἀέναι χαλινὸς, πῶσιν ἀφιέναι, ἢ ἄλλω ἐφιέναι τῶν ἵππων, pro: Nimum indulgere, nimumque permittere libertatem. *Habenas effusis,* est licentissimè, liberrimè, & intemperantissimè, vel immodicè. Idem Nouatianus lib. de Trinitate: *Jndulgentia sua sinus largos profudit;* &: *Sub iugo enim naturalis legis omnibus data, alia quasi effenis reuocat a retrahuntur, alia quasi effusis habenis excitata impellantur.*

82. Hamaxobio instabilior. *Tom. 3. lib. 1. ad. Marcion. cap. 1. num. 12.*

VIDEANTVR Adnotat. Pamelij. Historicis & Poëtis celebrati *Hamaxoby,* vel Hamaxobita, Sarmatia gens. Quos sic describit Horat. lib. 3. Od. 24.

*Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos,
Fruunt, & rigidi Getæ,
Immetata quibus iugera libera
Fruges, & Cereem ferunt;
Nec cultura placet longior annua.*

Ergo non modò in eū dicitur, qui sedes subinde mutat, & fabulam vndecumque motoriam agit; sed qui versatili est animi sententia inconstans.

83. Hieme frigidior. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. cap. 1. num. 14.*

VERBA, iudicia, homines frigere dicuntur Ciceroni; &: In re frigidissima calere, in feruentissima frigere, opponit metaphoricè, &: Lentus in dicendo, & penè frigidus. De homine infulso, tardi stupidique ingenij. Vt calidus de alacri & excitato animo. Et: Calida consilia, est, præcipitia & temeraria.

84. Hypobrychium irrespirabile. *Tom. 2. li. de Idolol. cap. vlt. num. 170.*

VIDEANTVR Adnotat. Pamelij. ὑποβρύχιον, τὸ ὑπὸ τῆν κυμάτων χαλυπόμενον, quod fluctibus est obrectum. Homer. Odyssæ.

τὸν δ' ἀρ' ὑπέβρυχα θῆκε πολὺν χρόνον.
vbi ὑπέβρυχα Poët. pro ὑποβρύχιον, ὅν καταδύσαστα εἰς τὸ ὕδωρ, qui sub aqua subit. Hæc ferè Paul. Leop. lib. 8. Miscell. cap. 23. Sed quum Ter. dicat: *Jnenarabile excusis profundum, inextricabile impactis naufragium, irrespirabile deuoratis hypobrychium,* videtur locum significare, inum scilicet matris fundum; in quem & excusis natandi imperiti & impacti, nec tabulis nec scopulis adhaerentes deferantur. Significabit ergo Prouerb. Extremum periculum, vt omnis salutis emergendique è malis spes adempta sit.

85. In alium ictum considerare. *Tom. 3. Scorp. adu. Gnostic. cap. 5. num. 35.*

OCURSVM est huic plagæ in alium ictum consideremus, &c. Alij longè aliter distinguunt. A gladiatoribus sumtū. Cicer. 1. Catil. Quot ego tuas petitiones, ita coniectas ut vitari posse non viderentur, parua quadam declinatione, & ut aiunt, corpore effugi; & Virgil. lib. 5. de Pugil. *Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat Arte locum, & variis assultibus irritus urget: Ostendit dextram, insurgens Entellus, & alie Extulit, ille ictum venientem à vertice velox Præuidit, celerique elapsus corpore cessit.*

Vt sit: vno argumento refutato, alius infirmationem inquirere, & rationem secum inire qua improbari possit.

86. Istro fallacior. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. cap. 1. num. 15.*

VIDEANTVR Adnotat. Pamelij. Quis ab histrice animante hoc sumtum dicat? *Istria* regionis incolæ, non *Istri* aut Histri, sed *Istrij* dicuntur; quibus quis fallaciam tribuat, non reperio. Reliquum est igitur, ut *Ister* fluuius, alio nomine Danubius, huic prouerbio locum fecerit. Quum Tertull. Marcioni tot titulos honorificaque appellationes, à locis, gentibus, Ponto, Patriæ vicinis, & rebus eidem peculiaribus, adsigner. Dicitur autem: fallax *Ister*, vel propter sinuosos flexus (vt *Mæander*) vnde à Poëtis rerortus & sinuatus dicitur, vel propter ostiorum multitudinem (inter quæ vnum est *Pseudo-stoma*, quasi fallum vel fallax ostiū) quæ fallar in instituto cursu nauiganteis; vel quòd subita inundatione plerumque accolat inopinatò opprimat. *Tibul.*

-Fallax quoque testis

Pannonius, qui Istri accolat.

Auson.

Et fontem Latii ignotum annalibus Histri.

(adspirat namque.) Ignotum, quia fallit & latet.

87. Iugum excutere, & Ceruicem à iugo excussare. *τ. 5. li. de Pud. c. 10. et 12. n. 81. et 95.*

IGV M, quod boues induunt, cum trahunt aratrum vel currum. Cicer. Boum ceruices natæ ad iugum: Metaphoricòs seruitutem aut onus graue significat. Hinc illa: *sub iugum mittere. Iugum deicere à ceruicibus*, est: liberare violèta dominatione, graui onere seruitutis. Contrar. apud Virgil. 12.

Ni fenum accipere, & victi parere fatentur.

Tertull. lib. de Idol. vinculum & iugum nobis relaxauit, & lib. de Pudic. operum iuga reiecta sunt, non disciplinarum.

88. Lamix turres. *τ. 3. li. ad. Valè. c. 3. n. 23.*

DE *Lamiis* multa Politianus in Præfatione in Dialect. & Brasicanus eius commentator. Hadrian. Iunius Adagio 34. Cent. 2. & Cæl. Rhodig. c. 5. lib. 29. vbi de Menippi Lycij amica, in cõiugem iamiam adsciscenda, post multa ait quidam Philosopher: *Bella hæc sponsa vna est τὼν ἐμπα-*

σῶν, ἃς λαμίας τε καὶ μορμολυκίδας οἱ πολλοὶ γέννται, hoc est: ex *Empusis*, quas & *Lamias* & *Mormolycias* plerique putant. *Turres* autem commemorat Tertull. quòd ingentem specum ad rupis radices infedisse fabulantur *Lamiam* in Libyæ locis reginam. Dicitur igitur de rebus in speciem formidabilibus, in quibus nihil inest periculi. Nomina ad terrorem inuenta, fabulæ aniles.

89. Latere hoc defendit. *Tom. 3. lib. de Resurr. car. cap. 2. num. 21.*

IN acie, hoc est, in exercitu ad pugnam prociecto, hæc fuere, frons, tergum, duo latera, quæ & alæ & cornua dicebantur. Tectum latus, de iis qui armis & præsidio muniti sunt; apertum, de iis qui periculo expositi. Terent. Heauton.

Triumpho, si licet me latere tecto abscedere:

hoc est, sic vt nihil mihi accersam periculi. *Cæsar* li. 2. bell. Gall. Quæ res & latus vnum castrorum ripis fluminis muniebat; & Totis ferè castris à fronte, & à sinistra parte nudatis; & quorum pars apertò latere legiones circumuenire. Nonnius in Miscellaneis (si ritè meminì) & eū fecutus Muret. in Terent. à gladiatoribus sumtum volunt, quibus si minus plagam ἀντιπρόλασ possint infligere, satis honorificum est, latere tecto, id est, integros illæsoque abire. Dicebantur præterea: latus apertum præbere, quum ictum non declinarent, sed licet morti que se gratis obicerent. *Latere hoc defendi* igitur est, his iisdemque argumentis, rationibus, probationibusque cõstabiliri; quo verbo, vti & militari, *muniri*, eodè loco vitur Ter.

90. Ex latere vtroque. *Tom. 5. lib. de Trinit. cap. 26. num. 112.*

VERBA Iureconsultis frequentata. *Vlpian. li. 3. Dig. tit. de Procurat. vt ex vtroque latere quasi actor habeatur.* Et *Iustin. lib. 5. Cod. Iuris*, inquit, Auctores ex vtroque latere magnū habuere certamè. Tertull. *Ex vtroque latere nos veritas in istam concludit sententiam*, id est: vtrumque, & ex vtraque argumenti parte.

91. Quoquo latere velis. *Tom. 3. lib. 4. aduer. Marc. cap. 34. num. 544.*

IDEM cum superiore: ex vtroque latere, quod Ter. declarat: *Habes nuptiarum quoquo velis latere prospectorem*, hoc est: quamcumque in partè te veritas.

92. Quo laterum? *Tom. 5. lib. de Ieiun. cap. 11. num. 72.*

VT R A parte argumenti? qua ratione? quam in partem? Et hinc vitur verbo *confirmatum*, vt ad latus tectum, in exercitu vel gladiatore, referatur.

93. Leones in pace. *Vide supra: Cerui in prælio. Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 1. num. 18.*

CONVENIT in eos qui præposterè se gerūt, vbi res postulat audaciam & virtutem, ibi timidi; feroces, vbi nihil ferocitate opus. *Liuius. In otio*

otio tumultuosi, in bello segnes. *Synefius: ἐν ᾧ εἰρήνη θρασείας ἐν δὲ πολέμῳ δειλοί*, in pace feroces, in bello formidolosi.

94. In limine occurrere. *Tom. 5. lib. de Monog. c. 8. n. 52.*

IN ipso operis, disputatiõnis ingressu sese offerre.

95. De limine offendere. *Tom. 3. lib. aduerf. Valent. cap. 3. num. 22.*

RHENANVS: Prouerbiũ de his qui initio rei, quam agendam susceperant, peccant. Simile illi: *Canthetius in porta. Cum hoc conueniunt: In portu impingere; In limine deficere. Virgil.*

Cur indecores in limine primo

Deficimus?

pro, in ipso operis negotiique suscepti primordio peccare. Ab iis translaturum, qui ex ædibus egressuri, in limine pedem offendunt. Offendisse autem limen, laciniam ad id adhæsisse, vel prolapsum cecidisse, ostenta fuere inauspicata & mali ominis, passim apud Poëtas. *Ouidius:*

Dicitur offensa prociubuisse pede.

96. Lineas agere. *Tom. 3. lib. de Anima. c. 43. num. 480.*

HV MANI *del maximè in iis ac finis lineas quotidie agere.* Prouerbia à lineis ducta, quæ consequuntur, partim à Geometria, quæ lineis omnia perficit, partim à curricula & palæstris, quorum spatia certis lineis includebantur; partim à pictoribus, qui penicillo lineas ducere solent, priusquam vmbra sine colore colorare incipiant, translata sunt. Hoc autem primum Tertull. ducere videtur vel ab initio & sine spatiorum in Dromone, vel à pictura, quum addit: *Manum fides porrigenis facilius adiuuanda per imagines & parabolas, sicut sermonum, ita & rerum.* Deinde: *Proponit igitur tibi*, quasi, ob oculos subiicit in pictura; post: *Etiam per imaginem mortis.*

97. Lineas aliquas præduere, ad quas erit dimicandum. *Tom. 3. lib. 3. aduerf. Marc. cap. 5. num. 14.*

HO c sumtum ab iis qui duello, siue singulari certamine congregiuntur; vel ab iis qui in stadio decurrunt, pro: certam materiæ legem præfinire.

98. Lineis certis determinare. *Tom. 1. lib. adu. Iudeos. c. 2. n. 6.*

ADDIT Tertullianus: *summam questionis ipsius.* Ab iisdem certantium lineis, intra quas decertaturi consistunt. In lib. de Pudicit. *Eundem limum limum figimus.* Vbi *limum* est linea, vt apud Virgil. *limumque relinquunt.* Certos terminos certisque leges præfinire instituitur disputatiõni.

99. Lineis claudere. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. cap. 7. num. 51.*

QVAM QVAM tota materia de duobus Deis dimicetur, his interim lineis cã clausimus, intra quas congregiemur. Est igitur, stata quædam argumenta præfinire, intra quæ ceu cancellos quosdam coërceatur liberior orationis euagatio.

100. Lineis deducere. *Ibidem cap. 25. n. 175.*

CI CERO: Huc causa deducitur. Rem huc deduxi, id est, in hunc statum, locum adduxi. Tertull. *Quod adinet ad bonitatis questionem, his lineis deducimus eam minime Deo adæquari*, hoc est: intra hosce terminos tractauimus.

101. Lineas certas præducere in vnam cõgressiõnis speciem. *Tom. 3. Scorp. adu. Gnost. c. 4. num. 32.*

PRÆCEDIT apud Tertull. *Nos alibi de Deo dimicantes.* Certas leges sibi præscribere, quas intra de vna eadèmq; re decurrat disputatio.

102. Linea extrema. *Tom. 3. lib. aduerf. Hermogen. cap. 3. n. 19. & c. 38. n. 132. 133. & lib. adu. Prax. c. 16. n. 100.*

RHENANVS: In spatiis olim, in quibus cursus publicè fiebat, initium & finis lineis notabatur. Hinc quidquid postremum est, *extrema linea*, Prouerbialiter dici cœpit. Ergo quum Tertull. Hermogenem hinc vocat non *intelligentium extremam lineam*, imperitissimum accipe. *Horatius Epistolam ad Quintum sic claudit:*

Mors vltima linea rerum est.

Hæc etiam Turneb. *Aduerf. lib. 12. cap. 10.* Vbi similem Terent. locum explicat, & *Calx* dicebatur, quòd scilicet calce & creta notaretur. Ultra autem calcem nihil superest quòd cuius tendatur. Atqui quum Deus vniuersitatis lib. *aduerf. Prax. extrema linea* dicitur; ad ludere potius videtur Auctor ad illud *Apoc. 1. & 2. Ego sum α & ω. siue principium & finis. Lib. aduerf. Hermogen. si determinatur, habet lineam extremam; quam quantum proprie pictor, agnoscit finem esse omni rei cuius linea extrema est.* Apud Terentium: *extrema linea* amare, est impensissimè. ἢ ἀρετῆς ὑπερβαίνω, summa linea & extremus terminus, vt ibi summus amor significetur. Quomodo Eurip. cum extremum terminum malorum & miseriarum intelligeret, ἐπὶ ἀρετῆς ἡκιστα ὑπερβαίνω τῆς κακίαν dixit. Non tamen in præ apud Terent. intellexeris *extremam lineam* in amore, ipsum rei amatæ aut concupitæ adspèctum; quasi longis lineis, hoc est, de longinquo amare. *Erasmus Hermogenem, extremam lineam* à Tertulliano appellari autumat, quasi extremum & postremum sui temporis hæreticorum, qui ætate Tertulliani superesset.

103. Ad lineam dimicare. *Tom. 5. lib. de Pudicit. cap. 6. num. 39.*

AD hanc iam lineam dimicabit nostra congregiõ. Deinde explicat se: *Præscribam tamen tibi formam necesse est, ne ad vetera manum emittas, ne in terga resti-*

614. Est itaque, In disputando à re proposita non euagari.

104. A lineis excidere. *Tom. 3. lib. adu. Hermogen. c. 39. n. 137.*

Abinstituto & proposito aberrare; quæ trālatio videtur sumta ab iis, qui lineis non insistentes, excidunt, aut excedunt, hoc est, vltra lineam pedem inter dimicandum efferunt.

105. Vltra lineam. *Ibidem.*

VLTRA præstitutum disputationis limitem.

106. Linea vna est. *Tom. 3. Scorpiac. aduers. Gnost. c. 11. n. 84.*

VNus est scopus, ad quem totius disputationis summa est dirigenda.

107. Ad lineam vnam congressionem dirigere. *Tom. 3. lib. de Carne Christi. c. 17. n. 135.*

IN re vna insistere, & eam adlatis vtrimque rationibus disputare. vt supra: *Eodē gradu dimicare.*

108. Lineæ insistere. *Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. c. 17. num. 250.*

CVI superius contrarium est: *A lineis excidere.* Est, in instituto permanere, neque euagari. Quia, vt ait Turneb. sic interdum collato pede pugnabatur, vt lineæ ductæ pedem semper oporteret insistere, nec inde referri.

109. Lineis eisdem dimicare. *Tom. 3. lib. 5. adu. Marc. c. 1. n. 12.*

INTRA certa argumentorū septa permanere, siue intra eosdem fines in disputando versari.

110. Ad lineas rursus. *Tom. 3. lib. 1. aduers. Marc. c. 9. n. 55.*

HOC est, ad propositum atque institutum post digressionem siue *παρέκτασιν* reuerti. Sumtum ab iis, qui quum à lineis iam exciderint, rursus gradum colligunt. Vide supra: *In gradum rursus.*

111. In lineas easdem gradum colligere. *Tom. 3. lib. de Anima. c. 26. n. 345.*

B. Hieron. in Dialog. Lucifer. In gradum rursus ac lineas regredere.

112. Intra lineam extremam includere. *Tom. 3. lib. adu. Hermog. c. 38. n. 134.*

HOC sumtum videtur magis à Geometris, quorum tractatio est de quantitate, loco, superficie, & linea. Loquitur de Materia Tertull. quam Hermogenes corpore infinitam faciebat, & locum tamē ei adscribebat, quo ambiretur, hoc

est, *extrema linea* includeretur. Significabit igitur prouerbum, si placet, Certis limitibus aliquid comprehendere, & finire.

113. Lineas ducere. *Tom. 3. lib. de Anima. cap. 36. num. 432.*

GRÆCIS ἄγειν ἢ ῥοῦφειν ῥοῦμῶν. Et lineas ducere, elegantia Metaphora à pictoribus, pro eo quod est, vmbra tantum alicuius rei exhibere, atque obiter quod intelligi cupias, delineare. Ducit & primas lineas, qui formulam exordij negotij præscribit. Et mittere lineam, pro: Rem tantum adumbrare, & coniecturis quibusdam inuestigandam proponere. Siquidem ex linearum ductu iustum etiam picturæ artificij discimus. Vnde versiculus;

Linea qua veterem longē fateatur Apellem.
Plinius lib. 35. cap. 10. meminit linearum Apellis. Solent enim pictores, vt etiam Rhenan. adnotauit, penicillo lineas ducere, prius quam vmbra sine colore colorare incipiant.

114. Lineas rectas ducere. *Tom. 3. lib. adu. Hermogen. c. 36. n. 126.*

ADAPTAT hæc Prouerbia, à pictoria arte deducta, Hermogeni, qui ante hæresin pictoriam exercuerat: *Nisi quod sitam rectas lineas ducit Hermogenes, quam ratio ista, pictor te bardior non est.* Referri potest ad eum qui officium suum probè facit, qui ab honestatis præceptis non discedit: qui suæ artis peritus est. Cui opponatur etiam; *à lineis excidere.*

115. Lineamenta ductare. *Tom. 3. lib. de Resurr. carn. c. 6. num. 55.*

CICERO: Adpersa temerè pigmenta in tabella, oris lineamenta effingere possunt. Græcis sunt *περίγραφοί* & *σκηνογραφαί*. Item Cic. in Orat. ad Brut. Numerus quasi quādam palæstram & extrema lineamenta orationi adtulit, hoc est, venustatem ad ostentationem adhibitam, & extremam quasi manum. Tertullianus: *Exprimere interpretatur, vt sit perfectius quiddam quam lineas ducere.* Rem scilicet clariùs ob oculos proponere & demonstrare.

116. A lineis excidere. *Tom. 3. lib. adu. Hermog. c. 39. n. 137.*

PRÆTER superiorem interpretationem ab athletic ductam, à pictoribus hoc potius in Hermogenem antea pictorē refert. Pictores namque à lineis penicillo deductis excidentes, vltra lineam picturam protendunt suam; vt sit: exorbitare ab instituto, vel etiam, ab officio discedere; & falli atque errare.

117. Per lineam eandem ferram reciprocare. *Tom. 2. lib. de Cor. milit. cap. 3. n. 28.*

RHENA-

RHENANVS: Habet Prouerbij speciem de inutili & vano labore, Metaphora sumta à fectoribus lignorum; qui si sic ducant *ferram*, vt aut non dimittant, aut in eadem tantum linea perseuerent; nihil agent, vel certè non multum agēt. Innuit Tertull. inutilem laborem circa vnam eandemque rem; vt ij qui in eodem argumento immodici sunt, & velut cupressum simulant. Hæc eodem spectant: Eadem semper oberrare chorda; Eandem incudem noctu diuque tūdere. Apud Virgil. Argutæ lamina *ferræ*, innuit, Reciprocationem. Sic fullones dicuntur: *Argutari pedibus*, hoc est, alterno & reciproco pede exculcare & lauare pannos.

118. Lucifugæ. *Tom. 3. lib. de Resurr. carn. cap. 47. num. 341.*

LVCI FUGA, & *Lucifugus*, infame nomē. Homo nimirum naturæ contrarius & præposterus, qui luce dormit, noctu vigilat; quem Iureconsulti appellant vespertilionem, quod exacto iam diei curriculo, sub noctem, vespertilionis in morem prorepat. Græcè *λυχνόβιος*, quibusdam: Tenebrio, quasi amans tenebrarum. Cicero in Cæcil. Dormientes appellat, quum Vigilantibus opponit. Tertull. *Lucifugæ scripturarum*, qui in summa scriptorum claritate, & in iis, vt verbis Tertull. *vtat. quæ vel ipsius solis radio scripta clarent*, impingunt; & vt dicitur, in sole caligant.

119. Lucernam meridiæ circumferre. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 1. num. 19.*

PROVERBIALITER idem significabit, quod: Lucernam adhibere vel accendere in meridiæ, quod est, facere aliquid nō suo tempore, vel: in re clara obscuritatem aucupari. Natum à Diogene, qui accensa lucerna meridiæ hominem quærebat.

120. Luminibus effosis orbatus. *Tom. 5. lib. de Trinit. c. 28. n. 127.*

VIRGIL. lib. 3. de Polyp. *Luminis effosis fluidum lauit inde cruorem.* Et paulo superius: Cui lumen ademptum. &: Telo lumen terebramus. Vide supra: *Cæcus in petram offendit.* Adiungit Nouatianus per Epexegetin: *Totus sit in doctrina sua cecitate superatus.* Vt prouerbialiter de eo dici possit, qui doctrinarum vel errorum prauitate excæcatus est, & cui nihil sanæ mentis intelligentiæ sit reliquum. Vel ad Nouatianum sententiam propius, cui nihil subterfugij restat, quo argumentis victus recurrat; nihilque secum potest dispicere, quo errorem tueatur.

121. A lumine exorbitare caligine. *Tom. 5. lib. de Pudic. c. 8. n. 59.*

ABORBITA, quod est vestigium decurrentis in via rotæ, est verbum *exorbitare*, quasi à via deflectere; præ errorum cæcitate veram doctrinam, quæ per se lucet, non posse perspicere. Lib. adu. Gnost. *Ab illo (Deo) in idololatia exorbitauerit.*

122. Malum foras. *Tom. 3. lib. adu. Valent. c. 10. num. 119.*

DETESTANTIS & abhorrentis vox, & malum infortuniumve deprecantis. Virgil. 2.

Quod Di prius omen in ipsum conuertant. &: *Di meliora piis, errorumque hostibus illum.*

& lib. 3. *Di prohibete minus, Di talem auertite casum.* Solet apud Veteres in vestibulis ædiū statui Hercules ἀλεξικακός, hoc est, malorum depulsor, & adscribi interdum, boni ominis causa, *μὴ δὲν κακὸν εἶστω*, nihil mali ingrediatur. A sacris præterea mali profanique homines sacrificorum voce solebant arceri. Virgil.

procul hinc, procul este profani.
Theocr. in Idyll. *Αἴσω σωεῖσσι, εὐργε δ' ἐπιθέσθε βεβήλοι.* hoc est: *Expertis cantabo, fores operite profani.*

123. Manu iniecta detinere. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 6. num. 44.*

INICERE manum, propriè antiquo verbo Iuris, est quoties nulla Iudicis expectata auctoritate rem nobis debitam, aut etiam nostram vindicamus, & Dominus in prædium beneficiarium manum iniicere consuevit. *Iniicitur* autem manum in aliquem, eiusque bona mercè, quum inde abire vel moueri auctoritate aliqua siue edicto verantur. Sic recipere manus iniectioem, est retinere facultatem reprehendendæ rei alienatæ. Virgil.

Inicere manum Paræ. id est, morti destinantur. Explicat se Tertull. *Porro hic eadem regula summi magni patrociniabitur nobis, ut potè quæ totum statum vindicet diuinitatis.*

124. Manum porrigere. *Tom. 3. lib. de Aui. ma. c. 43. nu. 480. & lib. de Resurr. carn. cap. 53. num. 382. ac lib. 4. aduers. Marc. cap. 41. num. 677.*

SATIS vulgatum, pro: Auxilio esse. Cicero in Orat. post redit. Qui mihi primus adfecto & iacenti consularum fidē dextramque porrexit. Sic Deus dicitur Tertull. *manum porrigere fidei*, hoc est, confirmare, & in sua firmitate conseruare. Virg. lib. 3.

Dat dextram, atque animum presenti pignore firmat. Manuum porrectione etiam alienæ sententiæ cōprobatio fuit significata, quæ Græcis *χειρονομία*, & τὸ χειρονομία.

125. Manum tradere. *Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 15. num. 126.*

PRO eodem cum superiore vsurpat. Virgil. lib. 8. *Acceptæque manu, dextramque amplexus inhebit.* Tradere de manu in manum Cicer. est dedere & commendare.

126. Manus dare. Tom. 5. lib. de Trinit. cap. 11. num. 55.

ICERO in Amicit. Ad extremum det manus, vincique se patiat. Virgil. Neque enim ipse manus feritate dedisset. Est igitur se victum agnoscere, & aduersario cedere. Nam qui se victori dedunt ne interimantur, vltro manus ad vincula offerunt. Virgil. etiam Tendere, & Protendere dixit lib. 12. Ille humilis supplexque oculos, dextramque precantem Protendens, & vicisti, & victum tendere palmas Ansonij videre.

127. Inter manus tenere. Ibid. c. 21. n. 95.

EST certum quid habere, ob oculos quasi propositum habere. Sic dicimus: victoriã in manibus tenere. Virgil. lib. 11. Cetera qua verum iaceant percussa ruina, Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras. Quasi dicat: Narratione non egent, omnibus patient clarãque sunt.

128. Mappa missa. Tom. 3. lib. adu. Valent. cap. 36. num. 381.

HOC est, veluti signo quopiam dato. Adludit Tertull. ad morem Circensibus Romæ Ludis receptum, quo mappa Tragœdis visitata à Prætoro dimittebatur in lignum aurigationis & certaminis auspicandi. Quem morem attingit Iuuen. Sat. 11. Interea Megalesiæ spectacula mappa Idæum sollempne colunt. - Et Martial. Cretatam (al. ceratam) Prætor quum vellet mittere mappam. Et Sueton. in Nerone: Aliquo liberto mitrente mappam. Vide Adnotat. Pamelij ad lib. de Spect. cap. 16. n. 143. Tom. 2.

129. Massageta inhumanior. Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 1. n. 13.

VIDEANTVR Adnot. Pamelij. Scytharum natio trans mare Hyrcanum, Alani, Abasgi, & Augi postea dicti, & ab Hebræis Magogi; hospitiibus infestissimi, neque cum vicinis populis diuturna amicitie fœdera, neque fidem possunt feruare. Lac equorum sanguine mistum bibunt; præterea tam prodigiosa immanisque naturæ, vt fenio cõfectos in frustra cedere, illorumque carnis cum pecudinis admittis pasci consueuerint. Hinc nobile illud inhumanitatis nomen.

130. Μη θεομαχῆν. Tom. 1. lib. ad Scap. cap. 4. num. 22.

NOLICUM Deo bellare. Cicero in lib. de Senect. Quid est enim aliud Gigantũ more bellare cum Diis, nisi naturæ repugnare? Hinc θεομαχοί, Dei hostes, vel qui Deo obluſtãtur. Tractum videtur à notissima Gigantũ in Iouem beligerantium fabula. Vsurpari poterit, vbi quis vitiis suis fretus temerè res nõ tentandas molitur;

& vt admoncamus infeliciter cedere, quæcumque aduersus diuina humanaque iura per vim instituantur. Horat. in Od.

Quid aternis minore Conſiliis animam fatigas? Virgil. Cede Deo. &c. Heu nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis. Bis in Actis Apost. μη θεομαχῆμεν, & θεομάχοι εὐρεθῆμεν. Plato eiusmodi homines, è Titanum genere, dixit.

131. Micas infarcire. Tom. 3. lib. de Anim. c. 6. num. 85.

EX contentione Platonis & Aristotelis, quam instituit Tertull. aliquid poterit elici. Plato varius, multiplex, & copiosus, singulari eloquentia & suauitate orationis, in cuius Dialogis locutio, etsi absit à versu, tamen quod incitatus feratur, & clarissimis verborum luminibus vtratur, potius Poëma putanda, quàm Comicoꝝ Poëtarum. Aristoteles breuitate dicendi præstitit, vel potius siccitatem quandam tenuitatemque in dicendo, hoc est, orationem angustam, pressam & concisam (quæ in Platone est ampla, copiosa, redundans) adamauit. Hinc illa: Mulsam aquam, de eloquio Platonis; & Mica de minutiloquio Aristotelis, Prouerbialiter accipi possunt. Vt hoc quidem genus orationis siccum, & cui nihil temerè detrahi possit; illo autem redundans, & ex quo si quid demas mutet, de sententia nihil detraxeris. Nihilominus Micas infarcire, interpretari etiam poterimus, Tenuiter & cum parcitate quid distribuere, vt: mulsam aquam infundere, largiter & benignè.

132. Mulsam aquam infundere. Ibidem.

AQUA mulsam, ὕδρομελί, ἢ μελίμικρον, aqua melle mista. Vt adludat nõ solum ad copiosam, sed ad mellitam siue melleam in Platone eloquentiam. Lib. de Anima de eodẽ Platone: ob mella facundia. Quum contra quod siccum est, facillimè frictur, & in micas minutatim dissoluatur. Eodem faciunt verba: Infundere, & Infarcire. Fortasse & Micas infarcire, cum Tulliano isto, præmansum in os inserere, conueniet, quod est: rem in docendo nimis enucleare, minúsque frustulatim tradere, & crasse explicare. Græcè: μικρολογεῖν ἢ λεπτολογεῖν, siue vt Cicero ad Att. περι μμροῦ σπασδῶζειν, quod est: cura minutula anxium esse.

133. Mulum de asino pingere. Tom. 3. lib. adu. Valent. c. 19. n. 237.

MVLI, quos asini & equæ generant, vnde ἴμιλοι, quasi dimidiati asini, à patribus. Hinnuli, vel potius ex Columellæ sententia: Hinni, à patris, equi, hinnitu, equo & asina geniti. Ginni, cum equa muli coitu nati. Hinc Prouerbium: ex asini, mulique, id est: dimidiati asini; ex etymologia Græca, similitudine; quando exemplar & res effecta non multum sunt discreta; vel quando ineptiæ ineptiis representantur, vel mendacia mendaciis astruuntur. Cuiusmodi farinæ & illa;

illa: Non tam ouum ouo simile, Armenti cuiusdem, Cum Bytho Bacchius.

134. Narem contrahere. Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 13. num. 71.

IN naso irrisionis sedes. Hinc nasuti, & nasum habere, irrisores dicuntur. Plin. lib. 11. c. 37. Nasu noui mores subdolæ irrisioni dicauer. Horat. Naso adunco suspendere. Martial. Et pueri nasum Rhinocerotis habent. Perf. Rides, ait, & nimis vncis Naribus indulges. Et Græci μυκτηρίζειν, ἀπὸ τῆς μυκτῆρος, à naso, irridere. Ex naribus etiam indicium iracundiæ; vt animantes quædam iram narium flatu produunt. Theoc. in Thyrsi: Καὶ οἱ ἀεὶ δριμύτην χολὰν ποτὶ εἰνὴν κἀθῆται. Aspera ei semper sedet ira in naribus. Vnde corrugare & contrahere nares dicuntur, qui offenduntur. Horat. -Ne fordidam mappa Corrugat nares.

135. Naso agere. Tom. 3. lib. 2. aduers. Marc. c. 25. n. 170.

CICERO. Ridiculo scommaticoque disterio laderet.

136. Naso deridere. Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 2. num. 18.

B. Paulus ad Gal. 6. θεὸς ἢ μυκτηρίζεται, id est, non irridetur, non agitur naso. μύζειν enim apud Græcos, id est, mystare vel mussare, non aliud ferè signat, quàm labiis occlusis sonum naribus elicere. vnde μυκτηρ. Sonus autem μυκτῆρος, irrisioni plerumque dicatur; atque hinc, qui citra reprehensionis morsum agit, ἀμύμων dicitur, Homero passim ἀμύμων. Addit Tertull. adulantium, vt significari videatur postica fanna, quæ est clancularia & recta irrisio, à gestu ridentium aliquem à tergo siue occipitio, vt sit: obtrudere palpum Deo.

137. Naufragium inextricabile. Tom. 2. lib. de Idol. c. 21. n. 169.

GRÆCIS: νεκράμιον ἢ φουκτον, quod vitari nõ potest. Qui in scopulos impingunt, nauemque frangunt, sese extricare siue expedire à periculo non possunt. Virgil. de Labyrintho, inextricabilis error. Vide Hypobrychium.

138. Nauigare inter scopulos & sinus, inter vada & freta. Ibidem n. 168.

EST, versari in ancipiti periculo. Nam scopuli, hoc est, montes saxei, siue rupes è mari eminentes, & quandoque sub aqua æquore latentes; & sinus, littora incurua mare amplectentia; & vada, minus profunda maris loca, & vndarum breuibus infesta; & freta, maris angustia, vbi quasi æstu feruefcit mare, nauigantibus & insidiosa & peri-

culosa sunt. Lib. 1. aduers. Marc. Duos Symplegas ad us naufragij sui.

139. Nubilo obscurior. Tom. 3. lib. 1. aduers. Marc. cap. 1. num. 14.

VIDEANTVR Adnot. Pamelij de Cimberis tenebris, quæ in idem incidunt Prouerbium. Nubilum, nubes densior siue crassamentum exhalationum aquæ gignende fecundam vim habens. Vnde cœlum nebulosum seu nubilum. Nebulas vel Nubilum offundere, est obscurare. Sed quum Tertull. ad mores Marcionis adludat, tristitia & recondita animi seueritas significabitur; vt apud Comicum Græcum δίκας κεδῶν τὸ νέφος τῆς μετῶπης, discutere frõtis nubilum, quod est tristitiam abigere, lætũque vultum inducere. Et supercilium nubilum, ὄψιν εὐωσφίς, pro tristi. Horat. Deme supercilio nubem. Virgil. 6. Sed frons læta parum, & deiecto lumina vultu. & Sed nox atra caput tristi circumuolat vmbra.

140. Nutu tradere, (nisi traducere quis malit.) Tom. 1. lib. de Pall. c. 4. n. 84.

VIDE: Acte figere, & Digito destinare. Est deridentium & improbatium aliquid clanculum inter se, quod palam facere non sit impune vel decens; quum neque coniectis in hominem remve oculis, neque protentis digitis id facere licet; tum clanculario saltem adnutu demonstrari potest.

141. Oculis clausis. Tom. 1. lib. de Pall. cap. 2. num. 20. Apolog. c. 3. nu. 36. Tom. 3. lib. de Refurr. carnis, cap. 51. num. 361.

SUBAUDIAS verbum, liquet, res est clarissima, luce meridiana clarius, vt nolēs volēsque quibus vel videre possit, vel intelligere. Si subaudias: Agere quid, est abruptè, temerè, sine discrimine facere. Vt impingūt in odium nominis Christiani clausis oculis, & cæcitate odij in naufragium; qui rei veritatem neque explorant, neque explorare laborat, sed adfectibus suis iniquissimè indulgent, & iuxta Terent.

Neque ius neque bonum atque æquum sciunt. Melius peius, proſit, obſit, nihil vident, nisi quod libet. B. August. Quæ tandem vis, nisi cæcitas & vanitas animi cogit hominem clausis, vt dicitur, oculis, tamquam in alterum iacere, quod cum in eum iecerit, continuo redeat? B. Hieronym. More Andabatarum in tenebris gladium ventilians. & Melius est tamen clausis (quod dicitur) oculis Andabatarum more pugnare, quàm directa spicula clypeo non repellere veritatis. Et B. Basil. νικτομαχίαν dixit, nocturnam pugnam, in eos qui nullo iudicio infectantur aliquid.

142. Oculis Homericis. Tom. 1. lib. de Pall. cap. 2. num. 20.

VIDEANTVR Adnotationes Pamelij. Idem cum superiore. Homerus antea Melesigenes dictus, à cæcitate (nam ab ineunte ætate luminis)

bus captus proditur) τὸ ὄμνησιν nomen fortitus est. Vnde illa omnium admiratio, omnium rerum humanarum simulacra expressa nobis ante oculos constitui potuisse ab eo, qui numquam ea suis oculis vsurparat.

143. Palos terminales figere. *Tom. 5. lib. de Ieiun. c. 11. num. 72.*

TERMINALIS lapis, & aliquando palus, qui in agrorum finibus ponitur, & vt Virgil. de Saxo:

- Campo qui forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Et in Georg.

Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat.

Palos autem loco lapidum aut saxorum poni consueuisse indicat nomen, *Palen*, Flandris pro agrorum terminis vsitatum. Vel adluit Tertull. ad Dromonem siue stadium equestre; vbi terminus erat, vbi peracto cursu quiescebant, & meta, palus erat acuminatus in stadij sine positus, circa quem girabant cursum. Est igitur *palos terminales figere*, intra angustos & certos fines aliquem concludere, ne quid vel tentet, vel possit, vel imperium exerceat vltentis.

144. In partem vnā incumbere. *Tom. 5. lib. de Trinit. c. 23. nu. 102.*

SVM TVM à militia, vbi in dextrum vel sinistrum latus siue cornu siue partem maiore impetu & pertinacia conuersa vndique signa inferentibus aduersariis incumbitur. Quibus defectis & loco summotis procliuis sit victoria. Cæs. 2. Bel. Gal. Cæsar ad dextrū cornu profectus vbi suos vrgeri, &c. His verbis se explicat Auctor lib. de Trinit. *Inclinaueram, Trahere, Superare*, quæ à militia ducta sunt.

145. Peponem magis insulsus. *Tom. 3. lib. de Anima, c. 32. nu. 387.*

ΠΕΠΟΝες, molles & faciles dicuntur, Metaphorā à maturis fructibus ducta; vel etiam à cucumeribus, qui *pepones*, quod mollescant, & simul atque maturuerint, flaccescant, appellantur. Inde illa *μαλακώτερος πέπωνος συνῆ*, mollior sicu maturatione, *πεπώτερος μάραν*, maturior moris. Et conuiuium Prouerbiale per translationem *πέπωνος*, τὸ πρῶτον ἀπαλοὶ καὶ ἀδενεῖς. Est & interdum blanda & amica vox, *ὡς πέπων*, τὴν τῆσι προσφιλέστετε ἢ προσνέστετε, à maturis placidisque moribus, vel quod τὰ πέπωνες, hoc est, mollia maturaque amemus omnes.

146. Peponem cordis loco habere. *Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. cap. 40. n. 666.*

VIDEANTVR hoc loco Adnotat. Pamelij, & Feu-ardentij ad illud B. Irenæi lib. 1. c. 3. num. 10. *O pepones* Sophistæ vituperabiles, & non viri; quod ex Homer. Illia. β. desumptum est.

ὦ πέπωνες, καὶ ἐλέγχε ἀρετῆς, ἐν ἔτ' ἀρετοί, id est:
O molles, mala probra, & Achaides, haud enim Achibi.

Quod Virgilimitatus:

O vere Phrygia, neque enim Phryges.

Significat itaque Prouerbiū: Excordem esse, vel corde esse insulso. In corde enim primariæ animi vires. Hinc cordati, quibus cor rectè adfectum est & robustum. Excordes, quibus *peponis* instar, molle, flaccidum, & minimè virile. Vide supra: *Cerebrum vel cor non habere*; &: *Cerui in pralio.*

147. Personam agere. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. cap. 11. num. 77.*

VIDE infra: *Scenam decurrere. Persona*, pro munere siue partibus. Cicer. Has partes lenitatis semper egis illam grauitatis *personam* non appetiui. Ab histrionum persona. *Personam* gerere, tueri, sustinere, agere, ab histrionicis actoribus.

148. Physcone impurius. *Tom. 1. lib. de Pall. cap. 4. num. 79.*

DE homine qui se in omne luxus libidinisque genus ingurgitat. Fuit enim Ptolemæus *Physcon* 8. Egypti Rex, qui quum Cyrenæ imperaret, fratri Euergetæ defuncto successit; qui supra belluam libidinem & crudelitatem (quæ facinora commemorat Iustin. lib. 38.) sagina ventris, & corporis vultusque deformitate belluæ quàm homini similior. Quæ fœditas in eo pellucidæ vestis subtilitate, quasi de industria, siue potius ex intemperantia augebatur, infame *Physconis* nomē ex re tulit, quasi ventricosi & aquarioli, propter abdominis studium. *φύσκων* enim ὁ γαστρὸν ἢ πύλον ἀπὸ τῆς φύσκωνος, quod est, intestinum crassum. Cui & Perſius ait:

Pinguis aqualiculus propenso seſquipede exstat.

149. Plagæ occurrere. *Tom. 3. Scorp. adu. Marc. cap. 5. num. 35.*

SVM TVM à gladiatoribus, qui vel aduersarij petitionem corporis declinatione effugiunt, vel parmula excipiunt, vt sit frustra conatus. Vide supra: *In alium ictum considerare*. B. Hieron. contra Iouin. Quasi de loco videmur cedere, & aduersario ferendi occasionem dare. Et: directa spicula clypeo refellere veritatis.

150. Plaudere in sinum. *Tom. 5. lib. de Pudic. cap. 6. num. 42.*

SIOVA vobis exempla in sinum plaudent, hoc est, tam grata vobis accidant, quæ informatam in animis vestris opinionem videantur confirmare; vt inde tacitam apud vos voluptatē sentiatis, vestrōque adfectui indulgeatis. Apud Homer. ἐν θυμῷ χεῖρεν. Tib. In tacto gaudere sinu.

151. Plaudere parti. *Ibidē cap. 19. num. 160.*

LEgitur apud Tertull. *diuersa parti supplaudere*, vel *subplaudere*, quasi suffragari & subscribere aliorum

aliorum sententiæ. Ab iis qui pedibus strepitum edunt, vel manuum comploſione adprobant. Cicero: *Pedem nemo in illo iudicio supploſit.*

152. Polycrate felicius. *Tom. 1. Apolog. cap. 11. num. 173.*

POLYCRATES Sami Tyrannus, aureus fortunæ fœtus, cui ad nutum voluntatēque omnia fluxerunt. Sed qui tamen prosperum ad inuidiā vsque vitæ cursum miserabili exitu in Mycalensis montis vertice cruce suffixus conclusit. Valer. Max. lib. 6. cap. 11.

153. Pompeio sublimior. *Ibidem.*

POMPEII elogium habes apud Cicer. Orat. pro Leg. Manil. Apud Plin. lib. 7. toto cap. 26. à quo ait non modò Alexandri Magni rerum splendorem æquatam, sed etiam Herculis propè ac Liberi. Cognomentum Magni cum Alexandro commune, communem quoque sublimitatis titulum dedit.

154. In ponti æstu medio hærerere. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 7. n. 50.*

VIRGIL. lib. 5.

Saxio in procuruentibus hæsit. Et: In scopulo luctantem breuibis que vadis.

Et lib. 10.

Inſiſta vadis dorſo dum pendet iniquo.

Quæ vti Tertullianicum, Prouerbialiter accipi possunt. Contrarium erit ex eodem lib.

Labitur alta secans, fœctisque æstique secundo.

Æstus autem aliquando accipitur pro ipsa maris crescentis decreſcentisque commotione, hoc est, accessu siue incremento, vel recessu siue reciprocatione. Aliquando pro arena illa instabili, quæ absorbet & haurit omnia Virgil.

- Furi æstus arenis. &c.

Æstu miscetur arene.

Similia illa: *Hærerere in iisdem scopulis*, in aqua, in vado, in salebra. Metaphoræ à nauigantibus ductæ, qui vado illiſa nauis cursum institutum tenere non possunt. Sic dum nauis *æstu* reciproco huc & illuc impellitur, neque progredi potest; vt significetur Prouerb. Se non extricare aut expedire, non satisfacere argumento, sed eodem relabi. Vide: *Fluctus vrimque.*

155. In præruptum imponere. *Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. c. 37. n. 607.*

PRÆRVPTVM, substantiue, vt: abruptum; quidquid altum & præceps, saxa *prærupta*, & mops *præruptus*, altus. Plin. Græcis τὸ ἀπὸ βυθίου, vnde procliu præcipitium. Explicat se Tertullianus: *Sciens præceps ituros homines, ipse illos in præruptum imposuit.* vt sit: aperto periculo exponere, nec satis prouidere, ne quid mali contingat; vt si homini auaro & furi pecuniæ administratio committatur, adolescenti libidinoso pudicitia virginitum.

156. Profundum inenatabile. *Tom. 2. lib. de Idolol. cap. vlt. num. 169.*

QVI nauis excussis in maris profundum delabuntur, natatione vix vnquam emergunt, de periculo ineluctabili. Vide *Hypobrychium*, &: *Naufragium*. Contrarium erit illud Virgil. 5.

Fuudo vix tandem redditus imo est.

& lib. 6.

Adnabam terra, & iam inta tenebam.

157. Ad regulas perducere. *Tom. 3. lib. 1. adu. Marc. c. 22. n. 153.*

REGVLA, aliàs norma, est instrumentum fabrilis, quo structuræ longitudinem, an respondeat, exigunt fabri; & vtitur Tertull. verbo fabrilis, examinandam Dei bonitatem. Hinc illa, *regula* rector, amulsi exactior, ad perpendicularum & amulsi. Rem diligenter expendere, vt omnibus suis partibus numeris que absolutè tractetur.

158. Sardanapalo mollior. *Tom. 1. lib. de Pall. cap. 4. nu. 79.*

SARDANAPALVS postremus Assyriorum Rex, vir muliere corruptior, inquit Iust. lib. 1. qui inter scortorum greges inuenus, purpuram colere, & muliebri habitu, cum mollitia corporis & oculorum lasciuia omnes fœminas anteret, pensa inter virgines partiti; adeò vt eius cognomen ob insignem molliem in Prouerbiū abierit apud Græcos & Latinos.

159. Scenam decurrere & defaltare. *Tom. 3. lib. 3. adu. Marc. c. 11. n. 77.*

SCENA, propriè frons theatri, locus nimirum Actorum, obstructus peripetasmatis, è quo in proscenium acturi histriones prodibant. Frequenter pro ipsa fabula, Tragedia, aut Comædia. Virgil.

Scenis agitur Orestes,

id est, Tragediis celebratus & frequenter actus. Hotat.

Quam non adstricto percurras pulpita secro.

Pulpita, pro *scena*. hoc est, quàm inconditas & malè aptas conscribat comædias. Erit igitur *decurrere scenam*, perficere eius rei, quæ instituta erat, summam. Cicero: *Quæ abs te breuiter de arte decursa sunt. Decurrere scenam phantasmatis*, Tertull. est, omninò & absolutè probare carnem Christi phantasma tantum fuisse, & in eo probando hærerere. Sic Cæl. ad Cicer. lib. 8. *scena* totius rei, hoc est, id in quo rota res vertitur, & consumi debet. Lib. adu. Valentin. appellat Tertull. *desulticem virtutem*, instabilem & malè firmam & notoriam; & inde: *desultorij* homines, à desultoribus equitibus. Propriè etiam vsurpat, vti *decurrere*; vt *defaltare*, sic saltu mimico representare. Nam in *scena* Orchestra, chori propria est, sicuti *scena* histrionū; in qua Mimi solebant suas actiones exhibere. *ὄρχησθες*, ars saltandi, & ipsa saltatio; vt adludat ad vtrosque vtroque verbo, & ad scenicos histriones, & ad mimos, & ab iisdem diuersas trahat Metaphoras.

nouitate felices,² gaudeo vos tam prosperos temporum, cum ita vacat ac iuuat, habitus denotare pacis. hæc & annona & ocia ab imperio & à cælo bene est.³ tamen & vobis habitus aliter olim tunicæ fuere,⁴ & quidem in fama de subteminis studio, & luminis consilio, & mensuræ temperamento, quod neque trans crura prodigæ, nec intra genua inuerecundæ, nec brachiis parcæ, nec manibus artæ, sed nec cingulo sinus diuidente, expeditæ atque quadratæ instita!⁵ in viris autem pallij extrinsecus habitus & ipse quadrangulus, ab utroque laterum regeftus, & ceruicibus circumstructus, in fibulæ morfu humeris adquiescebat: instar eius, hodie Æsculapio iam vestro sacerdotium est.⁶ Sic & in proximo foror ciuitas vestiebat, &⁷ sicubi alibi in Africa, Tyros.⁸ At cum sæcularium sortium variavit vrna, & Romanis deus maluit: foror quidem ciuitas suo opte arbitrio mutare properauit, ut adpulsum Scipionem ante iam de habitu salutare, Romana præcoqua.⁹ Vobis vero post iniuriæ beneficium, ut senium non fastigium exemptis, post¹⁰ Gracchi obscena omina, &
B¹¹ Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeij aras & longas Cæsaris moras, ubi mœnia Scatilius Taurus imposuit, sollempnia Sentius Saturninus enarrauit, cum concordia iuuat, toga oblata est. Pro quantum circummeauit, à¹² Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, ut ab humeris sublimioris populi Carthaginenses complecteretur. exinde tunicam longiorem cinctu arbitrate suspenditis, & pallij iam teretis redundantia tabulata congregatione fulcitis, & si quid præterea conditio vel dignitas, vel temporalitas¹³ vestiti pallium tamen generaliter vestrum immemores etiam denotatis. Et quidem haud miror præ documento superiore. nam &¹⁴ arietem (non quem Laberius reciprocicornem & lanicuteum & testitrahum, sed trabes machina est, quæ muros frangere militat) nemini vniquam adhuc librati, illa dicitur Carthago¹⁵ studiis asperissima belli, prima omnium armaffe in¹⁶ oscillum penduli impetus, commentata vim tormenti de bile pecoris capite vindicantis. Cum tamen vltimarent tempora patriæ, & aries iam Romanus in muros quondam suos auderet, stupere illico Carthaginenses ut nouum extraneum ingenium.

Tantum cui longinqua valet mutare vetustus.

C

Sic denique pallium agnoscitur. [Sit nunc aliunde res, ne Pœnicum inter Romanos aut erubescat aut doleat, certè habitum vertere naturæ totius sollempne mutus est, fungitur & ipse mundus interim iste quem incumbimus. Viderit Anaximander si plures putat, viderit si quis vsq; alius ad Meropas, ut Silenus penes aures Midæ blattit, aptas sanè gradioribus fabulis. Sed & si quem Plato æstimat, cuius imago hic sit; etiam ille habeat necesse est proinde mutare: quippe si mundus, ex diuersis substantiis officijque cõstabit, ad formam eius quod mundus hic est. neque enim mundus, si non ut mundus. proinde diuersa in vnum, ex demutatione diuersa sunt. denique diuersitatis discordiam vices feederant. ita mutando erit mundus omnis, qui & diuersitatibus corporatus & vicibus temperatus. Nostra¹⁷ certè mutatio (quod clausis, vel in torum Homericis oculis liquet) totum versiforme est; dies & nox inuicem vertunt; sol stitionibus annuis, luna modulationibus mensuris variat; siderum distincta confusio interdum deicit quid, interdum resuscitat; cæli ambitus nunc sub diuo splendidus, nunc nubilo sordidus; aut imbres ruunt, & si qua missilia cum imbribus, dehinc substillum, & denuò sudum. sic & mari fides infamis, dum & flabris æque mutantibus de tranquillo probum, de¹⁸ flustris temperatum, & extemplò de decumanis inquietat. Sic & terram, si re-

censeas, temporatim vestiri amantem, prope sis eandem negare, memor viridem cum D
 conspicias flauam, mox visurus & canam. ceteri quoque eius ornatus, quid? non aliud
 ex alio mutant, & montium scapulae decurrendo, & fontium venae ebullando, & flu-
 minum viae obumbrando. ²⁴ Mutauit & totus orbis, aliquando aquis omnibus ob-
 tus: adhuc maris conchae & buccinae peregrinantur in montibus, cupientes Platoni
 probare etiam ardua fluitasse, sed & enatando rursus infima mutauit, rursus orbis alius,
 idem mutat & nunc localiter habitus: cum situs laeditur: cum inter insulas ²⁵ nulla iam
 Delos, harenae Samos, & (si ille non mendax,) Aeon, in Atlantico, Libyam aut
 Asiam adaequans quaeritur nunc: Italiae quondam latus, Hadria Tyrrenoque quas-
 fantibus medio tenus interceptum reliquias Siciliam facit: cum tota illa plaga disci-
 dij, contentiosos aequorum coitus angustiis retorquens, nomen vitij mari induit, non
 exspuentis naufragia, sed deuorantis. ²⁶ Patitur & continens de caelo aut de suo. Aspi-
 ce ad Palaestinam, qua Iordanis amnis finium arbiter: vastitas ingens, & orba regio,
 & frustra ager est, & vrbes retro, & populi frequentes, ²⁷ & solus audiebat. dehinc
 ut Deus censor esset, impietas ignium meruit imbres: haecenus Sodoma, & nulla
 Gomorra, & cinis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit. Ex
 huiusmodi nubilo & Tuscia Vulturnis pristinos deusta, quo magis de montibus suis
 Campania speret, erepta Pompeios. Sed abfit. ²⁸ Vtinam & Asia secuta iam sit de
 foli ingluuie: vtinam & Africa semel voraginem pauerit: ²⁹ vniciis castris fraudatis
 expiata. Multa & alia huiusmodi detrimenta habitum orbis nouauere, sitisque mo-
 uere. Bellis quoque plurimum licuit. Sed piget tristitia non minus quam ³⁰ Regnorum
 vices recensere, quotiens & ista mutauerint iam inde a Nino Beli progenie: si ³¹ ta-
 men Ninus regnavit primus, vt autumat superiorum prophanitas, (ferme apud vos
 vltra stilius non solet) ab Assyriis, si forte xui historiae patefcunt. Qui vero diuinas
 lectitamus, ab ipsius mundi natalibus compotes fumus: sed laeta iam malo, quippe
 & laeta mutant. Denique si quid mare diluit, caelum textit, terra subduxit, gladius
 detotondit, alia ³² versura compensato redit. ³³ Nam & primitus maiore ambitu
 terra casta, & vacans hominum, & sicubi aliqua gens occuparat, sibimet soli erat.
 Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deserentem
 . runcare atque rursus consuluit, vt inde velut ex surculis & propaginibus po-
 puli de populis, vrbes de vrbibus, per vbique orbis pangerentur. Transuolauere re-
 dundantium gentium examina: ³⁴ Scythae exuberant in Persas, ³⁵ Phoenices in Africam
 eructant, ³⁶ Romanos Phryges pariunt, ³⁷ Chaldaeorum semen in Aegyptum educa-
 tur. dehinc cum inde transducitur Iudaea gens est. Sic ³⁸ & Herculeae posteritas, qui
 Temeno pariter Peloponnesum occupando producunt. Sic & ³⁹ Iones Nilei comites
 Asiam nouis vrbibus instruunt, ⁴⁰ sic & Corinthij cum Archia muniunt Syracusas. Sed
 vanum iam antiquitas, quando curricula nostra coram. Quantum reformauit orbis seculum istud;
⁴¹ quantum vrbium aut produxit, aut auxit, aut reddidit praesentis Imperij triplex virtus, F
 Deo tot Augustis in vnum fauente? quot census transcripti? quot populi propaginati?
 quot ordines illustrati? quot barbari exclusi? Reuera orbis cultissimum huius Imperij rus
 est, ⁴² eradicato omni aconito hostilitatis, & casto & rubo subdola familiaritatis,
 consutum & amicum super ⁴³ Alcinoi pometum, & Midae rosetum. Laudans igitur
 orbem mutantem, quid denotas hominem? [⁴⁴ Mutant & bestiae pro veste for-
 mam. ⁴⁵ Quamquam & pauo pluma vestis, & quidem de cataclitis; imo omni con-
 chylio depressior, qua colla florent; & omni patagio inauratior, qua terga fulgent,
 & omni syrmate solutior, qua caudae iacent, multicolor, & discolor, & versicolor,
 nunquam ipsa, semper alia, & si semper ipsa quando alia, totiens denique mu-
 tanda, quotiens mouenda. ⁴⁶ Nominandus est & serpens licet pone pauum. nam &
 iste quod sortitus est conuertit corium & auum. siquidem vt senium persensit in angu-
 sta se stipat, pariterque specum ingrediens & cure egrediens, ab ipso statim limine erasus,
 exuuiis ibidem relictis nouum se explicat, cum squamis & anni recurantur. ⁴⁷ Hyæna, si
 obserues, sexus annalis est, marem & feminam alternat. ⁴⁸ taceo ceruum, quod & ipse
 ætatis suae arbiter, serpente pastus, veneno languescit in iuuentutem. ⁴⁹ est &, quadrupes,
 tardigrada, agrestis, humilis, aspera. testudinem Pacuianam putas. non est; capit & alia
 bestiola vericulum, de mediocribus oppido, sed nomen grande: chamæleontem qui au-
 dieris, haud ante gnarus, iam timebis aliquid amplius cum leone. at cum offenderis apud
 vineam

A vineam ferme sub pampino totum; ridebis illico audaciam & Græciam nominis: quippe
 nec succus est corpori, qui minutionibus multo licet. chamæleon pellicula viuunt, capitu-
 lum statim a dorso: nam deficit ceruix. itaque durum reflecti, sed circumspectu emissitij
 ocelli, imò luminis puncta vertiginat. hebes, fessus, vix se à terra suspendit: molitur in ces-
 sum stupens, & promouet, gradum magis demonstrat quam explicat, ieiunus scilicet sem-
 per & indefectus: oscitans vescitur, follicans ruminat, de vento cibus, tamen & chamæ-
 leon mutare totus, nec aliud valet. nam cum illi coloris proprietates vna sit, vt quid accessit,
 inde suffunditur: hoc soli chamæleonti datum, quod vulgo dictum est, de corio suo lude-
 re. ⁵⁰ Multa dicendum fuit, vt ad hominem praestitum perueniretur: hunc quoque primo
 mordio accipitis, nudus certe & inuestis figulo suo constitit, post demum sapientiam haud
 dum licitam, praestant potitur. ibidem quod in nouo corpore indebitum adhuc pudori
 erat, protegere festinans, ficulis folijs interim circumdat. dehinc cum de originis loco
 exterminat, quippe deliquerat, pellitibus orbi. vt metallo datur: ⁵¹ sed arcana ista, nec om-
 nium nosse. Cedo iam de vestro, quod Aegyptij narrat, & ⁵² Alexander digerit & Afer
 legit, ⁵³ ea tempestate Osiridis qua ad illum ex Lybia Hammon vasit ouium diues. denique
 cum ipsis Mercurium autumant forte palpata arietis mollitie delectatum, diglubasse oue-
 culam: dumque pertentat quod facilitas materiae suadebat, tractu prosequente filum eli-
 quasse, & in vestis pristinae modum quam phylra tenui vinxerat, texuisse. Sed vos omnem
 lanitij dispensationem struaturamque telarum Mineruae maluistis; cum penes Arachnen
 diligentior officina, exinde materia. ⁵⁴ nec de ouibus dico Milesiis & Selgicis & Altinis,
 B aut ⁵⁵ quis Tarentum, vel Bætica cluet, natura colorante. Sed quoniam & arbuta vestiunt, &
 lini herbida post virorem lauacro niuefcunt: nec fuit satis tunicam pangere & serere, ni
 etiam piscari vestitum contigisset. nam & ⁵⁶ de mari vellera, quae muscosae lanositatis lau-
 tiores conchae comant. ⁵⁷ Profrus haud latet, bombycem (vermiculi genus est) quae per
 aërem aliquando araneorum more scopis idonius se distendit, dehinc deuorat, mox aequè
 reddere, proinde si necaueris, animata iam stamine aluo. ⁵⁸ Tantam igitur paraturam ma-
 teriarum ingenia quoque vestificinae profecuta, primum tegendo homini qua necessitas
 praecessit, dehinc & ornando imò & inflando, qua ambitio successit, varias indumentorum
 formas promulgauerunt. quarum pars gentilitus inhabitantur, ceteris incommunes. pars
 verò passiuus omnibus vtiles, vt hoc pallium, & si Græcum magis, sed lingua iam penes
 Latium est. cum voce vestis intrauit, atque adeo ipse, qui Græcos pellendos vrbe censebat,
 litteras eorum vocemque; senex iam eruditus, ⁵⁹ idem Cato iuridicinae suae in tempore hu-
 merum exfertur, haud minus palliato habitu Græcis fauit. [⁶⁰ Quid nunc? si est Roma-
 nitas omnia alia, nec vestis; tamen admodum Græcis estis. Annè ita est? ⁶¹ Vnde gentium
 in prouinciis melius exercitibus, quas natura agro potius eluctado commodauit, studia pa-
 lestrae malè senescitiae & incassum laboratiae, & lutea vnctio, & puluerea volutatio, & ari-
 da saginatio? vnde ⁶² apud aliquos Numidas etiam equis caesariatos, iuxta cutem tonfor,
 & cultri vertex solus immunis? vnde apud hirtos & hirsutos tam rapax ab ala resina, tam
 furax à mēto volsella? Prodigium est, haec sine pallio fieri. illius est haec tota res Asia. Quid
 C tibi Libya & Europa cum exoticis mundiciis, quas vestire non nosti? Reuera enim quale
 est ⁶³ Græcatim depallari magis quam amiciri? habitum transferre ita demum cultus pro-
 brum est, si non consuetudo, sed natura mutetur. sat refert inter honorem temporis, & re-
 ligionem Dei: consuetudo fidem tempori, natura Deo. ⁶⁴ Naturam itaque concussit Larif-
 faeus Heros in virginem mutando ille ferarum medullis educatus, vnde & nominis con-
 filium, quando quidem labijs vacuerat ab vberum gustu: ille apud rupicem & siluicolam &
 monstrorum eruditorem scrupea schola eruditus. Feras in puero matris sollicitudinem.
⁶⁵ patiens certe iam vstriculas, certe iam virum alicuius clanculo functus, adhuc sustinet
 stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere,
 aurem quoque foratu effeminatus, quod illi apud Sigæum statua seruat. planè postea mi-
 les est. necessitas enim reddidit sexum. de praelio sonuerat. nec arma longè. *Ipsam* (inquit)
ferrum virum attrahit. Ceterum si post incentiuum quoque puella perseuerasset, potuit &
 nubere. ecce itaque mutatio; monstrum equidem geminum, de viro femina, mox de fe-
 mina vir, quando neque veritas negari debuisset, neque fallacia confiteri. Vterque ha-
 bitus mutandi malus, alter aduersus naturam, alter contra salutem. ⁶⁶ Turpius adhuc li-
 bido virum cultu transfigurauit, quam aliqua materna formido; tamen adoratur à vobis,
 qui crubescens est, Scyralo sagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum mulie-

bri cultu compēfauit. Tantum Lydiæ clanculariæ licuit vt Hercules in Omphale, & Omphale in Hercule profutueretur. ⁶⁷vbi Diomedes & cruenta præsepia? ⁶⁸vbi Bufiris & butuaria altaria? ⁶⁹vbi Gerion ter vnus? Cerebris adhuc eorum claua fœtere malebat, cum vnguentis offenderetur. ⁷⁰Vetus iam Hydræ Centaurorumq; sanguis in sagittis, pumice speculi excludebatur, insultante luxuria, vt, post monstra trāfixa coronā forsitā fuerent. ⁷¹Ne sobriæ mulieris quidem aut vitaginis alicuius scapulæ, sub exuuias bestię tantæ introire potuissent, nisi diu mollitas & euigoratas & exodoratas, quod apud Omphalen balsamo aut telino spero factum. credo & iubas pectinem passas, ne ceruicem eneruē inureret ⁷²stiria leonina; hiatus crinibus infartos, ⁷³genuinos inter antias adumbratos ne tota oris cōtumelia mugiret. Si posset, Nemæa certe, si quis loci Genius, ingemebat, tūc enim se circumspexit leonem perdidisse. ⁷⁴Qualis ille Hercules in theristro Omphales fuerit, iam Omphale in Herculis scorto designata descripsit. ⁷⁵Sed & qui arte Tyrintiū accesserat pugil Cleomachus, post Olympia cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, inter curem cæsus & vltra inter ⁷⁶fullones iam Nouianos coronandus, meritoq; mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus; ⁷⁷vtique sicut fastigia castuum viriosa occupauit, ⁷⁸ita & endromidis solocem aliqua multicia lynthesi extruxit. ⁷⁹Physconē & Sardanalum tacendum est, qui nisi insignes libidinum, aliās reges nemo nosset. tacendum autem ne quid & illi de Cæsariibus quibusdam vestris obmullitent, pariter propudiosis: nec magnæ forte constantiæ mandatum sit, impuriorem Physcone, molliorem Sardana- E palo Cæsarem designare, & quid: m sub Nerone. ⁸⁰Nec tepidior vis vanæ quoque gloriæ mutandis in dubiis, etiam vero saluo. calor est omnis affectus: verum cum in affectationem flabellatur, iam de incendio gloriæ ardor est. Habes igitur ex isto fomite æstuantem magnum regem, sola gloria minorom. vicerat Medicam gentem, & victus est Medica veste. triumphalem cataphractem amolitus, in captiua ⁸¹Sarabara decessit: pectus squamarum signaculis disculptum, textu pellucido tegendo nudauit, anhelum adhuc ab opere belli, & vt mollius ventilante serico extinxit. Non erat satis animi tumens Macedo ni illum etiā vestis inflator delectasset. ⁸²Nisi quod & philosophi puto ipsi aliquid eiusmodi affectant. audio enim & in purpura philosophatum. Si philosophus in purpura, cur nō & in baxea tyria calciare, nisi aurū minimē Græcatos decet. ⁸³atquin alius & sericatus & crepidam æratus incessit: dignē quidē vt Bacchantibus indumentis aliquid subtrinniret, cymbalo incessit. Quod si iam tunc locorum Diogenes de dolio latraret; nō cœnulentis pedibus vt thori Platonici sciunt, sed omnino totum Empedoclen in ⁸⁴adyta Clocinarum detulisset; vt qui se cœlitem delirarat, sorores prius suas, dehinc homines deas salutarer. Tales igitur habitus qui de natura & modestia transferut, & acie figere, & digito destinare, & nutu tradere, merito sit. ⁸⁵Prorsus si quis Mæandrico fluxu delicatam vestem humi protrahat, audiat ponē se quod & Comicus, *Qualem demens iste chlamydem disperdit?* F Enimuerō iam dubium censoriæ intentionis episcynio disperso, ⁸⁶quantum denotatui passivitas offert, ⁸⁷libertinos in equestribus, subuerbustos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in vrbans, scurras in forensibus, paganos in militaribus. Vispillo, leno, lanista, tecum vestiuntur. Conuerte & ad feminas. Habes spectare quod ⁸⁸Cecina Seuerus grauius fenatui impressit, *matrona sine stola in publico*. denique ⁸⁹Lentuli Auguris cōsultis, quæ ita sese exautorasset, pro stupro erat pœna: quoniam quidem indices custodesq; dignitatis habitus, vt lenocinij factitandi impedimenta, sedulo quædam desuefecerant. at nunc in semetipsas lenocinando quo planitus adeantur, & ⁹⁰stolam, & supparū, & crepidulum, & calicendum, ipsas quoque iam lecticas & sellas quis in publico quoque domestice ac secrete habebantur, eierauere. Sed alius exstinguit sua lumina, alius nō sua accendit. Adspice lupas popularium libidinum nundinas, ipsas quoque frictrices. Et, si præstat oculos abducere ab eiusmodi propudiis occisæ in publico castitatis, adspice tamen vel sublimis iam; matronas videbis, cum latrinarum antistes sericum ventilat, & immundiorum loco ceruicem monilibus consolatur, & armillis, quas ex virorum fortiū donis ipsæ quoque matronæ temere vsurpassent, omnium pudendorum conscias manus inferit, impuro cruri ⁹¹purum aut mulleolum inducit calceum. Cur istas non spectas? ⁹²vel illos itē habitus, qui nouitate vestitus religionem mentiuntur, cum ob cultū omnia candidatum, & ob notam vitæ, & priuilegium galeri, Cereri initiantur; cum ob diuersam affectionem tenebricæ vestis, & tetrici super caput velleris in Bellonæ montes fugantur; cum latioris purpuræ ambitio, & galatici ruboris superiectio Saturnum commendat; cum ipsum hoc pallium

A pallium morosius ordinatū, & crepidæ cretatæ Græcatim Æsculapio adulantur. Quāto tunc magis arguas illud? & vr̄ges oculis etiam simplicis & in affectatē tamē superstitionis reum. ⁹³Enimuerō cum hanc primum sapientiam vestit, quæ vanissimis superstitionibus renuit: tūc certissime palliū super omnes exuuias & peplos augusta vestis, superq; omnes apices & titulos sacer suggestus deducit oculos. suadeo reuerere habitū, vnius interim erroris tui renūciatorē. ⁹⁴Tamē, inquis: *ita à toga ad Pallium?* Quid enim si & à diademate & à sceptro? ⁹⁵An aliter mutauit Anacharsis, cū regno Scythiæ philosophiā præuertit? Nulla in melius transgressus sint signa: est habitus iste quod faciat. Prius etiā ad simplicē specta telā eius: nullo rædio cōstat. adeo ⁹⁶nec artifice necesse est, qui pridie rugas ab exordio formet, & inde deducat in tiliās, totūque cōtracti vmbonis figmētū custodibus forcipib⁹ assignet: dehinc diluculo (tunica prius cingulo correpta, quā præstabat moderatiorem texuisse) recognito rursus vmbone & si quid exorbitauit reformato, partē quidē de læuo promittat, ambitum vero eius ex quo sinus nascitur iam deficientibus tabulis retrahat à scapulis, & exclusa dextera in læuam adhuc cōgerat cum alio pari tabulato in tergo deuoto, atque ita hominem sarcina vestiāt. Cōscientiā denique tuam perrogabo, quid te prius in toga sentias, indutum ne an onustum: habere vestem, an baiulare? Si negabis: domū cōsequar, videbo quid statim à limine properes: nullius profecto alterius indumenti expositio quā togæ gratulatur. calceos nihil dicimus, propriū togæ tormētum, immūdisimā pedum tutelam, verū & falsam. quem enim non expedit in algore & ardore rigere nudipedem, quā in calceo vncipedem. magnū incessui munimentū sutrinæ Veneriæ prospexere, perones effeminatos. At enim pallio nihil expeditius, ⁹⁷etiam si duplex, quod Crætetis more nusquam vestiēdo componitur. quippe tota molitio eius operire est solutum, id est, vno circumiectu, licet equidem nusquā inhumano; ita omnia hominis simul cōtegit. Humerum velans exponit, vel includit, cetero qua in humerum adhæret nihil circumfulcit, nihil circumstringit, nihil de tabularū fide laborat, facillē sese regit, facillē reficit. etiā cum reponitur, nulli cippo in crastinum demandatur. si quid interulæ superest, vacat zonę tormentum; si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis, certē viriles magis quā in calceis. Hæc pro Pallio interim, quātū nomine cōcicasti. Iam vero & de negotio prouocat. ⁹⁸Ego, inquit, nihil foro, nihil campo, nihil curiæ debeo; nihil officio aduigilo, nulla rostra præoccupo, nulla prætoria obseruo, cancellos nō adoro, subsellia nō contundo, iura non conturbo, causas non elatro, non iudicco, non milito, non regno; secessi de populo. imò vnicū negocium mihi est, nec aliud nūc curo quā ne curē. Vita meliore magis in secessu fruare quā in prōptu. sed ignaua infamiq; scilicet patriæ, & imperio rei; pub. viuendū est. Errat olim ista sententia; Nemo alij nascitur, moriturus sibi. ⁹⁹Certē cum ad Epicuros & Zenonas ventum est, sapientes vocas totum quietis magistrerium, qui eam summæ atque vnicæ voluptatis nomine conferuauerunt. Tamen propemodum mihi quoque licebit in publicū prodesse. C ¹⁰⁰Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere, quæ felicius publicis rebus & ciuitatibus & imperiis bonas valetudines conferent, quā tuæ operæ. Quippe si pergam ad acuta tecū, plus togæ læsere rempub. quā lorice. Atquin nullis vitis adolor, nullis veternis parco, nulli impetigini adolor; adigo cauterem ambitioni; qua ¹⁰¹M. Tullius quingentis millibus nummū orbē citri emit, qua bis tantū Aſinius Gallus promēsa eiudē Mauritanie numerat. Hem, quātis facultatib⁹ æstimauere ligneas maculas? ¹⁰²itē qua lances centenarij ponderis Sulla molitur. Vereor sanē ne parua sit ista trutina, cum ¹⁰³Drusillanus, equidem seruus Claudij, quingenariā promullidem ædificat, superscriptis fortasse mensis necessariam; cui si officina exstructa est; debuit & triclinium. Immergo æquē scalpellum acerbitati ei, qua ¹⁰⁴Vedius Pollio seruos muranis inuadendos obiectabat, noua scilicet sæuitia delectato, terrenæ bestię exedentulæ & exunguis & excornis: de piscibus placuit feras cogere, vtique statim coquendis, vt in visceribus earū aliquid de seruorū suorum corporibus & ipse gustaret. Præcidam gulam; qua ¹⁰⁵Hortensius orator primus pauū cibi causa potuit occidere; qua ¹⁰⁶Aufidius Lurco primus sagina corpora vitiauit, & coactis alimentis in adulterinū prouexit saporem; qua ¹⁰⁷Aſinius Celer nulli vnius obsoniū vt. H-s. detulit; qua ¹⁰⁸Æsopus histrio ex auibus eiusdem preciositatis vt canoris & loquacibus. quibusque sexcentorum millium patinam conflauit; ¹⁰⁹qua filius eius post tale pulpamentum potuit aliquid sumptuosius esurire; margarita namque vel ipso nomine preciosa dehausit, crēdo ne mendicius patre cœnasset. Taceo

no Nerones & Apicios & Rufos. ¹¹¹ Dabo catharticum impuritati Scauri, & ¹¹² alexæ Curiij, ¹¹³ & vinolentiæ Antonij. Et memento istos interim ex multis togatos fuisse, quales apud pallium haud facile. Has purulentiæ civitatis quis eliciet & exuaporabit, ni sermo palliatus? ¹¹⁴ Sermone, inquis, me suafisti medicamine sapiētissimo. Verum et si eloquiū quiescat, aut infantia subdūctum, aut verecundia retentum, (nam & elingui philosophia vita contenta est) ipse habitus sonat. sic denique auditur philosophus dum videtur. De occurſu meo vitia suffundo. Quis non æmulum suum cum videt patitur? quis oculis in eum potest, in quem mentibus non potest? grande pallij beneficium est, sub cuius recogitatu improbi mores vel erubescunt. Videtur nunc philosophia, quid proſit. Nec enim sola mecum est. Habeo & alias artes in publico vtilis. de meo vestiuntur, & primus in-formator litterarum, & primus edomator vocis, & primus ¹¹⁵ numerorum harenarius, & Grammaticus, & Rhetor, & Sophista, & Medicus, & Poëta, & qui Musicam pulsat, ¹¹⁶ & qui stellarem coniectat, & qui volaticam spectat. omnis liberalitas studiorum quatuor meis angulis tegitur. planè post Romanos equites. Verum & cerdones & omnis gladiatorum ignominia togata producit. Hæc nimirum indignitas erit à toga ad pallium? Sed ista pallium loquitur. ¹¹⁷ At ego iam me illi etiam diuinæ sectæ ac disciplinæ commercium confero. Gaude pallium & exulta. melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cœpisti.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII
IN LIBRUM DE PALLIO.

DE PALLIO.] Pallium quale fuerit, satis patet tum ex verbis Auctoris supra in Argumento, tum ex picturis sculpturisque superioris Vestis Apostolorum Christi, quæ etiamnum exstant. Similem autem habitus mutationem in nouis Christianis subindicat Origenes apud Eusebium Eccl. hist. lib. 6. cap. 15. cum de Heracla dicit, postea illum communi indumento habitum adsumpsisse Philosophicum Quoniam autem Pallium Græcorum erat gestamen (vii adnotauit Rhenanus) ut toga Romanorum, & Christiani frugalitatis gratia pallio vestiebantur tanquam veste simpliciore & Philosophica; factum est, ut vulgari conuicio, qui nostris sacris iniurati forent, Græci vocarentur, & ab iniectione pallij, quod tunica superimponerent, etiam imponentes, ut ita dixerim, sicut impostores. Quoties ergo Christianus aliquis prodisset, statim illud è triuio auidebat, ὁ γυγυδὸς ἐπιθῆτης. Id simpliciter accipiebat indoctum vulgus ob pallij superimpositionem; ceterum literati figuratum morsum intelligebant in vocabulo ἐπιθῆτης; in quo fieret ad impostoris nomen apud Latinos tacito alluſo, hoc est, deceptoris & hominis sanctitatem mentientis. Atque hoc est quod Hieronymus ad Euriā de viduitate scribens: Vbiunque (inquit) viderint Christianum, statim illud de triuio; ὁ γυγυδὸς ἐπιθῆτης; vocant impostorem, detrahunt. Sensem scommatis idem Hieronymus expressit epistola ad Marcellam de agrotatione Blesilla de Christianis agens, qui propter vestitū vilioſum à gentilibus, nonnumquam etiam à pseudochristianis viderentur: Nos (inquit) quia serica veste nō vtimur, Monachi iudicamur; quia ebrii non sumus, nec cachinno ora dissoluimus, continentēs vocamur & tristes. si tunica non cāduerit, statim illud è triuio: Impostor & Græcus est. Vbi vides ad vestem pertinere dictum, quæ philosophi Græcorum peculiariter vterentur, & post illos Christiani; cum inquit, Si tunica non canduerit. Hactenus Rhenanus, non incommode. sed expungendi (preter eos quos Conſores Regij repurgarunt) veniunt duo loci in ipsius ad hunc librum argumento. præterquam enim quod in calce tacite suggillat Romani Pontificis sceptrum & diadema;

etiam in ipſo offendit limine, de Monachorum agens veterum vestitu, Erasmi opinor imitatus in Vita D. Hieronymi & Anecdoto scilicet suo in Epistolam ad Rusticum. Repugnat etenim directè hic error patrum veterum iam inde ab ætate Apostolorum sententiæ, qui unanimiter omnes tam in monachis quam Sanctimonialibus imitationem habitus agnoscunt. De his aliquid diximus Adnot. nostris in Epistolam D. Cypriani LXII. ad Pompon. de Virginia. De Monachis vero id adferunt, non modo Philo Iudæus, D. Dionysius Areop. & D. Ephrem, locis ibidem citatis, sed etiam D. Chrysostomus homil. 69. in 21. cap. Matth. cuiſque discipulus Caſſianus de Institut. cænob. cap. 1. 2. 3. & Nilus Abbas in Aſterico; amicum monachorum describentes, qualis Helia, Helisei, & Ioannis Baptistæ describitur, lib. 3. Reg. 17. & 19. c. l. 4. c. 1. 2. 4. 6. Matth. 3. & 11. c. Marc. 1. Luc. 1. & Hebr. 11. qui haud dubiè diuersus fuit à reliquo hominum genere. Quod quantumvis negent Centuriatores Magdeburgenses de D. Ioanne ne videatur monachorum exemplar fuisse; contrarium tamen pulchrè ostendunt Alanus Copus dial. lib. 2. cap. 5. ac 6. & P. Cuiſius Comment. de Verb. Dei corrupte lib. 1. à quibus citantur Optatus Mileuitanus lib. 2. contra Parmen. Athanasius de Virginit. Ambrosius epistola 36. Gregorius Nazianz. exhort. ad Virgines, Hieron. in Hilarione & Paulo Eremitis, Augustinus epist. 199. ad Ediciam, Theodor. in Meſyma, Pallad. hist. Laſc. 4. 1. & Damasc. de Barlaam & Iosaphat. His adde, Sever. Sulpit. Vita S. Mart. dial. 1. cap. 2. ac 14. & quæ habet Nicephorus Eccl. hist. lib. 9. c. 19. de vestitu monachorum Tabennensium sub S. Pachomio eodem planè cum eo quo vtitur hodie manachi. Quid? quod, non solum Pachomij discipuli D. Orestes in inst. monast. & Isaias Abbas monast. inst. l. 3. cucullam, zonam, pellem, & sandalia recenseant; verum etiam D. Hieronymus ad Demetr. de custod. Virginit. cucullarum & matoris meminerit, vel teste etiam Rufino lib. 2. inuestiue in Hieronymum, & eadem ætate Caſſianus dicto l. c. 4. 5. 6. & 7. quid mysterij significent cuculle, collochia, rebrachiatoria, ac matoris latè explicat. immo ipse D. Benedictus contra quam audet perperam adferere Rhenanus) Regula suæ cap. 56. nominat cucullam, tunicam &

ſcapu

ſcapulare. in cuius Commentario Hrabanus noſter, quem MS. habemus, pro nobis citat verba SS. Basilij & Iſidori.

C A P. I.

2. Principes semper Africæ viri Carthaginenses, &c.] Faciunt ad loci huius intelligentiam, tum quæ de Africæ primatu & imperio in 6. provinciis distributo, ad epist. D. Cypriani XLV. & XLIX. tum quæ de Carthaginis origine, nobilitate, interuentione & noua reſtauratione adnotauimus in Prefatione Concilij sub eodem Cypriano Carthaginensis; quam etiam esse veriorum lectionem ibidem diximus. Vide Africæ descriptionem apud Sallust. in bello Jugurth.

3. gaudeo vos tam prosperos temporum, &c.] Voces phrasæque Tertull. hic adnotatu dignæ: prosperos temporum, ut & infra; insignes libidini; denotare, hic & infra, pro, notare: scuti paulopost; denotare, pro; reprehensioni. Pacis autem habitus, pallium vocat, quod neque causidicis neque militibus vſitatum fuerit.

4. Tamen & vobis habitus aliter olim Tunica fuisse.] Huc pertinet illud Nonij Marcelli: Ennius, probro Carthaginensium Tunica iuuentutem voluit dicere, & quod Pænum auem nuncupet Plautus in Pænulo, ob manicas alarum instar vtriusque pensiles. Nam & Romæ probro verti solere manicas tunicas (quales hic pulchrè describuntur) testatur A. Gellius, quippe cum tunica Romanorum breuior esset & sine manicis.

5. & quidem in fama, de subreminis studio, &c.] Ac si dicat fama celebres, ut potè picturata, vel auri (vii apud Verg. Aeneid. 3.) vel potius luminis, id est, coloris a-tlicius luminosi, qualis est puniceus & coccineus. Iudovicus tamen Carrio [C. Claris] & doctissimus legi volebat, & quidem in femina, eo quod sequatur: in viros autem iudicet Lector Turnebus paulopost emendauit lib. 7. c. 20. quod iustas castigationes totius huius libri continet, nec brachijs parce, pro: pare. Ego vero etiam legendum con-iicio: expeditæ atque quadratæ infita, præsertim quæ vnus Vaticanorum codicum legat: quadratæ; ut significet, tunicas illas subſutas fuisse & quadratas infita; quæ fasciola erat tenuissima, qua vestes subsuebantur, iuxta illud Horatij: Quorum subſuta ralos tegit infita veste. quamquam sic adhuc imperfecta sit oratio, quales existare solet hic Auctor; nisi forte sic emendandum existimet hunc locum, ut pro aduerbis adiectiua cum di-phthongis hæc substituatur: prodigæ, inuerecundæ, parca, atque. quam coniecturam confirmare videntur duo Vaticanæ codices, qui legunt: pates. Facit autem ad intel-lectum huius loci quod scribit Hrabanus noſter de rerum naturis lib. 21. cap. 8. Pallam esse quadratum pallium muliebre deductum vsque ad vestigia, adfixis in ordinè gem-mis circa huius indumenti finem.

6. In viris autem pallij extrinsecus habitus, &c.] Pulchrè tum hic, tum postea pallij formæ describit. hinc quia supra tunicas induebatur, ortum proverbum: tunica pal-lio propior. Æsculapius autem peculiariter colebatur in Africa, quod matre Pæna crederetur genitus, unde Pæni gena vocatur iuxta Seruium apud Verg. Aeneid. 7.

7. Sic & in proximo foror ciuitas, &c.] Vticam intelligi rectè diuinavit Rhenanus. causam vero eius nuncupationis esse existimo, quod & in eodè sinu, & à Tyriis aque ac Carthago fuerit condita, ut latius in Adn. nostris ad dict. Concil. Carthag. sent. 89. vbi plura de hac ciuitate; quæ etiam infra vocatur Romana præcoqua: quod, cum vltro se dedidisset, Romanorum fuerit receptaculum.

8. & scubialibi in Africa, Tyros, &c.] Aut ita di-stinguendum est hoc membrum, ut ante Tyros, comm-

ponatur, cum ea non in Africa, sed in Phœnicæ Asia ma-iore sita fuerit; aut (quod magis placet) ex margine vox Tyros, in contextum erupit (iuxta quod censet vir erudi-tiss. Latinus Lanius in suis ad me missis observationibus) à sculo fortassis copiam adposita, qui putauit per fororè ci-uitatem, Tyrum intelligi, quæ potius parens dici deberet.

9. At cum secularium fortium variavit vrna, &c.] Hanc Turnebi coniecturam, pro eo quod erat: for-tium domina fortuna, omnino confirmant Vaticanæ co-dices tres, quorum duo quamproximè accedunt, tertius vero manifestè sic legit. Putabat tamen doct. Petr. Pihoes scribi posse: At cum secularium fortium dominia fortunare Romanis Deus maluit. Metaphora autè sumta est à for-tibus solitis in vrnam mitti, versari, & educi, iuxta illud Salomonis: Sortes mittuntur in vrnam, & à Domino disponuntur. Vide Robertellij in Ciceronem, vbi latissimè profequitur modum sortes mittendi, & quibus in rebus sortes adhibebat-ur. Fortassis etiam adludit ad Seculares ludos quartos, qui primo anno 3. belli Punicæ celebrati sunt iuxta Varronè & Livium; quippe quum sortibus in vrna volutatis emitteretur in Circum Aruige, vii patet l. de Spect. c. 16. n. 141.

10. vobis vero post iniuriæ beneficium & senium non fastigium, exemptis, &c.] Ex Vatic. codicib. fastigium, pro: fastidium legimus. Phrasæ autem sua dixit Tertullian. exemptis senium, scuti infra deſta Vulſinius, crepta Pompeios; & iterum c. 4. crepidam æratus.

11. post Gracchi obscœna omnia, &c.] Historia ad quam alludit, sic habet. Carthago X XI I. anno post-quam per Scipionem Africanum iuniorum funditus ex-cisa fuerat, in vestigijs magne Carthaginis beneficio Po-puli Romani reedificari iussa est, & à G. Graccho Tribuno plebis deductis eò coloniis Romanorum (teste Solino) Juno-nia cognominata, sed non sine prodigio aut omine, vii Auctor loquitur. Nam mensores (inquit Orosius l. 5. c. 12. & ante eum Appianus Alex. sub finem libri de bello Li-byco) ad limitandum Carthaginensium agrum missi, stipes terminorum indices fixos, nocte à lupis reuulsos mordi-cisque corrosos repererunt.

12. Post Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeij aras, & longas Cæsaris moras, &c.] Vide-tur agere de varijs expeditionibus in Africa, tum Lepidi qui Sulla defuncto Mariana partis violentus adſertor ex-stiuit; tum Pompeij qui magnam stragem apud Vticam Carthagini vicinam, cæsis c. 10.000. edidit. uti re-ferit Orosius; tum Cæsaris qui in bello Africano aduersus Iubam regem à X III I. Kal. Jan. ad Idus vsque Junias (Eirtio teste) moras longas fecit. Per aras autem trinas Pompeij, illud intelligi conicio, quod ab Aris Philæno-rum fratrum iuxta Hyppi promontorium, ad aras vsque Neptuni inter Hipponem & Vticam, Africam bello per-uagatus sit. nisi cui forte Carrioni assentiri lubet, per tres aras, triplicem Pompeij triumphum intelligebat.

13. vbi mœnia Statilius Taurus imposuit, &c.] Rectè adnotauit Turnebus ius togæ Carthaginensibus da-tum, tum cum à Statilio Tauro (Africa nempe II. Pro-consule, antea II. Consule) iterum deductis Roma coloniis muro nouo cincta est Carthago. Alio seu potius Sentio Saturnino vel Augure vel Pontifice (quæ postea etiā II. Consul fuit) eam inaugurante & solempne carmen effante, idque tum, cum iuuaret (iuuaret enim, pro Iubæ, ipse & Vaticanæ codices legunt) concordia; pax, inquam, toto ter-rarum orbe sano clauso III. aut IIII. sub Augusto Cæsare. nam & iussu Augusti Carthaginem denuo edificatam te-ſtatur Appianus vbi supra. Atqui Togam pulchrè

describit Petrus Crinitus de hon. disc. lib. 3. c. 7.

14. à Pelagis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, &c.] Græci (inquit Turnebus) quendam Tebennum Arcadem togæ Romanæ inuentorem prædicant, qui primus id genus vestis gesserit, & sumum Funicum nauis ingressus in Italiam venerit, & vestimentum propagavit, unde & togam τῆσεβνον, appellatam fuisse scribunt de inuētōris nomine. Quum autem Arcadia olim Pelagos dicta sit, videtur alia Auctoris sententia, ut nempe non per Arcadem aliquem Euandri Regis comitem, sed potius per Lydos qui Tyrreno duce Etruria occuparūt, in Italiam toga introducta sit; eosdem Lydos, à quibus ludos dictos & instituta contendit infra lib. de Spect. T. 2. Porro phrasēs hic adnotatæ: cinctu arbitrate, & tabulata cōgregatione.

15. vel temporalitas vestit. Turn. censet legendum: vertit, sed mihi magis placet prior, & Vaticanorum codicum lectio, è quibus paulopost substitui: & quidem, pro equeidem.

16. Nam & Arietem non quem Laberius, &c.] De Laberio Mimographo latius infra in Apologetico, ad cuius verba plerumque duriora alludit Auctor, quibus Arietē reciprocōrē & lanicūē nōminat, eo quod (interprete Crinito lib. 19. de hon. disc. c. 5.) id animal reciprocā & obtorta cornua habeat, qui quidē legit: sed trabitextum. & haud absimiliter Vaticanis duo cod. textitrahū, pro eo quod est: & textitrahū; sed magis placet hæc lectio, tum quod testes trahere videatur Arietis animal, tum quod sequatur in eadem Parenthesi: sed trabes, &c. consentiente mecum etiam Turnebo, nisi malit quis legere cum Vatican. cod. vno textitrahū: quod trabas lanas quibus textitur alia materies. ad quod accedit lectio Scaligeri in Varonem: vestitrahū. Atqui pulcrè locum hunc interpretatur Turn. Aduers. lib. 23. c. 30. & lib. 29. cap. 18. & præsertim vbi supra Arietem, inquit, machinam oppugnatōriam Plinius quidem dicit bello Troiano, ab Epœo inuentam, cui primū equus nomen fuerit: sed cum Auctore consentiunt Pausanias & Vitruuius eius interpretes in hæc verba: Carthaginienses ad Gades oppugnandas castris positū, eam castellum ante cepissent, nec haberent ferramenta ad eius demolitionē, sumserunt tignum, idque manibus sustinentes, capiteque eius summum murū continenter pulsantes, summi ordinis lapides deiecebant, atque ita gradatim totam munitiōnem dissipauerunt. Postea faber quidam Tyrius, nomine Pepsasmenos, hac ratione & inuentione inductus, malo statuo, ex eo alterū transuersum vti trutinam suspendit, & reducendo & impellendo vehementibus plagis deiecit, atque hoc est quod addit Auctor noster sane pereleganter: in oscillum penduli impetus.

17. Quemadmodū hemisphæriū est Virgiliāti Eneid. 1. studiū asperrima belli, ita etiā illud ex eiusd. Eneid. 3. Tantum æui longinqua valet murare vetustas. Porro vox vetus & phrasīs adnotatu digna: vltimarent, ac: frangere militat.

18. in oscillum penduli impetus, &c.] Nam quamuis oscilla sint parua scilla in effigiem humanam arte simulata, ut scribit Macrobius, & imaginū quæ infantibus præbentur ad lusum; tamen oscilla etiam dicebantur quæ ἀσπίδες Hesychio, id est, pensiles quædam gestationes de arboribus suspensæ, in quibus pueri diebus festis apud Athenienses per lusum iactabantur, atque ea iactatio oscillatio dicebatur, quæ se iactantes imposti transuerso tigno de arbore suspensio, alterius se mutuoque subiecebant deprimebantque. Quod etiam genus lusus per sex Latinarum feriarum dies celebrari solebat in memoria & imaginem vitæ humanæ, in qua altissima interdum in infi-

num deiciuntur, infima in altum efferuntur & euehuntur. Festus autem, è quo plerumque hic descripta sunt, inde dictum putat, quod oscillant, id est inclinent præcipitesque in os ferantur. Vbi vide Adnot. tum aliorum, tum Scaligeri, & huius eiusdem in Ausonii. Virgilius ad simile Oscillationē in Liberalibus fieri soliti alludit hoc Versu Georg. 2.

Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu; quem est aliter interpretentur, ita debere intelligi, confirmatur ex dictorum Atheniensium more, qui in Bacchanalibus ἀσπίδες celebrabant. Eodem autem modo mundi ex axe pendentes, Oscillum vocat Tertullianus infra lib. de Anima.

C A P. II.

19. Sit nunc aliunde res, &c.] Hic secundum huius libri caput non absurdè quis suspicetur, quo ostendit, non debere videri nouam velitis mutationē ex reorum omnium, imò & mundi ipsius mutatione, quæ tungi, id est paulatim interire dicit (neque enim placet quod vno codex Vaticanus: stringitur, legit, pro: frangi-tur) siue quis cum Anaximandro plures mundos faciat, siue cum Sileno sentiat, qui de alio orbe Midæ regi apud Meropes blatire, id est, in condite loqui non sit Veritus. siue denique cum Platone, qui ex diuersis substatibus mundum conficit. Atqui Platonis opera passim existant. De Sileni hæc sententia latius infra T. 3. lib. aduersus Hermodem, & de Anaximandro in Apologetico; hoc vno hic addito, quod tractet has Anaximandri & Platonis sententias Theodoret. l. 4. de Græc. affect. curat. Legimus verò cum Gagneo & Gelenio: Sed & si quem, pro eo quod alij: Sed & ipsi quem: & ex Vatican. cod. 3. emendamus. & diuersitatibus, pro: ex. Adnotanda etiam hic Tertull. Voces & phrasēs: viderit (de qua in Adn. nostris in Cyprianum sepius) vicēs fœderant, & corporarur.

20. Nostra certè metatio, &c.] De Metaphora hæc, quæ mundum sublimarem intelligit Tertullianus, sepius vstata, vide Adn. nostras in Cyprianū, epist. 2. 2. Eleganter etiam oculos Homericos, id est cæcos nuncupat, quippe quum ille ea de causa id nominis sortitus fuerit.

21. Solstitutionibus annuis, Luna, &c.] Ita distinguendam hanc periodum rectè adnotauit Latinius. Missilia verò fulgura intelligit. Substillum interpretatur Paulus apud Festum, tempus ante pluuiam iam penè diuidum, & post pluuiam non persiccum, quod iam stillet, aut nondū deserit. Atqui videtur hic imitatus Auctor Varonem de lingua Latina lib. 8. Vbi similiter comprobatur non absurdum esse vocum mutationem, quum & celum & terra & aer & mare saepe variant.

22. de fluctibus temperatum & extemplo de decumanis, &c.] Flustra dicuntur, inquit Festus, cum in mari fluctus non mouentur: Decumani vero fluctus dicuntur, qui maximi (vbi adnotauit Rhenanus.) nam & ouum decimum manus nascitur, inquit Festus. Politianus vero Missell. c. 86. addit etiam scuta amplissima decumana nuncupari, & decumanam in castris portam, quæ ab hoste auersa est, ac decumanam in agro limitē, qui ab oriente est ad occasum: citans de fluctu decumano Ouid. 1. Trist. & II. Metam. Silium Italicum l. 14. Senec. in Trag. Agamemnone, Lucan. 5. l. Pharsal. & Val. Flaccum 2. l. Argonaut.

23. Sic & terram si recenseas, temporatim vestiri amantem, prope sis, &c.] Turnebus legendum conicit: verti variantem, prope possis; sed placet prior lectio magis Tertullianica, maxime consentientibus Vatican. exemplaribus. Paulopost ex emendatione Latini confirmata iisdem codic. reposuimus: montium scapula; pro scopula. Est verò notè dictum: ebullando.

14. Muta

24. Mutauit & rotus orbis, &c.] Mutauit, & infra, Mutat, ac aduers. Valentinianos, mutabit; absolute accipi adnotat Rhenanus; addens: buccinas minores esse conchas quas buccina vocat Plinius, ad similitudinem eius buccini quo sonus editur, vnde ex rotunditate oris in margine incisa illi nomen est; verbis mutuatis ex libro 9. nat. hist. cap. 36. Tacite autem pingit Auctor Platonem, tanquam qui non crediderit ardua fluitasse. Quod repetit in Apologetico cap. 40. Vbi de eo latius. Atqui vno cod. Vatican. in forma mutauit, pro: infirma; sed placet quod Latinius legit: infirma, agit autem de diluuiō.

25. Nulla iam Delos, Rhene, Samos; & illa, si non mendax Plato, in Atlantico Lybiam & Asiam adæquans quæritur nunc, &c.] ita hunc locum restituit Turnebus partim ex coniectura, partim ex Apologetico Tertull. infra pro eo quod erat: & Sybilla non mendax, Æon in Atlantico. nam & Plato (inquit) in Timæo scribit, in mari Atlantico insulam ingentem submersam, & insulam exiguam Delo vicinam commemorat Stephanus, cui nomen Rhene. Ego verò malui retinere: harenæ Samos: eò quod hæc insula Plinio teste repente è mari emerit; & veriorē puto lectionem: & si ille non mendax Plato nempe cuius paulo ante facta est mentio Æon, ut ironice alludat ad Æonem Valentinianorum figmentis plenus è schola Platonis profectus. Pro quo facere videtur illud Tertulliani infra Tom. 3. lib. adu. Valentin. insulam Feliculam credas; tanta tabulata cælorum, nescio vbi. Atqui de harum aliarumque insularum interitu ac Sicilia insula ex continente, latius infra in Apolog. ad cap. 40. vbi isdem penè verbis Tertullianus vtitur. Et vero: nomen vitij quod plaga illa didicij mari induit, aut, ut Vatican. cod. imbuuit, intelligo Rhegium, quippe quod Græcè obrutum significet. Fre-tum nempe inter Siciliam & Italiam ita dictum; quod, quum antea coniuncta essent, medium illud spatium aquis obrutum esset, & per angustiam fissum, sicuti ex Sallustio citat Isidor. Etym. lib. 4. in voce: Sicilia, à seruiō mutuatus.

26. Partitur & continens, de cælo, aut de suo, &c.] De cælo exempla profert, mare mortuum in Palestina iuxta Iordanem, ortum ex conflagratione cælesti Sodomæ & Gomorrhæ, ac Vullinios Tusicie; de suo vero, id est ex montium incendio Pompeios Campaniæ oppidum, de quibus latius infra in Apologetico.

27. Et solus audiebat,] Videtur similis phrasīs qualis paulo post: & sicubi aliqua gens occuparat, sibi met soli erat, & infra Tom. 3. lib. adu. Hermo. cap. 3. Nam Deus sibi erat, nisi malit quis ex coniectura Carionis legere, & sol sua videbat.

28. Vtinam & Asia, & Africa, &c.] subindicat contigisse eiusmodi conflagrationes, non solum in Europa, sed & in Asia & in Africa, duabus reliquis orbis partibus. De illa scribit Plin. hist. nat. lib. 2. cap. 86. Tiberij Cesaris principatu xlii. (imò secundum Euseb. Chron. xlii.) Asie vrbes vna nocte prostratas, maximo (inquit) memoria hominum terræ motu: quem eundem fuisse qui in passione Domini contigit rectè sentit Oros. lib. 7. cap. 4. qui post Eusebium etiam sub Traiano Cesare 4. Asie ciuitates subuersas narrat, Græciæ duas, & Galatiæ tres. De Africa & Thraciæ terræ motibus alicubi meminit D. Augustinus: Euseb. anno Traiani 16. addit Antiochenum terræ motum in Syria quæ Africa contribuitur, & sub Adriano Nicopolis ac Cesariæ. Vide autem plura orbis detrimenta quibus sitis mutati sunt dicto lib. nat. hist. apud Plinium.

29. Vnicis castris fraudatis expiata,] Edit. i. Thu-

nica castris. sed prior lectio confirmatur ex manuscripto. Videtur alludere ad Plin. lib. 2. nat. hist. cap. 84. Creberimus, inquit, Punico bello intra eundem annum septies atque quinquages munitur Romam terra motus. Quo quidem anno ad Thrasimenum lacum dimicantes, maximum motum neque Peni sensere neque Romani. Quod ipsum repetit latius Oros. lib. 4. c. 15.

30. Regnorum vices, &c.] Regnorum vices iam inde à Nino Beli Progenie ultra quem stilus non solet scriptorum extendi (quæ vox aut similis hic suppleri debet ut perfecta sit oratio) videre est apud Eusebium in chronica. qui præter Hebræorum regnum quod ab ipso mundi natalibus cepisse constat, ab Assyriorum, Sycioniorum, & Aegyptiorum regnis aufpicatur: Aegyptiorum deinde Atheniensiumque adiciens reges, & Aegyptius deficientibus Mycoenarum, inde Latinorum, Sycionis Lacedæmoniorum regna subiiciens: & Corinthiorum dynastias coniungens: deinceps Medorum deuictis Assyriis & post Lacedæmonas Macedonum: ac deficientibus regibus, Corinthiis Lydorum, Latinisque Romanorum, ac Medi deuictis Persarum, imperia per Olympiades profectur. Post hæc, Atheniensium primo, deinde Lydorum, inde Aegypti regnorum occasu indicato & regibus expulsi ad Consules Romæ redacta Rep. rursus venatam. Aegyptiorum siue Alexandrinorum dynastiam profectur, deinde translatum imperium cæso Dario à Persis ad Macedonas, & per Alexandri Magni obitum dispersum in regna varia Aegypti, Syriæ, & Asiæ, tandemque sub Augusto Cesare vni Romano Imperio omnia regna cecisse perquam eleganter demonstrat. Nec minus egregiè D. August. toto lib. 18. de Ciuit. Dei, & suis in illum Adnotat. Ludo. Pines.

31. si tamen Ninus regnauit primus,] Quod Ninus primus non regnauerit, alias latius dicendi se campus offeret. hoc vnum hic adiciam quod Iustinus hist. lib. 1. antiquiores Nino fuisse dicit se solistrem Aegypti & Tanaim Scythiæ reges, & Scythiis Asiam per mille quingentos annos dectigalem fuisse, donec tribui Ninus Assyriorum rex finem fecit. Vatican. autem cod. legitur: si forte cui historia patefuerit, pro eo quod alij: si forte æui.

32. alias versura compenato redit, &c.] Quomodo Delos de qua supra & Rhodos de qua in Apologetico aliaque multa insulae semel absorptæ aut nunquam antea conspectæ, apparuerint denno, aut recens enatæ sint, latè profectur Plinius dicto lib. 2. nat. hist. deinde per eam quam profectur gentium transmirationem versuram illam compenatam satis probat. quo fit ut omnino confirmem coniecturam Turn. qui consequenter legit.

33. Nam & primitiis, (sen potius iuxta 3. Vatican. cod. primitus) maiore ambitu terra casta,] pro eo quod erat: iam & primitiis maiorem ambitum. Atqui: runcare, euellere est, rursus quærerere Nonio, crebro quærerere Festo; iuxta illud Glossarij: ut latebras rursus rimer maritimas. ac si dicat Auctor, ibi truncatam copiam vbi abundabat, & nouas sedes quas vbi deserta erat populis regio; qui eleganter dixit: per vbi que orbis; ac; vrbes ex vribus pangerentur. quod clarius dixit Auctor infra Tom. 3. lib. de Anima: Inuenimus (inquit) apud commentarios humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exuberasse, dum Aborigines vel vagi, vel extorres, vel gloriosi quique occupant terras, &c. dum foilemnes etiam migrationes quas μετοικιὰς appellant, consilio exoneranda popularitatis in alios fines examina gentis cruciant, &c. ne prolisiores sumus hoc vno addito, quod

similiter ibi dixerit : saxa panguntur.

34. Scythæ exuberant in Persas.] *Ex coniectura Turnebi adiecti: in V. atic. cod. & 1. edit. legunt: Maschitæ: pro quo si substituitur: Massagetæ, tolerari poterit. De Scytharum vero examinibus in Persas translatis nominatim hactenus non licuit quid reperire. Videtur igitur cum D. Epiphano, Justino, & Plinio Auctor sentire, quorum hic histor. nat. lib. 6. cap. 17. Scythas omnium hominum primos facit; Epiph. omnes eos qui post diluuium à Noë filijs processerant, ad Babylonicæ usque turris edificationem, Scythas dicit appellatos. Iustinus causam etiam addit, quod editior sit terris omnibus Scythia, & proinde post diluuium prius aquis detecta. quod vel inde confirmatur quod D. Hieronymus montes Ararat in quibus arca quiescit interpretetur montem Caucasum qui est in Scythiæ finibus, & quod, Erabanus dicit. oper. de nat. rer. lib. 12. cap. 3. dicit Nemroth gigantem in Persidem abiisse post linguarum confusionem: ibique Persas ignem colere docuisse. Aut certe Persarum nomine Parthos intelligit; quippe quod ita dictos autumat Iustinus hist. lib. 42. eo quod exules Scythiarum fuerint, & lib. 1. Scythis condita adfirmat Parthicum & Bactrianum imperia. Quam coniecturam probabilem magis reddit quod Erabanus lib. 5. cap. supracitatus sub Parthico regno Persidem comprehendit. & vero posterior hoc indicat ipse Auctor loco citato, ubi subiungit exempli gratia: ut Scythæ in Parthicas, terras nempe Ludouicus tamen Carro dicebat ex corrupta scriptura librorum Vaticanorum legendum videri: Macetæ: pro; Macedonibus. de quo iudicat lector.*

35. Phœnices in Africam eruant,] *De Carthagine à Phœnicibus in Africa condita loquitur, quod ipsdem verbis repetit Auctor infra lib. de Anima.*

36. Romanos Phryges pariunt,] *Nota est historia de Romanorum origine ex Phrygiis Troianorum nempe reliquis, Aenea & posteris.*

37. Chaldaem semen in Aegyptum educatur, &c.] *Turneb. ex coniectura educitur pro; educatur; nec multum dissentit quod V. atic. 1. cod. legit; adducitur. Verum educari pro educi familiare est Auctori lib. de Vel. Virg. Atqui sacris literis plus satis hoc immotuit, quod non nisi post exitum ex Aegypto Iudæa gens cognominatus sit populus seu filij Israël. adluit interim ad illud Psalmi 113. In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, facta est Iudæa sanctificatio eius.*

38. Sic & Herculea posteritas, qui Temeno pariter, &c.] *Adnotauit Turneb. malle se legere: Tifameno pulso; quia regnante Orestis filio Tifameno, Pausania & Eusebio in chron. testibus, Heraclidarum in Peloponnesum defensus conigit. Sed refragatur idem Pausanias, quippe qui lib. 3. quem Laconica inscripsit, dicit regnum factione quadam diuisum, idque à Messenij Temeno, ab Arginij Cresponti delatum. Recte proinde Tertullian. Temeno pariter id est, cum Temeno Peloponnesum occupando producant. Qui interim loco supracitato lib. de Anima, Menidas, vocat quos hic Herculeam posteritatem. de quo ibi latius.*

39. Sic & Iones Nilei comites Asiam, &c.] *Ionum ab Athenis emigrationem, quos proinde Auctor nuncupat Athenienses, qui antea eo confugerant, factam scribit Euseb. in chron. anno 100. post Troia captiuitatem inter quos & Homerum secundum sententiam Aristarchi; secundum Philochorum vero anno 180. Ab his Ionia cognominata regio Asie minoris, quæ est inter Cariam & Aeoliam, in qua inter ceteras vrbes collocat Ephesum &*

Smyrnam Plinius lib. 5. cap. 29.

40. sic & Corinthij cum Archia muniunt Syracusas,] *De conditis Syracusis in Sicilia ab Archia, vide Diodorum Siculum, & Siciliam Huberti Goltzi.*

41. Quantum vrbium aut produxit, aut auxit aut reddidit præsentis Imperij triplex virtus, &c.] *Rhenani coniecturam de triplici Imperij virtute, tribus (inquam) Augustis Seuero, Nigro, & Albino satis superque refellit Peseemij Nigri interfectio, iam ante initium imperium à Seuero; quin potius intelligi debere Seuerum Imper. & Antoninum eius filium ac Albinum Cesares, latius in Vita Auctoris nostri deduximus, ad quæ lectorem remittimus. Recte interim hinc colligit Rhen. scriptum esse hunc ante librum ad scapulam, & proinde etiam ante Apologeticum, in quibus Albinianorum meminit, tanquam qui cum Albino in Seuerum Imperatorem conspirassent.*

42. eradicato omni aconito, &c.] *Pulchra metaphor. de Aconito, vide Plinium lib. 27. cap. 2. cactus autem quam cum rubo coniungit Auctor, herba est aculeata, quæ ut adnotat Tern. Plinio teste in Sicilia nascitur, cuius etiam meminerunt Theocritus in quodam Biddyllo, Theophrastus & Athenæus.*

43. super Alcinoi pometum & Midæ rosetum, &c.] *Pomaria Alcinoi regis in Corcyra insula celebrantur à Plinio lib. 19. cap. 4. meminit etiam Homerus lib. 7. Odiss. cuius ipsa Verba citantur à Iust. in. mart. Ad. gentes ad similitudinem paradisi exprimentam. Videtur autem Midas rex in Phrygia celebre habuisse, rosetum; quippe quum etiam infra Tom. 2. lib. de Coron. milit. cap. 14. dicat Auctor: centenariis rosas ex horto Midæ lectis.*

CAP. III.

44. Mutant & bestia pro veste formam, &c.] *Tertium, qui ita vult distinguere, libri huius caput hic merito collocabit, in quo institutum suum Auctor probat, tum quod animantia quadam formam suam mutant, tum quod non modo primus generis humani parens vestem non semel mutarit pro necessitate, sed paulatim pro mollicie & ornatu variæ indumentorum forme, inter quas & Pallium, promulgatæ fuerint.*

45. Quamquam & Pauo, &c.] *Pauum eleganter describit; utpote quod illi vestis pluma, & quidem de cataclitis (id est mea quidem sententia apta conciliandis acubitis, quibus, inquam, ad accumbendum utantur, quæ molli pluma replebantur, veluti ex Heliogabali Vita patere scribit Tern.) omni conchylio depreffior; omni patagio, id est aureo clauo iuxta Nonium qui vestis immitti solet, feminis vsuato, ad instar lati clauo virorum; (clauum autem interpretatur in Varro nem Scalliger plagulam quæ ab humeris in pectus demittebatur clauis quibusdam constat) inauratior: & omni syrmate solutior. facit autem ad intellectum huius loci Plin. lib. 10. nat. hist. cap. 20.*

46. Nominandum est & serpens, &c.] *Quod hic de serpente, Ouid. 7. Metam. de dracone refert mutare eos pellem in fenectæ. Isidorus in Etymol. & Eraban. de nat. rer. lib. 8. cap. 3. Tertulliano consentiunt. Hinc natum proverbium: pellem mutare. Atqui quemadmodum ex coniectura Latini legimus: in angustia se stipat: pro in angustias stipat: ita etiam Tern. sequitur: nouum se explicat: pro: nouus explicat. Esti Carrioni videbantur prius scripturae retinenda. & Vique ita accipiende, ut supra Voces illæ mutat, vestit. & infra: suspendit,*

exterminat: aliæque Voces Tertulliano familiares. Emendauimus etiam cum Latino: recurantur; pro eo quod erat in quibusdam cod. recurantur; in aliis: recurantur.

47. Hiæna, si obserues, sexus annalis est, &c.] *Ita emendauimus ex 2. V. atic. cod. pro: Hienam. atqui hanc opinionem vulgi esse adserit Plinius lib. 8. cap. 30. sed negari ab Aristotele. idque l. 3. πειρί (ὅσον γενέσθαι. Hanc tamen sententiam sequuntur Ouid. metam. 15. Orus Apollo, & Aelianus, qui Hiene serpenti id adtribuunt.*

48. Taceo ceruum, &c.] *Enic pertinet illud Erabanus de nat. rer. lib. 7. cap. 8. Cerui serpentum inimici, cum sese grauos infirmos (quod Tertull. in senectute dicit) perferant spiritum narium eos extrahunt de caernis, & superata pernicie veneni, eorum pabulo reparantur.*

49. Est & quadrupes tardigrada, &c.] *Pulcherrima & admodum grandiloqua quodam Chamæleontis descriptio. versiculus autem cuius capax est hac bestiola, Pacuianus est, & à Cicerone l. de diuinatione iuxta quod adnotat recte Rhenan. cum aliis duobus sic refertur.*

Sanguine casta domiporta, terrena traditur; Quadrupes, tardigrada, agrestis, humilis, aspera; Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci. Adit Crinitus de hon. disc. l. 11. c. 7.

Euiserata inanima cum animali sono facit etiam ad intellectum huius loci quod habet Plin. nat. hist. l. 8. c. 33. de Chamæleonte, cuius inter cetera hæc sunt Verba: figura & magnitudine lacerta erat, nisi crura essent recta & excelsiora, motus tardior ut testudini, corpus asperum ut crocodilo, oculi in recessu caui tenui discrimine prægrandes, & corpori concolores: nunquam eos operit, nec pupillam mouet, sed totius oculi versatione semper adspicit. Solus animalium nec cibo, nec potu, neque alio quæ aëris alimento nutritur, & coloris natura mirabilior: mutat namque eum subinde & oculis & cauda, & toto corpore: redditque semper quæcumque proximè attigerit, præter rubrum candidumque. Hoc est enim quod obcurrit dicit Auctor: ut quid accessit, inde suffunditur. Eodem pertinet quod Rex Theodorici Ostrogotus epist. per Rhenan. citata ad Abundatium dicit: colores suos nullifaria qualitate cõmutat, ut modo Venera, modo blattea, modo Prasina, modo possit Cyanea reperiri. Atqui ex coniectura Lud. Carrionis emendauimus: & Græciâ nominis, pro & Græciâ nominis aut gratiam nominis uti castigauit Turneb. & addidimus: sc. ubi nunc legitur: Vix se à terra suspēdit. V. aticani codices paulopost recte legunt: indefectus; pro indefessus. Contrario enim sensu Auctor adiectiua Voces: defectus non semel vituit. Exempli gratia l. de Vel. Virg. c. 8. & nulla sui parte defectu. Idem: Stillicans, pro: follicans; sed placet magis Vulgata lectio, præserim quum D. Hieron. (vix recte adnotat Rhen.) caligas follicantes, id est, distentis nominet ad Eustoch. de cust. Virg. Porro Proverbium illud: de corio suo ludere; traditur (inquit Crinitus de honest. disc. l. 18. c. 17.) de iis hominibus qui ad omnia commode atque apertissime se habent, quod in Atheniensium Alcibiadem relatum est.

50. Multa dicendum fuit, ut ad hominem præfatum perueniretur.] *Phrasij vetus Tertulliano familiaris, vix & potitur, cum accusatiuo, ac: exterminat, absoluit. Hominis autem primi Adami eam mutationem adfert, quod primum inuictis creatus sit, deinde post sapientiam haud dum licitam, id est, post scientiam boni & mali, ficulneis folijs circumdatus, deni-*

que quum paradiso pelleretur ob delictum, pellitur orbi ut metallo, id est, ad instar eorum qui ad metalla damnantur, datus sit.

51. Sed arcana ista nec omnium nosse.] *Locus insignis Veteribus vsitatis, de sacris scripturis non cuius pro palandis.*

52. Et Alexander digerit & Afer legit, &c.] *V. atic. 2. cod. mater pro: Afer. Alexandrū videtur mihi intelligere Polyhistorum, & Dionysium Afrum.*

53. Ea tempestate Osiridis, &c.] *Apis Argiuorū rex 111. post diluuium sub Orige teste Euseb. in chron. Iouis ex Niobe Inachi filia filius, postquam fratri Egialeo id regni reliquisset, in Aegyptum profectus etiam Osiris nuncupatus est, & post obitum Serapis, hac igitur tempestate sentit Tertull. quum ad illum Venit Ammon ouium pastor, idem qui Ioui Hammoni templum construxit mercurium lanificij seu lanitij auctorem fuisse. quod confirmat Plin. nat. hist. l. 7. c. 56. dū Aegyptiis textilia Arabiæ linum & retia adtribuit. alij Minerva. Hinc factum ut Ouid. fabuletur 6. Metam. de certamine Minerva & Arabnes. Arqui: Vasis. Vox est antiqua, pro euasit. pro: de glubasse oueculam. conicit legendum Tern. de libasse: & videtur eodem alludere quod habent V. at. cod. dilabasse. verum malui retinere cum Latino: diglubasse eo quod hic sacrificij nulla mentio, sed hoc duntaxat quod ad sum Vestis oueculam diglubarit V. at. autem cod. legunt paulopost: Philyra tenui iunxerat pro vinxerat. Vbi improprie accipitur, Philyra. ad similitudinem brahearum ex Philyra confectarum sive lemniscorum, de quibus infra lib. de Cor. milit. c. 12.*

54. Nec de ouilibus dico Milefis & Selgicis & Altinis] *Milefia vellera tū à Virgilio Georg. 3. tū ab Horatio alicubi celebrantur. Selga (ut adnotat Rhen.) Esfidariū vrbs est qui Licia Ciliciaque contermini sunt. Altinates lanas laudat Columella l. 7. c. 2. eadem & Tarentinas in Apulia sive Calabria quibus infra Martialis hoc disticho: Velleribus primis Apulia, Parma secundis*

Nobilis, Altinum tertia laudat ouis. Vide Adn. in lib. de hab. Virg. Tom. 2. infra.

55. Aut quis Tarentum vel Bœtica cluet, &c.] *Ex coniectura lego: quis pro quibus; ut constat sensus, ac si dicat: quibus Tarentum & Bœtica cluet, id est, celebratur ac pollet. nam ita accipitur (ut recte adnotauit Fabricius in Poet. Christi.) apud Alcimum & Prudentium: cuius est illud: prædiuite cultu, Illustrata cluis. De alia eius significatione infra latius, ubi de Cluacina dea erit sermo. Taretū in Calabria est; Bœtica Hispania regio, unde etiamnum lana natura colorata aduehuntur.*

56. Nam & de mari vellera quæ, &c.] *Turnebus censet legendum: queis, sed placet Vulgata lectio. Atqui de purpura quomodo inuenta sit à Tyro Nympha, cuius amore captus fuerit Hercules, ex Nonno Græco poeta & Polluce lib. 1. ad Commodum, pulchre deducit Politianus miscel. cap. 12.*

57. Prorsus haud latet bombycem] *Facit ad huius loci intellectum quod habet Clem. Alexand. P. adsg. lib. 2. Est inquit, bombyx primum vermis, deinde aspera: ex eo nascitur eruca; post quam in tertia metamorphosi immouatur papilio, quem nonnulli Græci appellant νεύδραλον; ex quo longum stamen nascitur. quod clarius etiam narrat Plin. lib. 11. nat. hist. cap. 22. atquin distendit neutraliter accipitur, pro; distenditur: & iuxta quod adnotauit Gagnæus; idonius, aduerbialiter. Turneb. autem censet legendum: animata iam stamina euolues, & V. at. cod. legunt: vō lues, pro eo quod est animata iam stami-*

ne aluo; sed placet vulgata lectio. Emendauimus vero iuxta phrasim Tertullianicam: proinde: pro: perinde.

58. Tantam igitur paraturam materiarum, &c.] Ita restituit hunc locum primus Rhenanus ex codice Gortziensi, adnotans has voces Tertullianicas: paratura; gentilitus; id est secundum genus cuiusque morem. passiuus: pro; passim, & paulopost; planitus, pro; de plano. his adde: incommunes, pro: peculiare.

59. Idem Cato, &c.] De Catone maiore loquitur. nam quantum oderat (inquit Vives ad cap. 23. lib. 1. D. Aug. de Ciuit. Dei.) Græcos pro: auus M. Porcius Cato, tantum dilexit eius pronepos Cato minor Vicensis cognominatus.

C A P. IIII.

60. Quid nunc? si est Romanitas omnis alia, nec vestis; tamen admodum Græci estis. Anne ita est? Caput quartum recte huius libri quis hic collocat; quo docet probro verbi non posse habitus mutationem sed naturæ & recte discipline; pulchre pudenda ethnicorum facta commemorans. Atqui cum & prima editio, tum hac periodo tum sepius alibi esset mendosissima; plus debent studiosi Sigismundo Gelenio, quam quis opinetur; quod manifestum erit si quis conferre volet primam Tertulliani editionem anni 1521. cum secunda editione anni 1539. Pulchre itaque, exempli gratia, & hunc locum restituit pro eo quod erat; Quid nunc si & Romanitas omnium salus tamen admodis Gratis estis. ego interim aliter paulo distinxit hunc locum: & pro; At non ita est; substituit; Anne, eo quod tum 1. edit. tum Vatic. cod. legant; Aut ne. notatu autem digna vox Romanitas.

61. Vnde gentium, &c.] Ac si dicat: Nunquid à Græcis studia palestra ad pronuntiam vestram antea melius exercitiam transmeant? Verum de his latius Tom. 2. lib. de Spectaculis. Ex Vatic. cod. restituit: incassum laborantia: pro; cassum.

62. Vnde apud aliquos Numidas, &c.] Mollitiem Afrorum notat; quod cum olim cesariati fuerint etiam equis Numidæ, iam comam & barbam radant, & sicutiam in Europam & Africam irruerint. Asiæ mûdictæ exoticæ. sive (ut vult V. at. cod.) Xysticæ, ut aludat ad gladiatores qui etiam totum corpus radebant. nam Suetonius in Aug. cap. 47. Xysticorum concertationes gladiatorias vocat. facit autem ad huius loci intellectum & alterius infra Tom. 2. de cultu femin. Vbi etiam de virorum barbis agit; quod habet tunius Côm. de Coma. cap. 2. senos fuisse obseruatos ab antiquis modis, quibus crinium siluam tollerent, nam aut tundeant forficula; aut radebant nouacula (de quibus hic dicitur; iuxta cutem tonsor & cultri vertex.) aut deplatoris medicamentis extringebant; aut pice resinaue (hinc illud; rapax ab ala resina) extripabant; aut denique volfellis (hinc; furax à mente volfella) eradicabant. Vbi etiam videre est quomodo ex Asia mollicies hæc emanarit, cum narrat ex Chryssippo à Persis ad Alexandrum magnum, inde eadem penè ætate Romanorum virtute in Asiaticam luxuriam degenerante (testibus Varrone lib. 3. de re Rust. & Plinio lib. 7. nat. hist. cap. 59.) CCCCLIV. anno ab vrbe condita primum Romam ex Sicilia tonsores euocatos.

63. Græcatim depallari.] Mira phrasis, sicuti & infra: nisi aurum Græcatos minime decet; & rursum: crepidæ Græcatæ (sive potius, cretata) Græcatim Æsculapio adulantur. Videtur autem Græcatim accipi; pro Græco ritu; & depallari (quod legendum puto pro eo quod erat: depallari) idem esse quod antea dixit: line pallio fieri, ac si dicat: cur potius Græcos imita-

mini in denudando capillis corpore quam in amiciendo.

64. Naturam itaque concussit Larifæus heros, &c.] Achillem intelligit, vti rectè Rhenanus, ostenditque vna etymologiam nominis. Aiuu enim appellatum Achillem διὰ τὸ μὴ θάγειν κέλεσσι κίλης ὅ ἐστι τροφῆς, hoc est, ob id quod labiis nutrimentum non attigerit. nam illi lactis alimonia defuit, à Chirone medullis tantum ceruicis enutrito. Proinde Myrmidones hoc eum nomine vocarunt, vt auctor est Euphorion. Atque hoc est quod Tertullianus dicit illum vacuisse labiis ab vberum gustu, id est non fuisse lac nutritis, nam vsurpat, vacuerat, more suo, pro: vacauerat quod tamen legit Vatic. & Latinus. Atqui Scrupeam scholam, saxeum Antrum Chironis intelligit. historia, quam hic attingit ex variis auctoribus hæc colligitur. Cum mater Thetis à Proteo rate audisset, in expeditione Troiana periturum si eò cum Græcis proficisceretur; iam adulescenter filias regis Lycomedis in Scyro Egæi maris insula, puellari habitu furtim oculiuit. atque hætenus ferenda (inquit Tertull.) matris sollicitudo; at illud viuprio dignum, quod etiam postquam clanculum Deidamiam hospitii sui filiam vitiasset & ex ea Pyrrhum suscepisset, adhuc & stolam muliebrem & reliqua formæ leuocinia (quæ eisdem penè verbis enarrat Auctor lib. de cultu feminar.) adhuc contra naturam vsurparit, vti statua eius apud Sigæum, vbi sepultus est, satis indicat: & nihilominus ex femina iterum vir factus sit, quum accepto oraculo Troiam sine Achille vinci non posse, Physes inter merces femine asaleam, scutum gladiumque immisisset ipse ad arma prosiliens; ferrum (inquit Tertull. teste) virum attrahit; quod contra salutem fecisse eum constat. nam sagitta à Paride in Apollinis Tymbræi templo interfectus est. Est autem, vt monuit Carrio, Homeri hemistichium: Οδυσ. π in oratione Vlyssis ad Telemachum αὐτὸς γὰρ ἐφελύετο ἀνδρὸς σιδῆρος, quod ipsum sic expressit V. at. Flaccus: iamque virum trahit ipse chalybs.

65. Patiens iam vstriculas, &c.] Placet hæc Rhenani & Geleni lectio, eo quod Achilles iam adulescentem se simularit, quasi, qui ne agnosceretur, erumpentem malarum lamiginem vstriculis aduri passus sit. magis (inquam) arripet, quam quod Adu. lib. 7. cap. 20. & lib. 11. cap. 22. Turnebus legendum censet: Patiens certe iam striculus; eo significatu quo Arnobius grandisculum puerum à stricta quadam corporis soliditate striculum vocat, dum leuigari dicit in speciem habitum nodum duri & striculi pusionis. maxime cum & 1. editio: vstriculus legat & V. at. cod. eodem accedant etsi corrupti. quorum vnus illi consentit, & alter habet: iam vstriculus. ex qua ego conformiter Turn. prima facie conieceram legendum: Patiens iam vim striculus; sed contrarium suasisit tum supra dicta ratio, tum id quod sequitur.

66. Turpius adhuc libido, &c.] Vbi Hercules turpem libidinem cum dicta materna formidine confert. Atqui mirabili compositione: Scytalosagittipelliger, dicitur, eo quod (inquit Rhen.) clauam, sagittas & pellem gestaret. nam σκυτολί Græcis etiam baculum significat. Non est dissimilis compositionis vocabulum illud, pari etiam syllabarum numero, quo Cyclops in Epigrammatibus Græcis θυροσχοπέμμεταπος appellatur, hoc est fere & flexiua frontis. Turpem autem hanc Hercules, quem pro Deo colebant, seruitutem, qua seruauit Omphalæ Lydiæ meretrici, gentilibus etiam impropereant Origenes lib. 3. & 7. contra Celsum, Lact. de fals. relig. lib. 1. cap. 9. & Arnobius alicubi.

67. Vbi Diomedes & cuncta præsepia,] Celebrantur

brantur 12. certamina Hercules Alomene filij, (nam plures fuisse Hercules adnotauimus ad librum D. Cypriani de Idolol. num. 6.) tum à poetis ethnicis, tum etiam à Clemete Alexandrino lib. 5. Strom. Eusebio de preparatione Euang. lib. 3. cap. 4. ac D. Aug. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 12. & omnium aperitissimè à Boetio de cons. philos. lib. 4. metro 7. quædam etiam à Minutio, Arnobio, & Lactantio. inter ea vnum est quod hic adfert Auctor, de superato Glauco Diomede, qui corporibus humanis equos suos pascebat, quem vicissim illi deuorandum dederit.

68. Vbi Bulyris & bustuaria altaria. Hoc certamen cum Bulyride Egypti rege, qui etiam humano diis suis litabat sanguine, August. inter 12. numerat. loco cuius alibi luctum cum Antæo in Mauritania ponunt; quam Augustinus cum Eusebio in Chron. manuê adtribuit Herculi Egyptio. certè nec Virgilius hanc Herculi Italico dat.

69. Vbi Geryon ter vnus cerebris adhuc eorum, &c.] Castigauit ita hunc locum Rhenanus ex Gortziensi cod. pro eo quod erat: Vbi Gereon, vbi Cerberus: Vt est, & Geryonem tricipitem, id est (interprete Seruio in Virg.) Hispaniæ tribus regnis præfectum, hisloriæ; & Cerberum tricipitem poetæ, immo ipse quoque Boetius, ab Hercule interfectum narrans. si retineatur illa lectio; metaphoricè de claua Herculis loquitur, cerebris dictorum regum auster.

70. Vetus iam Hydræ Centaurorumque sanguis, &c.] En quartum & quintum Hercules certamen cum Hydra, feliciter (inquit Minutius in Octauio) vultibus venescere, & cum Centauris, equis (inquit idem) suis hominibus implexis. Atqui vide lib. de cor. mil. infra Tom. 2. ad intellectum huius loci de coronis Herculis.

71. Ne sobria mulieris, &c. sub exuuias bestiar, &c.] Hic de pelle agitur leonis Nemeæ, quo sexto certamine deuicta vestiebatur Hercules. cuius etiam Lactantius meminit. Apud Boetium habes præterea sex alia Hercules huius certamina, nempe cum Harpyis auibus, quas (inquit Lactant.) sagittis deiecit, cum dracone malorum auitorum custode; cum Acheloo, cum Caco; cum Aprio Caydonio, de quo etiam Lactant. cum Celo denique: quod fabulantur eum & Abiantem humeris sustinuisse: Taurianus aduersus gentes eius etiam impropereat, quod Hercules Thespj (seu potius Thesij, vti corrigendus est locus ex Arnobio), filias 50. vna nocte violari. Rectè autem diuinavit Rhenanus legendum: relino; aut; phyllino: pro eo quod est in 1. edit. & V. atic. pelino, cum illa sint inguentorum nomina apud Plinium lib. 13. cap. 1. faciunt ad hunc locum, vt etiam adnotat Rhenanus, quæ apud Senecam in Tragedia leguntur, nempe hæc:

Fortem vocemus cuius ex humeris leo Donum puellæ factus, & claua, excidit Fulsitque pictum veste Sidonia latus.

Fortem vocemus, cuius horrentes comæ Maduerit nardo. Laudemus qui ignotas manus Ad non virilem tympani mouit sonum, Mitra ferocem Barbara frontem premens.

72. Stiria leonina, &c.] V. at. cod. Sciria. quantum apparet, non malè, pro σκίρδος aut σκίρδωας quæ duritiem Græcè significant. Lud. tamen Carrio stiria, retinendum omnino existimabat. idque elegantissimè dictum esse contendebat. sic enim & Claudianum dixisse de leone, quamuis alia in re flauentes adstringit stiria fetas.

73. Genuinos inter antias adumbratos] Antias (inquit Rhenan.) vocat capillos anteriores à fronte pendentes; genuinos verò dentes leonis. addidit autem vo-

culam, ne, vt sensus constaret. 74. Qualis ille Hercules in theristru, &c.] Ita legit Rhen. pro: in serico. Est autem theristrum, Σερίδιον ἰματίον. hoc est astua vestis, cuius meminit Iul. Pollux lib. 7. D. Hieronymus in comment. in Isaiam: Habent (inquit) mulieres & Theristra, quæ nos palliola possumus appellare: quibus obuoluta est & Rebecca, & hodie quoque Arabiæ & Mesopotamiæ operuntur femina, quæ dicuntur Græcè Theristra ab eo quod in βέρετ, hoc est in astate & caumate corpora protegant feminarium. Hactenus ille. Quam autem decebat Herculem Theristru vestis tenuissima, tam ornabat Omphalæ Leonina pellis. nam hoc est quod Tertullianus vult dicere.

75. Sed & qui arte Tyrinthium accesserat pugil Cleomachus, &c.] V. at. cod. legunt: ante. Atqui, Cleomachus hic, Magnus fuit (inquit idem) qui cum in amorem cuiusdam cinædi incidisset, & orationem & mores cinædorum imitatus est. De Olympiis agonibus alibi latius. Lego paulopost: intet cutem ex cod. V. atic. pro; intercutem.

76. Nouianos fullones] Sic à Nonno poeta dictos (vt adnotauit Turnebus) qui fabulam à se editam, fullones, inscripsit, quo in verbo inest nefanda obscenitas. De Lentulo Mimographo latius in Apolog. infra.

77. Vtique sicut fastigia cestuum viris occupauit] ita hunc locum restituit partim ex cod. V. at. partim ex prima edit. pro eo quod erat: Vestigia cestuum viriana, nisi quis malit: virilia, aut potius: viratia, immo viriofa, id est magnarum virium sicuti interpretatur Nonius Marcellus. Nam sic infra tom. 1. Auctor aduers. Valenti. exercitata viria & vlu viriofa dicit. nisi quis Carrioni assentiatur, legenti, fastigia, aut, vestigia cestuum viria occupauit. Magistri veteres interpretatur virias, & viriofas, κλένια, κέλια, περιχέλια βροχιόνια γυμνασίων. armillas muliebres. translatione, inquit Carrio, pulcherrima & huic loco aptissima.

78. Ita & endromidis folocem aliqua multitia synthesi extruxit.] placet magis extruxit: quam extruxit. Endromis (vti rectè adnotauit Rhenanus) vestis erat hirsuta & villi longioris, qua in balneis & gymnasiis præcipue solebant vti veteres: sic dicta quod apta cursui foret. nam ἀρόμοι Græci cursum vocant. Conuenis autem hic Endromis pugili & cursori Cleomacho. Porro Solox lanam crassam significat, auctore Festo. Multitia autem erant vestimenta subtilissimis filis contexta. Synthetism domesticam vestem fuisse constat, breuem & expeditam, ac ex diuersis lanarum coloribus composita, quod nomen ipsum arguit, qua non indecorum erat vti senatores quoque & equites Romanos, subinde preciosiori vti in diebus festis, subinde viliori vti in saturnaliibus & balneis. Hic Multitiam synthetism adiectiuè videtur vsurpare, pro subtili veste.

79. Physconem & Sardanapalum, &c.] De Sardanapali mollitie nota est historia. de Physconem non perinde, eo quod variant historie in Regibus Egypti Ptolomæis quibus cognomen tum Physcon. nam Iosephus Ptolomæi Epiphani filium minorem natu ita nuncupatum scribit Antiq. lib. 12. cap. 6. fratrem Ptolomæi, cui videtur consentire Strabo dum Philometoris successorem, quem alij Euergetem, ipse Physconem nominat, & eum quem Eusebius Physconem, ipse Laburum, sicut Iosephus etiam lib. 13. cap. 17. eundem nempe, qui à matre Cleopatra expulsus sit. Iustinus simpliciter de Ptolomæis loquens, post Philopatorem nihil etiam lucis addit. Cum autè Nerone cum Physconem comparat, mihi maxime placet vti intel-

ligatur senior ille Ptolomæa Straboni & Iosepho dictus Physicon, maritus Cleopatrae sua sororis, cuius & crudelitatem & vita impunitatem Iustinus lib. 38. similem describit illi, quam Suetonius Neroni appingit. pro quo facit illius hæc descriptio: Sagina ventris non homini sed belluæ similis. nam quæ uentris significat.

80. Nec tepidior vis vanæ quoque gloriæ, &c.] Ad Alexandri magni delicias & molliorem Persicam (nam Darius Medus etiam Persa à quibusdam vocatur) alludit, quæ ille captiuus Regis habitu se induit.

81. Sarabara] namque, ut adnotat Rhenanus, vestis est Persica siue Medica (ut Turnebus) fluxa. sit eiusdem mentio Danielis 3. quod ea vestitus fuerit Daniel, & tres pueri saltem iuxta lect. lib. de Trin. Tom. 5. infra. & Auctoris T. 3. lib. de Resurr. carnis ac lib. de Orat. Tom. 2. Notanda autem hic voces: flabellatur. & : Cataphractem triumphalem. secundum quod legitur i. Vatic. cod. pro: Cataphractem. Negetius via nuncupat thoracem militarem, quod paulopost dicitur pectus squamarum signaculis desculptum.

82. Nisi quod & philosophi, &c.] de Aristippo id apertius narrat Auctor, infra in Apolog. Atqui Baxea Tyria pro: baxa, substituitur ex Turnebi coniectura; qui adnotauit quod, Baxea, crepida sit Philosophica; quam, si purpuratus erat Philosophus, etiam Tyriam id est purpuream, esse oportuit.

83. Atquin alius & fericatus & crepidam ætatus, &c.] de Empedocle loquitur, sicut etiam lib. ad Martyr. Tom. 2. ac de Anima. Tom. 3. Porro quid, thori Platonicæ sint, latius infra in Apolog. cap. 47. Hoc tradit (inquit Rhenanus) & Laertius in vita Empedoclis, solitum illum esse calceari. Indicauit etiam hunc in ignes Aetnei montis insulisse, ex crepidulis altera, ut flammarum ad exteriora reiecta: quæ se coniecerat latenter absque arbitrio, ut deus factus putaretur, dum mortuus ignoratur. Hinc ridet illum Tertullianus, quod contempta hominum sorte diuinitatem impudenter affectarit; dignum asserens qui à Diogene illo liberrimo Philosopho, non luttulentis pedibus impetatur, sed in ipsa adyta Deæ impurissimæ Cloacinae & mulierum & seruentium, rapiatur. Alludit deinde Auctor ad cymbala quæ Bacchantium indumentis subsuebantur.

84. in adyta Cloacinarum.] De Cloacina Dea vide Adnot. nostras in Cypr. lib. de Idol. Vanit. numero 24. Hoc unum addam Tertull. Cypr. Lactantium ac DD. Prudentium & Augustinum Cloacinam vocasse à cloaciaci gratia; sed olim etiam Penebrem Cloacinam dictam iuxta Plin. lib. 15. cap. 19. nat. hist. Cluere, enim (inquit) antiqui purgare dicebant. probat Verumque Turnebus Adu. lib. 23. cap. 12. dicens ab eodem verbo eadem significatione etiam cloacas dictas, quod subterraneis cuniculis oppidorum sordes perpurarent.

85. Profus si quis mæandrico fluxu, &c.] Vulg. lectio erat: Mæandrico. Vt. cod. Mæandrico; & qua veram lectionem conieci: mæandrico. iuxta illud Virg. Eneid. 5.

Victori chlamydem auratam, cui plurima circum Purpura, Mæandro duplici Melibœa cucurrit. Hoc est, interprete Seruio, flexuosa purpura in modum Mæandri fluminis. epichynium autem rectè Turneb. interpretatur, supercilium.

86. quantum denotatui passiuitas offert.] passiuitas (ut rectè adnotauit Rhen.) promiscuam frequentiam hic significat. Ita dicitur infra in Apolog. suppeditante marcerias passiuitate luxuriæ.

87. libertinos in equestribus subuerbustos in liberalibus, &c.] Varia vestium genera pro qualitate personarum & festorum dierum significat Auctor. Sicut enim pulchrè adnotauit Petrus Faber Semestr. l. 2. quum serui aris & cucullatis vestibus sine lacernis plerumque vterentur, ingenui albatu mcederent, quibusdam diebus & præsertim Saturnalibus permittebatur ut serui ingeniorum & liberti dominorum suorum vestibus vterentur. cuius ad hoc Horatium, Dionem, Lamprydium & Plautium. Porro: subuerbustos interpretatur Turnebus Adu. lib. 14. cap. 1. sub Verberibus istos, tanquam vox sit licètia Comica, quales supra, è multis vocibus coagmentata. Carrioni videbatur esse quasi sub veru vstus. Ut Veru sit ipsum stigma, & subuerbustus stigma. eo quod, inquit, Festus scribat, subuerbustam uerbis vstâ significat Plautus cum ait: Vlcerosam, compeditam, subuerbustam, sordidam. Rupices, Auct. lib. de Anim. interpretatur Barbaros; & iterum ea voce vitium eo significatu in Apolog. supra autem per Rupicem videtur intelligere qui in Rupibus agit. Quod autem dicit: vespillio, leno, lanista tecum vestiuntur,] infra sub finem libri apertius sic effert: omnis gladiatorum ignominia rogata producitur.

88. Cæcina Seuerus, &c.] Cæcina (inquit Varro de Ling. Lat. lib. 9.) Perperna & Spurina figura mulieribus dicuntur habere nomina, non mulierum. Fide Rom. hist. de Cæcina Seuero.

89. Lentuli auguris.] Cn. Corn. Lentulus Augur, consul fuit anno Urbis c. 10 cccxxxix. cum M. Licinio Crasso sub Augusto Cesare.

90. & stolam & supparum & crepidulum & caliendrum, &c.] Turnebus crepidulam legit, sed magis placet vulgata lectio. nam crepidulum festo significat ornamentum capitis, quod in capitis motu crepidula facit. De stola & supparo & interula cuius cap. sequi meminit, vide Nonium; caliendrum (inquit Turnebus) operimentum capitis significat à Græco κελύδρον; usurpatum etiam ab Arnobio lib. 6. Aduersum gentes. De lecticis ac lecticariis vide tom. 2. lib. 1. ad vocem. Ego vero ut constat sensus scripti: sellas quis, pro; quibus, & ciceruere, retinimus, eo quod eadem voce utatur lib. de Spect. tom. 2. frictrices (iuxta Rhenanum) τριβήτρεις intelligit, quarum obscenissimam fedinitatem quamlibet scurrilis Lucian. explicare superfedet. Paulopost: & expuncti eo loco: cum latinarum antistes, &c. & cum Turn. lego; armillis: pro; armillas.

91. Purum aut mulleolum inducit calceum, &c.] Calceorum varia genera Tertulliano. hic, puri, & mulleoli; at infra; vnguipedes, seu potius iuxta Vt. cod. vncipedes ac perones. de quibus sic pulchrè in Festo Ios. Scaliger. Catonis verba ita legenda sunt: Qui magistratu curule cœpisset, calceos mulleos, alij vncinatos, ceteri perones. magistratu enim summi, mulleos, milites fulminatos, ceteri perones uai αὐτοῦ ὑποπόδηστος. Talia autem fuisse omnia genera calceorum apud Romanos, qualia Turcarum cruce medietenus ex hoc loco Tertulliani colligit Scaliger.

92. Vel illos item habitus, qui nouitate vestitus religionem, &c.] Agit de vario vestitu eorum qui aut Cereri, iniuntur, aut Bellonæ, aut Saturno, aut denique Esculapio. quorum primis, cultum omnia candidatum vittæ & galeri priuilegium; secundis, tenebrica vestis & tetrici velleris, tertius, purpurei & galatici (de quibus Plinius lib. 9. cap. 41.) ruboris superiectionem, postremis, pallium & crepidas creatatas (quod pro Græcatis substituit Turnebus) id est, candidas

didus dat; sicuti Cicero ad Atticum fascias creatatas dixit. 93. Enimvero cum hanc primum Sapientiam vedit, &c.] tacite adingit suam ad Christianissimum conuerfionem.

CAP. V.

94. Tamen, inquis: Ita à Toga ad Pallium, &c.] Capite hoc molestiam togæ & contrario tum simplicitatem ac facilitatem, tum innocentiam pallij pulchrè deducit.

95. An aliter mutauit Anacharsys, &c.] Anacharsyn ex Rege Scythie Philosophum solum ex Barbaris extitisse censet Lact. lib. 3. cap. 24. qui (inquit) Philosophiam ne somniasset quidem, nisi & linguam & litteras Græcas ante didicisset. Habes eiusdè Apostrophegram infra 1. cap. Apologetici.

96. Adeo nec artifice necesse est, &c.] Necesse est, pro: opus est. Pulchrè autem describit Togam: in qua descriptione notanda sunt phrasæ metaphoricæ: rugas formare, deducere in tilias, contracti vmbonis figmentum; vmbonem recognoscere & reformare; tabulis deficientibus; tabulato in terga deuoto. Porro ex Vatic. cod. & Latino substituitur: indutum ne an onustum; pro eo quod erat: indutum an ne onustum, notanda etiam phrasîs: domum consequar, pro: in domum.

97. Etiam si duplex quod Crætetis more, &c.] Duplex erat (inquit Turnebus) Cynici Pallium, ut Crætetii & Diogenis iuxta Laertium. Vnde & Horatius scripsit,

Contra quam duplici panno patientia velat. Cynicorum enim professio, patientia & equanimitas. rursum metaphoricè infra; cippus; pro: loculo accipitur quo vestes reconduntur.

98. Ego, inquit, nihil foro, &c.] Vt hinc patet iureconsultum fuisse Tertullianum antequam Christo nomen daret, ubi pulchrè distinguit tanquam pallio interloquente varia loca ubi ius dicebatur seu comitia habebantur, nempe: forū, campum, curiam, rostra, prætoria, cancellos, subsellia. de quibus nonnihil videre licet apud Varronē lib. 4. de Ling. Lat. ubi loca describit Urbis Romæ.

99. Certè cum ad Epicuros & Zenonas ventum est, &c.] De Epicuro & Zenone latius tom. 3. lib. de Anima. hic autem illis attribuit quod quietem pro summo bono habuerint; ad quorum instar meliorem contendit vitam Tertull. in secessu, quam in promptu, id est, in publico; addens pulchrum epiphonema: Nemo alij nascitur, moriturus sibi.

100. Soleo de qualibet margine vel ara, &c.] Turnebus censet legendum imagine. sed magis placet: margine, præsertim quum Vt. cod. id legant, & luuenalis etiam dixerit sem genere: plena iam margine libri. Metaphoricè autem usurpat: veternos, & ; impetigenem, pro: vitium.

101. qua M. Tullius quingentis milibus nummum orbem citri emit, &c.] Rectè Iunius Animadu. lib. 5. cap. 10. (ubi reliquam partem huius capitis partem egregie explicat,) & post eum Turnebus legit; nummum, pro: non vnum, nam sic erat in 1. edit. ad marg. Qui etiam legit; cedri, pro; citris; idque (inquit ipse) Plinij auctoritate, vnde ista Auctor mutatus est; sicuti & alia quamplurima. sed mihi magis placet; citri; tum quod Plinius non vno in loco cedrum & citrum arbores coniungit, tanquam simile; tum quod etiam Dioscorides citrum in Mauritania, & circa Hammonis templum frequentem dicit: uti adnotauit Calcagninus lib. 12. ubi etiam de

menfis agit citreis M. Ciceronis & Galli Asinij tum denique quod apud Tullium Cicronem Orat. 6. in Verrem legatur; mensa citrea, quo fit ut etiam Plinium lib. 13. cap. 15. sic restituendum censeam: Athlas (inquit) mons peculiari proditur silua; de qua diximus. Confines ei Mauri, quibus plurima arbor Citri (sic lego pro; cedri) & mensarum insania, quas feminae vitis contra margaritas regerunt. Exstat hodie M. Ciceronis in illa paupertate; & quod magis mitum est illo æuo, empta h. s. vndecim. cū hac memoratur & Galli Asinij H. s. vndecim. Quia autem in pretio longè distident Plinius & Tertullianus, putat legendum Turnebus; quindenis: & Latinus; quinquagenis, pro; quingentis. sed etiam in hoc discrimen est, quod bis tantum impendisse Asinijum refert; nisi quod lausendij taxationem mensarum illarum pretia superasse dicit Plinius; non enim esset tum quingentorum millium pretium (ut rectè adnotauit Latinus) à rei veritate alienum, ut mensa consuerit XV. M. aureorum. Eodem pertinet illud Tertull. lib. de Anima infra tom. 3. quod mensis Cicronianis infertur.

102. Item qua lances centenarij ponderis Sylla molitur] de hoc sic Plinius l. 33. cap. 11. Quæ omnia expiauit bellum Syllanū, paulo enim ante factæ sunt lances è centenis libris argenti. Hinc illud Auctoris l. dist. de Anima, quod lancibus splendidissimis Syllanis effertur.

103. Cum Drusillantis equidem seruus Claudij, &c.] ex Iun. & Vt. cod. lego: equidem, pro, & quidem. Res nota ex Plinij loco citato. Nostra atas (inquit) fortior fuit Claudij principatu. Seruus eius Drusillanus nomine Rotundus, dispensator Hispaniæ ceterioris quinquagenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exedificata fuerat. Vocat autem ille lancem (inquit Rhenanus) quam Tertullianus promulgidem, qua videtur significare ipsam promulgidarium, hoc est vas quo promulgis continetur. Legimus etiam cum Iunio: in mensis, pro, an. & ex Plin. restituit Rhenanus Drusillanus pro: Rufillanus. Eodem spectat illud Auctoris infra Apol. cap. 6. num. 76. Et in lances (parum est, si senatorum, & non libertinorum, vel adhuc flaga rumpentium) argentaria metalla producta.

104. Qua Vedius Pollio, &c.] de hoc teste Rhen.) sic scribit Plin. lib. 9. cap. 23. Inuenit (inquit) in hoc animali documenta Vedius Pollio eques Rom. ex amicis Augusti, viuariis earum immergens dānata mancipia, non tanquam ad hoc feris terrarum non sufficientibus, sed quia in alio genere totum pariter hominem distrahi spectare non poterat. Vide Seneca lib. de Ira ad Nonium, eiusque verba apud Crinit. citata lib. 6. de hon. discipl. cap. 10. qui primus hunc locum illustrauit. idem autem hic Vedius apud Plinium, Senecam, & alios aliquādo Atedius nominatur. apud Cornelium Tacitum vno & eodem loco Vedij & Atedij mentio est: dubium ut sit quo nomine appellari debeat. & alioqui in veteribus inscriptionibus Atedij Polliouis mentionem reperiri monuit L. Carrio. Ceterum (ut adnotat Turnebus) non conuenit Tertulliano cum aliis scriptoribus in murena. nam alij dentatam & truculentis morsus, ipse vero edentulam dicit. quo loco etiam cum Turnebo reposui: delectato; consentientibus Vt. cod. pro; delectatus.

105. Qua Hortensius orator, &c.] Paonem (inquit Rhenanus) tibi gratia Roma primus occidit orator B iij

Hortensius adiciali cena sacerdotij. Plinius l. 10. c. 20. 106. qua Aufidius Lurco, &c.] saginare (inquit idem) primus instituit circa nouissimum piraticum bellum M. Auf. Lurco exque eo questu rediit sestertium l. x. m. h. b. u. i. Plinius. & c. eodem. Restitutum autem ex coniectura 10. Herrij Angli: in adulterinum saporem, pro: adulterium.

107. qua Afinius Celer nulli vnus obsonium sex n-s. detulit,] sic recte ex coniectura Rhenani. sestertia enim sex idem constitunt quod sex milia nummum. Sanè de hac re non conuenit apud Auctores. nam octo milibus emptum scribit Plinius, Macrobius septem. Iuuenalis verò sat. quarta ait: --Mullum sex millibus emit,

Equantem sanè paribus sestertia libris, Ut perhibent qui de magnis maiora loquuntur. Vide Adnot. nostras ad epist. 60. n. 5. D. Cypr. de sestertiis.

108. qua Ætopus histrio, &c. sexcentorum millium patinam confluuit.] Rectè ex Plinio: sexcentorum, repositus Iunius. pro; centum, qui huius rei (Vt etiam Rhenanus adnotauit) lib. 10. cap. 51. in hac uerba meminit: Maxime tamen insignis est in hac memoria Claudij Ætopi tragædi histronis patina sexcentis sestertiis taxata, in qua posuit aues cantu aliquo aut humano sermone uocales milibus sex singulas coemptas. ex eiusdem coniectura legimus: confluuit; pro; confiscauit.

109. qua eius filius, &c.] De Clodio Ætopi tragædi filio id habet ibidem Plinius, & lib. 9. cap. 35.

110. Taceo Neronis, Apicij, & Rufos, &c.] De Nerone scribit Suetonius cap. 27. indixisse eum familiaribus cænas; quorum vni mellita quadrages n-s. constituerunt. Iura Apicij celebrat D. Hieronymus lib. 1. aduersus Ioum. exstatque libri, si tamen illius sunt, de condiendis cibis.

111. Dabo catharticum impuritati Scauri] καθαρτικον Græcè significat, id quod purgandi vim habet. Opinatur autem eum loqui Rhenanus, de M. Emilio Scuro, quem Sallustius auctor est, hominem fuisse nobilem, impurum, factiosum, audacem, & qui sciret vitia sua callide occultare. sed grauius errat Rhenanus; inquit Carrio, fuit enim hic Scaurus, Vti me mouit clarissimus doctissimisque vir Nicolaus Faber Senator regius, vltimus ex familia Scaurorum, teste Seneca Patre sua foria prima: Vixitque imperante Tiberio, sub quo à Seruilio Cornelioque & (eodem testante Seneca) Thyso oratore accusatus, damnationem morte præuenit. uerba Taciti de eo Amaliu lib. VI. A. V. C. 1006330711. sunt hæc. Mamercus dein Scaurus rursùm postulat, insignis nobilitate & orâdis causis, vita probro fus, nihil hunc amicitia Sciani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui eandem artes occultius exercebat: detuleratque argumentum tragædiæ à Scuro scriptæ additis uerbis qui in Tiberium flecterentur. Verum ab Seruilio & Cornelio accusatoribus, adulterium Liuiæ, magorum sacra obiectabantur. Scaurus, ut dignum veteribus

Æmyliis, damnationem anteit, hortante Sexitia vxore, qua incitamentum mortis & particeps fuit. Adde quod illi Scuro, quem Sallustius senatus principem fuisse dicit, nusquam obicitur impuritas, at hinc manifestè Seneca filius lib. de beneficiis IIII. cap. xxxi. ita imponit. Quid tu cum Mamercum Scaurum consullem faceres, ignorabas ancillarum suarum mentuum ore illum hiantem exceptare? Nunquid enim ipse dissimulabat? Nunquid purus uideri uolebat? Referam dictum eius in se quod circumeri memini, & ipso præfente laudari: Pollionis Afinio iacenti, obsecro uerbo usus, dixerat se facturum id quod pati malebat. & cum Pollionis attractiorem uidisset frontem: Quidquid, inquit, malè dixi, mihi & capiti meo. Hoc dictum suum ipse narrabat. Hominem tam palam obsecro ad fasces & ad tribunal admittis? Nempè dum veterem illum Scaurum senatus principem cogitas, indignè fers sobolem eius iacere. hæc Carrio.

112. & alexæ Curij, &c.] Afconius Pedianus (Vti post Crinitum obseruauit Rhenanus) in commentariis in orationem M. Tullij Ciceronis, quam aduersus C. Antonium & L. Cætilinam habuit, adnotauit, Q. Curium notissimum aleatorem fuisse, & postea damnatum, celebratumque à Caluo poeta huiusmodi uersiculo; Et talis Curius pereruditus.

113. & uinolentiæ Antonij,] ita uinolentum Antonij furorem dicit Cicero lib. 12. familiar. epist. 55. eodem etiam alludit lib. 14. ad Att. epist. 4.

114. Sermone (inquit) me suafisti, &c.] in commendationem pallij postremo hoc capite adfert, quod, uel solo occurfu palliati philosophi, improbi mores erubescant; quòdque illo omnes artes uentiantur & philosophia christiana, cum toga utantur cerdones & gladiatorum turba. Atqui, inquis, lego ex coniectura, pro; inquit, quia supra initio cap. 5. sic legitur. Græcam autem esse phrasin adnotauit Gagneus, hanc nempè: λόγος μετ' εὐσεύς φάσμα καὶ σοφωτάτῳ.

115. numerorum harenarius] id est, qui (Vti interpretatur Turnebus) in schola tanquam in harena numeros exercet & docet, à Circensî harena translatione sumpti. nisi potius quis putet ratiocinatorem ita uocari, quadam ueri superlacione, quasi harenam numerare possit, iuxta illud Horatij:

Te maris & terræ numeroque carentis harenæ Menforem.

116. & qui stellarem coniectat, & qui uolaticam spectat,] Sicuti prius ad incertas coniecturas Astrologia, ita posterus ad certam notitiam stellarum cursus, Astro-nomiam nempè, pertinere uidentur.

117. At ego iam illi etiam diuinæ sectæ, &c.] De secta in bonam partem uide Adnot. nostras in epist. 23. D. Cypr. num. 14. Vtitur similiter Auctor infra lib. de Testim. Anima & in Apolog. & de fuga in perfec. lib. ad Scapulam cap. 4. & lib. de Cor. mil. cap. 7.

ARGUMENTVM APOLOGETICI ADVERSVS GENTES, PER IACOBVM PAMELIVM.

SEPTUILLIANVS, quo tempore Seuerus Imperator cum Antonino filio, annum circiter septimum res Romanas administrabat, cum uideret Christianum dogma, cui iam erat initiatum per Sacrorum Pontifices initio quintæ Persecutionis exagitari diuexarique per orbem: ita ut Christiani indicta causa necaretur dinerjis suppliciorum generibus; nec posset palam illis patrocinari, quod

quod de solo nomine, & ex præiudicio damnatio irrogaretur: Christianam religionem, hac Apologetica oratione ad Antistites Romanos missa, qua potest ratione, defendit. imitatus est quidè (Vt uerbus Bap. Egnatij Vtar) Iustinum maxime & Aristidem; qui in hoc genere præcipuè sunt nomè adsecuti; sed ita, ut utrumque & acumine & eruditione facile superet. quantum enim cõtra Gentes insurgit? quam cõstans puritatem nostræ fidei tuetur? quos ille Auctores non legit? quas eorū disciplinas nõ aditit? ut uel unicus hic liber ad conuincendam gentium pertinaciam satis esse poterit. Quod certe uerissimum esse Laurentius quoque cõstetur lib. 5. Inst. c. 4. dum dicit, Tertullianu hãc causam plenè perorasse. Hic adde; quod si de aliquo alio huius Auctoris scripto, de hoc locutus uideatur D. Hieronymus Epist. ad Magnum: Apologeticus (inquit) eius, & Aduersus Gentes libri, cunctam sæculi continent disciplinam.

Principio autem, quia palam id non licebat, occulta litterarum uia, captata beneuolentia à persona Iudicum, attentioneque conciliata, quod nihil de causa sua deprecaretur, sed hoc solum ageret, ne inaudita à timetur; ab odio Nominis disputationem suam exorditur: quippe quod præcipuam persecutionis ansam dederit; uel inde bonam esse uel malam Christianorum sectam comprobans, quod latere Christiani non gestiant, sed interrogari uultro confiteantur.

Deinde quod Nomen potius quam crimen in Christianis damnetur, latè prosequitur; ex Iudicum Iudicij peruersitate in damnandis Christianis, quibus solis ad negandum tormenta adhibebantur; aliis autem ad contendum; obiter impugnans decretum Traiani Cæsaris, de non inquirendis, puniendis tamen, qui se offerrent Christianis.

Confirmans iam dicta, quod bonum alio qui testimonium ferentes, admisceant solius nominis exprobrationem; quum tamen nihil maledicum aut impudicum sonet, & nouum non sit, quod aliqua disciplina de magistro cognomentam sectatoribus suis inducit.

Exinde, ne forte Legum aduersus ueritatem adstruatur auctoritas; eas errare potuisse, utpote ab homine conceptas, & proinde recognosci posse, pulchrè deducit; exemplis tum Lacedæmoniorum tum Romanorum, immo ipsius Seueri, qui Papias uanissimas de suscipiendis liberis leges heri exclusit.

Iniquitatem legum aduersus Christianos, ab earū origine retractans, quod primum Cæsariano gladio, in hanc sectam ferociter, iniustus, impius, turpis Nero; quem quidem imitatus in crudelitate sit Domitianus; sed cœptum represserit, & deinceps difficile sit reperire aliquem Christianorum debellatorè.

Adiciens pro huius propositionis coronide, quod à Legibus suorum institutorum multum exorbitarint Romanorum mores.

Porro propius ad institutum ueniens, latissimè prosequitur, quod quantumuis de grauissimis criminibus, infanticidio, sanguinis humani pabulo, ac in cæsto, accusarentur Christiani, nunquam tamen conuicti fuerint; nisi forte de sola fama que plurimum mendax.

Immo nõn modo falsa esse ea crimina, sed & non credenda ac aduersus nature fidem.

Quid? quod in ipsos qui obiciebant flagitia dicta retorquet?

Posthac alteram obiectionem, quod Deos Christiani non colerent, ex eo refellit; quod homines illos fuisse non deos ipsa gentium conscientia inficiat ire nequeat.

Et uero, cur post mortem dij facti adseuerentur, causus esse uanissimas, præsertim cum criminosis quosque indignati sint; dignioribus apud inferos relictis.

Quin potius, aut nomina esse uana mortuorum que ab his coluntur, aut simulacra ex communi sculorum materia, quasi fatum consecratione mutante, idem passa ut fiant quod patiuntur Christiani.

Tertiam autem obiectionem, qua respondebant; Sed nobis Dijs sunt, pulchrè confutat; propriis ipsorum ludibrijs in Deos, tum domesticos, tum publicos.

Que potissimum reperire sit apud Poetas & Philosophos.

Que denique Mimographos in theatris ac scena representare non pudeat & impune liceat.

Deinceps ad tertiam cauillationem de capite asinino ac Onochite tanquam Christianorū diis, crucis religione, & Solis cultu, respondet, duo illa meras esse calumnias, & in eos retorquet: Crucem uero non nouam esse, sed & ab ipsis gentibus usurpatam, tum in deorum simulacris, tum in tropæis; insuper & uenerationi esse in signis, vexillis, ac labaris castrorum; Solem autem à Christianis minime adorari, sed hinc ortum cauillum, quod diem solis obseruent, & ad Orientem precentur.

Porro dilatis criminibus que falso obiciebantur, quod Deus uerus unus sit, partim ex operibus diuinis, partim ex Animæ testimonio etiam apud deorum cultores (de quo latius in eiusdem argumenti libro sequenti) comprobatur.

Addens, ut hoc ipsum impressius & plenius nossemus, sacrae litteraturæ instrumentum adiectum à Deo, nec ipsis incognitum; quippe cum Ptolomæus Philadelphus Aegypti Rex litteras eas sacras in Græcum sermonem interpretari iussit.

Isdem autem auctoritatem uindicari summa antiquitate: cum Moses omnes origines, gentes etiã

- plerisque & Vrbes, ipsos denique Deos gentium aliquot seculis antecesserit.
- XX. Tum etiam earum Maiestate & diuinitate; utpote quibus non modo mundi exordium & exitus sed & quicquid agitur prænuntiatum fuerit.
- XXI. Neque tamen, quia Iudæorum instrumentis antiquissimis religio Christiana suffulta est; eandem esse cum secta Iudæorum; qui iam cali & soli sui extorres per orbem vagantur; sed, iuxta prædictiones, ex omni gente & populo & loco ad electos esse Dei cultores; ex quo Christus Dei filius, verus Deus, verus homo, λόγος seu sermo atque ratio, vniuersitatis artifex, ex virgine natus, & sub Pontio Pilato passus, post resurrectionem à mortuis, ordinatis ad officium per orbem prædicandi discipulis, in celos ascendit, neque mirum quod Deus per Christum colatur; cum & Iudæi & Græci & Romani ab hominibus Dei cultum acceperint.
- XXII. His adiicit de demonibus disputatiunculam; quos & philosophi nouerint, & poëta, & vulgus indoctum, & Magi; Socrates denique & Plato; qui hoc vnum agunt, ut numina lapides credantur, & Deus vnus non queratur.
- XXIII. Proinde, cum Magi eadem cum illis edant phantasmata, habentes adfictam eorum potestatem; & eadem demones quæ diu gentium operentur; præsumendum, ipsos esse qui se deos faciunt, quæ eadem edant quæ deos faciunt credi, præsertim, cum se demones esse non deos profiteantur, à Christianis adiurati.
- XXIII. Et ut constaret illos deos esse; non inuidere illos debere Christianis, qui summum Deum principem maiestatum colant; notum etiam Platoni; præsertim, cum non modo Romanis, sed & vnicuique prouinciae ac ciuitati suus Deus fuerit.
- XXV. Quoniam autem Romani nominis mentio incidit; magnam apud eos præsumptionem fuisse, quod ob cultum deorum imperium occupassent; apud quos non nisi post Reges exactos, aut simulacra aut templa diu erecta fuerint.
- XXVI. Quin potius, illum regna dispensare verum Deum; cuius est orbis qui regnatur; quod vel ex iis Imperiis patet, quæ ante Romanum floruisse constat.
- XXVII. Atque hæc omnia sufficere, ad diluendum crimen læsæ diuinitatis; neque id etiam incurrere Christianos quod sacrificare diis nolint; quippe quos demones non deos norint, à quibus ista suggeruntur.
- XXVIII. Veniens deinde ad secundum titulum læsæ Imperatoriae maiestatum; primum illis improperat, quod eo ipso in deos suos irreligiosi essent, quod plus honoris Imperatoribus quàm Ioui aut ceteris diis exhiberet.
- XXIX. Deinde dicit, constare debere, an isti quibus sacrificari volunt possint salutem impertiri Imperatoribus; præsertim cum suas ipsi stacuas & ædes non nisi Cæsarem excubiis tueri possint.
- XXX. Rectius itaque Christianos pro illorum salute Deum æternum inuocare verum & viuum; quem & ipsi præ ceteris propitium sibi malunt. Illum (inquam) Christianos, manibus expansis, capite nudo; de pectore precari pro Imperatoribus.
- XXXI. Quod si non credunt: in promptu esse diuinas litteras, quibus præceptum est, etiam pro inimicis orare; & nominatim pro Regibus & Romano Imperio; præsertim cum clausulam sæculi commentu & longæuitate illius Imperij retardari sciant.
- XXXII. Iurare etiam illos per salutem Imperatorum, quæ augustior sit omnibus Geniis; id est, demonibus, quos adiurare ipsi solent.
- XXXIII. Neque vero Imperatorem à Christianis, Deum appellari, quod in ipsis triumphis illis à tergo suggeratur; Hominem te memento.
- XXXIII. Immo nec dominum, nisi more communi; ad instar Augusti Cæsaris, qui ne Dominum quidem se dici passus est.
- XXXV. Non rectè itaque publicos hostes Christianos dici, quod Imperatorum sollempnia cum lasciuia non celebrant; quippe qui ea obseruent maiori cum modestia, verecundia, pudicitia, quam Quirites; quorum vernacula plebs nulli Cæsari sua, Romana parcat lingua, etiam ipsa hora qua adclamat: De nostris annis tibi Iupiter augeat annos; immo sub ipsis sacris in Cæsarem conspirasse Cassios, Nigros, & Albinos.
- XXXVI. A Christianis autem nihil hostile in Imperatores statui; qui etiam male velle, male cogitare de aliquo vetentur.
- XXXVII. Præsertim cum etiam læsi vicem referre prohibeantur; quo fit, ut aduersus tot iniurias ad mortem usque de conspiratione tamen ne cogitarint vnquam, quantumuis ingenti sint numero.
- XXXVIII. Proinde falsam esse calumniam de secta hac tanquam de illicita aliqua factione; cum illis nulla res aliena sit magis quam publica; qui proinde etiam spectaculis publicis, in quibus maxime viget emulæ studiorum compulsationes, tanquam de superstitione conceptis renuntiarint.
- XXXIX. Quod ut magis probetur, ipse negotia Christianæ factionis edit, Coire (inquam) eos in coetum; tum ad orationem pro Imperatoribus, tum ad litterarum diuinarum commemorationem; ibidem fieri exhortationes, castigationes, & censuram diuinam, qua à communicatione stationis & conuentus quis ob delicta relegatur; auctoritate seniorum & presbyterorum qui præsident, illic etiam deposita pietatis offerri,

eaque non epulis sed egenis & in insulas relegatis dispensari. fratres vero vocari, non modo iure naturæ matris omniuni securi cum gentibus; sed quod & vnum Deum patrem agnouerint, & etiam substantia familiari fratres sint, excepto solo matrimonio. cænas autem eorum tales esse, quales Megaresium, quasi crastina die sint morituri, (quod vel ipsum nomen ἀγάρη satis indicat) in quibus non prius discumbitur quam oratio præmittatur, cum omni sobrietate: utpote quibus de nocte Deus adorandus.

Illis itaque potius factionum nomen accommodandum, qui innocentium conclamant sanguinem: XL. prætexentes omnis publicæ calamitatis causam esse Christianos: cum tamen ante Christi aduentum clades maiores & urbem & orbem cæciderint, & in ipso deorum cultu Capitolium Senones occuparint: denique si quid urbibus aduersi accidit, id cum deorum templis commune sit.

Quinimmo, ipsos potius publicorum incommodorum reos esse, apud quos deus spernitur, statua deorum adorantur, maxime cum dii etiam cultores suos ledant; neque vero id in Christianorum deum retorqueri posse; quippe qui non distinguat inter bonos & malos ante sæculi finem, & Christianos non ledat, quibus nihil cura magis quam celeriter hinc excedere.

Postremò, ad alium titulum respondet, quo infructuosos dicebant Christianos; iniuriam eam confutans experientia contraria, quod non siuicola essent Christiani, sed eiusdem cum illis vitus, habitus, instructus, opera quoque sua vsui omnium publicent, & uectigalia nullo frustrent mendacio, in solis differentes ceremonias, ita tamen, ut similes actus alio opportuno tempore celebrent, exempli gratia thura diis non adoleri, sed Christianis sepeliendis merces has profligari.

Nullos itaque de illis aliis conueniri posse, quam lenones, perductores, aquariolos, sicarios, ariolos, XLII. magos, & huiusmodi: cum vel in hoc infructuosi sint, quod demonia eiciant.

E contrario vero grande detrimentum esse reip. cum tot Christiani innocentes erogantur. XLIII.

Solos igitur Christianos innocentes esse, qui innocentiam à deo edocti sint, gentibus vero eam aut XLV. humana estimatio tradiderit aut dominatio imperauerit.

Atqui cum, qui æquiores videbantur, non diuinam esse sectam Christianam adfirmarent, sed Philosophiæ quoddam genus: inde colligit, non magis igitur Christianos debere cogi ad sacrificandum aut deturbandum, quam philosophos, qui deos suis commentariis destruant, & plerique in principes latrant: antithesim interim quandam adiciens inter philosophos & Christianos.

Deinde iterum veritatem Christianæ religionis ex antiquitate sacrarum litterarum deducit; quippe XLVI. de quarum fontibus nemo non poetarum aut philosophorum potauerit: quanquam de deo & rebus diuinis non ut innouerint disputauerint, quos imitati quidem sint in hac nouitola paratura adulteri quidam scripturarum, hæretici nempe; aduersus quos se præscribere regulam veritatis, quæ à Christo ueniat, per comites eius transmissa: & nihilominus ab iis fabulas quasdam inmixtas esse; ut quis ideo putet Christianis non credendum, quia nec philosophis, nec poetis: exempli gratia, irrideri prædicantes iudicium, gehennam, & paradysum, quod apud illos similia inueniantur.

Atque hac occasione ad disputationem de restauratione corporum delabitur; eam adprobans, non XLVII. tanquam uere μαρτυροῦν Pythagoræ, sed uti reditum ad eandem substantiam.

Sicuti & ignis æterni supplicia vel ex ipsis philosophorum dictis: quas sententias mirum esse in XLIX. Christianis præsumptiones nuncupari, quæ in philosophis summa scientiæ uocentur: quæ ipsa etsi falsa essent, attamen necessaria; inepta, attamen utilia, quod meliores metu fieri cogant; etsi falsa & inepta, nulli tamen noxia; & proinde quamuis fortassis irrisioni obnoxia, non tamen tot suppliciorum generibus adidicanda.

Quamquam interim Christianorum uictoria in iis consistat suppliciis, ob quæ Sarmenitij & Se-L. maxij appellantur, & commendatur etiam apud Gentes eiusmodi sublimitas animi, denique exquisitorum iudicum crudelitas sectæ Christianæ sit illecebra, & sanguis semen sit Christianorum.

CETERVM Apologetici Tertulliani aduersus gentes meminerunt inter veteres Lactantius Diuin. Instit. lib. 5. cap. 1. & 4. Euseb. Eccl. hist. diuersis locis infra adnotatis Tom. V. inter fragmenta Græcorum operum quæ desiderantur, ac in Chronicis ad ann. domini 38. & III. D. Hieron. loc. supracitatis. D. August. (quantum apparet) lib. 7. de Ciuit. dei cap. 11. Vincentius Lirinensis dum scripta aduersus Gentes memorat. Niceph. lib. 4. hist. Eccl. cap. 12. Hugo Floriacensis hist. Rom. lib. 9. cap. 3. Vincent. denique Bellouacensis spec. hist. lib. 11. addens plura se ex hoc libro locis congruis inseruisse. Nostro autem sæculo antequam excuderetur, Petrus Crinitus de bon. disc. non vno in loco, & Angelus Politianus meminerunt, nam apud Trithemium nescio quo casu omissus est. Eum autem primus restituit Bap. Egnatius an. domini MD. XV. cuius editionem recuderunt heredes Aldi cum Lactantio anno XXXV. Venetiis, post quem B. Rhenanus 1. edit. ex Hirsaugiensi & Paterniacensi; ac 2. edit. ex cod. Gorziensi eundem repurgauit, additis argumento & Adnotatiombus; quæ cum alibi ubique desiderantur, existat in edit. Io. Gagnaci Parisiensis: deinde etiam Fræcisus Zephyrus adiectis epistola nuncupatoria, Argu-

mento, & Paraphrasi: quam postremam (omissis reliquis tamquam superfluis) paucissimis immutatis A
retinimus. Nunc denique ad manus scripta D. Bauonis ac Eluonense siue D. Amandi, item Leodiense
Reuerendiss. D. Lauini Torrentij exemplaria Belgica: praeterea Romanos manus scriptos Vaticanos tres
codices, ac veteres excusos collatus, castigatior Deo auspice in publicum prodit, adiectis etiam Ar-
gumento & Adnotationibus nostris. Postremo Lud. Carro I. C. Lutetiae Parisiorum eundem cum
clarissimi humanissimique viri Cl. Puteani Senatoris in suprema curia regij libro antiquissimo com-
parauit: scripturarumque varietates apposuit.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI APOLOGETICVS
AD VERSVS GENTES PRO CHRISTIANIS.

CAP. I.



S I NON licet vobis Romani imperij antistites in aperto & edito ipso
ferè vertice ciuitatis praesidentibus ad iudicandum, palam dispicere, &
coram examinare, quid sit liquidò in causa Christianorum: si ad hanc
solam speciem auctoritas vestra de iustitiae diligentia in publico aut timet,
aut erubescit inquirere: si denique (quod proximè accidit) domesticis
indiciis nimis operata se & huius infestatio obstruit viam defen-
sioni, liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures vestras peruenire.

Paraphrasis Francisci Zephyri.

V Ideo, inquit Tertullianus, duabus de causis Christianos damnari indicta causa: primum quia
vobis, iudices, aliter fieri per leges non liceat, cumque in vertice summæque arce Capitolina
ad ius dicendum praesideatis (qui locus est vrbis celeberrimus) in aperto & procul à populi
testimonio vobiscum agi, etiam si velitis, non licet. Deinde quia causa Christianorum tantis
videtur esse praesudicis damnata, tantisque pseudofratrum indicibus oppressa, ut super eam quisque iam
timeat, & erubescat quodammodo palam diligentior haberi: atque id ex omnibus aliis causarum gene-
ribus solum videtur, quod oblatum nulla quaestione seruata de subito damnari potest. Cum itaque res
se ira habeat Christianorum, ut vndique à manifesto patrocinio excludatur, liceat saltem in occulto
veritatem examinare, & quas ad vos litteras damus legere non dedignemini.

7 Nihil illa de causa sua deprecatur, quia nec de conditione miratur. scit se peregrinam
in terris agere, inter extraneos facile inimicos inuenire. Ceterum genus, sedem, spem,
gratiam, dignitatem in caelis habere: vnum gestit interdum, ne ignorata damnetur.

Verisimile est quisquis reus iudicum attentionem implorat, illud maxime intendere, ut conditionem
suam deprecando releuet, & quibus potest modis se suamque causam commendans misericordiam moueat.
Quae res in aliorum omnium causis tralatitia erat, Christianis verò penitus negabatur, tum quia iu-
dices nullas eorum preces admittebant, tum quod Christiani ad poenam pleno gradu incedebant. Tertul-
lianus igitur, ne iudices si crederent litteras nihil aliud quam veniam reatus exposcere, lectione ob eam
causam negligenter: ex auribus illorum hunc in primis scrupulum eximere contendit. Ea vis est, inquit,
Christianæ sectæ, ut nihil sollicita sit, quomodo vobis satisfaciens aliquid de sua causa imminui conten-
dat, quo minus damnationem mereri videatur. Cum enim tota eius ratio, atque spes omnis à caelo pen-
deat, caelestia verò opposita sint omnia terrenis, quid mirum, si diuersa quoque est eius conditio, aliter-
que tractetur apud externos quam æquum sit atque legitimum? Sed hoc vnum est quamobrem atten-
tionem vestram requirat, quia vehementer exoptat: ut quid ea sit, & in quo nitatur, cognoscatur prius à
vobis quam damnetur. Quae sanè petitio & honesta est, & à iudicibus recusari non potest. DEPRECARI
verò est pro reo à iudice vel pro amico à principe viro veniam precari. Cicer. ad Pontif. Amici illi tui te
vno amico tecti, &c. Quibus autem verbis deprecatio fiat, idem Cicero pro Ligario docet, Ignoscite
iudices, errauit, lapsus est, non putauit, si vnquam posthac, &c.

9 Quid hic deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiantur? An hoc magis glo-
riabitur potestas earum, quo etiam inauditam damnabunt veritatem? Ceterum inau-
ditam si damnent, praeter inuidiam iniquitatis, etiam suspicionem merebuntur alicuius
conscientiae, nolentes audire, quod auditum damnare non possint.

Ratio quamobrem homines aliquid experant triplex est, honestum, vtile, & iucundum: cur fugiant
his contraria faciunt, turpe, inutile, atque molestum. Tertullianus itaque ut facilius Christiani exorēt iu-
dices ut audiantur, antequam ad tabellam deueniant, ostendit nihil esse in ea petitione quamobrem
reici mereantur: nihil enim ab ea timeri posse, quod legibus inutile sit, praesertim vbi ad libidinem suam
omnia trahere possint, imò quod iocundum sit sperari posse. Namque post dictam causam, id est, de
more

A more damnare reos meritò gloriari poterūt. Quid? & honesti ipsius auctoritas ita se melius tuebitur. Om-
nis enim inuidia hoc modo subterfugitur, quam leges alioqui apud multos tanquam iniusta commo-
uere videntur, cum ob eam causam nolle iudices audire Christianum suspicentur, quia expurgatum ab-
solvuere non cogantur. Si igitur quod honestum, iucundum, & vtile est respicere iudices velint, Chri-
stianis dicendæ causæ potestatem faciant.

Hanc itaque primam causam apud vos collocamus, iniquitatis odium erga nomen
Christianum. Quam iniquitatem idem titulus & onerat & reuincit, qui videtur excusare,
ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam ut oderint homines quod ignorant? etiam
si res mereretur odium? Tūc etenim meretur cum cognoscitur an mereatur. Vacante au-
tem meriti notitia, vnde odij iustitia defenditur? quæ non de euentu, sed de conscientia
probanda est. Cum ergo propterea oderint homines, quia ignorant quale sit quod ode-
runt, cur non liceat eiusmodi illud esse, quod non debeant odisse?

Altera proemij pars, quæ commune odium in Christianos multiplici ratione ostendit esse iniquum.
Iudices enim atque omnes ferè gentes, uti Iudas in sua epistola inquit, ita se habebant, ut quæ nescirent
vituperarent, in illis vero rebus quas naturaliter veluti bruta animalia cognoscerent distabescerent. Il-
lud igitur est, inquit Tertullianus, quod primum in iudicium vestrum venire, & à vobis cognosci velim,
iniquitas scilicet odij in Christianum nomen: quam si excusare conamini, quod publicum rumorem se-
cuti, nihil vnquam de hac causa certi cognoueritis, dico hanc vestram rationem ignorantiae non modo
non releuare vos aut aliquo modo liberare, sed magis onerare obligatæque fidem vestram. Tota hæc ar-
gumentatio ex eo est axiomate, quod & ab Aristotele ponitur. At verò benè quisquis iudicat ea quæ
cognoscit, & ipsorum verus est iudex, &c. Si quod igitur est incognitum nobis, bonum malumve esse
asseramus, puerile hoc est iudicium & temerarium: odium enim & amorem non casus facit, sed ex
certa scientia suboriri solent, cum notitia meriti non vacat, sed suum locum occupauerit: & pro com-
perito dignitatem habemus, indignitatemque rei, praesertim cum nihil obstat, quamobrem bonum esse
possit quod ignoratur.

Ita vtrumque ex alterutro redarguimus, & ignorare illos dum oderūt, & iniuste odisse
dum ignorant. Testimonium ignorantiae est, quæ iniquitatem dum excusat, condemnat.
Cum omnes qui retro oderant, quia ignorabant quale esset quod oderant, simul ut de-
sinunt ignorare, cessent & odisse. Ex his fiunt Christiani, vti que de cōperito, & incipiūt
odisse quod fuerāt, & profiteri quod oderāt: & sunt tanti quāti & denotamur. Obscu-
ram vociferantur ciuitatem, in agris, in castellis, in insulis Christianos, omnem sexū, æta-
tem, conditionem, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen quasi detrimento marēt.

Inferens ex superioribus ab vtrouis enthymemate demonstrat vtrumque refelli: quia scilicet igno-
rant gentes ipsos Christianos, ideo iniuste odisse, & odisse quia ignorant: ut quod de vno existimatur fa-
tis sit ad alterius constitutionem. ex eo igitur quod sequitur, si quid ego ignorans odi, iniustum est odium,
cum bonum esse possit quod ignoro: & si iniustum est, sit vti que ab ignorantia: ita odium ex ignoran-
tia iniustum esse concedendum. Quod autem ex hac causa suboritur odium demonstratur (huic enim
propositioni occurrere gentes poterant, se quidem de comperta re odisse Christianos) ex eo quod effici-
tur, si remoueat. Quicumque enim, inquit, instituta nostra patienter cognouerit, tantum abest ut odio
prosequatur, ut postea mirifice comprobet illa & amplectatur, hinc indes magis pullulant Christiani,
neque est locus in terris qui eius nationis omnino sit expertus. Qui igitur testatur ignorantiam ut odium
excuset se magis condemnat.

Nec tamen hoc ipso modo ad æstimationem alicuius latentis boni promouent ani-
mos, non licet rectius suspicari, non licet propius experiri. Hic tantum humana curiosi-
tas torpescit, amant ignorare, cum alij gaudeant cognouisse: quanto magis hos Anachar-
sifys denotasset imprudentes, de prudentibus iudicantes, quam immusicos de musicis.

Iudicium consensusque multitudinis in eadem re nunquam est à sapientibus improbatum, imò pro
vero semper accipi solet, tanquam comperta res & definita ratione. Cum itaque Romani sua voce fa-
terentur à nullo genere hominum Christianos non laudari, si rationi non odio obsequerentur, debue-
rant ex ea multitudine moneri, non fieri quidem temere, si quanto magis à Christo deterrerent homi-
nes, tanto illum libentius confectarentur, sed ex aliqua causa, quam si animaduertere velint, in æstima-
tionem alicuius latentis boni venirent. Verum tanta odij nubes praetenditur, ut quæ cunctis homini-
bus naturalia sunt obliuiscantur, nec melius aliquid ex iis conicere volunt, neque de proximo certius
experimentum facere. Et quæ est vrbiorum præcipua curiositas, ut vnumquodque velint diligentius
persecutari, in hac tantum causa negligentiores inueniantur, & quæ omnibus iniucunda esse solet igno-
rantia, delectentur. Quam sit hoc absurdum, ex auctoritate simul & comparatione ratiocinatur. Nam
si Anacharsifys, inquit, philosophus ignorantem musicam deridebat de musicis ferre iudicium, quanto
magis imprudentes damnaasset, si de prudentibus vidisset iudicare: quum multo magis importuna sit
imprudencia quam amusia.

¹⁶ Malunt nescire, quia iam oderunt. adeo quod nesciunt præiudicant id esse, quod si sciant, odisse non poterant: quando si nullum odij debitum deprehendatur, optimum utique sit desinere iniuste odisse: si vero de merito constet, non modo nihil odij detrahatur, sed amplius acquiratur ad perseverantiam, etiam iustitiæ ipsius auctoritate.

Sapientis est mutare consilium, nonnulli tamen ita cervicosi sunt, quales plerunque potentiores, ut si quem semel vel immerito læserint aut oderint, perperuis calumniis persequantur. nam si peccatum suum fateantur, minus iam prudentes haberi credunt: igitur ne fateantur, aut verum dissimulant, aut rei ipsius certiores fieri nolunt: id quod Christianis eueniebat apud Romanos aliàsque gentes. nam cum illi hanc sectam semel odissent, ne illud temerè suscepisse viderentur, sine quaestione odisse perseverare malebant, consilij iam sibi ac prospicientes, si rem Christianam diligentius discuterent, eiusmodi esse quæ odij finem faceret. Quod autem hoc conscientia præiudicium impediatur veritatem, manifestum est, cum in tali quaestione nihil sit quod illos offendere debeat: nam si nulla causa deprehendatur odij, æquum sanè foret odio renunciare: si vero ita mereri Christianos pateat, multo æquius in eo odio perseverarent cum auctoritate ipsius iustitiæ subniterentur. Prius enim quam res examinata erat odisse, aberat à iustitia: cum vero examinata, sceleri obnoxia iudicatur, ipsa iam exigit iustitia, ut non modo odio, sed pœna quoque digna mulcentur.

Sed non ideo, inquit, bonum quia multos conuertit. Quanti enim ad malum præformantur, quanti transfugæ in peruersum? Quis negat tamen quod verè malum est, ne ipsi quidem quos rapit defendere pro bono audet. Omne malum aut timore aut pudore natura perfudit. Denique malefici gestiunt latere, deuitant apparere, trepidant deprehensi, negant accusati, ne torti quidem facile aut semper confitentur: certè damnati marent: dinumerant in semetipsos mentis malæ impetus¹⁷ vel fato vel astris imputant. nolunt enim suum esse, quia malum agnoscunt.¹⁸ Christianus vero quid simile? neminem pudet, neminem pœnitet, nisi planè retro non fuisse. Si denotatur, gloriatur: si accusatur, non defendit: interrogatus, vel vltro confitetur, damnatus gratias agit. Quid hoc mali est, quod naturalia mali non habet? timorem, pudorem, tergiversationem, pœnitentiam, deplorationem. Quid hoc mali est: cuius reus gaudet? cuius accusatio votum est, & pœna felicitas?

Anthypophora hæc & obiectio tacita aduersariorum, quam assatim Tertullian. vehementerque refellit. nam cum bonitatem Christianæ sectæ ex multorum hominum confluxu probasset, idque probabile videri posset, non autem semper verum, ne sibi contradictio confidat, certiores notas verioraque affert argumenta, quibus malum à bono, vitiumque à virtute dignosci possit. Fateor enim, inquit, multos homines, quos nostra lex ad se conuertit, apostatas fieri ab utique præceptis. Quid mirum: in potestate siquidem nostra est, & bene & malè agere. vnde non est ex actionibus nostris elicere certius, quid bonum sit aut secus. Sed hoc ipsa nos natura prudens omnium rerum magistra docet manifestis indicij de necessitate consequentibus. Quicquid enim malum est, cogit nos etiam si nequam sumus, malum esse fateri, trepidationem & pudorem voluit comites esse mali: odit enim lucem qui malè agit, timetque ne deprehendatur, & deprehensus pudore confunditur. pœnitet negatque quantum potest causam in se esse talis facinoris. Quæ omnia indicia naturalia, & vera si in Christianis apparent, nulli dubium est quin illi mali scelestique sint, à contrario, si neque illos nominis pudet, sed interrogati sint ne Christiani vltro fatentur, neque accusationem eius causa timent. non enim se defendunt, tantumque abest ut se huius sectæ pœniteat, ut agrè ferant, prius multo in eius cognitionem non venisse, palam profitentes verum Dei cultum per Christum fieri in spiritu & veritate. Quid est cur non bonum illud dicatur, in quo hæc nulla sint, illa liquido inueniantur.

Non potes dementia dicere, qui reuinceris ignorare.

Alia anthypophora, quæ vno ictu exponitur, licet ea quidem vulgaris esset & penè recepta. Cum enim aliquis accusationem, paupertatem, exilium, eiusmodique mala non timeret, nec ipsa quidem morte deterreretur, vir fortis esse potest & clari animi. Quod si quis hæc non modo non timeat, sed exoptet atque in eis felicitatem esse credat, is profectò demens iudicabitur: tantum à naturali sensu abhorrebit. id quod & si in Christiano homine minimè mirum videri debet, qui lorica spei certè indutus, clypeo fidei omnia proculcat sempiternis rebus addictus: nulla tamen alia ratione Tertullianus iudicium hoc plebis Romanæ defendit de dementia Christianorum, quam quoddam temerarium illud esse probat, & à certis rebus penitus exclusum: quando ipsi iam professi sint rem Christianam ignorare. At quod aliquis ignorat, id sapiens ne sit an stultum, bonum an malum, quomodo intelligere potest?

CAP. II.

¹⁹ Si certum est denique nos nocentissimos esse, cur à vobis ipsi aliter tractamur, quam pares nostri, id est ceteri nocentes? cum eiusdem noxæ eadem tractatio deberet interuenire.²⁰ Quodcunque dicimur, cum alij dicuntur, & proprio ore & mercenaria aduocatione vtuntur ad innocentia suæ commendationem. Respondendi, altercandi facultas patet, ²¹ quando nec liceat indefensos & inauditos omnino damnari. Sed Christianis solis nihil

A nihil permittitur loqui, quod causam purget, quod veritatem defendat, quod iudicem non faciat iniustum.

Dicitur est hoc per concessionem, vnde maior inuidia iudicum exaggeratur. Esto, inquit, liberum omnibus iudicium, & qua quisque velit mente feratur in Christianos, concedaturque etiam illos esse fontes cur tamen quod lege communiter præscriptum est, in illis tantum priuilegium existit: Non liber quidem tu es in eo quod lege cautum est. Rex tibi & dominus sunt leges, quibus statuitur nullum reum indicta causa damnari debere. Dicimur incesti, dicimur homicidæ & hostes publici: concedo. cur non legitima quaestio ex quolibet crimine peragitur? Sed audito hoc solo, Christianus est, damnationem pronunciat: Alij cum dicuntur, & audiunt idem quod nos, & in eodem quo nos crimine denotentur, vi lege concessum est, & sua se & aliorum opera defendi: merito quidem, cum aliter verum explicari non possit, ac iudex probare æquitatem suam. At vide in re simili quam dissimilis sit conditio Christianorum, nec illud quidem iudices exaudire volunt, quod eos iustos redderet atque laudandos.

Sed illud solum expectatur, quod odio publico necessarium est, confessio nominis, & non examinatio criminis. quando si de alio nocente cognoscitis, non statim confesso eo nomen homicidæ, vel sacrilegi, vel incesti, vel publici hostis (vt de vestris elogiis loquat) contenti sitis ad pronuncianum, nisi & consequentia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, tempus, conscios socios.

B Post diem reo dictum consequens erat examinatio legitima nominis, ex qua qualitas facti, & quo nomine appellari conueniret excluderetur. accidentia præter hæc, tempus scilicet, locus & alia id genus, quibus verum fieret manifestum, diligentius quaerebatur. Non enim si statim confessus reus esset, nomen criminis, homicidæ (verbi causa) aut adulteri, contenti erant iudices ad pronuncianum sententiam. In Christianis tamen non quod iuris esset inquirebatur, neque sibi iudices neque legibus satisfacere curabant, sed plebi tantummodo. Si quis enim se Christianum profiteretur, eo solo nomine nulla facta quaestione, neque de maiestatis crimine, qua potissimum causa Christiani postulabantur, vt in sequentibus videbimus, neque de homicidio pœna statim irrogabatur.

De nobis nihil tale, cum æque extorquere oporteret quodcunque falso iactatur, quot quisque iam infanticidia degustasset, quot incesta²² contenebrasset, qui coci, qui canes affuissent. O quanta illius præsidis gloria si eruisset aliquem qui centum iam infantes comedisset.

Poterant iudices, aut pro iudicibus populus respondere, nihil isthac opus est quaestione in Christianos, hoc solum nomen crimen facit ad pœnam. Si ita res se haber, inquit Tertullianus, iam dictum est quam hoc temerarium sit, aliquid præiudicare sine causa ratione aliqua introducta, hoc tantum contenti essemus: cum vero prætextum odio vestro adstruentes, nefarium & impudens genus Christianorum dicitur, vt qui in suis sacris illis arcanis infantes mactent, & incesta luminibus extinctis frequentent, quid est cur quaestio non sit tempestiua necessariaque in his tantum facinoribus? vt tandem eruat qui canes affuerint luminum euetores, & qui, quando, quomodo coxerint, &c. vnde gloriam sibi ambitiosi iudices gratiamque apud plebem mirificam compararent.

C Atquin inuenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. ²⁴ Plinius enim Secundus cum prouinciam regeret damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsus, ipsa tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, cõsuluit tunc Traianum imperatorem, allegans præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud se de factis eorum comperisse, quam cæcus antelucanos ad canendum Christo & Deo, & ad confederandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cætera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere.

Hysteron proteron ad maiorem energiam, de inquisitione nunc agit, quæ semper quaestioni præcedit, vt vndeunque colligat, cum Christianis agi extra ordinem ex illiberali odio, quod quanto insolentius effertur, tanto magis arguit innocentiam Christianorum. Et quid insolentius, quam de iis supplicium fumere, quorum etiam inquisitio quandoque sublata sit? neque id quidem negligentia, sed imperatorum edicto. Non omnes enim imperatores, vt patebit inferius, Christianum nomen persecuti sunt, quod natura malum non esse redarguit. Quod enim malum est, ab omnibus quoquomodo profligatur damnaturque. Traianus ita imperator Plinio de Christianis consulenti, iis quæ recitat verbis respondisset, inquisitionem certè substulit. Imperatoris enim verba & scripta, edicta sunt ac leges.

O sententiam necessitate confusam. negat inquirendos vt innocentes, & mandat²⁵ puniendos vt nocentes. Parcit & sæuit, dissimulat & animaduertit. Quid temetipsum censura circumuenis? si dānas, cur non inquiris? si nō inquiris, cur nō & absoluis? Latronibus vestigandis per vniuersas prouincias²⁶ militaris statio sortitur, in reos maiestatis &

publicos hostes omnis homo miles est, ad socios, ad confcios vsque inquisitio extenditur. Solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio quam oblatio. Damnatis ergo oblatum, quem nemo voluit requisitum, qui puto iam nō ideo meruit pœnam, quia nocens est, sed quia non requirendus inuentus est.

Traianus dum inuidiæ simul & iuri causæ voluit, cum oblatos quidem Christianos si præterisset, gratiam populorum offendere videret: si vero quos testimonio sui proconsulis defendebantur, temere damnasset contra ius iustitiæ que decernere, suis his verbis sententiam de Christianis ad eodē confudit, vt quid sibi ea velit, quantum ad probandam destruendamque illorum sectam pertinet, parum constet. Damnari enim & absoluit. Alteram quidem ex his disunctiuis necesse est veram esse, aut nocentes esse Christianos, aut innocentes: si nocentes publicique hostes, procul dubio inquirendi & inquisiti puniendi: si vero innocentes, etiam si casu vel ex malevolentia iudici offerantur, iure damnari non possunt. Quod si dicas inquisitionem ideo prohiberi, quia in alium finem tendat: hoc, inquit, non video, cum omnis inquisitio nihil aliud quam oblationem faciat. Sed si quasi finis merito permittitur, multo magis deberent ea quæ sunt ad finem: nisi fortè opera quæ daretur inquirendo redderet innocentes, quos nulla alia causa, nisi quod occurrerunt alicui damnandos facit. Se ipsum itaque imperator irretiuit, & quasi incidit in censuram vt emendatione dignus. Præterea ne inquisitionem ipsam prohibitam diceret, quia noua & insolita causa Christianorum, stationes militum affert vbique dispositas, nullam aliam ob rem, quam vt ea scelera quorum rei fiunt Christiani exterminentur. Igitur dissimulatione & negligentia tantum non Christiani arguuntur infantes.

Itaque nec in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos, quod ceteris negantibus adhibetis tormenta ad confitendum, folis Christianis ad negandum. cum si malum esset, nos quidem negaremus, vos vero confiteri tormentis compelleretis.

Iniuria alia aliam sequitur facile, si quis iudex ea quæ ante iudicium requiruntur inuertit, quæ etiam ipsi iudicio competunt, conturbabit. Habet suas quæcunque actio formulas, secundum quas necesse est aut de causis cadamus, aut superiores discedamus. Quod si ritè formulæ non seruentur, iudicium irritum fit atque ridiculum. Cum autè tribunal itaque susterentur Christiani extra ordinem, iudices etiam iudicando maline essent nec ne, à communi formula iudiciorum recte debant. Reus enim (verbi causa) maieftatis euleo fidibusque torquetur, vt quod negat quia malum confiteatur. Christianis vero tormenta adhibentur, vt quod sponte confitentur, quia bonum, negent. Si contrariorum igitur eadem est disciplina, si malum est quod negatur, quod fatemur bonum est. Iudices igitur suo se gladio conficiebant, Christianos quasi homicidas damnantes, cum tamen accusatos à confessione deterrerent, id est à vero.

Neque enim ideo putaretis non requirenda quæstionibus scelera, quia certi essetis admittere ea ex nominis confessione, quia hodie de confesso homicida scientes homicidium quod fit, nihilominus ordinem extorquetis admissi: quo peruersius, cum præsumatis de sceleribus nostris ex nominis confessione, cogitis tormentis de confessione decedere, vt negantes nomen, pariter utique negemus & scelera, de quibus ex confessione nominis præsumpseratis.

Per argumentum à legitima quasi consuetudine iudicij tacitæ obiectioni respondet, nulla, inquit, opus est maiori quæstione ad eruenda flagitia, satis est si quis Christianus esse fateatur, sub eo nomine, omnia isthæc vitia latent. Esto, inquit Septimius, Sed si morem vestrum iudicando recordamini nec quicquam vobis satis esse videtur homicidæ alicuius confessi homicidium quale sit tenere, sed iuris esse censetis ordinem sceleris quoque extorquere, quando scilicet, vbi, quomodo, & quibus sociis. Quapropter hanc vestram obiectionem peruersius reddere iudicium vestrum non videris? nam si confesso nomine Christiano, simul etiam confiteri scelera temere præsumitis, vrgenda vehementius erat, non remittenda confessio, vt vos iustiores, nos scelesti magis videremur.

Sed opinor non vultis nos perire, quos pessimos creditis (sic enim soletis dicere) homicidas.

Ironia, At, inquit, misericordia fortè vestra erga nos fit, vt confessionem supprimitis, ne ex ea damnatio irrogetur iis quos viuere velitis. Lachrymæ crocodili nimirum, quibus vos ad eodē bene cupitis, pessimos esse dicitis, & creditis homicidas. ita vestra hæc caritas benevolentiaque tantum abest vt crimina dissimulet, vt quæ nulla sint insimulet. quo iustius vexari videamur.

Negatis laniari iubere sacrilegum, si confiteri perseuerauerit. Si non ita agitis circa nos nocentes, ergo nos innocentissimos iudicatis, cum quasi innocentissimos non vultis in ea confessione perseuerare, quam necessitate non iustitia damnandam à vobis sciatis. Vociferatur homo, Christianus sum, quod est dicit, tu vis audire quod non est: veritatis extorquendæ præfides de nobis folis mendacium elaboratis audire. Hoc sum, inquit, quod quæris an sim. Quid me torques in peruersum? confiteor, & torques: quid faceres; si negarem? Plane alijs negantibus non facile fidem accommodatis: nobis, si negauerimus, statim creditis.

Locus

A Locus à simili, ex quo concluditur, ex peruersa hac iudicum quæstione Christianos infantes declarari. Sacrilegus (exempli gratia) & Christianus vterque, vt creditur, nocens accusatur: alter si fateatur ingenue sacra sublegisse, non opus esse videtur, neque ipsi iudices iubent lancinari atque torqueri, satis ea est confessio ad irrogandam pœnam. Alter verò si crimen quoque suum fateatur, Christi scilicet sectam legemque colere & amplecti, statim iubetur miris modis cruciari: & quanto magis in confitendo crimine perseueret, tanto plura tormentorum genera intentantur. At sanè hoc demonstrat, crimen hoc nominis non putari crimen, quod iure damnari possit. Quid enim amplius vexatur, quando crimen fuerit extortum? Quippe ne contra ius ferri iudices necessitate improbæ legis cogentur, auertere homines Christianos ab ea confessione quibuscunque modis conabantur & mentiri desiderabant. Si itaque crimen nostrum odio quodam violenti non iure punitur, innocentes profecto sumus, vos iniusti.

²⁸ Suspecta fit nobis ista peruersitas ne qua vis lateat in occulto, quæ ²⁹ vos aduersus formam, aduersus naturam iudicandi, contra ipsas quoque leges ministret. Nisi enim fallor, leges malos erui iubent, non abscondi: confessos damnari præscribunt, non absolui. hoc ³⁰ senatus consulta, hoc principum mandata definiunt, hoc imperium, cuius ministri estis.

Admonitio qua mentes iudicum excitat, vt cognoscere certius velint, quam obrem perperam agant, & immutato ordine iudiciorum contra Christianos, cum non sine suspicione alicuius violentiæ id fieri possit: nam si, inquit, quas populus leges sciuit, quarum vos ministri estis, si decreta senatus, si principum edicta, vnum omnia vobis propositum præscribunt, vt malos proferatis in lucem, confessoque damnetis: atque hanc formam in omni scelere genere seruatis, præterquam in Christianis: quos neque perquisitis, & oblatos abscondere & confitentes absolvere conamini: debuerat hæc iudicij repugnantia suspicionem iam pridem vobis iniecit, non posse tam aperte deturbari leges, nisi aliqua necessitate impellente. Ea verò est ipsa veritas, quam quisquis impugnare velit, incredibile est, quantum omnia peruertantur.

³¹ Ciuilis non tyrannica dominatio vestra est. Apud tyrannos enim tormenta etiam pro pœna adhibentur: apud vos soli quæstioni temperatur. vestram illis seruire legem vsque ad confessionem necessarium: & si confessione præueniantur, vacabunt: sententia opus est. debito pœnæ nocens expungendus est, non eximendus.

Exaggerat iudicum iniquitatem, iudiciorum formas & instituta laudans: quæ quum ciuilia sint & suis legibus vtantur, non autem ad vnus libidinem conturbentur, contra reos nequaquam abuti debent tormentis, sed quoties illi negauerint, suppresserintve reatum. Leges enim ideo tormenta excogitasse videntur, vt obstinata flagitiosorum negatio expugnaretur. Nam si vltro fatentur, præueniaturque confessio quæstionem, nihil ea opus est, sed vacat. Quod si adhibenda tamen reo sit ad veritatem eruendam, quandiu negabit, adhibebitur: simul ac confitebitur, illa vacabit cessabitque: atque ita omnis forma materiaque quæstionis secundum confessionem moderabitur. Quod si quis iudex in quæstione seruiat atque tormentis, vbi locum non habent, id est cum sponte sua reus cuncta fateatur, qualis est Christianus iam hoc non ciuile est sed tyrannorum, qui non contenti irrogatione pœnæ, longa hominum laceratione satiari experitque volunt: cum post deprehensum manifestius crimen sententia debitam semel pœnam pronunciare debeat, qua nocentes conuincantur, non absoluantur.

C Denique illum nemo gestit absolvere, non licet hoc velle, ideo nec cogitur quifquam negare. Christianum hominem omnium scelerum reum, deorum, imperatorum, legum, morum, naturæ totius inimicum existimas, & cogis negare, vt absoluas, quem non poteris absolvere, nisi negauerit. Præuaricaris in leges. Vis ergo neget se nocentem, vt eum facias innocentem, & quidem inuitum iam, nec de præterito reum.

Maius est hoc iudicium omnibus alijs, quod pro innocentia Christianorum Tertullianus de iudicibus affert. Nam quæ ab externis causis pendent actiones nostræ facile in vtramvis partem se tutari possunt, in quibus verò sola hominis voluntas requiritur, verum illa de se iudicium facere videtur. Poterat quia Christianum nomen & nouum erat, & vt illi dicebant contrarium moribus & naturæ, non videri ab re si noua etiam forma iudiciorum distraheretur. Quid si voluntas iudicum Christianos procul dubio innocentes arguat: absolvere nimirum illos cupiunt, quod ipsum patet, quia omnibus modis negationem eius nominis prætentunt, facile in alijs noxis conuincunt, quia homines sub falso prætextu condemnari pro comperto habent, cum si vel minimam criminum partem veram comperissent, & nollent, & non liceret absolvere, etiam si à Christo desciscerent. Quanquam illud non modo nouum, sed illegitimum est, vt per coactam negationem criminis absolutio fiat. Tales profecto iudices legum præuaricatores appellari merito possunt, cum dicenda taceant: breuiterque attingant quæ inculcanda repetendæque essent, vnde facinorosis (vt dicunt) hominibus non via tantum aperitur vt euadant, sed tormentis omnibus illam capefcere cogunt. Nam cum præuaricator is propriè sit (vt Pedianus inquit) qui reum ita

C iij

accuset ut absoluitur, sic iudex cum existimet Christianum diis hominibusque infensum non posse alia ratione elabi, nisi per negationem: nullo pacto si praevanicari nolit, mentionem negationis facere deberet. At etiam cogit inuitos & quos ex ea absolutione declaraturus est, de quacunque re praeterita reos amplius non esse futuros, sed falso ex calumnia laborasse.

Vnde ista peruerfitas? ut etiam illud non recogitetis, sponte confesso magis credendum esse, quam per vim neganti? vel ne compulsus negare, non ex fide negarit? & absolutus ibidem post tribunal de vestra rideat aemulatione,³² iterum Christianus.

Excitat interrogatio iudices quasi dormientes & ita obcaecatos mala consuetudine iudiciorum, ut quae luce sunt clara non videant. Nam & conscientiam hominum venire in quaestionem volunt, & liberum mentis arbitrium terminare. Quod sane iniquum simul est atque ridiculum. Quid enim ad forum? si mihi conscius sim Epicureo non Stoico, & Christiano non ethnico, ecquid hoc simulare dissimulareve pro tempore non licet? Sed & coacta confessio vel negatio nonne in contrariam partem interpretanda? quamobrem considerandum, inquit, vobis iudices fuerat, frustra vobis in hanc quoque partem laborem quaestionis suscipi duabus potissimum causis, quia verum hominis sensum & conscientiam eruere ab inuito non liceat & si videatur licere, non erit id ex fide verèque asseuerandum. Ad praesens enim aliquis vobis assentietur, simulac vero recedat à tribunali ad suum ipse propositum repedit: id quod eo tempore saepius euenisse credibile est, iis Christianis qui adhuc infirmi facillè tormentis cedentes, munia tamen Christianorum paulo mox obibant ridentes quodammodo fefellisse, tam accusatores quam iudices, qui Christianos iam infectari non ex iusta causa, sed aemulatione & studio suae tuendae opinionis praese ferebant invidia concertationes suscitante. Quanquam enim Apostolus confitendum esse moneat, ore quidem ad salutem, corde vero ad iustitiam consequendam, eiusmodi tamen lapsos ecclesia non repudiabat sicuti Lactantius in quinto ratiocinatur, & Eusebius libro sexto sacrae historiae.

³³ Cum igitur in omnibus in nos aliter disponitis quam in ceteros nocentes, id vnum contendendo, ut de eo nomine excludamur (excludimur enim si facimus quae faciunt non Christiani) intelligere potestis non scelus aliquod in causa esse, sed nomen, quod quaedam ratio aemulae operationis insequitur.

Elegans enthymema & de necessitate verum. Nam si, inquit, in quaestione criminum, quibus rei Christiani fiunt, negligentiores solito iudices videantur, neque easdem formas seruare in iisdem criminibus curent, & exclusio sola negatioque Christiani faciat odium aliorum scelerum veniam & absolutionem, sequitur ut crimina caetera nulla sint, & de solo nomine Christiani condemnentur. Nam si cum nomine pariter crimina tenerentur, nequaquam poenitentia nominis satis esset ad reliqua crimina diluenda: & iurati iudices rebus magis facinorosis, quam opinione, quae sua cuique est, mouerentur. Colligendum igitur nomen tantummodo esse in causa non flagitium aliquod, & quidem id nomen quod non per se odium debeat concitare, sed quod aemulationis quaedam vis temeraria, dum alium alium imitari studet, delere & studio sui suppressere contendat. Interposito vero. Excludimur si facimus, &c. Iritum quoque iudicum laborem demonstrat, dum homines ex albo Christianorum eximere tanto studio conantur, cum fides nomenque Christianum ea qua virtus ratione probetur, si in actus scilicet exeat laudandos & in recte facta. Quoties enim cumque Christianus homo contra praecipua Christi patrarit, illico sine vi aliqua nullis tormentis adhibitis excluditur à Christo, nec iam Christianus appellari merito potest.

Hoc primum agentes ut homines nolint scire pro certo quod se nescire pro certo sciunt. Ideo & credunt de nobis quae non probantur: & nolunt inquiri ne probentur non esse. Quae malunt credidisse, ut nomen illius aemulationis inimicum praesumptis non probatis criminibus de sua sola confessione damnetur.

Verum illud est verbum quo Caesar apud Sallustium vitur, Omnes homines qui de rebus consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. Animus enim noster perturbatione aliqua irretitus, quid verum sit liquido diiudicare non potest, à quo malo veluti exortio plurima manant iniusta & extraordinaria: quod cum multis aliis locis, tum hoc Christianorum exemplo perspicuum est. Quos cum Romani aliaque gentes odio & aemulatione sectarentur, talibus decepti affectibus, quod semel ignorauerant semper ignorare iuuabat, ne quomodo veritatem cognoscere, suorum se dictorum factorumque poenitere cogerebantur: vnde facillè de Christianis falsa credebant, & quaestio certior negligebatur, ut causam semper habere viderentur, quamobrem inimicos suos damnarent. In qua re duo praecipue absurda concurrebant, ut inimicus esset non ex deprehensis criminibus, sed ex temeraria criminum opinione, atque ex sola eius confessione damnatio irrogaretur.

Ideo torquemur contentes, & punimur perseverantes, & absolui mur negantes, quia nominis praesidium est.

Totius peruersae rationis iudiciorum de Christianis causam recitat cum maxima asseueratione, quasi proclamans, hinc est Romani quod contra morem nos si confitemur torqueamur, & negantes praeter morem aliorum reorum absolui mur, quia non crimen aliquod in causa, sed tantummodo nomen.

³⁴ Deni

A ³⁴ Denique quid de tabella recitatis illum Christianum, cur non & homicidam? Si homicida Christianus, cur non & incestus? vel quodcunque aliud nos esse creditis? In nobis solis pudet aut piget ipsis nominibus scelerum pronunciare? Christianus si nullius criminis reus est; nomen valde infectum si solius nominis crimen est.

Argumentum pro Christianorum innocentia validissimum in extrema parte reseruiuit, quod ab auctoritate est, quae non longè reperatur, aut ex obscuro loco, sed qua iudices ipsi suo se quasi gladio confodiant. Paret, inquit, infontes esse Christianos ex culogiis iis quae in tabella sua iudices in damnatione proponunt: nam cum in ea notentur causae quamobrem rei damnari meruerint, si quae de Christianis proferuntur, perlegantur, nullum aliud denotatum crimen inuenietur, quam quod Christiani. Quod si illi homicidium, incestumve commiserint, aut maiestatem laeserint, quae vulgaris opinio est, cur tanta crimina iudices in pronuntiatione sententiae dissimulant? quando sibi & aliis, ita melius satisfacere possent? an id scilicet quia cauisse volunt Christianis, quos tanto amore aut reuerentia prosequantur, aut occulere cupiant illorum facinora? vide potius in quos tanto ferantur odio, falsa citius confingant quam dissimulent vera. Quum itaque luce clarius sit Christianos nullo criminum nomine reos fieri: neque enim adulteri neque venefici sunt omnino, quotidiè tamè accusentur, vexentur, damnenturque ex eo tantum quod Christiani dicantur, nimirum necesse est hoc nomen nimis quidem odiosum esse infectumque omnibus, quando per se crimen solum faciat. Quod iam certius comprobare aggreditur.

³⁶ Quid? quod ita plerique clausis oculis in odium eius impingunt, ut bonum alicui testimonium ferentes admisceant nominis exprobrationem. ³⁷ Bonus vir Caius Scius, sed malus tantum quod Christianus. Item alius. Ego Lucium sapientem virum repente factum Christianum defero, nemo retrahat: ne ideo bonus Caius, & prudens Lucius, quia Christianus: aut ideo Christianus, quia prudens & bonus. Laudant quae sciunt, vituperant quae ignorant. & id quod sciunt, eo quod ignorant corrumpunt. Cum sit iustus occulta de manifestis praedjudicare, quam manifesta de occultis praedamnare. Alij quos retro ante hoc nomen vagos, viles, improbos nouerant, ex ipso denotant, ³⁸ quo laudant caecitate odij in suffragium impingunt. Quae mulier? quam lasciuia, quam festiua. Qui iuuenis? qui Lucius, quam amasius, facti sunt Christiani. Ita nomen emendationi imputatur.

Quatuor quasi testimoniorum genera adducit, quibus palam fiat quantum fuerit odium huiusce orbis in Christianos, ne quis fortè miretur si solum id nomen, exilium, pauperiem, saeuamque mortem apportaret. Illud profecto erat odium, ut quaecunque virtus, aut etiam utilitas in Christiano continebatur, ab iis quasi tetro abinthio condita reiceretur. Nonnulli igitur in circulo (ut fit) si de aliquo Christiano, verbi causa, Cajo mentio oriretur, laudare suo testimonio quod bonus esset, & vituperare quia Christianus, tanta odij caecitate transfuecti, ut non viderent impingere offenderetque in duo simul contraria, quae esse non possunt. Alius item alio tramite in idem concurrebat absurdum. Affero, inquit, vobis nouum, Lucius sapiens ille vir de subito ad Christianos transfugit, quasi quod à sapienti viro factum esset damnari posset. Sed haec audientes veluti cautiore, de vtroque verbum nullum neque retractabant, agitabantque prolixius rationem eius facti, ne alterum confiteri cogerebantur, aut bonitatem Caji, & prudentiam Lucij esse à Christo, aut ideo factos esse Christianos, quia bonus sit alter, alter merito sapiens. Dum itaque eiusmodi homines manifestae bonitati sapientiaeque Christianum nomen adiungerent in conuicio, contraria ratione vtebantur ab aliis prudentioribus. Qui mentes hominum ab externis rebus metiri iudicareque solent, & incerta laudare damnareve, prout iudicari possunt, quaecunque apparent. Alij quos maius odium caligabat, dum in nonnullis qui antequam Christiani essent male audiebant, vituperare id nomen contenderet, inconstantiores erant: eodem tempore fauorem suffragiumque illi imprudenter afferentes, cum dicerent, quae mulier, quam me hercules lasciuia, quam festiua Christiana facta est, id est lasciuia festiuitatemque omnium deposuit & emendauit? atque ita nomen culpabile videri timere volebant, quod vitia exterminaret. Haec de honestis. sequitur quartum de vtili.

Nonnulli etiam de vtilitatibus suis cum odio isto paciscuntur contenti iniuria, dum ne domi habeant quod oderunt, uxorem iam pudicam maritus iam non zelotypus, filium subiectum pater retro patiens abdicauit, seruum iam fidelem dominus olim mitis ab oculis relegauit: ut quisque hoc nomine emendatur, offendit. Tanti non est bonum, quanti est odium Christianorum.

Quicumque verè Christianus est, id est quisque praecipua Christi seruauerit, vir ille sit siue femina, seruus, vel liber, pauper aut diues, priuatamque aut publicam personam gerat, omnem de se aliis honestatem vtilitatemque praestabit, quae à quouis hominum genere expectari possit, utpote qui sibi ante oculos Deum semper conscius proponat suarum actionum, nec alteri minus quam sibi cupiat. Nulla utique vxor sanctius iura coniugij seruabit, nullus magis filius parentibus auscultabit, nullus erit vtilior seruus quam Christianus: ita maritus omni suspicione zelotypiaeque liberatur, parentibus nulla opus est in liberos patientia. Dominus non de furto, non de fuga serui sollicitabitur. Attamen gentes

C iij

(quod semel temere constiterant) nihil inde boni prouenire posse putantes, tanto odio flagrabant, ut in id pactum conuentionemque uenirent, quam omnibus suis commodis renunciarent, modo Christianus non interueniret maritus (verbi causa) de pudicitia vxoris sollicitus omnibus modis occurrere, quasi forlicè se fore putans, si tanta suspitione liberaretur. Conuertebat illa se ad Christum, atque eo duce omnem culpam exuta ita pudicè uiuebat, ut viro nullum zelotypiæ locum relinqueret: quia tamen Christiana, statim abdicabatur & de contubernio expellebatur. Ita se pater habebat in filium emendatum, ita dominus aduersus fidelem seruum, magis eo quilibet nomine offendebatur, quàm cum priori crimine laborabat, nec tanti emendatio, quanti odium æstimabatur.

Nunc igitur si nominis odium est, quis nominum reatus? Quæ accusatio vocabulorum,³⁹ nisi si aut barbarum sonat aliqua vox nominis, aut infaustum, aut maledicum, aut impudicum: Christianus uero quantum interpretatio est de vnctione deducitur.⁴⁰ Sed & cum perperam Chrestianus pronunciat à vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos) de suauitate vel benignitate compositum est.⁴¹ Oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum.

Satis iam declarauit Tertullianus suo tantum nomine Christianos vexari damnaque. Qui reatus nominis & si grauior odiosiorque est quàm esse aut videri potest, iusta tamen causa non est quam obrem tam miserabiliter homines torquentur. Sed si comprobetur, etiam ne ipsum quidem nomen aliquid in se continere, quod graue sit, odioso dignum? nonne licebit merito conqueri, quod innocentium hominum innocuum quoque nomen conuelliatur? Quod itaque nomen hoc Christianus nullo modo debeat odium in se merito concitare ex ipsius nota & argumento, à debita diuisione suadet. Nomen enim, inquit, & vocabulum aliquod quatuor de causis abhorre homines solent, quarum nullam in se habet Christianus. Barbarum quidem non est, quoniam Græcum. nihil habet in se infœlicitatis aut omnis quod malum aliquod minuetur, nulli etiam maledicit, atque ab omni turpitudine seiungitur. Siue enim per iota scribitur orthographicè, vnctionem illam regiam præ se fert, siue per ita, quemadmodum vulgò inepte Chrestianus deriuat, benignitatem refert. Christus enim vnctus est, Chrestus autem bonus.

At enim secta oditur in nomine utique sui auctoris. Quid noui si aliqua disciplina de magistro cognomentum sectatoribus suis inducit? nonne philosophi de auctoribus suis nuncupantur⁴² Platonici, Epicurei, Pythagorici? etiam à locis conuenticularum & stationum suarum Stoici, Academicus⁴³ Æquè medici ab Erasistrato,⁴⁴ & grammatici ab Aristarcho,⁴⁵ coci etiam ab Apicio? nec tamen quenquam offendit professio nominis, cum institutione transmissa ab institutore.⁴⁶ Planè si qui probat malam sectam, & ita malum etiam autorem, is probabit & nomen malum dignum odio de reatu sectæ & auctoris. Ideoque ante odium nominis competebat prius de auctore sectam recognoscere, vel auctorem de secta. At nunc vtriusque inquisitione & agnitione neglecta nomen detinetur, nomen expugnatur, & ignotam sectam, ignotum & auctorem vox sola prædamnat, quia nominantur, non quia reuincuntur.

Anthypophora poterat enim aliquis dicere, haud infensum nomen, id est neque secta per se, sed propter auctorem. Hoc si ita est, inquit, cognoscendum prius fuerat utrum auctor eius Christus malus esset habendus necne. Si enim probabili saltem ratiocinio hominem fuisse nequam flagitiosumque persuadeatur, merito à tali principio & quasi capite nomen ipsum cum secta, quamuis bellè sonaret, omnibus modis profligandum fuisset. Sed illud molestum iniquum est, ut nomen aliquod arripiatur & expugnetur, diuexeturque propter sectam vel auctorem, cuius tota vita propositumque ignoretur, atque id non quia reuincatur refellaturque quasi falsum & impudens, sed quia sic nominetur. Antea verò quàm respondeat obiectioni, emollire exemplis ceruicem obiiicientis pertentat (si quasi hoc nouum esset & vsuratum vehementius vrgeret) aliarum sectarum adducens exempla non philosophorum tantum, sed cocorum etiam, qui cum traditam sibi à præceptore disciplinam amplexentur nomine eius vsurpato, nullam cuiquam offensionem aut odium commouerunt, ita ut amantes sui detineant, à quibus verò reiciantur, vim nullam perpeffi valere permittantur.

III. ⁴⁷ Atque adeo quasi præfatus hæc ad suggillandam odij erga nos publici iniquitatem, iam de causa innocentia consistam, nec tantum refutabo, quæ nobis obiiiciuntur, sed etiam in ipsos retorquebo⁴⁸ qui obiiiciunt: ut ex hoc quoque sciant homines in Christianis non esse quæ in se nesciunt esse, simul uti erubescant accusantes nō dico pessimi optimos, sed iam ut volunt compares suos. Respondebimus ad singula quæ in occulto admittuntur dicimur, quæ illos palam admittentes inuenimus, in quibus scelesti, in quibus vani, in quibus damnandi, in quibus irridendi deputamur.

Propositum (ut diximus) huius orationis innocentia est Christianorum, de qua nihil adhuc seorsum diximus. Nam quæ hæctenus insinuauit Tertullianus loco quasi præfationis exactè necessarii que producta

A producta fuerunt. Expugnandum siquidem fuerat odium, quo omnis attentio perturbatur, atque eius iniustitia damanda suggillandaque priusquam ad ipsum innocentia statum consisteret. Quo loco attentionem sibi concilians pollicetur, non modo quæ Christianis imputantur deluere, sed etiam illa ipsa ita in accusatores reuocare atque retorquere, ut quæ aliis falso adscribunt, in se reuera esse agnoscant, videantque in iisdem se criminibus impunè volutari, quorum alios facere reos conantur. Præterea quod multo impudētius est, ea omnia facinora quæ in operto Christiani operari dicuntur, & vnde scelesti, vani, irridendique existimantur, probabit eadem palam fieri ab calumniatoribus nulla habita ratione.

Sed quoniam cum ad omnia occurrit veritas nostra, postremo legum adituatur auctoritas aduersus eam, ut aut nihil dicatur retractandum esse post leges, aut ingratis necessitas obsequij præferatur veritati: de legibus prius concurram vobiscum ut cum tutoribus legum.

B Non poterat oratio quæ pro Christianis dicebatur eodem cursu deduci quo aliæ causæ liberè ferebantur. Primum enim conciliandi erant auditores, non ut attentius audirent, sed ut (quod ordinarium ceteris erat) audire vellent: deinde exoratis iudicibus ut audiant, maior vtrinque difficultas occurrebat. Leges & edicta quæ Christianos indicta causa damari iubebant. Nam iudices audimus te, inquit, Tertulliane libenter pro Christianis dicentem, sed vterque nostrum operam ludit. nam & si probabilia veraque affras, legum tamen auctoritati deseruire cogimur, quæ semel de sola nominis confessione Christianos malè multandos esse præscribunt, ita ut nihil aliter retractandum sit, ingratisque & quasi per vim necessarium hoc legis obsequium deferendum nobis est, plurisque æstimandum quàm veritas ipsa. Nos enim iurati in verba legum, tutores fidelisque legum ministri esse debemus. Hac itaque excusatione cum videret Septimius iudices uti contra veritatem, de iure prius legum cum illis disputandum esse constituit, ut probata postmodum innocentia Christianorum, liberet illorum fidem & religionem, si innocentes penitus absoluantur.

Iam primum cum dure definitis dicendo, non licet esse vos, & hoc sine vilo retractatu humaniore præscribitis, vim profitemini: & iniquam exercetis dominationem: si ideo negatis licere, quia vultis, non quia debuit non licere.

C Ius ipsum atque vis de eodem loco vicissim excluduntur, & in qua ciuitate tribunalia sunt, vires, ut quibus omnis iustitia inuertitur, comprimuntur exturbanturque omnibus modis, nihilque magis absurdum illegitimumque videtur, quàm cum vires pro legibus & pro ipso iure haberi volunt. Quod Christianis præcipuè eueniebat apud Romanos iudices, qui vires læuitiamque tyrannicam qua Christianos perdebant legitimam videri volebant iurisque perlatam. Necessarium itaque est de statu hoc legitimo differere, ne se hoc illi legum præteritu tuentes, Christianos iure damnare videantur: iis quidem ad manus semper erat illa vox, Non licet esse Christianos. Quæ definitio determinatioque legis dura quidem est & penitus inhumana. Nam cur ita absoluta ferrur, neque eius ratio aliter retractari recognoscique permittitur ora quodammodo compescens, disputationum. nimirum si hoc ita est, quia sic vobis placeat non quia sic debeat, præ se fert illa quidem vim maximam, & quia ratio nulla dominatur, non iudices federe in Capitolio, sed tyrannos demonstrat, quorum proprium illud est sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas, nullo habito respectu ad id quod permitti debeat aut non debeat. viribus igitur Christiani succumbunt, non legitime superantur.

Quod si quia non debet, ideo non vultis licere, sine dubio⁴⁹ id non debet licere quod malè fit, & utique hoc ipso præiudicatur licere quod bene fit. Si bonum inuenero esse quod lex tua prohibuit, nonne ex illo præiudicio prohibere me non potest, quod si malum esset, iure prohiberet?

Altera pars dilemmatis. Non licet enim esse Christianos, aut quia non vultis, aut quia permitti non debeat. prius tyrannicum est, ut diximus, alterum temeritate sua & iniquitate idem peccat. nam cum omnium legumlatorum scopus ille sit & propositum, ut ciues ciuitatis virtutem capebant, qua fœlicem beatamque vitam viuunt, profectò illud licere voluerunt quod bene fit, quod autem malum, nequaquam. Igitur sectam Christianam per vos esse non licet, quia nequam esse præiudicatis. At natura alicuius rei non est præiudicio temerè damnanda. potest enim & nomen & res eius bona deprehendi: quod si patienter audiamur explicabitur, atque ita prohiberi legitime non poterit. Cum leges itaque mala persequantur, non quæ sunt bona, nulla vestra est isthæc lex per vim lata aut ex errore, quæ extra ordinem commune refigit bonum, & quod proprium eius est abrogat.

Si lex tua errauit, puto ab homine concepta est. neque enim de cœlo ruit. Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda, aut resipuisse in reprobanda? Nonne & ipsius Lycurgi leges à Lacedæmonijs emendatæ, tantum auctori suo doloris incusserunt, ut in secessu inedia de semetipso iudicaret.

Legem aduersus Christianos posse ex errore esse inductam à verisimili primum confirmat, deinde

ab exemplo. Quid enim facilius est hominibus quam errare, præsertim in his inferioribus rebus, quarum D principia cum aliter se habere possint, ita nullam de se certam scientiam faciunt, ut sæpè quæ noxia videantur, salutaria fiant: quæ verò bona, experiantur mala. Cum itaque lex contra Christianos ab hominibus concepra conditæque sit, neque de cælo ceciderit, sua autoritate non debet quod bonum est quasi malum contumaciè persequi, imò aut abroganda esset aut emendanda, quales pleræque alia: leges tam apud alias gentes quam apud Romanos. Nam & Lycurgi leges, qui omnium legislatorum facilè princeps à Pythia Deus appellatus est, Spartiatis duriores visæ sunt, & in commodiorem usum redactæ. Ex qua re Lycurgus cum ne hilum quidem aberrasse existimaret, recipere sese ab eo rigore noluit, ut aliquid remitteret & improbaret, sed tantum ex eo doloris concepit, ut in Crissam transuictus seipsum inedia condemnarit.

Nónne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem & squalentem siluam legum nouis¹¹ Principalium rescriptorum & edictorum securibus truncatis & cæditis? Nónne vanissimas Papias leges quæ ante liberos suscipi cogunt, quam Iulix matrimonium contrahi, post tantæ autoritatis senectutem, heri Seuerus constantissimus principum exclusit?¹² Sed & iudicatos in partes secari à creditoribus leges erant: consensu tamen publico crudelitas postea erasa est; & in pudoris notam capitis pœna conuersa est, bonorum adhibita proscriptione, suffundere maluit hominis sanguinem quam effundere.

A notiori propiorique exemplo iudices monet, malignitatem rei vel bonitatem non esse legum autoritate defendendam, quando pleræque non veritatem, sed commoda potius sui imperij respicientes, quæ pro temporum qualitate mutantur, facilè aberrare possunt, ut ex multis patet, quæ experientia duce E omnia illustrante per rescripta mandatæque principum edictorumque securibus, id est autoritate consulari prætoriæque vel antiquantur vel emendantur. Ex illa verò legum infinita congerie, quam meritò syluam squalentem & incultam appellat, à Iustiniano sequenti tempore concisam, duas potissimum elegit, quarum alteram Papiam Poppæam suo scilicet tempore Seuerus abrogauerat, altera de nexu iam pridem refrixerat.

Quot adhuc vobis repurgandæ leges latent, quas neque annorum numerus, neque conditorum dignitas commendat, sed æquitas sola? & ideo cum iniquæ recognoscuntur, merito damnantur. licet¹⁴ damnent cum iniquas dicimus, imò si Nomen puniunt, etiam stultas.

A specie descendit ad genus. Longum enim fuisset & importunum quæcunque leges obliteratæ fuerunt recensere. Quamplures igitur, inquit, iudices latent adhuc leges quæ à vobis, populoque Romano, retractandæ corrigendæque erunt. Nam cum propositum omnium legum, sit ipsum æquum, quæcunque ab eo quasi signo discedunt, nulla dignitate legislatoris, nulla autoritate antiquitatis commendantur. Eoque etiam ipso tempore, quo vires suas exercent, hominésque condemnant, iniquæ dicuntur, & habentur. Quod si nomen aliquod solum persequantur, quales sunt in Christianos, stultæ etiam temerariæque videri possunt.

Si verò facta, cur de solo nomine puniunt facta, quæ in aliis de admissio, non de nomine probata defendunt? incestus sum, cur non requirunt? infanticida, cur non extorqueat? F in deos, in Cæsares aliquid committo, cur non audior qui habeo quo purger? nulla lex vetat discuti, quod prohibet admitti: quia neque iudex iuste vlsciscitur, nisi cognoscat admissum esse quod non licet: neque cuius fideliter legi obsequitur ignorans quale sit quod vlsciscitur lex. Nulla lex sibi soli conscientiam iustitiæ suæ debet, sed eis à quibus obsequium expectat. Ceterum suspecta lex est quæ probari se non vult, improba autem, si non probata dominetur.

Leges facilè labi & iniquas fieri posse, satis est declaratum, nunc ipsam legem de Christianis examinat, qua ratione iniqua sit & ab æquo longius absit. Nam si, inquit, facta puniunt ipsæ leges, quamobrem de Christianis nomen tantum quasi factum insectantur? si quis enim Christianus infanticida vel sacrilegus deferatur, prætermittit quæstione, perinde ac esset reuera sacrilegus pœna mulctatur. Ea igitur facta quæ in aliis probata examinataque fuerint, haud equidem de nomine quia vulgo sic feratur, sed de admissio, id est quia patrata fuerint defenduntur tuenturque à legibus pro veris, si in Christianis modo nominentur, damnantur utique: neque enim verus reatus sit necne queritur, nec testes adducere, neque se purgare permittitur Christiano contra omnium legum constitutiones. Nulla siquidem lex id quod prohibet, vetat quin discutiatur. Iudex vero nisi veritatem comperit qui rectè iudicare potest? Præterea cuius erit nullus qui obtemperare legibus possit, si quod illæ vindicant, ita inuoluatur ut ignoret. haud enim satis est legem sibi consciam esse iustitiæ suæ, sed ij etiam quibus seruanda est, iusta videri cognoscique debet. Quamquam ex hoc ipso quod examen lex refugit, in suspicionem cadit iniustitiæ, quæ enim iusta est quamobrem aliquid prohibeat, ut discutiatur, non curat. Sed non iniusta modo creditur, sed improba

A improba & violenta, quæ dominari velit & timeri etiam si non probetur, qualis lex de Christianis. Igitur à circumstantiis omnibus quasi iniusta & improba damnatur.

¹⁵ Ut de origine aliquid retractemus eiusmodi legum. Vetus erat decretum, ne qui Deus ab imperatore consecraretur, nisi à senatu probatus, ut¹⁶ M. Æmilius de Deo suo Alburno. Facit & hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu diuinitas pensatur. Nisi homini Deus placuerit, Deus non erit, homo iam Deo propitius esse debet.

Multum profectò interest, ex quo quidque fonte manet, & vnde originem ducat, cum in omnibus rebus, cum in iis quæ vitam humanam respiciunt. Cuiusmodi sunt ipsæ leges, quæ si autorem habuerint qui sapiens iustusque fuerit, & iustæ & sapientes ipsæ putantur, nec facilè suam autoritatem amittunt: quales Lycurgi, Numæ, Solonis: contrà fit si legis lator impius fuerit atque tyrannus. Tertullianus igitur, ut leges quæ contra Christianos latae fuerant nullam habere partem non modo æquitatis sed ne autoritatis quidem ostendat, earum originem recenset altius repetito principio Christiani dogmatis. Quod cum imperante Tiberio sit reuelatum, non prius tamen vexatum fuit, quam sub Nerone eiusque similibus tyrannis. Sensus verò huius proemij est. Sed ut certius temeritas legum in Christianos cognoscatur, de origine illarum disquirendum. Ea enim à Nerone est. Nam Tiberius, cuius memoria hoc nomen diuulgari cepit, tantum abfuit ut persequeretur Christum, ut inter deos illum adnumerare voluerit: quia tamen lege cautum erat peregrinas ceremonias non posse inconsulto senatu in urbem introduci, neque ille consilium persuasisset, à consecratione destitit. Christianos tamè suo edicto tutatus est, atque ita vsque ad Neronem securam vitam traduxerunt. Interea decretum senatus de religione irridet, quo diuinitas alicui acquiritur, ex arbitrio scilicet hominum. Quasi verò numen visque illa Dei fautoribus indigeat, neque per se satis sit probando persuadendoque omnibus, inuito etiam senatu, quod & colenda sit & pietate prosequenda. Sed ut verus Deus etiam non probatus ab hominibus, sibi ipsi probatio est: ita qui sit ab homine probatus, haud ideo colendus erit. Stat itaque Senatusconsultum pro causa nostra, apud quos diuinitas vna est & vera, quæ iudicium hominis non reformidat aut requirit: quæ verò apud vos habentur numina, ex hominum vel stulta persuasionem vel adulatione templa sibi posuerunt.

¹⁷ Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum introiuit, annuncia- Luc. 3. tum sibi ex Syria Palæstina¹⁸ quod illic veritatem illius diuinitatis reuelauerat, detulit ad senatum cum prærogatiua suffragij sui. Senatus quia non in se probauerat, respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum.

Ordo & sensus est. Tiberius, cuius tempore floruit in Iudæa & cruci affixus est Iesus, nomen Christianum & Christum eius autorem annunciatum, sibi per litteras præfectorum Palæstinae Iudææ (ubi aperuit ille veritatem suæ diuinitatis) ad senatum retulit, non ut ex eorum sententia quid sibi faciendum super hac re esset videret, sed ut suæ illi sententiæ subscriberent & assentirentur. Ipse enim ius omne suæ prærogatiuæ iam in dedicationem contulerat. Tot tantæque erant miracula quæ ad illum ex Iudæa deferabantur de Christo: quæ & si vel malignitate, vel adulatione, à scriptoribus supprimebantur, qui nihil nisi Cæsarium gesta admirari videri volebant, multa tamen, si fastorum libri, si acta senatus & commentaria Cæsarium extarent, apud hostes eius nominis legerentur.

C¹⁹ Consulite commentarios vestros. illic reperietis primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romæ orientem, Cæsariano gladio ferocisse, sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest non nisi grande ali- quod bonum à Nerone damnatum.²⁰ Tentauerat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed qua & homo, facile cœptum repressit, restituit etiam quos relegauerat. Tales semper nobis infecutores, iniusti, impij, turpes, quos & ipsi damnare consuevistis, & à quibus damnatos restituere soliti estis.

Tacitus autor est, itémque Suetonius, Neronem ex Cæsaribus primum in Christianos distrinxisse gladium, principisque eius familiæ interfecisse. Cum verò feroc illud ingenium non clarissimis ciuium, non consanguineis, non præceptorum, non denique matri pepercisset, nihilque ille amaret nisi quod scurrile, impium, turpèque esset, eiusmodi damnationis autore gloriari debent. Quicumque illi molesti fuerunt, tali nimirum testimonio graues piisque & homines probantur. Longo post intervallo secutus est Domitianus, qui non tam ingenij sui sauitia, quam ut plebi gratificaretur, facta Neronis amplexus, eadem cæde tentauit urbem commaculare: quia tamen non omnem exuerat humanitatem, neque dignos exilio aut alia multa Christianos videret, repressit impetum, & quos iam in insulas aliisque passim loca relegarat, idem ipse restituit: atque ita fides Christiana eos semper habuit hostes, qui aliis virtutibus infens, vestro etiam consensu scelesti habitus sunt & fuerunt. Qui verò ex imperatoribus laudantur, aut nostris hominibus pepercerunt, aut legum iudicium dissimularunt: atque id est quod à Tertulliano in clausula adiungitur.

²¹ Ceterum de tot exinde Principibus, vsque ad hodiernum, diuinum humanumque sapientibus, edite aliquæ debellatorem Christianorum. At nos è contrario edimus protectores.

si litteræ M.⁶⁴ Aurelij grauiſſimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam ſi-
tum, Chriſtianorum fortè militum precationibus impetrato imbri, diſcuſſam conteſta-
tur. Qui ſicut palam ab eiuſmodi hominibus pœnam dimouit, ita alio modo palam di-
ſperſit, adiecta etiam accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore.

Si quot fuère deinceps principes ſapiètes recenſeatis vſque ad eum qui hodiè nobis imperat, Seuerum ſcilicet, qui ſi ingenium eius reſpicitis, diuinus meritò dici poteſt, ſi benignitatem, humanus: nullum pro-
feretis qui Chriſtianum nomen deturbauerit, imò adducere poſſumus qui illud defenderit, turariſque ſit.
Marcus videlicet Aurelius Imperator, cuius quum in bello aduerſus Germanos exercitus omni humore
deſtitueretur, precibus Chriſtianorum retulit acceptum quod ſiti non conficeretur, qui pluuiam à Deo
exorauerunt. Huius beneficij memor Imperator tum omnes Chriſtianos omni metu liberauit, tum quum
delatores etiam damnariſ Chriſtianorum, voluit vt omnes palam liberè que ferrentur ac diſſeminarentur
vbique. A rei igitur iudicio, quum quod plures ſapientes conſtituant, id probandum eſſe videatur, Chri-
ſtianum dogma bonum eſſe conuincitur.

⁶⁵ Quales ergo leges iſtæ, quas aduerſus nos ſoli exercent impij, iniuſti, turpes, truces,
vani, dementes? Quas ⁶⁶ Traianus ex parte fruſtratus eſt vetando inquiri Chriſtianos:
quas nullus ⁶⁷ Hadrianus, quanquam ⁶⁸ curioſitatum omnium explorator; nullus ⁶⁹ Ve-
ſpaſianus, quanquam Iudæorum debellator, nullus ⁷⁰ Pius, nullus ⁷¹ Seuerus impreſſit.
Facilius itaque peſſimi ab optimis quibuſque, vt ab æmulis, quàm à ſuis ſociis eradicandi
iudicarentur.

Concluſio ex antedictis, quæ ſecum probationem affert. Facile, inquit, eſt de huiuſmodi legibus contra E
Chriſtianos iudicare, quales illæ ſint, ſi hominum ingenia à quibus exercentur diſſimulanturve, cogno-
ſcantur. Nam ſi virtus vitio contraria, boni Imperatores, quales Veſpaſianus, Traianus, Hadrianus, Pius,
Ælius Verus, ſuſtinere placita Chriſtianorum nequiuiffent, ſi quid in eis turpe aut noxium comperiſſent.
Et genus quidem bonitatis eorum non eiuſmodi erat, vt hæc & alia id genus negligeret, namque Hadria-
nus curioſiſſimus principum fuit, vt ex hiftoricis videre eſt. Veſpaſianus autem Iudæam gentem quæ cum
Chriſtiano dogmate plurimum conſentit, diſturbauit à ſedibus atque diſperdidit. Quod ſi ab iis tantum
qui omni genere nequitæ flagrant, diuexatum eſt, certè ſuis illud moribus non quadraſſe intelligitur,
vt quod vitia damnet, neque vllam in factis diſtinctis turpitudinem admittat.

CAP. VI. ⁷² Nunc religioſiſſimi legum & paternorum inſtitutorum proteſtores & vltiores reſpõ-
deant velim de ſua fide, & honore, & obſequio, erga maiorum conſulta, ſi à nullo deſci-
uerunt: ſi in nullo exorbitauerunt: ſi non neceſſaria & aptiſſima quæque diſciplinæ obli-
terauerunt? ⁷³ Quoniam illæ leges abierunt, ſumptum & ambitionem comprimètes, quæ
centum æra non amplius in cœnam ſubſcribi iubebant: nec amplius quàm vnã inferri
gallinam, & eam non ſaginatam? quæ patricium, quod decem pondo argenti habuiſſet,
pro magno titulo ambitionis ſenatu ſummebant: quæ theatra ſtuprandis moribus
orientia ſtatim deſtruebant: quæ ⁷⁴ dignitatum & honeſtorum natalium inſignia non tem-
erè nec impunè vſurpari ſinebant? ⁷⁵ Video enim & centenarias cœnas, à centenis iam
feſtitijs dicendas, ⁷⁶ & in lances (parum eſt enim ſi ſenatorum & non libertinorum vel
adhuc ſagra rumpentium) argentaria metalla producta. Video & theatra nec ſingula ſa-
tis eſſe, nec nuda. Nam ne vel hieme voluptas impudica frigeret, ⁷⁷ primi Lacedæmonij
penulam ludis excogitauerunt. ⁷⁸ Video & inter matronas atque proſtibus nullũ de ha-
bitu diſcrimen relictum. Circa fœminas quidem etiam illa maiorum inſtituta ceciderunt
quæ modestiæ, quæ ſobrietati patrocinabatur: ⁷⁹ Cum aurũ nulla norat præter vnico digi-
to quem ſponſus oppignorafſet pronubo annulo: ⁸⁰ Cum mulieres vſque ad eò vino ab-
ſtinerentur; ⁸¹ vt matronam ob reſignatos cellæ vini loculos ſui inedia necarint; ſub
Romulo verò quæ vinum attigerat, impunè à ⁸² Mæcenio marito trucidata ſit. ⁸³ Idcirco
& oſcula propinquis offerre etiam neceſſitas erat, vt ſpiritu indicarentur. Vbi eſt illa felici-
tatis matrimoniorum de moribus vtique proſperata, ⁸⁴ qua per annos ferme ſexcentos ab
vrbe condita, nulla repudium domus ſcripſit? At nunc in fœminis præ auro nullum leue
eſt membrum, præ vino nullum liberum eſt oſculum: repudium verò iam & votum eſt,
quaſi matrimonij fructus.

Hic certius occurrit quàm temerè oratio hæc in tot capita fuerit diſſipata. nam ſiquis locus, hic ma-
ximè ſuo capite diſtinguendus erat, quando ad aliam ſententiam tranſeat Tertullianus. Neque enim
fatis erat perſuaſiſſe leges aberrare poſſe, & quæ præcipuè erant in Chriſtianos demonſtraſſe iniuſtas,
niſi obiectioni, qua iudices ſe adhuc defendere poterant, occuriſſet. Quid enim, inquit, ad nos, ſi quas
populus Romanus leges ſciuit, inuſtasque deprehenduntur, munus noſtrum eſt & officium,
non

A non de legibus iudicare, ſed de iis qui leges non ſeruauerint. Contra igitur hoſce legum religioſiſſimos
defenſores Tertullianus non ſine ironia inferitur, obiciens hanc legum ſuperſtitioſam curam, non ex
animi recta ſententia fieri, ſed à libidine manare, quæ prout aliis vel ſauer vel aduerſatur, ita ſe in iu-
diciis intendit, aut remittit. Nam cum (verbi cauſa) gulæ libenter obſequatur, facile in ſumptuariam
legem conuiet. quia verò Chriſtianos perpetuo quodam odio proſequitur, ſeuera eſt & exacta legum
exactrix. quod ſi ratione iudices ducerentur, facile intelligerent, ſi vllis vnquam, Chriſtianiſ maximè
indulgendum fuiſſe. Nulla igitur excuſatio accipienda, ideo ſauiffimos eſſe iudices in Chriſtianos, quia
tutari ſeruareque maximè cupiant leges, quæ aptiſſimæ ſint & neceſſariæ conſeruando imperio Roma-
no: hæc & aliæ quamplures eius generis leges contemnuntur. Quæ enim lex magis eſt neceſſaria in
ciuitatibus, quàm quæ luxuriam comprimit, qualis Licinia quæ centuſſis etiam dicebatur, quod in
cœnam centum tantum aſſes ſubſcribi iubebat. qualis etiam Cenſoria quæ nobiliſſimo cuique ſena-
tori libras decem argenti in ſupellectili habere non concedebat. quod ſi à cenſoribus ea ſumma depre-
henderetur, è ſenatorum albo eradebatur. Quin (vt Plutarchus retulit) Cornelius Rufinus vir conſu-
laris, quia cauati eris plus decem libras contra legem poſſidebat, ſenatu motus eſt à cenſoribus. qui
cum mores illegitimos ciuitatis taxarent, tum laſciuiam theatralẽ ex lege maxima cura comprime-
bant, ignari quantum moribus ciuium obefſet publica illa ſpectaculorum immodèſta licentia. Nec mi-
nor erat illis eius legis cura, quæ ingenuos quibuſdam inſignibus ab aliis ſegregabat, qualis erat bul-
la, prætexta, vitæ, ſtola: quæ ornamenta ſi quis obſcuro genere vſurpaſſet, grauiter mulctabatur. Haſ
igitur, de multis quatuor leges non minus ciuitati neceſſarias quàm honeſtas paſſim negligi Tertullia-
nus exponit. Nam pro centum aſſibus in cœnam centum ſextertia profunduntur. & in ſupellectili;
non dico ſenatorum, id enim ferendum aliquo modo foret, ſed libertorum qui nuper empti de cataſta
compedes excuſſere, non modo argenti libræ decem cenſentur, ſed integre tantum non fodinæ metallo-
rum exponuntur. In theatris autem pro ſingulis ſpectaculis plurima exhibentur, nudatis etiam corpo-
ribus tam in hyeme quàm per æſtatem. nam exemplo Lacedæmoniorum in ipſis etiam ludis penula ad
iniurias cœli vitandas introducta eſt. Quantum verò ad inſignia nulla amplius ſeruantur, nec inter ma-
tronas quidem ac meretrices; quo nihil videtur eſſe turpius in maiestate tantæ vrbs. Quanquam ſi
paulo ſuperius maiorum inſtituta repetere volumus, omnem fœminarum modestiam, quæ tam cultum
corporis quàm victum tuebatur, concidiſſe videbimus: nam quò illa matrimonij ſanctitas abiit, quæ
tantos habuit de ſuis moribus. ſuceſſus rerum & filiorum? tantæque charitate deuincta erat, vt ſexcen-
tis paulomius annis nullo facto diuortio ſit diſſoluta. Poſtea verò quàm primus Cæbilius Spurius re-
pudium fecit, ea leuitas in animis innata eſt & inconſtantia ex negligentia veſtra, vt nulla intercedente
cauſa legitima ſterilitatis, adulterij, male adminiſtrati rei domeſticæ, vel abſentibus repudium remit-
tant: neque iam ob aliam videantur cauſam nupſiſſe, niſi vt diuortia facere poſſint, licet Auguſtus a-
liſque de numero diuortiorum legibus ſapè cauſent.

⁸⁵ Etiam circa ipſos Deos veſtros quæ proſpectè decreuerant patres veſtri, iidem vos
obſequentiſſimi reſcidiſtis. ⁸⁶ Liberum patrem cum myſterijs ſuis Conſules ſenatus auto-
ritate non modo vrbe, ſed vniuerſa Italia eliminauerunt. ⁸⁷ Serapidem & Iſidem &
Harpocratem cum ſuo cynocephalo Capitolio prohibitos inferri, id eſt curia deo-
rum pulſos, ⁸⁸ Piſo & Gabinius conſules non vtique Chriſtiani, euerſi etiam aris eorum
abdicauerunt, turpium & ocioſarum ſuperſtitionum vitia cohibentes: his vos reſtitutiſ
ſummam maiestatem contuliſtis.

C Maius hoc eſt & pro cauſa Chriſtianorum magis fauorabile. non enim à ſimili argumentatur, ſed in
eodem res vertitur. nam ſi iudices obiectione illata dicerent, ſuperiores leges de hominibus non debere
per homines perinde ſeuere tractari, ac ſi ad religionem pertinerent: qualis eſt ea quæ Chriſtianos eſſe
prohibet, ne deorum cultus adulteretur: Septimius iudices de ſuis etiam ipſis diis negligere perſpectas
conſideratæque leges, & antiquæ autoritatis oſtendit. nam cum olim ſenatus Orgia Bacchi exterminaſ-
ſent, auctore Liuiio, & Piſo deinde Gabiniũque Egyptiam ſuperſtitionem Iſidis, Serapidis, & Harpo-
cratis, qui & ſi à Capitolio arcerentur, paulatim tamen in vrbe aras ſacellæque inuenerant, ſubmouif-
ſent, vobis nihilominus omnia hæc obſtare non potuerunt, quin contra omnia maiorum inſtituta, con-
tra leges, iſdem illis diis quaſi poſtliminio reuerſis ædes in vrbe reſici pateremini.

Vbi religio? vbi veneratio maioribus debita à vobis? habitu, victu, inſtructu, ſenſu,
⁸⁹ ipſo denique ſermone proavis renunciaſtis. Laudatis ſemper antiquitatem, & nouè de
die viuitis. Per quod oſtenditur, dum à bonis maiorum inſtitutis deceditis, ea vos reti-
nere & cuſtodire quæ non debuiſtis, cum quæ debuiſtis non cuſtodidiſtis.

Epilogus breuis & grauis, quo ſanè colligit iudices atque eos homines qui ſe moueri dicebant autori-
tate patriorum morum obſeruandiſſimæque videri volebant, ſuarum legum non modo veterum reli-
gioni nuncium remiſiſſe, ſed ab omni eius ſpecie ita exorbitaſſe, vt ne eundem quidem ſenſum atque
ſententiam neque ſermonem præ ſe ferant, vt qui iam omnes Epicurei eſſent. Ex quo ratiocinari fa-
cile eſt, quicumque ea quæ probat, non ſeruat, in illis ipſum verſari quæ ſunt vituperanda. Nullus igitur
veſtrum dicat, amore ſtudioque ſuarum inſtitutionum perſequi Chriſtianos, ſed odio potius & qua-
dam libidine temeraria.

Adhuc quod videmini fidelissimè tueri à patribus traditum, in quo principaliter reos transgressionis Christianos destinatis, studium dico deorum colendorum (de quo maximè errauit antiquitas) licet Serapidi iam Romano aras destruxeritis, licet Baccho iam Italico furias vestras immolaritis, suo loco ostendá proinde despici & negligi & destrui à vobis aduersus maiorum auctoritatem. Nunc enim ad illam occultorum facinorum infamiam respondebo, vt iam inde ad manifestiora pergam.

Ritus ceremoniarumque sacrorum à Numa primum institutæ, pontificum deinde auctoritate diu seruata, quomodo, quando, quibus hostiis adire templa deorum oporteret, maximè erat pars totius religionis: quam cum Christiani non tam quia superstitiosa erat, quam non vero Deo exhiberetur, præcipuè refugiebant: in hanc partem accusatores enixissimè incumbabant, quod religio omnis cultusque deorum ab illis negligeretur deridereturque, quod templa deinde intrare nollent, quod factis interesse, quæ pro salute principis aut totius populi susciperentur, abhorrent: omnia hæc feliciter alio loco Tertullianus ita regeit in aduersarios, vt eos criminis eiusdem reos magis esse demonstrat, vt qui perinde similitèrque illa omnia despiciant contra suorum maiorum auctoritatem, qui iam cum veteribus noua sacra admiserant. Commodius quippe visum est quædam arcana crimina examinare priusquam in his apertioribus longius immorari, quæ paulopost resumet ex eo loco. Deos, inquit, non colitis, &c.

VII.

90 Dicimur sceleratissimi, 91 de sacramento infanticidij, & pabulo indè, & post conuiuium 92 incesto, 93 quod euerfores luminum canes, lenones scilicet tenebrarum & libidinum impiarum inuerecundia procurent. Dicimur tamen semper, nec vos quod tam diu dicimur eruere curatis. Ergo aut eruite, si creditis, aut nolite credere, qui non eruitis. de vestra vobis dissimulatione præscribitur, non esse, quod nec ipsi audetis eruere. Longè aliud munus carnifici in Christianos imperatis, non vt dicant quæ faciunt, sed vt negent quod sunt.

Dominica cæna à nostris maioribus eadem ferè hora qua Christus cum discipulis nouissimè cænauit, ex eius monitis celebrabatur. Noctu itaque dominici diei apud aliquem ex Christianis, qui domi suæ synagogam ecclesiãque coereret, precationibus, lectionibusque peruigiles incumbabant, aderat & senior, vel episcopus, qui scripturas mysteriaque sanctæ fidei interpretaretur & habita concione mores semper in melius conformaret, qui panem & vinum dominica benedictione Christi corpus efficiens conuiuio impertiret. Accedebant ad hæc (vt ait Eusebius in quarto historiæ ecclesiasticæ) Carpocratis cuiusdam pseudochristiani, & aliorum qui Simonem Magum sectabantur, mysteria quædam magicis obsecrationibus insignia, quibus cæteri Christiani insimularentur. Aduersarij igitur falsam historiam cum iis quæ reficiunt confundentes, multa in his vigiliis patrii scelera commentabantur, qualia in mysticis suorum deorum factis sub religionis prætextu committi quandoque audierant: præcipuè verò eos insimulabant: quod infante Christiani facerent; quod eius carne vescerentur & sanguine; & quod à cæna sese viri ac mulieres promiscuè incestarent, luminibus per canes, extinctis, ne qua illi verecundia offenderentur. Quæ suspicio potissimum inualuit, etiam ex eo quod in Christiano dogmate haberi audiebant, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Quumque tormenta Christi tenebrasque illas in memoriam eius Christiani repræsentarent, facile persuasum est maleuolis mysterium panis non intelligentibus illi se ferinis eiusmodi ritibus contaminarent. His igitur calumniis facilius quàm aliis omnibus, quæ in causa Christianorum versantur, Tertullianus per statum coniecturalem respondet, primum omninò non esse, & si sint non minora patrii ab accusatoribus. Solo enim incertoque rumore inniti demonstrat, quando si vera illa essent, fieri quidem non posse, quin interstitio tam multorum annorum inter tot inimicos & exploratores prodita iam & comperta fuissent. Quod verò calumniam maximè arguit, illud est, quod quum hæc nobis obiciantur, nullam vos adhibetis curam diligentiamve in eruendis expiscandisque eiusmodi flagitiis. Alterum certè ex altero esse debebat, si creditis, vt quæreretis: si non quærendum putatis, vt non credatis. Licet dissimulatio vestra apertè doceat sententiam vobis dissonare à verbis: aliud enim dicitis, aliud reuera sentitis, nam si hæc nefaria sacra aliquo modo vera esse suspicaremur, carnifici imperaretis, vt tormentis adhibitis omnia ad vnguem extorqueret, non vt cogeret negare quod profiteatur.

Luc. 3.

Census istius disciplina, vt iam edidimus, à Tiberio est, cum odio sui cœpit simul veritas atque apparuit inimica esse. Tot hostes eius, quot extranei; & quidem proprij ex æmulatione Iudæi, ex concussione milites, ex natura ipsi etiam domestici nostri. Quotidie obsidemur, quotidie prodimur, in ipsis plurimum cœtibus & congregationibus nostris opprimimur. Quis vnquam taliter vagienti infanti superuenit: quis cruenta vt inuenerat 94 Cyclosum & Sirenũ ora iudici referauit?

Nihil est quod non reuelat dies, proverbium in iis rebus vsurpatum, quas quisque solus in aperto facit, vt deprehendi non posse putet. Qui verò cum multis aliquid sæpè peccare dicitur, quo loco vis semper maleuolorum irrumperere potest, neque tamen deprehenditur, liberandus vtique is est talis criminis

A nis suspicione in eiusmodi causa erant Christiani, nam cum cœsus & professio talis religionis iam pridem imperante Tiberio trecentis paulò minus annis elapsis exordium sumpserit, nec prius veritas ipsa apparuerit, quam vniuersus ferè orbis coniuisset in illam ex odio quod semper sequitur illam, mirum si nullum adhuc tantæ immanitatis vestigium deprehensum sit, præsertim inter hostes & numero & genere tam multos. præter enim extraneas gentes, quæ communiter Christianos oderunt, propriè & peculiariter inimici sunt Iudæi ex æmulatione suorum præceptorum, quæ quotidie magis infringi per fidem nostram vident. Milites etiam qui vexare magis minùsve consueverunt, perinde atque intelligunt suos imperatores aut fauore aut odio ferri in aliquos, videntes Christianos sæpius concuti disturbarique palàm à magistratibus, nos quasi neglectos libenter obiurgant, exagitant, & in iudicium rapiunt. Quin & domestici familiarèsque nostri duce quadam naturali similitudine nobis continuò insidiantur: quo fit vt vndique obsideamur, neque vllum nobis vsquam asylum sit, quò confugere possimus. Quod si status accusatoris est coniecturalis, cum alias verisimiles certaque coniecturas afferre debebat, tum verò quæ ab adiunctis dicuntur, si vagitus infantis fuerit vnquam exauditus à quopiam in hostris ecclesiis, si tabo ora conuiuiaum infecta animaduertit, quasi Cyclosum & Sirenũ, quæ delatos ad se occidisse, & deuorasse fingunt. Neque aded obici potest, ideo non deprehendi, quia penetrare adyta sacrarij non liceat, nam in ipsa synagoga & in operando sæpius à cohortibus, à plebe opprimimur & deturbamur.

Quis vel in vxoribus aliqua immunda vestigia deprehendit? quis talia facinora cum inuenisset, celauit? aut vendidit ipsos 95 trahens homines? Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus? Imò à quibus prodi potuit? ab ipsis enim reis non vtique 96 cum vel ex forma omnibus mysterijs silentij fides debeatur. 97 Samothracia & 98 Eleusinia reticentur; quanto magis talia, quæ prodita 99 interim etiam humanam animaduersionem prouocabant, dum diuina seruantur. Si ergo non ipsi proditores sui, sequitur vt extranei, & vnde extraneis notitia? 100 cum semper etiam impiæ initiationes arceant profanos & arbitros caueant, nisi si impij minus metuunt.

Sed neque, inquit, incesti certa vnquam extitit coniectura. Quis etenim vir vestigium aliquod & indicium immundum in vxore deprehendit, quo concubitus indicari potest? Ecquis hoc vir suspicans in vxore toletare potest, vt sagaciter non inquirat? & si deprehenderit, celare velit? quod si corrumpi dicas, animum illius vel libidine aliqua, vel accepta pecunia, hoc nullo modo verisimile fit, vt crimen vendat is, quem Christianos semper homines in iudicium trahere iuuat, neque prius eis parcat, quàm in carnificum manus tradiderit. Si semper latemus, &c. Enthymemate hypothetico refutatur pertinacia accusatorum. Qui obicere adhuc poterant posse homines si velint latere, neque ideo crimina non esse vera, quæ latuerint. Si quod igitur, inquit, semper latuit, id nunquam proditum est, quod si nunquam proditum, vnde hæc vobis notitia, vnde tam certa vobis scientia, nisi à rumore quodam incertaque & inconstanti fama, cui quantum credi oporteat, paulopost edocebimus, si prius examinetur hæc à nullis prodi indicarique potuisse. Nam vel à conscis dum rei sunt vel ab extraneis: at conscij & initiati duabus de causis illa indicasse, nullo pacto potuerunt. & quia formula constitutioque omnium mysteriorum exigit vt omninò reticeantur; & pro taciturnitate fides obligatur, qualia Samothracia sunt apud vos & Eleusinia, quæ initiatus prius quàm detegat emori velit. & quod maximum est, habet hic pro comperto, talia si detegat, morte plesti debere, quando eo etiam tempore quo reticentur, & quasi diuina seruantur, inuitent homines ad vltionem. Extranei verò si velint reuelare, non possunt, quod ignorant. Neque de ignorantia dubitandum, cum omnes initiationes, quibus ad mysteria cognoscenda institumur, procul arceant profanos, arbitros testèrque refugiant, præcipuè quæ Christianis attribuuntur, quæ quum impiæ habentur, multò magis animaduertendum, ne in lucem exeant, neque in pœnam.

101 Natura famæ omnibus nota est. Vestrum est; *Fama malum, quo non aliud velocius vllum.* Cur fama malum? quia velox? quia index? an quia plurimũ mendax? quæ ne tunc quidem quũ aliquid veri affert, sine mendacij vitio est, detrahens, adiciens, demutans de veritate. Quid? quod ea illi conditio est, vt non nisi quum mentitur, perseueret, & tam diu viuunt, quandiu non probat. Siquidem vbi probauit, cessat esse, & quasi officio nunciandi functa, rem tradit: exinde res tenetur, res nominatur. Nec quisquam dicit (verbi gratia) 102 hoc Romæ aiunt factum: aut fama est, illum prouinciam sortitum: sed sortitus est ille prouinciam, & hoc factum est Romæ. Fama nomen incerti, locum non habet, vbi certum est. An verò famæ credat, nisi inconsideratus? quia sapiens, non credit incerto.

Si nullum nostrorum facinorum indicium à nullo vnquam reo extorqueri potuit, nec diuitum reiporis longinquitate reuelari, neque vilo alio modo venire in lucem, quæ nimirum iactantur in Christianos necesse est ex quadam fama in animos hominum irrepsisse, quæ facile inter inimicos admittitur & conseruatur, sed quod sit eius testimonium, & quanti eius fides apud omnes cuique vestrum, vel ex carminibus Maronis, quæ in ore sunt omnium, patet, qui famam malum esse decantauit, non ob aliãr proforis causam nisi quia ita mendacio gaudeat, vt plerunque falsa prædicans, si quando tamen vera

apportet, ea mendacio semper inuoluere iuuet. Præterea eius tota ratio ex incerto pendet, imò nomen ipsum est incerti, atque vbi aliquid certum est, locum habere non potest. Quicumque igitur sapiens est, fama id est incerto non credit. Sapientia enim nihil magis est quam scientia, scientia porò nulla est de rebus incertis, igitur qui adducuntur vt famæ credant, temerarij sunt, & inconsiderati, quorum nulla ratio habenda.

Omniū est æstimare quantacunque illa ambitione diffusa sit, quantacunque asseueratione constructa, quod ab vno aliquando principe exorta sit: necesse est exinde in traduces linguarum & aurium serpat: & ita modici seminis vitium cetera rumoris obscura: vt nemo recogitet nūm primum illud os mendacium seminauerit, quod sæpè fit aut ingenio æmulationis, aut arbitrio suspicionis, aut non noua sed ingenua quibusdam mentiendi voluptate.

Quo facilius iudices videant temeritatem suam, qui famæ adhibeant aures atque fidem, tenue eius exordium tanti progressus describit. Cuique enim facile iudicare est famam ab vno aliquando, qui princeps, id est primus & autor fuerit, exortam. nam & si illa quidem multa ambitione & inani quodam apparatu historia diuulgatur, maximæque asseueratione ac rerum confirmatione quas adducit, infuitur, quantacunque tamen ei quasi dotes accesserint, facere non possunt quin ab vno & illo quidem suspecto principium sumpserit. Sed cum eundo (vt inquit poëta) vires acquirat, & in plures veluti traduces propaginèque linguarum per traditionem dissipetur, principium eius & vitiosum quasi semen tanto iam rumore obruitur, vt agnoscere recogitarèque homines non curent, vtrum primum illud os, vnde hæc auspiciū habuerint, mentium sit necne: quod cum facile in omnes, tum maxime Christianos facillimum fuit, quibus nullus est angulus non inimicus. Ad hæc libera cuique suspicio est, & innata quædam æmulationis, quibus veluti calcariis non mentiri modo, sed contra veritatem ferri solemus, præterquam quod eo ingenio omnes sumus, vt facile in inuentionibus mentiamur. Ratio igitur famæ, si quod est ante eius rem, si quod in ipsa re consideres, si præterea consequens, tota futilis inuenietur, & nullius auctoritatis.

Bene autem quod omnia tempus reuelat, testibus etiam vestris prouerbis atque sententiis, ex dispositione naturæ, quæ ita ordinauit, vt nihil diu lateat, etiam quod fama non¹⁰³ distulit. Meritò igitur fama tam diu sola conscia est scelerum Christianorum. hanc indicem aduersus nos profertis, quæ quod aliquando iactauit, tantoque spatio in opinionem corroborauit, vique adhuc probare non valuit.

Aduersariorum armis suam causam Tertullianus defendit. Bene est, inquit, καλῶς ἔχει, bene se habet statque pro nobis prouerbium illud vestrum, quo Seneca scilicet alique Romani homines passim vtuntur: Quod omnia reuelat dies, neque est quocunque tam occultum, quod temporum vices aliquando non explicant, ita rerum series natura reuoluit. Cum igitur tanti temporis spatium elapsum sit, nec tamen eo maiora indicia nostræ immanitatis prodierint, pro comperto habendum, si vestris verbis credendum est, nullam penitus esse. Sola ergo fama post tot annos incerta adhuc & inexplorata, quasi conscia adducitur testis, cuius auctoritate Christiani impunè damnari possunt.

¹⁰⁴ Vt fidem naturæ ipsius appellem aduersus eos qui talia credenda esse præsumunt, ecce proponimus horum facinorum mercedem, vitam æternam repromittunt, credite interim: de hoc enim quæro, an & qui credideris, tanti habeas ad eam tali conscientia peruenire. Veni, demerge ferrum in infantem nullius inimicum, nullius reum, omnium filium, vel si alterius officium est, tu modò assiste morienti homini antequam vixit: fugientem animam nouam¹⁰⁵ expecta, excipe rudem sanguineam, eo panem tuum satia, vescere libenter. Interea discumbens dinumera loca vbi mater, vbi soror, nota diligenter, vt quum tenebræ ceciderint caninæ, non erres, piaculum enim admiseris, nisi incestum feceris. Talia initiatus & consignatus viuus in æuum. Cupio respondeas, sit tanti æternitas, aut si non, ideo nec credenda: etiam si credideris, nego te velle: etiam si volueris, nego te posse. Cur ergo alij possunt, si vos non potestis: cur non possitis si alij possunt? Alia nos, opinor, natura,¹⁰⁶ Cynophanes aut¹⁰⁷ Sciapodes: alij ordines dentium, alij ad incestam libidinem nerui. Qui ista credis de homine, potes & facere. Tu homo es & ipse quod & Christianus. qui non potes facere, non debes credere. homo est enim & Christianus, & quod & tu.

Argumentum à naturâ, quod tanto aliis est validius, quanto vis ipsius naturæ cæteris præstat: quæ ea profectò est hominis, vt quocunque in suis penetrabilibus Christiani perpetrare dicuntur, penitus abhorreat. Nulla enim conditione adduci quisquam poterit, vt humana carne vescatur, & panem tepido sanguine madefactum ori admoueat, nec minus matrem fororèque cognoscat. Isthæc tam sensus animi quam corporis dedignantur atque refugiant. Quid ergo, inquit Tertullianus, vobiscum iudices

A iudices amplius agam de coniectura famæque nostræ feritatis: iam vos ipsos consulam, fidem auxiliūque naturæ cuiusque vestrum implorabo. Si quis ex vobis catechumenus fiat, & initiatur Christianus, mystes parèque sacrorum dicat, tibi quidem imprimis vel maclandus est infans, qui filius omnium meritò dicitur, quando (vt vultis) de communi adulterio nascitur, vel maclantibus aliis interesse oportet: deinde caro deuoranda, & panis sanguine maceratus comedendus, postremò cum matre vel sorore luminibus extinctis concumbere necesse est. Hæc si feceris, vitam viues æternam. Rogo vos, nec nunc de mercede hac disputo credenda sit necne. Credite interim, ac si repromittant, cautionè mque dent: non enim in hoc quæstio est, rogo itaque vos. tanti sit ea merces, vt obliuisci hominem possitis, & consensu stomachoque accedatis, vt iis studiosè assentiamini: quanquam nec ipsa merces, quæ hoc modo comparatur credibilis esse potest, neque si credatis simul & velitis, dico vos illud os habuisse à natura, gustum stomachumque quæ id omninò grauiori nausea reiciant. A simili igitur, si Christiani perinde homines sunt atque vos, cur quod penitus natura vestra abhorret, illi tanto studio sectari poterunt, nisi fortè nos aliud genus hominum sumus; quales, Cynophanes capite canino, quos Plinius refert, venatu & aucupio vesci, & quales Sciapodes, qui in Libya sunt, ad oceanum ea appellatione homines, quod sibi latissima planta pedum resupini solem feruentissimum defendant. His fortè & id genus hominibus alia sunt instrumenta mandibularum, alij quoque neruorum genitalium tentigines, vt quocunque manducare, & in quacunque arrigere possint.

¹⁰⁸ Sed ignorantibus subiicitur & imponitur, nihil enim tale de Christianis asseuerari sciebant, obseruandum vtique sibi & omni vigilantia inuestigandum. Atquin volètibz initiari moris est, opinor, prius patrem illum sacrorum adire, quæ præparanda sint describere. Tum ille: infans tibi necessarius adhuc tener, qui nesciat mortem, qui sub cultro tuo rideat. Item panis, quo sanguinis¹⁰⁹ iurulentiam colligas.¹¹⁰ Præterea candelabra, & lucernæ, & canes aliqui, & offulæ, quæ illos ad euerfionem luminū extendant. Ante omnia cū matre & sorore tua venire debebis: quid si noluerint, vel nullæ fuerint? quid denique singulares Christiani? non erit, opinor, legitimus Christianus, nisi frater aut filius, quid tum? & si ista omnia ignaris præparantur, certè postea cognoscunt & sustinent & ignoscunt. Timent plecti si proclamant, qui defendi merebuntur. Quin etiam vltro peire malint, quam sub tali conscientia viuere. Age nunc timeant, cur etiam perseuerant? Sequitur enim ne vltra velis id te esse, quod si prius scisses, non fuisses.

Omnes ex auribus scrupulos, & quæcunque fieri possent, obiectiones eximit. Dicat enim aliquis, ita profectò est, vt natura humana penitus hæc reiciat, si proponantur, & allicitis vobis homines, & in penetrabilia isthæc traditis antequam resciscant, quid sibi agendum sit, aut non agendum: atque ita ignorantæ præter suam opinionem non prius id sentiunt, quam in talibus flagitiis irretiantur. His igitur responderet, primum debuisse quidem illos omnia prius debita vigilantia inuestigasse, quam in aliam sectam transfugerent: deinde eum esse morem initiandi, vt omnia necesse habeat hierophantes tyronem monere quæ ad imitationem pertinent, priusquam descendat in opus. Sed esto, semel ista ignaris præparantur, quamobrem reticent in posterum, & patiuntur iterum atque iterum? certè pœnas non metuant, quum si tanta flagitia in publicum deferunt ij qui deceptos se fuisse dicant, non modo non plectentur, sed defendentur ab omnibus. Quanquam plerique, si ex hac sibi causa moriendum sit, libentius mortem oppetant, quam sub conscientia talis incesti viuere velint. Amplius fac timeant indicare, cur tamen in eo dogmate persistunt, vt plerique omnes malint miserabiliter torqueri (vt quotidie videris) quam eius videri sectæ parum fideles? Quum itaque hæc, etiam si plura vobis concedantur non concedenda, ex intrepida natura veri, nec vera, nec verosimilia sunt, ergo, &c.

¹¹¹ Hæc quo magis refutauerim, à vobis fieri ostendam partim in aperto, partim in occulto, per quod forsitan & de nobis credidistis.¹¹² Infantes penes Africanam Saturno immolabantur palam¹¹³ vsque ad proconsulatum Tiberij, qui eosdem sacerdotes in eisdem arboribus templi sui obumbratricibus scelerum votiuis crucibus exposuit, teste militia patriæ nostræ, quæ id ipsum munus illi proconsuli functa est. Sed & nunc in occulto perseuerat hoc sacrum facinus. non soli vos contemnunt Christiani, nec vllum scelus in perpetuum eradicatur, aut mores suos aliqui Deus mutat. Cum proprijs filius Saturnus non pepercit, extraneis vtique non parcendo perseuerabat, quos quidem ipsi parentes sui offerebant, & libentes exponebant, & infantibus blandiebantur, ne lacrymantes immolarentur: & tamen multum homicidio parricidium differt.¹¹⁴ Maior ætas apud Gallos Mercurio profecatur.¹¹⁵ Remitto Tauricas fabulas theatris suis.¹¹⁶ Ecce in illa religiosissima vrbe Aeneadarum piorum est Iupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine. sed¹¹⁷ bestiarum, inquit. Hoc, opinor, minus quam hominis. an hoc turpius, quod mali hominis? certè tamen de homicidio funditur. O Iouem Christianum, & solum patris filium de crudelitate.

Misera erat flagitiorum calumnia, qua Christiani laborabant, sed longè miserimum ab iis accusari D damnarique qui non minora scelera & eiusdem generis perpetrarent. qualia de humana hostia & de sanguine hausto: de incestu superius diximus: quæ sanè facinora cum multis rationibus Tertullianus collegisset, nullo modo verisimilia esse, memor suorum promissorum, hæc ipsa nunc regerit in aduersarios, qui quæ tantopere damnant in Christianis ea patrare deprehenduntur. Quo maxime loco patet, non tantum cum Romanis rem esse Septimio, sed cum omnibus gentibus, quæ idololatras dicerentur, quæ quidem cum multis sibi deos commentata essent, omnes iniurgentes quibus poterant modis, Christianos ut religionis insectatores deturbant, eos facile credentes admittere quæ à suis fieri quandoque cognouerant. Nam quæ de infanticidio falsa divulgabant de Christianis, plurimis locis à sua illa superstitione operari sciebant. Ex historia igitur super hanc rem locuplete tria sibi testimonia Tertullianus decerpens, fidem facit ea quibus falsò damnantur Christiani, eadem à damnatoribus verè & impunè tam in aperto tractari quam in operto. Primum est quasi patrum, & quod in Africa fieri describit, ubi in luco quodam ij qui eandem religionem colerent, quæ Christianis aduersatur, Saturno faciebant infante. quod ne quis commentitium suspicetur, & locum, & tempus, & testes citat oculos: quando scilicet Tiberius eius prouinciæ proconsul principes talis impietatis crucibus quasi ex voto affixerit in ipsis luci arboribus, qui tantum sceleris suis ramis contexerant. Et ne quis obiciat hac pœna idololatras perterritos morem impium obliterasse, asseuerat durare adhuc haud ita palàm tales ceremonias, & perinde non commoueri tormentis atque Christiani dicuntur. Licet id mirum non adèd videri potest, cum nullum vnquam malum radicatus extirpetur: & Saturnus ipse immortalis (ut ipsi volunt) & immutabilis à suis institutis discrepare non possit, quæ multis antè seculis à patrum filiorum fuerat auspiciatus. Atque id Africanum sacrum tanto est nequius eo quod Christianis imputatur, quanto parricidium, id est cedes proximorum, differt ab homicidio. Christiani siquidem contenti esse dicuntur quocumque infante. Afri verò admittunt eos qui à suis tantum parentibus offeruntur. Alterum exemplum à Gallis est, qui non infantes, sed virilem ætatem, non Christo, sed Mercurio iugulant. de quo more Plinius libro E octauo, capite vigesimo secundo, & Inuenal. Tanquam rhetor dicturus ad aram. Tertium verò sumit ex ipsa Roma, quam diaspyricos Æneadarum urbem vocat, ut pietatem illam Æneæ authoris eius gentis immeritò ab illis vendicari demonstret, nam quæ passim in tragœdiis recitant, utpote fabulas prætermittit, licet ex voluptate illa theatrali, ab eiusmodi factis præ se ferant gentes, non abhorrere: quale est illud ab Euripide decantatum in Taurica Chersoneso, ubi decreto totius exercitus Græcorum virgo Polyxena ad tumulum Achillis est iugulata Neoptolemo faciente. non dissimile ab eo quod de Iphianassa in Aulide decantatur. Sed Romanus ritus, quanquam ipso nomine differre à superioribus videatur, re ipsa non distat. Nam in ludis iis qui Ioui fiunt tanta superstitione, ut quacunq; de causa leuiusculi ominis instaurari soleant, sanguis etiam humanus largè effunditur. Damnatos enim iudicio homines bestiis obiciunt, ut miserabiliter lacerentur: qui ex ea re bestiarij dicebantur. Quod si dicas noxios hos esse, & morte nihilominus mulctari, non fieri tamen possit quin homines non sint, tanto quidem magis à voto sacro arceri, quanto aliis deteriores sunt, & flagitiosiores iudicati.

Sed quoniam de infanticidio nihil interest, sacro an arbitrio perpetretur (licet parricidium homicidio intersit) conuertat ad populum. Quod vultis ex his circumstantibus & in Christianorum sanguinem hiantibus, ex ipsis etiam vobis iustissimis & seuerissimis in nos præsidibus, apud conscientias pulsam, ¹²⁷ qui natos sibi liberos enecent? siquidem & de genere necis differt, utique crudelius in aqua spiritum extorquetis, aut frigori & fami & canibus exponitis: ¹²⁸ ferro enim mori ætas quoque maior optauit. Nobis verò F homicidio semel interdicto, etiam conceptum vtero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissoluere non licet. ¹²⁹ Homicidij festinatio est, prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est, & qui est futurus, & fructus omnis iam in semine est.

A publico instituto, quo singuli propter maiorum suorum reuerentiam excusare se aliquo modo poterant, ad priuatum morem transit, quo suæ quisque domi infanticidium facere, idololatras exponit. Tam enim apud Græcos quam apud Romanos receptum erat ut suo quisque arbitrio, & pro facultatibus aleret aut perderet quod sibi ex vxore nascebatur. vnde sæpius factum est, ut parentes, ne suo se sanguine polluerent viderentur, liberos aut in flumen immergendos, aut exponendos mandarent, ubi vel fame, vel iniuria tempestatis, vel morfu ferarum perirent, nisi prius ab aliquo susciperentur, ut in seruitium vel ad lupanar alerentur; vnde tam nefarium erat (ut inquit Laëtantius) exponere quam necare. Cum igitur id sceleris siue propter sacrum aliquid committatur, siue ad arbitrium fiat, semper est infanticidium (nisi potius hoc domesticum peiori nota insigni, & homicidium appellari mereatur) licet iam mihi, inquit Tertullianus, ad populum conuerso conscientiam multorum sciscitari, an quod in nos tam seuerissimè damnet, in se quandoque admiserint. Profectò id ipsum grauius, si circumstantias consideremus, inuenietur, quanto scilicet sæuius est in frigida aqua feruidum spiritum animi suffocare, aut frigore famèque confici, quam ferro, quod genus mortis plerique iam adultæ ætatis uti mitius exoptarunt, ex libero sanguinis profluuiio. Sed facile videre est qui sint huius facinoris accusandi,

A fandi, ex cuiusque præscripto. Gentes enim (ut diximus) aliæ infantes passim occidere non curant, nobis verò inter principalia præcepta traditur, ut ab omni nos homicidio seruemus impollutos. vnde non modo in lucem iam editis hominibus, sed ipsis etiam embryonibus diligenter cauisse volumus, non minus criminis in perdendo semine, à quo omnis est fructus, credentes admitti, quam in eo quod natum est: neque leuius esse putamus natales impedire, quam interimere natum.

De sanguinis pabulo & eiusmodi tragicis ferculis legitè necubi relatum sit (est apud Herodotum opinor) diffusum brachijs sanguinem, ex alterutro degustatum nationes quasdam fœderi comparasse. ¹³⁰ Nescio quid & sub Catilina degustatum est. ¹³¹ Aiunt & apud quosdam gentiles Scytharum defunctum quemque à suis comedi. Longè excurro: ¹³² Hodie isthic Bellonæ sacratus sanguis de femore proficisso in palmulam exceptus suis datur signatis; ¹³³ item illis, qui munere in arena noxiorum iugulatorum sanguinem recentem de iugulo decurrentem exceptum, auida siti comitali morbo medentes hauserunt. ¹³⁴ Vbi sunt item illi qui de arena ferinis obsoniis cœnant? qui de apro, qui de ceruo petunt? Aper ille quem cruetauit, colluctando derexit. Ceruus ille in gladiatoris sanguine iactauit. Ipsorum Vrforum aluci appetitur cruditates adhuc de visceribus humanis. Ruetur proinde ab homine caro pasta de homine. Hæc qui editis, quantum abestis à conuiujs Christianorum?

B Alterum retorquet in aduersarios de secretis facinoribus, quod impudenter & maiori verborum apparatu gentes Christianis obiciebant ut impium ut ferinum & inauditum: quod scilicet ab infanticidio sanguinem humanum ebiberent, & quasi Thyestes sibi epulas, quales in tragicis ferculis confinguntur, apponerent. Sex potissimum exemplis exponit Tertullianus ab idololatris manasse tam ferum morem, atque adhuc apud illos perseuerare eius rei manifesta indicia. Primum igitur relegat iudices aliòsque eiusdem superstitionis ad historias, ubi legere est, præsertim apud Plinium libro septimo, & in Herodoto de Scytharum fœderibus libro quarto: Qui soliti sint sanguinem mittere de brachijs, quem in feriendo fœdere degustent: quod perinde natura abhorreere debet, ac si in sacrificio operaretur. Cuiusmodi etiam deuotione Catilinam, Sal. est autor, coniurationis confici obstrinxisse. Tertio loco affert Scytharum cõsuetudinem, non omnium sanè, sed quorundam, quibus gentile est defunctos suos comedere, quasi dignissimum sit aliorum loculus humanum corpus atque cognatum. Mox ad propiora deuenit, & quæ non in Barbaria fiunt, sed in medijs urbibus, Græcis & Latinis, & quæ ad sacra quoque pertineant: sed quia Bellonæ deæ ea sint non Christi, permittuntur. Nam quid apud vos eius deæ sacerdotes in sacris faciunt, manifestum est. dissecis enim humeris, & vtraque manu ditricitos gladios exerentes, non alieno cruore, sed suo numen ipsum placare creduntur. Qui etiam in suis initiandis ex aperto femore sanguinem haurientes eius collegij hominibus lancinatis & stygmaticis propinant. Deinde ex medio amphitheatro profertur exemplum contra eos præsertim qui stomachantes ex nausea sanguinei potus Christianos impudentes immundòsque canes vocitabant, cum in gladiatorio munere & in venationibus, quæ frequentes edebantur, viderent sui generis homines non minus spurca ingrataque sectari, nam qui comitali morbo laborabant, existimantes haustu humani sanguinis dum teperet, tam in fausto malo mederi, simul quis à fera iugulatus fuisset aut à mirmillone, animaduertere ut sanguinem eius acceptum potarent. Multi etiam ut palato inseruirent, de iis ipsis feris epulas sibi comparabant, quæ se humano sanguine infecissent, quasi iucundiores ex eo fierent. Quin & vrforum aluci humana carne referti experebantur in ganeam, ut sapidiore deliciaeque quocirca eueniebat ut helluones eiusmodi carnem eructarent animantis quæ hominem deuorasset. Quæ omnia si suo quisque animo reuoluat, multò improbiora fuerint, quam quæ Christianis imputantur.

¹³⁷ Minus autem & illi faciunt qui libidine fera humanis membris inhiant, quia viuos vorant? minus humano sanguine ad spurcitiã consecrantur, quia futurum sanguinem lambunt? non edunt infantes planè, sed magis puberes.

Grauis hæc est ironia, & cuius pudere gentes maxime deberet, quæ tetras sanguineasque dapes Christianis obiectant. Vtrumque enim in se detestabile scelus hoc irrumationis quod Tertullianus memorat, continet, impietate scilicet fœditateque exhorrendam. nam & viuos homines appetunt atque vorant, multòque magis hoc sibi spurcitiã per humanum sanguinem consecrat, quia non sanguinem, sed quod fœdius est, & futurum sanguinem lambunt, neque infantibus sed puberibus inhiant: quo flagitio quantum gentes omnes Lesbij in primis Græcique omnes & Romani laborarint, testes sunt cuiusque ætatis illorum scriptores.

Erubescat error vester Christianis, ¹³⁸ qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis & morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum botulos etiam cruore distentos admouetis certissimi scilicet, illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Porro quale est, ut quos

fanguinem pecoris horrere confiditis, humano inhiare credatis? nisi fortè suauiore D
cum experti.

Argumentum à minori, quod ex more eius temporis Christianorum sumitur (quem Iudæi etiamnum seruant.) Cùm nullis vescerentur animalibus nisi iugulatis, ita ut morticinis carnibus abstinerent, eorum scilicet animalium quæ nulla externa vi per se expirarent, aut ex suffocatione perirent: virobique enim sanguis exhalare effundique non potest. Cùm itaque caueant Christiani ne quo modo sanguinem pecudum esculentum habeant, quanto magis humanum putandum est abhorreere? nonne ideo error vester ita iam turpis exiit, ut eum Christianorum pudere debuere? Cùm præsertim vos ipsos habeam eius abstinentiæ testes, qui talis rei conscij soletis botulos Christianis apponere præterantes patientiam suorum præceptorum.

Quem quidem & ipsum proinde examinatore Christianorum adhiberi³⁹ vt foculum, vt acerram oportebat. proinde enim probarentur sanguinem humanum appetendo, quemadmodum sacrificiū respuendo: alioquin negandi si non gustassent, quemadmodum si immolassent. & vtrique non deesset vobis in auditione custodiarum & damnatione sanguis humanus.

Irriforia admonitio ex qua latenter elicitur id quod de sanguinis potu gentes contra Christianos effutiebant, iudices Romanos non credere. nam quum accusationis nullam non occasionem exquirent, vt innocentes homines iure damnare viderentur, omnino hanc sanguinis non prætermittent. Ex qua duo sibi commoda procuderent, & faciliorem Christianorum deprehensionem, quoties custodiæ, id est è E carcere producti examinarentur, & damnationem magis legitimam concinnarent, cùm sanguinis quoque crimen interueniret. Nam si, inquit, cùm periculum facitis Christianus aliquis sit nec ne, inter foculum & acerram sanguis humanus à vobis proponeretur, illum facile qui Christianus est tanquam rem sacram & conuenientem sibi appeteret vt thura in sacrificium aduerfatur, atque ita duobus iudiciis ex affectibus contrariis contraria etiam mentes probarentur, cognoscerenturque & eorum qui in Christianorum censu adnumerandi, & qui forent ab ea familia abnegandi reiciendique.

⁴⁰ Proinde incesti qui magis, quàm quos ipse Iupiter docuit? ⁴¹ Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert: sed & Macedones suspecti, quia quum primum ⁴² Oedipum tragædiam audissent, ridentes incesti dolorem, ⁴³ εμεν dicebant εις τλω μη-
τηρα.

Eclipsis cum pronuntiatione & supercilio adiuuanda. Idcirco sequitur vt incesti dicamur. Iuuenalis. Minime corruptor, & idem incestus. Et de secretis criminibus tertium refudit, in accusatores multo quidem facilius quàm cetera. nam verisimile est gentes mutuo se magis polluere incesto quàm Christianos, cum eius rei maximum deorum authorem habeant. Testes enim sibi metipsi sunt & scripto & ritu Iouem vxorem habere Iunonem suam fororem. Cicero in Clodium, Sed vide ne tu debeas Iouem dicere, quod tu iure eandem vxorem & fororem appellare possis. Ctesias etiam Cnidius qui Persica vndecim voluminibus complexus est, narrat eius gentis homines cum matribus ipsis concumbere. Sed hi Barbari, idololatras tamen. Quid Macedones? nonne suo dicitio admittere facinus probaréque videntur? Cùm enim dolere tantopere Oedipum propter incestum riderent illatum locastæ matri, in Sophoclis tragædia εμεν dixerunt εις τλω μητηρα, id est in matrem euomebat excreabatque, quid est cur tantum se conficiat?

Iam nunc recogitate quantum liceat erroribus ad incesta miscenda ⁴⁴ suppeditante materias passiuitate luxuriæ. In ⁴⁵ primis filios exponitis suscipiendos ab aliqua prætereunte misericordiæ extraneæ vel adoptandos melioribus parentibus emancipatis. Alienati generis necesse est quandoque memoriam dissipari, & simul error impegerit, exinde iam tradux proficiet incesti, serpente genere cum scelere. Tunc deinde quocumque in loco domi, peregrè, trans freta, comes est libido: cuius ⁴⁶ vbi que saltus facile possunt alicubi ignaris filios pangere vel ex aliqua feminis portione, vt aspersum genus per commercia humana concurrat in memorias suas, neque eas coctus incesti sanguinis agnoscat. Nos ab isto euentu diligentissima & fidelissima castitas sepsit, quantumque ab stupris & ab omni post matrimonium excessu, tantum & ab incesti casu tuti sumus. ⁴⁷ Quidam multò securiores totam vim huius erroris virgine continentia depellunt, senes, pueri.

Duo super eadem re commemorat, quibus fateri necesse est gentes omnes multiplici incestu polui & implicari. Primum est alienatio filiorum: alterum, quod latius patet, communis intemperantia.
Nam

A Nam liberi duobus modis ab alienati, per expositionem, cùm (vt superius dictum est) in solitudinibus infantes aut noctu exponerentur in triuis, & ab aliqua prætereunte susciperentur, qui succedente tempore adulti facile cum patre misceri aut fratribus cognatisque nubere poterant. Item quum per adoptionem in aliam familiam emancipati, & patria potestate liberi transibant, cum quibus paulopost tanquam cum extraneis agebatur. Facile enim memoria generis dissipatur & euanciscit: quo errore semel impacto proueniunt inde traduces propagationisque perpetui incesti, & genus cum scelere longius serpit: possunt itaque errores hi maximam suppeditare sylvam ad miscenda incesta, præsertim inuitante vbi que luxuria huius seculi, quæ libidinis est fomentum: sed multò magis quæ sequitur incontinentia. Cum enim gentes omnes voluptate plerumque bonum metirentur, veluti pecora quam maximè possent in re venerea occupabantur, nullus erat illis virginitatis odor, nullum castitatis precium, nulla coniugij fides, aut ratio fornicationis, vbi que, semper, dum licebat semen, in quodcumque incitarentur, profundebant, ita vt quadoque eas facile inirent, quæ à suis patribus compressa aut genitæ fuerant, aut liberos procrearent, qui vt commercio hominum sit, sequenti tempore pro vxore vel nuru, vel pellice haberentur. Nam qui fieri poterat vt in tam vacuo saltu spaciofoque campo libidinis homines non occurrerent iis, qui si non ex omni, aliqua tamen ex parte, suo de semine essent. Christianis verò cùm præscriptum sit in castitate celi-batus viuere, aut coniugij metas non transcendere, in eiusmodi erroris euentum non offendunt, atque vt in prima iuuentute cauent à stupris, ita post contractas nuptias ne quo modo fidem eius sacramenti excedant. plerique etiam omnis ætatis perpetuæ se virginitati propter Christum deuouent. vnde est, vt nec in fortuitum incestum neque in voluntarium incurrant.

Hæc in vobis esse si consideraretis, proinde in Christianis non esse perspiceretis.
B ⁴⁸ Idem oculi renunciaffent vtrumque. sed cæcitatibus duæ species facile concurrunt, vt qui non vident quæ sunt, videre videantur quæ non sunt. ⁴⁹ Sic per omnia ostendam.

Rationem Tertullianus quasi corollarium de secretis calumniis adiungit, quamobrem gentes tam nequiter sentiant de Christianis. Fit hoc, inquit, ex cæcitate ignorantiaque sui ipsius. Qui enim se ignorat, facile cæciet in aliis: quod certè quàm fugiendum sit, & quàm multa emergant incommoda ex ea re, aureum illud præceptum monere videtur, γινώθι σεαυτον. Quum itaque in semetipsis gentes, quæ superius scelera dicta sunt, non agnoscerent, in aliis sibi contrariis inesse putabant: contra eueniret si se ipsos cognoscerent. Nam alterum ex contrariis ex altero statim deprehenditur, atque idem refert arguitque vtrumque, idque eo facilius persuaderi poterit, si cæcitatibus duæ species, altera corporis quæ non videt ea quæ sunt, altera mentis quæ videre sibi videatur quæ non sunt, quàm se facile sequantur, considerabitur.

⁵⁰ Nunc de manifestioribus dicam. Deos, inquit, non colitis, & pro imperatoribus sacrificia non impenditis. Sequitur vt eadem ratione pro aliis non sacrificemus, quia nec pro nobis ipsis, semel deos non colendo. Itaque sacrilegij & maiestatis rei conuenimur. Summa hæc causa, imò tota est: & vtrique digna cognosci, si non præsumptio aut iniquitas iudicet, altera quæ ⁵¹ desperat, altera quæ recusat veritatem.

Auditorum animos breuiter reficit, quum ad alia dicat se transiturum, serièque & structuram totius orationis componat in animis iudicum. Primum enim contra odium pugnavit, quo potissimum homines reuocantur à iustitia, vt admittetur, deinde contra leges vt audiretur, tertio loco contra crimina vt absolueretur. Quæ cùm partim arcana iactarentur, partim manifesta, prius de secretis confligit, tanquam de iis quæ apud aduersarios firmissima essent, ex suspitione quæ in animis hominum ex incerto rumore infederat. Restabant manifesta, quorum præcipua erant crimen læsæ religionis & maiestatis. Quum enim Christiani semel decreuissent & quasi plebiscito sanxissent, deos omnino præter vnum verum & viuum non esse colendos, à sacris aliarum gentium maximè abhorrebant, vnde sacrilegi & totius religionis contemptores audiebant. Quumque moris esset quotannis ad minus quarto Nonas Ianuarias vt pro salute Imperatoris publicè vota susciperet ante aras deorum supplex populus Romanus cunctaque Italia simul & omnes prouinciæ, nullibi vnquam interesse Christiani sacris eiusmodi volebant. Quapropter Cæsaris hostes & rei maiestatis conueniebantur, atque hic quasi principalis status causæ, & vbi summa totius accusationis versetur, meritò itaque examinari cognoscique diligentius debet, vt quid in vtramque partem afferatur, appareat. Fuit hoc facile, si præsumptio, inquit, aut iniquitas iudicum non impediat. ægrè enim ex animis hominum quæ præsumpta fuerit opinio conuellitur, ita vt aliter de aliquo credere possit, quàm sua velut informatione corripuerit. Non desperent, inquit Tertullianus, animi vestri iudices de sua præsumptione, quin in hac re possint pro Christianis stare rationes: & omnis iniquitas interim excludatur, quæ veritatem reculare solet. Nam si liberi eiusmodi affectibus quasi nouo consilio adfuit, admittetis proculdubio quæ dicentur à nobis. Vnde hoc sit, & quàm sit eius rei nostra sententia vera piàque facile intelligetis, quanquam illud inuidiosè dictum est, & pro Imperatoribus sacrificia non impenditis. Nam quod nobis vniuersale est, in eam partem reuocare vultis, quæ sua vi nos opprimat, verius dicetis pro nullis, quibus verbis mitigatur iam ambitiosum illud crimen maiestatis.

Deos vestros colere desinimus ex quo illos non esse cognoscimus. Hoc igitur exigere debetis, ut probeamus non esse illos deos, & idcirco non colendos, quia tunc demum coli debuissent, si dii fuissent. Tunc & Christiani puniendi, si quos non colerent, quia putarent non esse, constaret illos deos esse. Sed nobis, inquit, dii sunt. Appellamus & prouocamus à vobis ad conscientiam vestram, illa nos iudicet, illa nos damnet, si poterit negare omnes istos deos vestros homines fuisse. Sed & ipsa inficias si ierit, de suis antiquitatum instrumentis reuincetur, de quibus eos didicit testimonium perhibentibus ad hodiernum, & ¹⁵² ciuitatibus in quibus nati sunt, & regionibus in quibus aliquid operati vestigia reliquerunt, in quibus etiam sepulti demonstrantur. Nec ego per singulos decurram, tot ac tantos, nouos, ¹⁵³ veteres, Barbaros, Græcos, Romanos, peregrinos, captiuos, adoptiuos, proprios, communes, masculos, fœminas, rusticos, vrbanos, nauticos, militares (ociosum est etiam titulos persequi) ut colligam in compendium, & hoc non quo cognoscatis, sed recognoscatis: certè enim oblitos agitis. Ante Saturnum Deus penes vos nemo est, ab illo census totius vel potioris vel notioris diuinitatis. Itaque quod de origine constiterit, id de posteritate conueniet. Saturnum itaque quantum litteræ docent, neque ¹⁵⁴ Diodorus Græcus, aut ¹⁵⁵ Thallus, neque ¹⁵⁶ Cassius Seuerus aut ¹⁵⁷ Cornelius Nepos, neque vllus commentator eiusmodi antiquitatum aliud quàm hominem promulgauerunt. Si quæras rerum argumenta, nusquam inuenio fideliora, quam apud ipsam Italiam, in qua Saturnus post multas expeditiones, ¹⁵⁸ postque Attica hospitia confedit, ¹⁵⁹ exceptus à Iano, vel Iane, ut Salij volunt. ¹⁶⁰ Mons quem incoluerat Saturnus dictus, ciuitas quam depalauerat Saturnia vsque nunc est. Tota denique Italia, post Oenotriam, Saturnia cognominabatur. Ab ipso primum tabulæ, & imagine signatus numus, & inde arario præsidet. ¹⁶¹ Tamen si homo Saturnus, utique ex homine, & quia ab homine, non utique de cælo & terra.

Longior hæc est purgatio sacrilegij & læsæ deorum maiestatis, extenditur enim vsque ad illud, Ventum est igitur vsque ad secundum titulum læsæ augustioris maiestatis, &c. In hoc enim & gentium ritus superstitionis, & Christianorum vera religio recensetur necesse est, ut ex comparatione oppositorum veritas magis elucescat. Primum igitur, inquit, non rectè sentitis de Christianis, neque verè pronunciat, cum deos non colere illos dicitis, dicendum erat, Christianos non colere quos Deos non esse sciunt, colere verò quem Deum esse pro comperto habent. Quare autem vestra gentiumque numina dii neque sunt, neque haberi debent, multis rationibus patet. Nam si Deus est mens perfectæ rationis, actiue purus qui ortum obitumque nesciat, neque humana specie circumscribatur, nemini dubium est quin Saturnus, Iupiter, Hercules, Bacchus, Iuno, omnèque eiusdem census apud vos (quorum tantus est numerus, ut si quis tantum symbola, titulòque colligere velit, ociosus nimium sit oportet) dii proculdubio non sunt, ne apud conscientiam quidem vestram, quando cum illis quasi cum imaginibus agitis irreuerenter: quod si tamen negatis, ecce ad sunt antiquitatis monumenta quæ ita esse perhibent, plurimæque adhuc eius vestigia restant in pluribus locis. Nam si theologi vestri legantur Orpheus, Hesiodus, Euhemerus, Ennius, Cicero etiam, aut fabulosam originem deorum, aut humanam cognoscetis. In Creta crepundia adhuc Iouis sepulchrumque ostenditur. In dicto enim eius insulæ promontorio natus, in antro Ides enutritus est à Corybantibus Pyrrhicam saltantibus: ita, ut Castoris, & Pollucis in Lacedæmone, necnon palma Deli ab Apollinis ætate conspicitur: quæ quia per se notissima sunt, non est cur singulatim de omnibus disputem, satis est si qui princeps & autor deorum habetur, ostendam vobis quidem non earum rerum ignaris, sed qui oblitum personam agitis, dissimulatisque talem notionem, mortalem fuisse, & ex homine. Nam si genus & specie prædicatur, quæcunque de genere dicentur, in speciem quoque concurrunt, & totum eius agmen à mortali exordio ductum, mortale erit, simile sui primordij. Is verò Saturnus esse dicitur, namque ante ipsum nulla est notior diuinitas, & si nota est, nulla tamen potior augustiorque à vobis habetur. ab eo enim Iupiter, Iuno, Neptunus, Plutòque exort, &c. Quod igitur Saturnus homo fuerit, duobus maximè argumentis perspicuum est. Primum autoritate non poetarum, sed historiographorum tam apud Græcos quam apud Latinos celeberrimorum, qui traditiones monumentaque antiquitatum perscrutati, Saturnum ex Cælo homine, Cælum ex Ophione natum scripserunt, & in terris omnia mortalitatis obuisse munia. Deinde ex multis locorum vestigiis, præcipuè verò in Italia. siue enim à filio ex Creta fugatum, siue per expeditionem confedissem in Latio ferunt ex Attica regione, à cuius rei memoria Saturnus mons quem incoluit, dictus est, & vrbs quam condidit, exceptus à Iano Saturnia dicta, & Larium denique totum, quia ibi latuerit. Qui etiam quod primus numum imagine signauit, ararium Romani in templo eius condiderunt, ut longius à Macrobio recensetur historia, & de aliis omnibus diis à Lactantio. Nec mirum à Saliis Ianum vocari Ianem: nam prisca illi vocabula in suis carminibus retinebant, iam pridem exoleta: nam & oracula dolosi es, pro oscula dolori ero, Mamuriam veterem, pro memoriâ, & manos pro bonos, & alia cantabant.

Sed

A Sed cuius parentes ignoti erant, facile fuit eorum filium dici quorum & omnes possumus videri. Quis enim non Cælum & terram matrem & patrem venerationis & honoris gratia appellat, vel ex consuetudine humana, ¹⁶² qua ignoti, vel ex inopinato apparentes, de cælo superuenisse dicuntur? Proinde Saturno repentino aduentu vbiq; cælitè cõtigit dici. Nam & Terræ filios vulgus vocat, quorum genus incertum est. Taceo quod ita rudes adhuc homines agebant, ut cuiuslibet noui viri aspectu quasi diuino commouerentur. Quum hodie iam politi, quos ante paucos dies luctu publico mortuos sint confessi, in deos consecrent. Satis iam de Saturno, licet paucis etiam Iouem ostendimus tam hominem quàm ex homine, & deinceps totum generis examen tam mortale quàm feminis sui par.

Confutat vulgarem famam, qua receptum iam dudum fuerat: Saturnum Cæli fuisse & Opes, id est Terræ filium. At hoc de omnibus, inquit, dici solet, præsertim quorum causa propinqua sit ignota. Cælum namque & terra communes sunt quodammodo omnium parentes, & solem dicimus & hominem, generare hominem. Item quorum natalia sunt obscura, Terræ filios fratresque Gigantum dicimus, aut è cælo cecidisse. quod æquiuocè dictum, rudes præsertim homines in ætheri Cæli Terræque puererit transtulere. Et pro Deo habitus est Saturnus, nec mirum si qua potentia aut sapientia cæteris præstiterit, cum hodie quando homines politiores sunt & elegantiori ingenio, suos Cæsares, quorum funera celebrarunt, in numerum deorum relatos haberi volunt.

B ¹⁶³ Et quoniam sicut illos homines fuisse non audetis negare, ita post mortem deos factos institutis asseuerare, causas quæ hoc exegerint retractemus. In primis quidè necesse est concedatis esse aliquem sublimiorem Deum, & ¹⁶⁴ mancipem quendam diuinitatis, qui ex hominibus deos fecerit. nam neque sibi illi potuissent sumere diuinitatem, quam non habebant, nec alius præstare eam non habentibus, nisi qui propriè possidebat. Cæterum si nemo esset qui deos faceret, frustra præsumitis deos factos auferendo factorem. Certè quid em si ipsi se facere potuissent, nunquàm homines fuissent, possidetes scilicet melioris conditionis potestatem. Igitur si est qui faciat deos, reuertor ad causas examinandas faciendorum ex hominibus deorum, nec vllas inuenio, nisi si ministeria & auxilia officij diuinis desiderauit ille magnus Deus. Primò indignum est ut alicuius opera indigeret, & quidem mortui, quum dignius ab initio Deum aliquem fecisset, qui mortui erat operam desideraturus. Sed nec operæ locum video. ¹⁶⁵ Totum enim hoc mundi corpus siue innatum & infectum secundum Pythagoram, siue natum & factum secundum Platonem, semel utique in hac constructione dispositum, & instructum, & ordinatum cum omni rationis gubernaculo inuentum est. Imperfectum non potuit esse quod perfecit omnia. Nihil Saturnum & Saturniam gentem expectabat. Vani erunt homines, nisi certi sint, à primordio & pluuia de cælo ruisse, & sidera radiasse, & lumina floruisse, & tonitrua mugisse ¹⁶⁶ & ipsum Iouem, quæ in manu eius impositis fulmina timuisse. ¹⁶⁷ Item omnem frugem ante Liberum & Cererem & Mineruam, imò ante illum aliquem principem hominem de terra exhibuisse, quia nihil continendo & sustinendo homini prospectum post hominem potuit inferri. Denique inuenisse dicuntur necessaria ista vitæ, non instituisse: quod autem inuenitur, fuit: & quod fuit, non eius deputabitur qui inuenit, sed eius qui instituit. Erat enim antè quàm inueniretur. Cæterum si propterea Liber Deus, quod vitæ demonstrat, ¹⁶⁸ malè cum Lucullo actum est, qui primus cerasa ex Ponto Italiæ promulgauit, quod non est propterea consecratus, ut nouæ frugis autor, quia inuentor & ostensor. Quamobrem si ab initio & instructa & certis exercendorum officiorum suorum rationibus dispensata vniuersitas constitit, vacat ex hac parte causa allegendæ humanitatis in diuinitatem: quia ¹⁶⁹ quas illis stationes & potestates distribuitis, tam fuerunt ab initio, quàm & fuissent etiam si deos istos non creassetis. Sed conuertimini ad causam aliam, respondentes collationem diuinitatis meritorum remunerandorum fuisse rationem. ¹⁷⁰ Et hinc concedetis, opinor, illum Deum deificum iustitia præcellere, qui nec temerè, nec indignè, nec prodigè tantum præmium dispensarit. Volo igitur merita recensere, an eiusmodi sint ut illos in cælum extulerint, & non potius in imum tartarum merferint, quem carcerem poenarum infernarum, cum vultis, affirmatis. Illuc enim abstrudi solent impij, ¹⁷¹ qui que in parentes & in sores incesti, & maritarum adulteri, & virginum raptores & puerorum cõtaminatores, & qui sæuiunt, & ¹⁷² qui occidunt, & qui furantur, & qui decipiunt, & quicumque similes sunt alicuius Dei vestri.

Quem neminem integrum à crimine, aut vitio probare poteritis, nisi hominem negaueritis. At quin ut illos homines fuisse non possitis negare, etiam istæ notæ accedunt, quæ nec deos postea factos credi permittunt. Si enim talibus vos puniendos præsidetis, si commercium, colloquium, convictum malorum, & turpium probi quique respicitis, horum autem pares Deus ille maiestatis suæ confortio aseciuit, quid ergo damnatis quorum collegas adoratis? Suggillatio est in cælo vestra iustitia. Deos facitis criminofissimos quosque, ut placeatis diis vestris, illorum est honor consecratio cœqualium. Sed ut omittam huius indignitatis retractatum, probi, & integri, & boni fuerint.¹⁷³ Quot tamen potiores viros apud inferos reliquistis: aliquem de sapientia Socratem, de iustitia Aristidem, de militia Themistoclem, de sublimitate Alexandrū, de sceleritate Polycratem, de eloquentia Demosthenem. Quis ex illis diis vestris grauior & sapientior Catone? Iustior & militior Scipione? Quis sublimior Pompeio? felicior Sylla? copiosior Crasso? eloquentior Tullio? Quanto dignius istos deos ille assumendos expectasset, præcius utique potiorum. Properauit, opinor, & cœlum semel clusit, & nunc utique melioribus apud inferos mustitantibus erubescit.

Quæ hæcenus de diis dicta sunt à Septimio, ex abundantia quodammodo rei affluxere potius, quam contra sententiam aduersariorum steterint. Gentes enim suos ipsæ deos dum agerent in terris homines putauerunt, colebant autem, quia post mortem deos esse factos autumabant. Id igitur ipsum quam ridiculum sit, apertissime nunc exponit, examinando causas quamobrem apotheosin mereri potuerint. Nam si, inquit, dii facti sunt, confectorem certè intelligere necesse est per quem illi fieri potuerint, tantæ autoritatis, ut maniceps sit verusque dominus diuinitatis, quando eius usum aliis præstet. Præterea neque temerè aut imprudenter quicquam fecisse verisimile est, sed ex certa ratione atque causa. Allegisse igitur in confortium immortalitatis eiusmodi homines duabus potissimum de causis videtur, aut quia alicuius opera indigeret, aut quia talem sua illorum merita mercedem exposcebant. Vtrumque dilemma si parum diligentius consideretur, non modo non probabile, sed ne verisimile est. Quid enim tunc deesse potuit tanto Deo, aut quid à mortuo sperare? Viui potius erant accersendi laborum focij: quanquam non video quid illi faciendum restaret, post obitum talium virorum, quod prætermisum aut infectum fuisset, nam cum ipsi viuere sub hoc cælo tot annos potuerint, ita ut regnasse dicantur, nimirum quod hominis conseruationem propagationemque continet, antea prospectum fuerat, nec tantæ huius orbis machinæ aliquid abesse poterat, licet in usum quædam non venissent, quæ ab his deinde reperta aut inuenta in secretis naturæ, autoritatem quasi illa condidissent, sibi falsam vendicauere. Quantum verò ad merita pertinet, si modo Deus ille summus iustus est atque prudens, talia dico fuisse quæ tantum abfuerunt, ut cælo digna viderentur, ut vel in imum tartarum detrudi meruerint: nam & vos in sententiam quoque aliorum venitis, quod ad inferos ij detrudantur, qui patrarunt ea quæ ab aliquo vestrorum deorum, à Ioue (verbi causa) commissa fuisse conceditis. Quod si integrum à crimine illum fuisse dicitis, id fieri non potest, ut aliquis homo ea virtute præcellat, qua Deus haberi possit: sin verò exuisse hominem Iouem obiicitis, argumenta iudiciæque iam dudum exposita demonstrant, Deum fieri nō potuisse, ergo ut homo etiamnum: id quod à minori probatur. nam si vos, inquit, iudices scelestos iure punitis, confortiumque vitiosorum respicitis, quanto magis Deus ille qui iustitia est & ipsa virtus? Atqui ista vos iustitia cœlum suggillatis vituperatisque, cum quos vestra iura damnant, Deum probasse credatis. E contrario vobis iudicandum fuerat, ut diis vestris à simili placeretis. Criminofissimi quique non dampnandi erant, sed colendi, maximus ita illis honor haberetur, gratissimæque foret æqualium consecratio. Sed videte quam securè in hac re vobiscum ago. Concedo probos fuisse & bonos, neque ideo tamen esse deos putandum, alioqui multa essent absurda ridiculæque concedenda. Nam si tantum numen ex vitæ probitate, vel ex magnitudine fortunæ, vel ex rebus gestis, vel ex opibus comparatur, vel à scientia, multos vobis adducam in his omnibus præstantiores, qui indignè præteriti nec dii sunt, nec habentur: qualis Socrates, Aristides, Cato, &c. an credendum summum illum Deum aut rationem personarum habere, aut imprudenter eligere, aut occlusisse semel cœlum, ut potiores apud inferos quam apud se censerentur.

XI. ¹⁷⁴ Cesso iam de istis, ut qui sciam me ex ipsa veritate demonstraturum quid non sint, quum ostendero quid sint. Quantum igitur de diis vestris, nomina solummodo video quorundam veterum mortuorum & fabulas audio, & sacra de fabulis recognosco. Quantum autem de simulachris ipsis, nihil aliud deprehendo, quam materias¹⁷⁵ forores esse vasculorum instrumentorumque communium, vel ex iisdem vasculis & instrumentis, ¹⁷⁶ quasi fatum consecratione mutantes, licentia artis transfigurante, & quidem contumeliosissime, & in ipso opere sacrilegè, ut reuera nobis maximè, qui propter deos ipsos plectimur, solatium pœnarum esse possit, quod eadem & ipsi patiuntur ut fiant.

Sed hæc, inquit, missa facio, faciliorem viam ingrediens, & breuiorem rationem, ut ostendam Saturnum, Iouem, alios gentium dæmonas non esse deos. Locus ab affirmatione, vnde negatio vera inferitur. Nam si hoc ego lignum esse demonstro, patebit sanè non esse ferrum, neque lapidem, neque aliud præter se quicquam, cum quod est speciei vnius propriæ, ad aliam transferri non possit: sic de diis vestris, si quid sunt,

A sunt, exponam, per se patebit quid non sint. Sunt autem mera nomina quorundam præcorum mortuorum, & maiori ex parte fabellæ, quæ sibi sacrorum ritus concinnauerunt. nam si ij quos sibi gentes pro diis colunt, vnde exorti sunt, & vbi vixere, quo loco sepulti ex historiis monumentisque didicimus, quid illi iam sunt nisi mortuorum nomina? Præterea si Rheam (sive Opem illam dicas) occultare filios video Corybantum tinnitu, ne à Saturno deuorentur, si alios de ouo natos, hunc de genitalibus sectis, illum in femore patris coaluisse, Virbium de Hippolyto, Thyonianum de Dionysio reformatum, atque alia id genus infinita, nōne sunt hæc anicularum fabellæ? Ad hæc si huic noctu magis quam interdum sacra operantur, si his instrumentis magis quam illis, hac pecude potius quam alia, si denique sua cuiusque Dei sacrificia, si ceremoniarum rationem exquiras, nōne tibi fabulosa ridiculæque videantur? Cum itaque tales ipsi sint, dii profecto esse non possunt. Deus enim æternus est, omnium genitor, ipse non genitus, opifex & causa mundi, principio antiquior, sine diuturnior. Quod si mihi in statuis simulachricis quibus supplicatis, diuinitatem assumere Deo vultis, quasi faciant illa numen, in hac ego parte nihil deprehendere aut conicere possum quam materias esse, nihil ab his dissimiles quibus vasa vtensilique constantur cælenturve, nisi contra idola non ex massa metallorum, sed ex valis per artem transformantur in talem effigiem. Sed tantundem. Neque enim per se hæc materia, neque per artem assequi potest, quod Deo proximum existimari possit. Totum enim hoc artificium deorum est contumeliosum & impium. Quo loco maximè Tertullianus deridet superstitionem gentium, quæ in simulachris nescio quid numinis inesse volebant. ad ea enim Christiani trahebantur, ut in illa tanquam in verum Deum suspicientes thura incenderent. Neque mirum videri debet si in hac re longior videatur esse Tertullianus, quæ per se nimium manifesta est. Nam & Seneca in libro De superstitione, Pudebit, inquit, publicatæ dementiæ. alius horas Ioui nunciat, alius licitor est, alius vnctor. Sunt quæ Iunoni & Mineruæ capillos disponant longè à templo, non tantum à simulachro stantes, digitos mouent ornantium modo: sunt quæ speculum teneant, sunt quæ ad vadimonia sua deos aduocent, sunt libellos qui offerant, & illos causam suam doceant.

B ¹⁷⁷ Crucibus & stipitibus imponitis Christianos, quod simulachrum non prius argilla deformat cruci & stipiti superstructa: in patibulo primum corpus Dei vestri¹⁷⁸ dedicatur. Vngulis deraditis latera Christianorum, at in deos vestros per omnia membra validius incumbunt¹⁷⁹ acriæ & runcinæ, & scobinæ. Ceruices ponimus ante plumbum & glutinum & ¹⁸⁰ gomphos: sine capite sunt dii vestri. ¹⁸¹ Ad bestias impellimur, certè quas Libero, & Cybele, & Cereri applicatis, Ignibus vrimur: hoc & illi à prima quidem massa. In metalla damnatur: inde ¹⁸² censentur dii vestri. In insulis relegamur: solet & in insulis aliquis Deus vester aut nasci, aut mori. Si per hæc constat diuinitas aliqua, ergo qui puniuntur consecrantur: & numina erunt dicenda supplicia. Sed planè non sentiunt has iniurias & contumelias suæ fabricationis dii vestri, sicut nec obsequia.

C Quum itaque nihil dii sint magis quam animæ cæterorum hominum, & simulachra colantur pro numinibus, restat, ut ex opificio diuinitatem concipere credantur. Fabricam igitur hanc idolorum ita describit, ut non tantum ab hominibus fieri demonstrat, sed iis etiam rationibus & instrumentis, quibus in puniendis scelestis, quales Christianos putabant, in carnificina vtantur, tantum abest ut ex eorum structura religio emergat, aut cœlestis potestas inspiretur. Ex quo non parum solatij Christiani capiunt, si quibus ipsi tormentis diuexantur, eadem in fabricandis diis, quorum gratia cruciantur, infligi videant. nam si crucibus stipitibusque insiguntur, ab eiusmodi quoque plastis suspendit argillam, ex qua simulachrum alicuius Dei confirmat. quod si faber ligneum faciat, validioribus armis dedolatur, quam sine vngulæ illæ ferreæ quibus latera Christianorum lancinantur, neque ab hac re est, si capite nos truncatis: nam plumbo, aut glutino, aut gomphis, id est maioribus clavis capita deorum compaginat, alioqui sine capite sunt, & bestia, quibus inspectante populo exponimur, non abhorrent à vestris diis. nam Bacchus ille vester curtu inuehitur à tigribus tracto, Cybele leones iungit, Ceres cum Triptolemo alatos serpentes: ignes etiam in conflatione sicuti nos dii vestri experiuntur, & à metallis ad quæ fodienda sæpe damnatur, originem trahunt. si vero relegamur in insula, & in Delo Latona fit puerpera, & in Creta Iupiter est sepultus.

O impiæ voces, ô sacrilegæ conuicia, infrendite, inspumate, iidem estis ¹⁸³ qui Senecam aliquem pluribus & maioribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis. ¹⁸⁴ Igitur si statuas & imagines frigidæ mortuorum suorum simillimas non adoramus, ¹⁸⁵ quasi milui & mures & araneæ intelligunt, nōne laudem magis quam pœnam merebatur repudium agniti erroris: Possumus enim videri lædere eos, quos certi sumus omnino non esse: Quod non est, nihil ab illo patitur, quia non est.

Sunt hæc gentium vociferationes, quibus insultabant Christianis asseuerantibus deos esse nullos. Ad hæc Tertullianus, Ut lubet exclamare, & irascimini. Neque enim nouum hoc est, cum etiam Senecam qui de vestra superstitione librum composuerit, damnare ausi estis, contra manifesta indicia: nam vel auiculæ & araneæ, dum liberè insidunt in iis, manifestè sentiunt, sentire nihil tales imagines.

[¹⁸⁶ Sed nobis Dei sunt, inquit. Et quomodo vos e contrario impij, & sacrilegi, & ir-
religiosi erga deos vestros deprehendimini? qui quos præsumitis esse, negligitis: quos
timetis, destruitis: quos etiam vindicatis, illuditis. Recognoscite si mentiar. Primo
quia cum alij alios colitis, vti que quos non colitis, offenditis: prælatio alterius sine
contumelia alterius non potest procedere, quia ¹⁸⁷ nec electio sine reprobatione. Iam
ergo contemnitis quos reprobatis, quos reprobando offendere non timetis. Nam vt su-
pra præstruximus, status Dei cuiusque in senatus æstimatione pendebat. Deus non erat
quem homo consultus noluisse, & nolendo damnasset. ¹⁸⁸ Domesticos deos quos lares
dicitis, domestica potestate tractatis pignerando, venditando, demutando aliquando
in ¹⁸⁹ cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerua, vt quisque contritus
atque contusus est, dum diu colitur, ¹⁹⁰ vt quisque dominus sanctiorem expertus est do-
mesticam necessitatem. ¹⁹¹ Publicos æquè publico iure fœdatis, quos in hastario vesti-
gales habetis: si ¹⁹² capitolium, si ¹⁹³ olitorium forum peritur, sub ¹⁹⁴ eadem voce præcon-
nis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione quæstoris, diuinitas addicta conducitur.

Ex hoc loco regerit more suo Tertullianus totum hoc impietatis crimen in aduersarios, suis illos
armis ita confodiens, vt fateri cogantur aliud sanè dicere, aliud sentire de diis. Nam si actiones, verba
scriptaque sunt animi nostri manifesta indicia, plerique omnes Romani Epicuri sectam amplexaban-
tur. Cuius etiam imaginem, quum multis in locis, tum in anulis gestabant. Huic nullus fuit respectus
deorum: ne tamen maiorum instituta ritusque, quibus imperij autoritas apud plebem maiori ex parte
conseruatur, proderet viderentur, in iudiciis de re sacra tristes, & religiosi videri volebant, illud identi-
dem queritantes. At hi nobis dii sunt, & quomodo cunque maiestas illorum tuenda nobis est, contra
omnes qui capite velint illos diminuere. Ad hæc Septimius, Aut ista, inquit, ex animo dicitis, aut cum
simulatione. Si simulatè, sententia vestra nobiscum conuenit. Neque enim colendi qui non sunt. Sin ex
animo, plurimis ostendam argumentis, vos multò magis esse in illos impios, quàm Christianos. Aut igitur
nobiscum puniendi essetis, aut nos absoluedi vobiscum. Primum enim aut ex affectu, aut ex utilita-
te pendet omnis vester deorum cultus, non à religione aliqua vel pietate. Mercator enim ex vobis ali-
quis Mercurium facere sibi propitium studet: amantes Veneri satisfaciunt, milites Bellonam tantum &
Martem colunt, poëta Apollinem aut Bacchum, veneficæ in Proserpinam totæ incumbunt, aliis diis
neglectis. At si, vt diximus, senatus alios etiam voluit vobis esse deos, cur à vobis omnes non coluntur?
hæc nimirum electio offendat necesse est præteritos: cum verò id vos non moueat, illos profectò non
creditis: si mouet, iam nobiscum impij censemini. Sed & eos ipsos quos seorsum colitis, quàmnam reli-
gione demeritis? Nam dii vobis sunt (vt identidem nostris auribus inculcaris) eiusmodi simulachra, quid
est quod ij quos lares dicitis, quasi in supellectilis ratione computantur, vt perinde à vobis aut oppi-
gnerentur, aut venditentur, atque cætera instrumenta domestica instante necessitate: erant potius ex-
oranda vobis eorum numina, vt vrgentem inopiam defenderent, aut verenda ne propterea indignata
miserias conduplicarent. Quod si tales dixeris impios, vt est hominum genus, cum sanctis, inquam, do-
minis pijs quæ patribus familiâs multò peius agunt: qui cum ex frequentiori cultura illos contriuerint,
diffingere deinde solent, vt id quod prius fuerat illis Saturnus aut Minerua, vas conflatum culinæ in-
feruiat. At erant hæc aliquo modo ferenda, priuata enim sunt minusque manifesta, præterea neces-
sitas egestatis nulla lege circumscribitur. Esto, quid si eadem ratione publici dei tractantur? Video enim
uestigales tributariâsque gentes cum præsentem pecuniam quandoque non habeant, publicanis aut quæ-
storibus aureos argenteosque deos addicere, vt sæpenumero hastario venditionisque auctionariæ per
præconem veniant, & inter manubias captiui dii veniunt, vt pecunia ærarium aut fiscus conspiciatur.

Sed enim agri tributo onusti, viliores: hominum capita stipendio censa, ignobiliora.
Nam hæ sunt notæ captiuitatis. Dij verò qui magis tributarij, magis sancti, imò qui magis
sancti, magis tributarij: maiestas quæstuaris efficitur. ¹⁹⁵ Circuit cauponas religio men-
dicans, exigitur mercedem pro solo templi, pro aditu sacri: non licet deos nosse gratis,
venales sunt.

Amplificatio irrisoria. Nihil enim veri illi Christiani superiorum temporum abhorrebant magis,
nihil vehementius detestabantur, quàm ex sacris rebus quæstum quoquomodo facere. Gentes verò in
quibus nulla erat spiritus sancti gratia, tam de sacris rebus quàm de prophanis, opes sibi vndecunque
comparabant. Et cuius Dei numen sanctius habebatur, magis erat antistitibus quæstuosum. Eo enim
nomine stipes ad instaurationem templi exigebant, aditusque quotidianos venditabant, contraria
quidem ratione auctoritatem diis conseruantes. nam stipendiariæ res, quemadmodum homines & agri,
multò viliores sunt, vt qui ex eo tributo captiuos esse & prouinciales indicent. Nam municipales &
coloni, quia immunes à tributo quod in stipendium militare persoluitur, pluris meritò æstimari so-
lent.

Quid

A Quid omninò ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis vestris confere-
tis? ædes proinde, aras proinde. idem habitus & insignia in statuis. vt aras, vt ars, vt
negocium mortui fuit, ita deus est. quo differt ab epulo Iouis ¹⁹⁶ silicernium? à ¹⁹⁷ sim-
pulo obba? ab aruspice pollinctor? ¹⁹⁸ nam & aruspex mortuis apparet.

Collatio hæc euidentissimè demonstrat gentes, vel quos deos credunt, aut credere simulant, omninò
negligere, quando eximiam illam excellentemque Dei naturam non aliis prosequantur honoribus, quàm
quibus defunctis hominibus parentari soleant: denique in cultu nihil differat à mortuo deus. nam si
ædes Ioui (verbi causa) dicata est, in qua epulum celebreretur, si aræ vbi in simpulio vase vinum liba-
tur, si aruspex qui hostiarum intestina perscrutetur, & mortuis non dissimilia attribuntur. Præter enim
templa & aras cum flaminibus dicatas Cæsaribus, vbi que videre est silicernium apparatus, id est fu-
nebræ conuiuium à cognatis defuncti hominis, nihil differens ab eo quod viti epulones Ioui instaure-
re solent, vbi pro simpulio obba poculum est haud ab eo dissimile, & pollinctor minister cadaueri-
bus curandis apparet, præstòque est. Nec minus in defunctorum statuis & imaginibus eadem sunt orna-
menta pro ætate munusque cuiusque, quæ spectantur in diis. At pudere vos huius parilitatis debebat, aut
esse argumento, deos perinde fuisse homines atque alios defunctos, qui à vobis quotidie eodem honore
imperiuntur.

Sed dignè imperatoribus defunctis honorem diuinitatis dicatis, quibus & viuentibus
cum addicatis. accepto ferent dii vestri, imò gratulabuntur, quòd pares ei fiant domi-
ni sui. sed quum ¹⁹⁹ Larentinam publicum scortum, velim saltem Laidem aut Phrynem,
B inter Iunones & Cereres ac Dianas adoratis, cum ²⁰⁰ Simonem Magum statua & in-
scriptione sancti Dei inauguratis, quum de ²⁰¹ pædagogis aulicis ²⁰² nescio quem cinæ-
dum Deum facitis, licet non nobiliores dii veteres, tamen contumeliam à vobis depu-
tabunt hoc, & aliis licuisse, quod solis antiquitas contulit.

Maxima hæc ex opportuna correptione exaggeratio irrisoria Romanorum in suos deos, quum in
censum deorum & ad parem diuinitatem non imperatores tantum admittant, qui si res iusto examine
expendantur, tanquam deorum domini magis legitimo cultu venerari merentur. Quos enim volunt
deos faciunt, & viuentes diui augustique nominantur. Sed scorta etiam & magos & cinædos non pro di-
gnitate quidem personarum, sed ex adulatione. Nam si meretrix aliqua adoranda, multo decentiam
Lais illa famosissima, aut Phryne, nobile Athenarum scortum, quæ Xenocratis tamen continentiam
suis illecebris expugnare non potuisse dicitur, adorabitur, quàm Romuli rustica Larentia nutritrix. Tam
bene etiam de delicijs & exoletis Hyla aut Sarmentus aliquis & de seruis Narcissus, quàm Antinous, qui
nuper in gratiam Hadriani diuinos honores promeruit. quanquam si cuncta quæ ad deos de antiquita-
te commendatos pertinent exquirantur, neotericis non inuenientur nobiliores, nec meliores.

Volo & ritus vestros recensere: non dico quales sitis in sacrificando, cum eneclta
& tabidosa & scabiosa quæque mactatis, cum de opimis & integris superuacua quæ-
que truncatis ²⁰³ capitula & vngulas, quæ domi quoque pueris vel canibus destinassetis.
C Quum de ²⁰⁴ decima Herculis nec tertiam partem in aram eius imponitis. Lau-
dabo magis sapientiam, quòd de perditò aliquid eripitis. [²⁰⁵ Sed conuersus ad lite-
ras vestras, quibus informamini ad prudentiam, & ad liberalia officia, quanta in-
uenio ludibria? ²⁰⁶ Deos inter se propter Troianos & Achiuos vt gladiatorum paria
congressos depugnasse: Venerem humana sagitta fauciatam, quòd filium suum Æ-
neam penè interfectum ab eodem Diomede rapere vellet. Martem tredecim men-
sibus in vinculis penè consumptum. Iouem ne eandem vim à cæteris cœlitibus ex-
periretur, opera cuiusdam monstri liberatum, & nunc flentem Sarpedonis casum,
nunc fœdè subantem in sororem sub commemoratione non ita dilectarum iam pri-
dem amicarum. Exinde quis non poëta ex auctoritate principis sui ²⁰⁷ dedecorator
inuenitur deorum? Hic ²⁰⁸ Apollinem Admeto regi pascendis pecoribus addicit, il-
le Neptuni structorias operas Laomedonti locat. Est & ille de lyricis (²⁰⁹ Pinda-
rum dico) qui Æsculapium canit auaritiæ merito, qua medicinam nocenter exer-
cebat, fulmine vindicatum. Malus Iupiter, si fulmen illius est, impius in nepotem,
inuidus in artificem. Hæc neque vera prodi, neque falsa conungi apud religiosis-
simos oportebat. ²¹⁰ Nec tragici quidem aut Comici parcunt, vt non ærumnas vel er-
rores domus alicuius Dei præsentur. ²¹¹ Taceo de philosophis, Socrate contentus, qui
in contumeliam deorum quercum & hircum & canem deiebat. Sed propterea damna-
tus est Socrates, quia deos destruebat. Planè olim, id est semper, veritas odio est. ²¹² Ta-

E ij

men cum pœnitentia sententiæ Athenienses criminatores Socratis postea affligerint, & imaginem eius auream in templo collocarint, rescissa damnatio testimonium Socrati reddidit.²²³ Sed & Diogenes nescio quid in Herculem ludit, & ²²⁴ Romanus Cynicus Varro ²²⁵ trecentos Ioues siue Iupiteres dicendum, sine capitibus introducit.

Damnationis Christianorum causa omnium iustissima videbatur (vt diximus) & quam iudices potissimum obiciebant, quod contemptores essent religionis, & diis semper maledicerent: non mirum igitur si hoc loco longior se Tertullianus effundat, dum manifestè iuuat variis argumentis exponere, multò magis gentes eadem causa damnari debere, quia non minus suorum deorum maledici sunt & vituperatores, & ab omni profus religione disiuncti. Quod priusquam citatis testibus comprobet (sunt enim hæc à ritibus tracta, vnde omnis cultus deorum religioque pendet & examinatur) per præoccupationem malignitatem eorum taxat in operatione holocaustorum, cum ne extremas quidem hostiarum partes diis adolere patiantur, atque ita defraudent suscepta vota, quasi cum stupidis fatuisque tota res agatur. Sed hæc illi sapienter. Tanto enim minus de suo disperdent. Quid verò religiosis vitis contrarium magis esse videtur, quam Dei sacrosanctum nomen, cuius semper cum præfatione summi honoris meminisse debemus, per nefarias turpitudines traducere, puramque eius ac sapientem naturam cum sordidis ludibriis commaculare? At hoc ipsum Christiani non peccant. Quos enim non credunt, non est quod maledicant. Gentes verò tanta religione præditæ, vt cum diis tanquam cum lenonibus, cum sceleratis, cum lurconibus adolescant, primis suæ ætatis temporibus ad eos se scriptores conferunt, eos addiscunt, & nocturna versant manu versantque diurna, qui de diis tanquam de infimo genere hominum loquuntur. Ferunt hoc domi patresfamilias, foris per omnia theatra publicæ personæ patiuntur, denique in suo regno Imperatores vt de suis diis risus voluptasque carminibus concilietur: quamquam non hoc sola sibi licentia poetarum vendicat, & qui philosophi fuere, ab eiusmodi derisione non abstinuerunt. Nam cum Socrates per canem & anserem, per hircum & quercum & platanum iurabat, tantundem hoc cauillo volebat ostendere Iouem quam canem præcraffe.

xv.

[²²⁶ Cetera lasciuia ingenia etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur. ²²⁷ Dispicite Lentulorum & Hostiliorum venustates, vtrum mimos an deos vestros, in iocis & strophis rideatis. ²²⁸ Mœchum Anubim, & masculum Lunam, & Dianam flagellatam, & Iouis mortui testamentum recitatum, & tres Hercules famelicos irrisos.

Cetera lasciuia ingenia, & c. Vrget hoc vehementius aduersarios. Superiora enim à grauius introducta vitis, plura in suis illis deorum apologis habere posse videntur epimythia, quæ vtramque partem philosophiæ allegoricè prælibent. Hæc verò quæ mimographi ludere solent, ingenia ad lasciuiam nata, siue hypocritarum strophia struthæaque & omnia eiusmodi insignia respicias, siue verba rei que totius figmentum, nihil aliud spectant, quam vt risum & delectationem concitent, ex ea plerumque materia quæ deorum aliquem quasi impudicum scurræ & improbum hellaonem repræsentet. Nam & Valerius, Mimorum, inquit, argumenta maiori ex parte stuprorum continent actus. Genus autem eiusmodi poematis nullum quod sciam nostris temporibus extat: quamquam plures in eo studio excelluerint, vt Cornelius Nepos, Laberius, Marullus, Lentulus & Hostilius, de quibus nunc Tertullianus meminit. Quæ fuerint eorum hypotheses, facile ex his quæ hoc loco denotat, apparet. Dianam enim ex aliquo commissio vulpantem, Lunam tribada in suum forte Endymiona (licet & Lunus idem legatur apud Spartianum in Caracalla) Herculem voracissimum venam & id genus alia peragebant, ita à faceto poeta disposita, vt in recitando cum morum taxatione risum per cuneos excitarent.

²²⁹ Sed & histrionum litteræ omnem fœditatem eorum designant. ²³⁰ Luget sol filium iactatum de cœlo lætantibus vobis, ²³¹ & Cybele pastorem suspirat fastidiosum, non erubescitibus vobis. ²³² Et sustinetis Iouis elogia cantari, & ²³³ Iunonem, Venerem, Mineruam à pastore iudicari.

Triplex est in eadem re deorum irrisio: vna est quam diximus à persona poetarum, altera ex partibus histrionum, qui suis lateribus gesticulationeque & gannitu dum agerent deos, omnes turpiores muliebrisque affectus exprimebant, quo nihil in contemptum religionis nequius fieri potest. De Cybele verò & Aty, qui adolescens à matre deorum adamatus studio muliebri, à se ipse castratus Atte factus est: cuius mysterium Galli sacerdotes digladiantes imitabantur vsque ad Almonem fluuium extra urbem: Item de Phaëtonte & iudicio Paridis, omnibus dramata notissima sunt.

Quid quod imago Dei vestri ignominiosissimum caput & famosum vestit? quod corpus impurum & ad istam artem effœminatione productum Mineruam aliquam vel Herculem repræsentat? nõne violatur maiestas, & diuinitas constupratur laudantibus vobis.

Alter hic est ab histrionibus contemptus deorum, quod scilicet ij qui deorum personam induunt in scena, ignominiosum genus est hominum & aliorum famosissimum. Mimæ enim mulieres & pantomimi tam malè audiebant, vt quemadmodum Tacitus testatur, senatoribus olim vetitum fir ingredi tabernas eorum: at quanto minus maiestati deorum parere debebant?

224 Pla

A ²²⁴ Planè religiosiores estis in cauea, vbi super sanguinem humanum, super inquina-
menta pœnarum proinde saltant dii vestri, argumenta & historias noxiis ministrantes, nisi quod & ipsos deos vestros sæpe noxij induunt. Vidimus aliquando castratum Aryn illum Deum ex ²²⁵ Pessinunte, & ²²⁶ qui viuus ardebat, Herculem induerat. Risimus & inter ludicras ²²⁷ meridianorum crudelitates ²²⁸ Mercurium mortuos cauterio examinantem. Vidimus & Iouis fratrem gladiatorum cadauera cum malleo deducentem. Singula ista quæque adhuc quis posset inuestigare, si honorem inquietant diuinitatis, si maiestatis vestigia ²²⁹ obsoletant; de contemptu vtique censentur, tam eorum qui eiusmodi factitant, quam eorum quibus factitant. Sed ludicra ista sunt.

De scena in arenam descendit, cum ironia demonstrans multò illic magis esse gentes impias minusculeque religiosas. Nam præter ea quæ superius dicta sunt, adiungitur deos sub histrionum persona pollui humano sanguine fauoribusque inquinamentis, inter sese saltitantes. nam vt Martialis aliique quamplures testantur, in peragendis fabulis, si cædes intercedebat, destinabantur in eam rem damnati, vt non ex ingenio, sed ex rebus ipsis populo vera exhiberetur. Quum itaque castratio Arys (elegantè à Catullo deplorata) in gratiam suæ Cybeles ex Pessinunte oppido Phrygiæ repræsentada erat, dånatus homo agebat Aryn, verèque euirabatur. Eadem ratione si Hercules in Oeta monte cremabundus introducebatur, in vicè eius homo exurebatur ex damnatis. Si cum Mercurio res erat aut cum Plutone, vt ille candenti cauterio mortuos præteraret, ille malleo & incude confirmaret, præter erant cadauera gladiatorum. Quæ omnia simul cum aliis id genus quidam honorem deorum perturbent, maiestatemque imminuant, & quasi obsoletant faciant, vt pote ridicula & fabulosa, nemini dubium est quin ex contemptu fiant, tam actorum quam spectatorum aduersus deos.

B Sed ludicra ista sint. Ceterum si adiciam quæ non minus conscientia omnium recognoscent, ²³⁰ in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipsis plerumque ædituorum & sacerdotum tabernaculis, sub iisdem ²³¹ vittis & apicibus & purpuris thure flagrate libidinem ²³² expungi: nescio plúsne de vobis dii vestri quam de Christianis querantur. Certè sacrilegi de vestris semper apprehenduntur. ²³³ Christiani enim templa nec interdum norunt, spoliarent forsitan ea & ipsi, si & ipsi ea adorarent.

Romanorum religionem, si quis historias accuratius recognoscat, vnà cum iure publico perisse comperiet, ita vt eius speciem aliquam Cæsares vix retinuerint, ex ambitione tamen ac metu rerum nouarum: ex quo factum est vt iudices prætorisque, dum suo adulari cauerique volunt imperatori, Christianis enixissimè restiterint. nam suos illos deos tantum aberat, vt esse crederent, vt omnibus modis contaminarent, templaque deorum perinde ac profana loca haberentur. Quoties enim legimus amores in templis conciliatos, Camillótque inter sacrificandum constupratos à pontificibus? flaminisque vittatos pileatótque in sacrariis libidinem expressisse? Nimirum, inquit Tertullianus, multò magis de vobis dii si sunt, conquiri possunt, quam de Christianis. qui si eos non colunt, mille tamen probis non dedecorant: manifestum est etiam tam multos sacrilegos, qui à vobis quotidie mulctantur, vestrates esse. Conuenit enim vobiscum Christianos templa deorum nunquam adire. Atque ita incesti crimen & sacrilegij in aduersarios recuditur.

C Quid ergo colunt, qui talia non colunt? Iam quidem intelligi subiacet veritatis esse cultores, qui mendacij non sint: nec errare amplius in eo in quo errasse se recognoscendo cessauerunt. Hoc prius capite, & omnem hinc sacramenti nostri ordinem haurite, repercussum ante tamen opinionibus falsis. [²³⁴ Nam vt quidam, somniactis caput asinum esse deum nostrum. Hanc ²³⁵ Cornelius Tacitus suspicionem eiusmodi inseruit. Is enim in quinto Historiarum suarum bellum Iudaicum exorsus ab origine gentis, etiam de ipsa tã origine, quam de nomine & religione gentis quæ voluit argumentatus, Iudæos refert Ægypto expeditos, siue, vt putauit, extorres, in vastis Arabiæ locis aquarum egentissimis, cum siti macerarentur, onagris qui fortè de pastu potum petitari æstimabantur indicibus, fontibus vfos: ob eam gratiam consimilis bestiæ superficiem consecrassent. Atque ita inde, opinor, præsumptum, nos quoque vt Iudaicæ religionis propinquos, eidem simulachro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus sane ille mendaciorum loquacissimus, in eadem historia refert Cneum Pompeium cum Hierusalem cepisset, propterea que templi adiiisset speculandis Iudaicæ religionis arcanis, nullum illic reperisse simulachrum. Et vtique si id colebatur quod aliqua effigie repræsentabatur, nusquam magis quam in sacrario suo exhiberetur, eo magis quia verebatur extraneos arbitros vana cultura. ²³⁶ Solis enim sacerdotibus adire licitum, & conspectus cæterorum velo oppasso interdicebatur. Vos tamen non negabitis & ²³⁷ iumenta omnia, & totos cantherios cum sua Hippona coli à vobis. Hoc forsitan improbandum, quod inter cultores omnium pecudum, bestiarumque asinarij tantum sumus.

Exod. 26.

E iij

Tempestiua addubitatio, & necessaria apologia, quæ Christianos non modo non contemptores esse religionis persuadeat, sed etiam amatores asseueret, maximèque omnium religiosos, vt qui à falso cultu se vindicauerint, & verum pro viribus amplecti conentur. In primis igitur, inquit, capite tenetèque hoc quod per se patet symperasma. Christiani non colunt deos quos esse falsos docuimus, colunt autem ali-quod numen, ergo verum colunt. Quis ille sit audietis breuiter à nobis, cum primum nonnulla quæ falso de Christiana religione circumferantur, ex animis vestris eximemus. Ita enim attentiores sibi comparat auditores ad eam rem, & maiorem fidem conciliabit, cum nihil illa famam extimescere aut dissimulare demonstratur. Quæ vero contra vulgarem opinionem redarguit à testimonio, & à loco qui est à simili, quatuor sunt. Effigiem asini non esse deum Christianorum, non mirum si crucem venerentur, solem pro deo non adorari: postremo non ea forma esse Christianis deum, qua productus est à quodam in tabula. Et quoniam rumores interdum non sine certa causa in vulgus manare solent, vnde hæc asini suspicio inuaserit animos gentium edocet. Nam cum noua Christianorum religio non multum ab antiqua Iudæorum discreparet, & autore Tacito Iudæi, qui Mose duce à siti per onagros respirassent, asini effigiem factasse dicerentur, facile receptum est apud maleuolos eandem Christianos asinariam superstitionem admisisse, vnde & asinarij appellarentur, licet contra veram significationem: nam qui asinos agit, asinarius dictus est, vt mulio qui mulos. Hoc facile refellitur. Autori enim eius rumoris Cornelio non est credendum: primum quia ignarum veræ historiæ multa falsa ridiculæque inseruisse, quilibet aperte deprehendit, qui totum eius qui citatur locum perlegat: deinde quia ipse sibi aduerfatur, cum in ea historia quam ad veritatem accepisse à suis verisimilius est, Pompeium dicat nullum in penetralibus templi Hierosolymitani simulachrum inuenisse: at scubi stabat, illic certe dicatur esse debebat, quanquam neque hoc gentes irridere deberent, apud quas non tantum pegasus ille, nec caput tantummodo equinum, sed toti cantherij, id est castrari equi in honorem Hipponæ deæ dicantur, quæ & ipsa ab equis nomen suum detraxit. Mitto serpentes Æsculapij, bouem Apis, Hammonis arietinum caput, aliæque eiusmodi plura, quæ gentes superstitione venerantur: vt si vnus asini effigies nobis quoque reuera cole-retur, id sane vitio aut infamiae veri non debeat, magis quam vobis, qui cum tot alijs vbi que bestiis supplicatis, non tantum asinarij, sed serpentarij, boarij, equinariisque appellari potestis.

²³⁸ Sed & qui crucis nos religiosos putat, ²³⁹ consecraneus erit noster, cum lignum aliquod propitiatur. viderit habitus dum materiæ qualitas eadem sit: viderit forma dum id ipsum Dei corpus sit, & tamen ²⁴⁰ quanto distinguitur à crucis stipite Pallas Attica? & Ceres farrea, quæ sine effigie rudi palo & informi ligno prostant? Pars crucis est omne robur, quod erecta statione desiguitur, nos si forte integrè & totum Deum colimus. Diximus originem deorum vestrorum à plastis de cruce induci. ²⁴¹ Sed & victorias adoratis, cum in tropæis cruces intestina sint tropæorum. Religio Romanorum tota castrensium signa veneratur, signa iurat, ²⁴² signa omnibus dijs præponit. ²⁴³ Omnes illi imaginum suggestus insignes, monilia crucium sunt. ²⁴⁴ Sypara illa vexillorum & ²⁴⁵ Cantabrorum stola-crucium sunt. Laudo diligentiam, noluitis nudas & incultas cruces consecrare.

Paulo post commodius exponet quam obrem Christiani crucem venerentur: hoc loco satis est, si quod absurdum de cruce videbatur, apud gentes aliquo modo committigaret, exemploque eorum appareat nec nouum neque adeo temerarium videri posse. De ipsius itaque rei subiecto, & ex definitione probat Romanos præcipue in hac parte consecratos esse, & eiusdem cum Christianis hæreseos, cum materiam & ipsi adorent, lignæque deorum simulachra. Si enim rei substantia, non habitus nec forma perpenditur, quid enim si recta magis se habeant, siue transuersa minus, aut aliam de se speciem faciant decen-tiorem quàm aliam? sint modo lignea diuersa figura & Deus vester & crux, vtrique eandem materiam colimus. Quamquam de dijs optime scalpello elaboratis ex politisque distantior collatio videtur, at vero cum sudes apud vos & informe lignum expositum in limitibus, in hortis pro Cerere ac pro Priapo habeantur, parum mehercule isthæc à cruce nostra discedunt. Quod si dicas partem esse crucis eiusmodi simulachrum, quid tum? nos forte melius, qui tota totum Deum repræsentamus. Sed & illa quæ in conformatione deorum vestrorum superius diximus, ad hunc locum faciunt, cum plastas, id est eos qui ex luto fingunt, dicemus super patibulum stipitemve argillam astruere in effigiem deorum: in iis igitur veluti intestina cruces sunt, quemadmodum & in victoriarum simulachris. Sed & signa illa imperatorum in castris, quæ milites omnibus præferunt dijs, festis diebus vnguento etiam perungentes, nonne ita constructa sunt, vt suggestus crepidinisque illorum videantur cruces exornatæ monilibus? Sypara etiam vclaque illa è longioribus hastis dependentia vexillorum, in quibus præter alias imagines & nomen imperatoris adscribitur, per quod solennius quàm per Iouem iurare soletis, nonne sunt quasi stola-crucium? id tantummodo interest, quod nos nudas in altaribus cruces statuimus, vos exornatas & excultas vbi que dicatis.

Alij plane humanius & verisimilius solem credunt Deum nostrum. ²⁴⁶ Ad Persas si forte deputabimur (licet solem non in linteo depictum adoremus) habentes ipsum vbi que in suo clypeo. denique inde suspicio, quod innotuerit nos ²⁴⁷ ad orientis regionem precari. Sed & plerique vestrum in affectatione aliquando vt cælestia adorandi ad solis ortum labia vibratis.

A tis. ²⁴⁸ Quæ si diem solis lætitiæ indulgemus, alia longè ratione quàm religione solis fecundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni ocio & victui decernunt, exorbitantes & ipsi à Iudaico more, quem ignorant.

Tertia hæc est opinio nonnullorum à consequentibus, verisimilior tamen, qui duabus coniecturis inducebantur, quod sol à Christianis adoraretur, quia preces ad orientem versi fundebant, quodque diem solis, qui dominicus dictus est, lætum ac festum celebrarent: at hoc etiam si verum sit, damnare nos, inquit, impietatis non debebat. nam etsi depictum solem in clypeis, vt Persæ, non adoramus, tamen in eorum superstitione facile censei possumus, quando & Romæ etiam multi sint, qui tædio simulachrorum affectantes aliquando cælesti aliquid venerari, labia ad orientem solem (nihil enim eo præstantius vident) precando moueant. Quod autem ad diem solis attinet, vt paulo inferius patebit, alia ratio est à cultu solis, quæ nos eum diem qui est à Saturni secundus, & à Iudæis superstitione obseruatur, celebrare persuadet. nam & illi nesciunt suam legem explosam iam & exoletam refraxisse.

Sed noua iam Dei nostri in ista ciuitate proximè æditio publicata est, ex quo quidem in frustradis bestiis mercenarius noxius picturam propofuit cum eiusmodi inscriptione, Deus Christianorum ²⁴⁹ ononychites. Is erat auribus asininis, altero pede vngularis, librū gestans, & rogatus. Risimus & nomen & formā. Sed illi debebat adorare statim biforme ²⁵⁰ numē, quia ²⁵¹ & canino & leonino capite cōmixtos, & de capro & de ariete cornutos, & à lumbis hircos, & à cruribus serpentes, & planta vel tergo alites deos receperunt. Hæc ex abundantia, ne quid rumoris irrepercussum, quasi de conscientia præterissemus. Quæ omnia, conuersi iam ad demonstrationem religionis nostræ, repurgauimus.

B Nulla fuit vnquam secta quæ tot tantisque hinc inde modis diuexaretur quàm Christiana. Vires, ingenia, odia omnium ordinum coniurarunt ad excidium eius, vt inter alia maximè mirum videatur, cōtra tantas hostium iniurias pullulari potuisse: semper tormenta & irrisiones præstò erant, illa à principibus viris, cæ plerumque ab infima plebe, quæ principibus adulabatur. Quale hoc est quod nunc à Tertulliano refertur. Homo enim mercenarius noxiūque gladiator, vt puto, qui suis noxis ad bestias damnandus, illas à sui corporis pastu, vel suo corporis robore, vel iniquitate iudicum defraudabat, tanquam gloriosus miles tabulam in apertum producere ausus est, in qua quod erat monstrum depictum, Christum esse dicebat, & à forma Ononychiten appellabat, quasi asinūgularium: quod tantū à forma vera abhorrebat, quam Christiani venerabantur, vt tabulam intuentes non possent non ridere & ignorantiam & imprudentiam hominum, qui dum alios ridere volunt, suam ipsi stultitiam detegunt. nam quibus id biforme portentum pro Deo conueniat magis, quàm iis qui Iouem Hammonium colunt arietis capite, Panæque & Satyros, Eumenidasque & alia id genus mōstra innumerabilia, quæ ab Ouidio lib. præsertim quinto Metamorph. recensentur? Sed hæc omnia diligentius diluentur, vt diximus, in exponenda vera Christianorum religione, ad quam nunc opportunè Septimius transit.

[²⁵² Quod colimus nos, Deus vnus est, qui totā molem istā cum omni instrumēto ele-xv i t. mentorū, corporū, spiritūū, verbo, quo iussit, ratione, qua disposuit, virtute, qua potuit, de Dent. 6. nihilo exprefit, in ornamentum maiestatis suæ: ²⁵³ vnde & Græci nomen mundo *κόσμον* Esa. 40. accommodauerunt. Inuisibilis est, etsi videatur; incomprehensibilis, etsi per gratiam repræsentetur; inæstimabilis, etsi humanis sensibus æstimetur, adeo verus & tantus est. Ceterum quod videri communiter, quod comprehendere, quod æstimari potest, minus est & oculis quibus occupatur, & manibus quibus contaminatur, & sensibus quibus inuenitur. Quod vero immensum est, soli sibi notum est: hoc quod est, Deū æstimari facit, dū æstimari non ²⁵⁴ capit. ²⁵⁵ Ita eum vis magnitudinis & notum hominibus obicit & ignotum. Et hæc est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt.

Nullibi Atticismus Tertulliani vberior apparet, ex medio Theologiæ thesauro illa de Deo prompsit, quæ maiestate tanti numinis seruata, tamen ab humano intellectu ita percipiuntur, vt amplecti etiam necesse sit, & Christianos nos esse non pœniteat. Quod igitur, inquit, nos colimus, ne vos Christianos sine Deo, sine religione arbitremini, vnus est Deus, non ea quæ apud vos est incondita turba deorum: neque is est qui natales ortūque ex aliqua insula traxerit, sed qui totam hanc molem naturæ, totūque mundum, quem à nomine ornamentum *κόσμον* Græci dixerunt, condidit: in qua si fabricam, si ordinem, si causam admiraris, talis est eius virtus, talis ratio & verbum, vt ex nihilo facile omnia de sese potuerit excludere, ob eam causam, vt sua maiestas ex tanto opere condecoraretur, innotesceretque natura. Cū-que ea sit eius substantia, vt eam sua magnitudine animus noster capere nequeat, ac multo minus exprimere verbis (nam in quærendo Deo more Academico per negationem incedentes, cum non sit hoc, neque hoc, nec illud, in aliquam cognitionem commodius veniemus) ita tamen facile videtur intelligiturque per sensus, vt negari non possit. Atque id est maximum Dei argumentum, quod intelligatur adesse, quomodo aut quantus non intelligatur, alioqui intra ingenium nostrum contineretur: nihilque maiorem de se nobis opinionem faceret, quàm quæ multa sunt in natura cognita à sapientioribus, si omnium rerum certissimus, non videretur similis incerto. Merito igitur Septimius loco maximi summi-que delicti ponit, id quod etiam Paulus Apostolus ad Romanos, Quod quum tota natura gloriam

Dei præ se ferat, gentes creatore neglecto creatis diuinum honorem attribuerint.

D

Vultis & ex operibus ipsius tot ac talibus quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur: vultis ex ²⁵⁶ Animæ ipsius Testimonio comprobemus? Quæ licet carcere corporis pressa, licet institutionibus prauis circumscripta, licet libidinibus & concupiscentiis euigorata, licet falsis diis exancillata, cum tamen respicit, vt ex crapula, vt ex somno, vt ex aliqua valitudine, ²⁵⁷ & sanitate suam patitur, Deum nominat; hoc solo quia proprie verus hic vnus Deus, bonus & magnus. Et quod Deus dederit, omniū vox est. Iudicem quoq; contestatur illum, Deus videt, & Deo comendo, & Deus mihi reddet. O testimoniū animæ naturaliter Christianæ. Deniq; pronūciās hæc, nō ad Capitolium, sed ad cælum respicit. Nouit enim sedem Dei viui; ab illo, & inde descendit.

Electio hæc oblata iudicibus & copiam & fiduciam habet persuasionis. Tam multa sunt in natura suo quæque tempore procedentia, vicissimque subuenientia ad solam hominis conseruationem contemplationemque proposita, vt si quis vel mediocri ingenio ordinem eorum, si finem cōtempletur, vis Dei quædam in tota natura latens manifestè deprehendatur: nec etiam minus est argumentum quod ab animis nostris sumitur. Licet enim noster animus multis inquinamentis abducatur à suo naturali proposito, frequens tamen illic recurrit, vt exprimat innatos veritatis igniculos. Passim itaque videre est, cuiusque hæreseos homines, vel Epicureos (vt de Cassio refert Plutarchus) quodocunque vel à vitio, vel ab instituto imprudenter remittantur, aliquid statim proferre, quo & immortalitatem animorum, & diuinum numen profiteantur. nam quid hoc est, quod sapius in cælum conuersi Deum appellemus? nempè ob eam causam, quod illic vnus de quo loquimur, proprie verus est Deus bonus & magnus: cui etiam benignitatem facultatemque omnium rerum quotidie acceptam referimus, cum illa frequenter verba suspendimus aut affueramus, dicentes, Deus dedit, Deus abstulit: cum vero, Deus videbit, aut Deo commendo, tam frequenter vsurpamus, nōne iudicem esse contestamur confirmamūque? Quæ omnia præ se ferunt naturale, id est certum animi testimoniū de Deo, fidemque Christianam id mirum perficere, quod natura exorditur in nobis.

XVII. [²⁵⁸ Sed quo plenius & impressius tam ipsum quàm dispositiones eius, & volūtales adiremus, instrumentum adiecit litteraturæ, si qui velit de Deo inquirere, & inquisitū inuenire, & inuento credere, & credito deseruire. Viros enim iustitia & innocentia dignos Deū nosse & ostendere à primordio in seculum emisit spiritu diuino inundatos, quo predicarent Deum vnicū esse, qui vniuersa condiderit, qui hominē de humo struxerit (²⁵⁹ hic enim est verus Prometheus, qui seculum certis temporum dispositionibus & exitibus ordinauit) exinde quæ signa maiestatis suæ iudicantis ædiderit per imbres, per ignes, quas demerendo sibi disciplinas determinauerit, quæ ignoratis & desertis. ²⁶⁰ Sed & obseruantibus quæ præmia destinaret, vt qui producto æuo isto iudicaturus sit suos cultores in vitæ æternæ retributionem: profanos ²⁶¹ in ignem æquè perpetem & iugem, suscitatis omnibus ab initio defunctis, & reformatis, & recentis ad vtriusque meriti ²⁶² distinctionē. Hæc & nos risimus aliquando. De vestris fuimus, fiunt non nascuntur Christiani.

Poterant ea quæ in natura fiunt, ex ipsa consuetudine haud ita quibusdam admiranda videri, neque ita eximia vt in his emicet Deus. Talibus igitur qui monitore egebat noluit deesse Deus, simul vt aliis se plenius informaret. Addidit enim monumenta litterarum sacrarum, ex quibus certam omnium rerum notitiam deciperemus ab orbe condito. A primordio enim seculi homines qui se innocentes ab iniustitia seruabant, vt dignos quibus se reuelaret allegit, suoque spiritu sancto afflato ita instruxit, vt per traditiones & scripturas posteris conditorem se naturæ totius insinuare possent, hominūque plassem (qui à fabulosa Græcia Prometheus est dictus) prædicarent, itēque sequenti tempore restarentur, quo pacto maiestas ipsius fontes hominum vindicavit aquarum diluuii, & sceleratos populos deiecto igne combusserit. Quas deinde leges in reconciliationem imposuerit, quæ pœnæ maneat refractarios, & quibus præmiis obsequentes afficere destinaret. Quando exacto hoc æuo venturus sit ad iudicandum, & qui mortui sunt, & qui viuimus pro vtriusque meriti distinctione. Excitatis enim defunctis omnibus reformatisque in integrum, vitam suis cultoribus perpetuam rependet cum summo honore, profanos autem igni similiter perpetuo addicet. Quam rerum seriem & nos olim vobiscum ridebamus quasi commentitiam: cum vero meliori examine perpendimus, libenter in talem sententiam conuoluimus. Non enim Christianum dogma natura nobis conciliat: totum ab hæresi nostra est, quæ de certa potioris cognitione exoritur. Neque vero leuis existimanda est eius causæ vis, quæ naturalibus affectibus moribusque renuncians nos ad amplectenda cogit, quibus vniuersus orbis aduersatur.

²⁶³ Quos diximus prædicatores, prophetæ de officio præfandi vocantur. Voces eorum itēque virtutes quas ad fidem diuinitatis ædebant, in thesauris litterarum manent: nec istæ nunc latent. ²⁶⁴ Ptolemæorum eruditissimus (quem Philadelphum supernominant) & omnis litteraturæ sagacissimus, cum studio bibliothecarum ²⁶⁵ Pisistratum (vt opinor) æmularetur, inter cætera memoriarum, quibus aut vetustas, aut curiositas aliqua

A qua ad famam patrociniabatur, ex suggestu ²⁶⁶ Demetrii Phalerei grammaticorum tunc probatissimi, cui præfecturam mandauerat, libros à Iudæis quoque postulauit, proprias scilicet atque vernaculas litteras, quas soli habebant. Ex ipsis enim & ad ipsos semper prophetæ perorauerant, scilicet ad domesticam Dei gentem ex patrum gratia. Hebræi retro, qui nunc Iudæi, igitur & litteræ Hebrææ, & eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolemæo à Iudæis subscriptum est, ²⁶⁷ septuaginta duobus interpretibus indultis: quos ²⁶⁸ Menedemus quoque philosophus prouidentia vindex ²⁶⁹ de sententia communiōne suspexit. Affirmauit hæc vobis etiam ²⁷⁰ Aristæas, ita in Græcum stylum ex aperto monumenta reliquit. Hodie ²⁷¹ apud Serapæum Ptolemæi bibliothecæ cum ipsis Hebraicis litteris exhibentur. Sed & Iudæi palam lætitant, ²⁷² veltigalis libertas vulgo aditur, sabbatis omnibus: qui audierit, inueniet Deum: qui etiam studuerit intelligere, cogetur & credere.

Quum Instrumentum veteris legis strictim breuiterque Tertullianus procurrens, illic thesaurum esse totius naturæ inuisset, non satis auditoribus fecisse videri poterat, nisi quænam hæc essent scripta, vbi reperiantur, à quibus cognita, certo testimonio indicaret. Fidem igitur autoritatēque illis obiter comparans ex iis argumentis quæ ad cognitionem iudicum iam dudum venisse poterant, primum autores scripturæ nominat: qui à vaticinando prophetæ dicti sunt. ij enim cum oracula cæque virtutes æderent, quæ finem metæque diuinitatis viderentur attingere, iis litteris mandata fuere, quæ Hebræicæ dicuntur adhuc superstitēs: sed indigenæ quidem apud Iudæos, qui olim Hebræi dicti sunt (quorum patres cum Deo maximè grati essent, apud se aliquem semper prophetam habuerunt) & aduenæ apud Græcos opera sanè B Ptolemæi cognomento Philadelphii, qui cum ad imitationem Pisistrati Atheniensium tyranni bibliothecam omnibus refertam scriptorum generibus in Serapio dedicare veller, præfecit ei negotio Demetrium Phalereum, cuius adhuc scientiæ fama superest, atque inter alia quæ vndique comparabat monumenta, acciuit etiam ex suggestione monitisque eiusdem Phalerei sacra volumina ab Hebræis, quæ apud alias gentes non reperiebantur. Iudæi verò non modò in scriptis suis regi gratificati sunt, sed ne notitia eorum desideraretur, cumulatè eius voluntati subscriperunt, faueruntque duobus & septuaginta viris primæ eruditionis missis, qui mysteria eius scripturæ interpretantes in Græcum sermonem transferrent. Quod ne fortè commentitium putaretur, triplici corroborat testimonio: Menedemi primum philosophi, qui ad eò prouidentiam tutatus est, vt vindex eius meritò dicatur: sua is quoque sententia laudauit, admiratusque est talem disciplinam. Aristæas præterea eius rei monumentum reliquit stylo Græco exaratum. Ad hæc videri legique hæc omnia possunt hoc tempore in ipso Serapidis templo. Sed cui hæc longinquiora videantur, præstò aderit Romæ sabbatis omnibus, vnde hæc eadem ex Iudæis cognoscere possit. cuique enim patet eorum synagoga, dummodo hanc illi suam libertatem solutis fisco tributis conferuent.

[²⁷³ Primam instrumentis istis autoritatem summa antiquitas vindicat. Apud vos quoque religionis est instar, fidem de temporibus asserere. Omnes itaque substantias, omnesque materias, origines, ordines, ²⁷⁴ venas veterani cuiusque styli vestri, gētes etiam plerasque & vrbes insignes, ²⁷⁵ historiarum causas & memoriarum, ipsas denique ²⁷⁶ effigies litterarum, indices custodēsque rerum, & (puto adhuc minus dicimus) ipsos ²⁷⁷ inquam deos vestros, ipsa templa, & oracula, & sacra vnus interim prophetæ scrinium seculis vincit, in quo videtur thesaurus collocatus totius Iudaici sacramenti, & inde etiam nostri. Si ²⁷⁸ quem audistis interim Moysen, Argiuo Inacho par est ætate; ²⁷⁹ quadringentis penè annis: nam & septem minus, Danaum, & ipsum apud vos vetustissimum, præuenit; ²⁸⁰ mille circiter cladem Priami antecedit. ²⁸¹ Possē etiam dicere, quingentis amplius & Homerum; habens quos sequar. Ceteri quoque prophetæ, et si Moysi ²⁸² postumant, ²⁸³ extremissimi tamen eorum non retroiores deprehenduntur primoribus vestris sapientibus & legiferis & historicis. Hæc quibus ordinibus probari possint, non tam difficile est nobis exponere quàm enorme, nec arduum, sed interim longum. multis instrumentis ²⁸⁴ cum digitorum supputariis gesticulis assidendum est. referenda antiquissimarum etiam gentium ²⁸⁵ archiua, Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum: aduocandi etiam municipes, per quos notitia subministrata est, aliqui, ²⁸⁶ Manethon Ægyptius, & ²⁸⁷ Berofus Chaldæus: sed & ²⁸⁸ Hieronymus Phœnix Tyri rex: sectatores quoque eorum ²⁸⁹ Mendesius Ptolemæus, & ²⁹⁰ Menáder Ephesius, & Demetrius Phalereus, & ²⁹¹ rex Iuba, & ²⁹² Appion, & Thallus, & qui istos aut probat, aut reuincit, Iudæus Iosephus antiquitatu Iudaicarum vernaculus vindex. ²⁹³ Græcorum etiam censuales conferendi, & quæ quando sint gesta, vt concatenationes temporum aperiantur, per quæ luceant Annalium numeri. Peregrinandum est in historias & litteras orbis, & tamen quasi partem iam probationis intulimus, quum per quæ probari possint, aspersi-

XIX.

mus. Verum differre præstat, ne vel minus perfequamur festinando, vel diutius eua-
gemur perfequendo.

Legitimo ordine incedit oratio, quæ cum sacra scripta Christianorum indicauerit, cuius essent notæ, argumenta deinde prosequitur quibus fidem eorum fulciat, parum enim fuerit monstrasse literas, nisi aliqua autoritate apud aduocantes communitent. Duobus itaque locis demonstrantur esse veræ ex antiquitate originis earum, & ex suo quotidiano testimonio, quorum neutrum impugnare Romani præsertim possunt, cum & ipsi loco ab auctoritate vtantur, ad insinuandam suarum rerum auctoritatem, neque id iniuriâ. nam cum omnia reuelat dies, quo quidque diutius durat, magis etiam probetur necesse est. At Pentateuchus ipse à Mose conditus thesaurus sacrorum omnium multis seculis superat, non modò memorias, & quicquid primum ponitur in vestris monumentis, sed vestros ipsos deos & oracula. Nam cum ante Danaum vestræ gentis nulla sit memoria, Moyses ipse qui traditiones suorum maiorum litteris commendauit, floruit, quo tempore regnabat Inachus Argis: sed & aliorum prophetarum nouissimi, antiquiores antiquissimis vestris conditoribus computantur: id quod vobis iudices certius probare nunc mihi parum est tempestiuum, non quod hoc difficile sit & arduum: sed quia enorme & immensum foret, & longioris temporis vsuram desideraret, quàm mihi sit per clepsydram concessum ad dicendum: satis est monstrasse locos, vnde materia abundè suppeditaret. Is enim census omnium gentium ex autoritate scriptorum fieret, si in potentioris temporis campum res differretur, vt Hebræorum gens & scripta longè aliis omnibus vetustiora colligerentur.

XX.

Matth. 25.

[²⁹⁴ Plus iam offerimus pro ista dilatione; ²⁹⁵ maiestatem scripturarum, si non vetustatem, diuinas probamus, si dubitatur antiquas; nec hoc tardius aut aliundè descendendum; coram sunt quæ docebunt, mundus, & seculum, & exitus. Quicquid agitur, prænunciabatur; quicquid videtur, audiebatur. ²⁹⁶ Quod terræ vorant vrbes, quod insulas maria fraudant, quod externa atque interna bella dilaniant, quod regnis regna compulsiunt, quod fames, & lues, & locales quæque clades & frequentia plerumque ²⁹⁷ mortium vastant; quod humiles sublimitate, sublimes humilitate mutantur; quod iustitia rarefcit, & iniquitas increbrescit, bonarum omnium disciplinarum cura torpescit; quod etiam officia temporum, & elementorum munia exorbitant; quod & ²⁹⁸ monstris & portentis naturalium forma turbatur, prouidenter scripta sunt. Dum patimur, leguntur; dum recognoſcimus, probantur. Idoneum, opinor, testimonium diuinitatis, veritas ²⁹⁹ diuinationis. Hinc igitur apud nos futurorum quoque fides tuta est, iam scilicet probatorum, quia cum illis quæ quotidie probantur, prædicebantur. ³⁰⁰ Eadem voces sonant, eadem litteræ notant, idem spiritus pulsant. Vnum tempus est diuinationi futura præfanti apud homines, si fortè distinguitur dum ³⁰¹ expungitur, dum ex futuro præfens, dehinc ex præfenti præteritum deputatur. Quid delinquimus (oro vos) futura quoque credentes, qui iam didicimus illis per duos gradus credere?

Quàm aptissimus transitus ad secundam rationem: quasi dicat, Etsi maximè stabat pro causa nostra elicere ex arcanis seculi scriptorum quibus studemus auctoritatem, vnde diuinitas eorum probaretur, quia tamen opportuniori loco referendum hoc est, potuit iniicere suspicionem, ne vetustas aliundè accessita fera nimis testimonia afferret. Sed heus vos, ecce quod maius est, pro ista dilatione adduco. Mundus ipse, ætates seculorum exitusque rerum coram vos docere monerèque possunt, quanto numine sint exarata. nihil enim memorabile postea interuenit, aut nunc accidit, aut in posterum aduenit, quod in his nò prædicatur, sicuti audire est ex iis qui spiritus sancti gratia mysteriorum interpretationem adipiscuntur. Nam quod omnia interna pariter & externa bellis delæuiant, quod frequentis cæribusque populorum demortuis loca deaſtentur, quod nulla iam Delos, nulla Samos inter insulas, quod elementa maligniora videantur, quod ecclesia Christianorum tantopere exagiteretur, omnia hæc iam pridem denunciata fuere, quorum testata fides facit, vt quæcunque futura supersint, pro certis habeantur: quia simul cum his rebus, quas quotidie experientia docet esse veras, prædicta sunt eodem tenore spiritus; cui omnia præsentia sunt, & quasi vnū & idem tempus, licet apud omnes homines ex eo quod aliquid efficitur exprimiturque, distinguere soleat præteritum, & ex futuro præfens colligatur. Non igitur ex hac religione scripturæ dignos esse puto Christianos damnatione, quando haud temerè futuris credatur ab iis qui per præteritorum præsentiumque gradus incedant ad persuadendum.

XXI.

Luc. 3.

[³⁰² Sed quoniam ædidimus antiquissimis Iudæorum instrumentis sectam istam esse suffultam, quam aliquanto nouellam, vt Tiberiani temporis plerique sciunt, profitentibus vobis quoque fortasse: an hoc nomine de statu eius retractetur, quasi sub ymbraculo insignissimæ religionis, certæ licentiæ aliquid, & propriæ præsumptionis abscondat? vel quia præter ætatem, neque de victus exceptionibus, neque de ³⁰³ solennitatibus dierum, neque de ipso signaculo corporis, neque de consortio nominis cum Iudæis

A Iudæis agimus, quod vtique oporteret, si eidem Deo manciparemur? Sed & vulgus iam scit Christum, vt aliquem hominum, qualem Iudæi iudicauerunt, ³⁰⁴ quo facilius quis nos hominis cultores existimauerit. Verum neque de Christo erubescimus, quum sub nomine eius deputari & damnari iuuat, neque de Deo aliter præsumimus. Necesse est igitur pauca de Christo, vt de Deo totum.

Quum eam partem Christianorum dogmatum quæ cum Iudæis communis est, pertractasset Tertullianus, alteram noui Instrumenti, in qua tota causa, *ἡ δὲ τὸ κενώμενον* versatur, nunc exponit, ita vt exponendo defendat. Nam quum Christianus sit Iudæus emendatus, quicumque hanc legis emendationem, quæ auctore Christo irrogata est, ignorabant, Iudæi præsertim in Christianos quoquo modo inuehebantur, quasi in eos qui omninò ab eis tanquam ab aliis diuersi essent. Tribus potissimum, inquit, causis subornati: Primum quia longis post seculis introductum est hoc nostrum nomen, vt quod Tiberio imperante diuulgari cœperit (quomodo nos in libro contra Marcionem fatemur) non sine hypocrisis ferri dicunt, quasi sub ymbraculo atque prætextu Hebræicæ religionis multa licentia abutatur. Deinde quod quum nos eidem Deo deuotos esse profiteamur, præter temporis diuersitatem alios ritus nouamque hæresim inducamus, quum nihil sit non commune nobis in cibis, nulla sabbata colamus, non circumsecemur, neque sub eodem nomine censerī velimus, sed vt vulgo iam patet, quendam Christum tanquam Deum venerantes (quæ tertia est causa cur damnemur) nouum eius nomen nobis adoptemus. Quum igitur his nominibus, id est de causis sectæ Christianorum fortè in retractionem postulationemque veniat (nam ex his quæ hæcenus de religione Dei dicta sunt, necesse erat damnari Christianos aut seruari cum Iudæis) operæpretium videtur esse noua hæc qualia sint patefacere, obiterque tueri; quæ quoniam sub Christo cuncta continentur, de eo seorsum pauca prælibasse necessarium est, simul quo facilius totum id quod ad hanc de cultu Dei rationem pertinet intelligatur. Christi verò tantum abest vt Christianos pœniteat, vt ei se toti deuocant, pro comperto habentes Deū nisi in solo Christo videre neminem posse: neque ideo est, vt quum de Christo non erubescant, de summo Deo aliquid à Iudæis dissentiant.

Iudæis erat apud Deum gratia, vbi & insignis iustitia, & fides originalium auctorum, vnde illis & generis magnitudo, & regni sublimitas floruit, & tanta fœlicitas, vt Dei vocibus quibus edocebantur, de promerendo Deo, & non offendendo præmonerentur. ³⁰⁵ Sed quanta dereliquerint, fiducia patrum inflati ad declinandum, deriuantes à disciplina in profanum modum; & si ipsi non confiterentur, probaret exitus hodiernus ipsorum. ³⁰⁶ dispersi palabundi, & cœli & soli sui extorres vagantur per orbem sine homine, sine Deo rege, quibus nec aduenarum iure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur. Cum hæc illis sanctæ voces præminarentur, eadem ferè semper omnes ingerebant fore, vt sub extimis curriculum seculi ex omni iam gente, & populo, & loco cultores sibi adlegeret Deus multò fideliores, in quos gratiam transferret pleniorē quidem ob disciplinæ auctoris capacitatem. Venit igitur qui ad reformandam & illuminandam eam venturus à Deo prænunciabatur Christus ille filius Dei.

Narratio breuis de Christo, quæ Iudæis aliisque hominibus conuenit, qui eius rei expertes, velut infantes lac appetentes, robustiores cibos reiciant. Cum vero duo in hac re potissimum pertractanda viderentur, primum quis is esset Christus de quo loquimur, deinde quæ causa fuerit eius aduentus: hysteron proteron esse idoneum magis ad persuadendum ratus, à posteriori fidem commodius priori conciliat. Alius itaque causam breuiter repetit cur necessaria fuerit & desideraretur præsentia Christi, præsertim ab Hebræis, quæ gens merito Dei dicebatur, quod penes illos verus Dei cultus inueniretur cum insigni fide, miraculaque iustitia, quo præcipuè tempore Abraham, Isaac, Iacob, Thobias, aliique eius prosapia principes floruerunt. Quorum quidem virtute factum est, vt angeli versari cum illis non dedignarentur, suaque voce Deus præcepta promulgaret, quibus sua erga illos gratia seruaretur simul cum imperio opibusque multis. Quarum rerum fiducia posteriores nimium freti, mox etiam negligentes, paulopost etiam ingrati ita à maiorum suorum disciplina & à diuina institutione, veluti plerique mortalium descuerunt, vt iustitiam Dei in se tristiore pronouocarint, sicut olim benigniorem indulgentiam senserant, non tamen sine certa prædictione adoptionis aliarum gentium. Extremo itaque tempore quod diuini consilij impenetrabilis altitudo à principio destinarat, Christus filius Dei venit in terras, vt pleniore gratia ampliorèque disciplina ore suo mores hominum informatos summo patri Deo reconciliaret, ex nullis non gentibus fideliores sibi homines comparans quàm Iudæos expertus esset. Aliter enim de veritate simul & de virtute actum fuisset apud homines.

Huius igitur gratiæ disciplinæque arbiter & magister, illuminator atque deductor generis humani filius Dei annunciabatur, nò quidem ita genitus, vt erubescat in filij nomine, aut de patris femine, nò de sororis ³⁰⁷ incesto, nec de stupro filia, aut coniugis alienæ Deū patrem passus est, ³⁰⁸ squamatum aut cornutū aut plumatum amatorē aut in auro conuersum Danaidis. Iouis ista sunt & numina vestra. Ceterū Dei filius nullā de ³⁰⁹ impudicitia

habet matrem, etiam quam videtur habere non nupserat. Sed prius substantiam edisserat, & ita natiuitatis qualitas intelligitur.

Assignata causa quamobrem Christum terræ maximè desiderarent, nunc vnde profectus sit exponit. Cùmque superius in appellando Christo, ille filius Dei adiunxisset, ex præoccupatione, infert merito ex eo loco, alium quippe neminem prædixisse vates, qui arbitrium iusque haberet emendandæ legis, infundendæque largioris gratiæ, quique illuminaret ac veluti manu deduceret in portum veritatis humanum genus tamdiu abetrens, quàm filium Dei: filium utique ea ratione quæ superet omnem naturam, non ut de Iouis, inquit, filius vestris numinibus, impudenter fateri soletis vnde cunq; pudendis: neque illi pater contigit is qui stimulante libidine in mille se formas commutarit, ut Ouidius in sexto præcipuè suarum Transformationum commemorat: vestris hæc genealogiæ deorum fabulis conueniunt. Qui vero à nobis filius Dei dicitur, mulierem quidem illam habuit, quæ matris per eum nomen adepta virum non cognouit. Quod & si naturæ repugnet, mirum minus vobis videbitur, si quod est re ipsa & velut ex definitione cognoscetis, quid sit filius Dei. nam quod ex muliere natus est & appellatus Christus, ex adiectione est, quæ substantiæ fundamento percepto minus fuerit admiranda.

Gen. I.
Ioan. I.

Iam ediximus Deum vniuersitatem hanc mundi verbo & ratione & virtute molitum. Apud vestros quoque sapientes λογος, id est sermonem atque rationem constat artificem videri vniuersitatis. Hunc enim Zeno determinat factitatore, qui cuncta in dispositione formauerit, eundem & fatum vocari, & Deum & animum Iouis, & necessitatem omnium rerum. Hæc Cleanthes in spiritum congerit, quem permeatorem vniuersitatis affirmat: & nos etiam sermoni atque rationi, itemque virtuti, per quæ omnia molitum Deum ediximus, propriam substantiam spiritum inscribimus, cui & sermo insit pronuncianti, & ratio adsit disponenti, & virtus præsit perficienti. Hunc ex Deo prolatum didicimus, & prolotione generatum, & idcirco filium Dei & Deum dictum ex vnitæ substantiæ: nam & Deus spiritus. Etiam cum radius ex sole porrigitur, portio ex summa, sed sol erit in radio, quia solis est radius, nec separatur substantia, sed extenditur. Ita de spiritu spiritus, & de Deo Deus. ut lumen de lumine accensum, manet integra & indefecta materiæ matrix, & si plures inde traduces qualitatis mutueris: ita & quod de Deo profectum est, Deus est & Dei filius, & vnus ambo. Ita de spiritu spiritus, & de Deo Deus modulo alternum numerum gradu non statum fecit, & à matricæ non recessit, sed excessit.

Altissimum Trinitatis mysterium Christianis tantummodo reuelatum, homo qui velit optimè explicare, Deum optimè cognoscere necesse habet. At hoc certè minus multo fieri potest quàm Isthmum fodere. Tertullianus itaque cum apud homines eius mysterij penitus ignaros Trinitatem afferre pro cognitione filij Dei cogere, ommissis disputationibus his calumniosis atque perarduis, in quibus nostri deinde Theologi insudarunt, simplici gradu quibusdamque rerum simulachris ingreditur, ut gentes Christum filium Dei & Deum persuadeat: sed verbis etiam certis propriisque indigemus, quibus id quod de Deo noster animus concipit, satis explicare possit, metaphora semper vitimur. Sic & filium & patrem in diuinis personis ponimus, quæ cum animo nostro satis non faciant, pluribus aliisque nominibus opus est: meliusque ac certius filium à Deo inexplicabiliter procedentem exprimere videmur, cum illum logon, id est verbum sermonemque dicimus, aut rationem aut virtutem Dei, cuius opificio Deum superius diximus omnia condidisse. Neque id mirum, inquit, vobis videri debet aut nouum. nam & apud vos docti sapienterque duce natura in eandem sententiam ferè conuenere. Zeno enim admiratus rerum ordinem, logon hunc, quem eundem & fatum, & Deum, & animum Iouis, ac necessitatem appellat, cuncta factitasse dicebat. Sed & spiritus etiam ille, quo omnia hæc congesta Cleanthes afferebat, cuncta penetrante alenteque nobiscum facit: eidem enim verbo propriam spiritus substantiam attribuimus iisdem circumstantiis, ut siue logos, ut Zenoni placuit, siue spiritus, ut Cleanthes, dicatur, quia is prolatus est ex Deo, & ex prolotione deriuationeque illa quodammodo generatus, idcirco à Christianis filius Dei dicitur. idem vero quia est eiusdem particeps substantiæ, Deus quoque merito appellatur. Atque hoc vobis à radio solis discere est, qui cum eiusdem sit cum sole substantiæ, quia tamen à sole tanquam portio ex aliqua summa deriuatur, idem & sol & filius quodammodo solis appellari potest. Ita filius Dei Christus de Deo extenditur, produciturque ex eadem substantia, neque ideo minus Deus est pater, quod ex se alium genuerit: neque filius, quod in alium statum deflexerit, cum & lumen si lumen aliud inflammat, in sua seipsum matrice originèque indeficiens seruet, possitque in varias propagines traduci. Ita vnūque & idem ambo sunt, & alternus hic numerus ut duo videantur & vnus sint, & quod adest alteri, alteri quoque moduletur; diuersa inquam videantur, non statum, id est, conditione & substantia; sed gradu generationis æternæ, qua ab origine illa patris filius excessit propagatusque est, perpetuo quodam ductu, non autem recessit quasi diuulsus.

Iste igitur Dei radius ut retro semper prædicabatur, delapsus in virginem quandam, & in vtero eius caro figurata nascitur homo Deo mistus. Caro spiritu instructa nutritur, adolescit,

A adolescit, affatur, docet, operatur & Christus est. Recipite interim hanc fabulam, similis est vestris, dum ostendimus quomodo Christus probeatur, & qui penes vos eiusmodi fabulas æmulas ad destructionem veritatis istiusmodi præminiftrauerint. Sciebant & Iudæi venturum esse Christum, scilicet quibus propheta loquebantur: nam & nunc aduentum eius expectant. nec alia magis inter nos & illos compulsatio est, quàm quod iam venisse non credunt. Duobus enim aduentibus eius significatis; primo, qui iam expunctus est in humilitate conditionis humanæ; secundo, qui concludendo seculo imminet in sublimitate diuinitatis exercet: primum non intelligendo, secundum quem manifestum prædicatum sperant, vnus existimauerunt. Ne enim intelligerent pristinum, credituri si intellexissent, & consecuturi salutem si credidissent, meritum fuit delictorum. Ipsi legunt, ita scriptum, multatos se sapientia & intelligentia, & oculorum & aurium fruge.

Tres sunt temporum status de Christo considerandi, ut plenior eius notitiam habeant ignorantes. Primus ante luciferum adusque Augusti tempora productus est, in quo purus filius Dei simplexque verbum, qui nunc Christus est, in cælis proxime patrem intelligebatur. Alter tertio & trigésimo deinceps anno ferè absolutus, in quo idem verbum mortalem hominis naturam indutus, duplicem substantiam sub vna persona sustinuit, ac degit in terris Iesus Christus appellatus. Tertius à resurrectione sua nunc est, & durabit in æternum, postquam sublatus in cælum corpore diuinitate illustrato, dextera patrem assidet iudicaturus omne humanum genus. De primo igitur cum satis iam dixisset, nunc secundum Tertullianus insinuat, simplicem nudamque narrationem non refugiens hoc tempore de Deo, qui præter omnis huius naturæ leges factus homo sit, ut tenui hoc inducto principio ad maiora festinet argumenta (ex his enim hoc est, quod à consequentibus fidem sibi conciliat) præsertim cum speret hanc quam gentes fabellam didicant, quod in virginem radius ipse filiusque Dei delapsus corpus assumpserit humanum, ab iis merito recipi posse, quod de suis illi diis haud dissimiles mythologias placidis auribus percipiant. Quam ob rem de tali Christi mysterio mentionem faciens, quod sibi procul est ut leuio- ra dicat, fabulam appellare non veretur, dummodo hac blanditione verbi Christus doceatur, & illi simul qui in omnes gentes Apostoli eiusmodi Euangelium diuulgarunt, in destructionem (ut gentes dicere solent) æmulationemque veritatis recipiantur. Verum mysterium hoc humano corpori Deum copulatum haud inopinum accidisse, neque fuisse præter spem eorum qui vaticinia intelligebant, testimonio comprobatur totius Iudaici populi, qui promissum à suis vatribus talem redemptorem etiamnum expectant, ignari iam dudum venisse. Quæ maxima est inter Christianos Iudæosque conflictatio. atque hoc illis euenit, quod scripta discernere nesciunt, confunduntque simul in vnum duos Christi aduentus, qui à suis prophetis prædicantur. Nam cum prior humilis atque ita abiectus describatur, ut infirmitates, iniurias, crucem denique intenet (qui iam totus in Christo cruci affixo expunctus exactusque est) alter vero potens, sublimis & in ea maiestate quam præ se feret exerta explicataque & distincta diuinitas, quo tempore tota hæc naturæ facies commutabitur, Iudæi nihil de posterioris magnificentia factum fuisse videntes, priori fidem non adhibent. Sed neque hæc eorum cæcitas in scripturis de pristino priorique aduentu sine ratione est. ita enim promeruit illorum delictum, insignisque iniuriæ contra omnes prophetas, contra Deum ipsum, ut oculorum auriumque vsu destituerentur, sicuti testantur sua quæ quotidie vaticinia legunt. Vnde non iniuria protomartyr, Dura, inquit, ceruice, & incircuncisi corde & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis: quales & patres vestri, vos itidem.

C Quem igitur solum hominem modo præsumperant de humilitate, sequebatur uti magnum æstimarent de potestate. Cum ille verbo dæmonia de hominibus excuteret, eos reluminaret, leprosos purgaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ, elementa ipsa famularet, compefcens procellas & freta ingrediens, ostendens sese verbum Dei, id est, illud primordiale progenitum virtute & ratione comitatum, & spiritu instructum, eundem qui verbo omnia & faceret & fecisset. Ad doctrinam vero eius qua reuincebantur magistri primoresque Iudæorum, ita exasperabantur, maxime quod ad eum ingens multitudo defleceret, ut postremo oblatum Põcio Pilato Sviriam tunc ex parte Romana procuranti, violentia suffragiorum in crucem Iesum dedi sibi extorserint. Prædixerat & ipse ita facturos. Parum hoc, si non & prophetae retro etiam. Tamen suffixus multa mortis illius propria ostendit insignia. Nam spiritum cum verbo sponte dimisit præuento carnificis officio. Eodem momento dies, medium orbem signante sole, subducta est. Deliquium utique putauerunt, qui id quoque super Christo prædicatum non scierunt. Et tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis. Tunc Iudæi detractum & sepulchro conditum, magna etiam militari manu custodia diligentia circumfoderunt, ne quia prædixerat tertia die resurrecturum se à morte, discipuli furto amoliti cadaver fallerent suspectos. Sed ecce die tertia concussa repente terra, & mole reuoluta quæ obstruxerat sepulchrum, & custodia pauore disiecta, nullis

apparentibus discipulis, nihil in sepulchro repertum est præterquam exuuiæ sepulti. Nihilominus tamen primores, quorum intererat & scelus diuulgare, & populum veditigalem & famularem sibi ad fidem reuocare, surreptum à discipulis iactauerunt. Nam nec ille se in vulgus eduxit, ne impij errore liberarentur, vt & fides non mediocri præmio destinata difficultate constaret. Cum discipulis autem quibusdam apud Galilæam Iudææ regionem ad quadraginta dies egit, docens eos quæ docerent. Dehinc ordinatis eis ad officium prædicandi per orbem, circumfusa nube in cælum est receptus, multo verius quàm apud vos asseuerare de Romulo Proculi solent.

Marc. 16.
Luc. 24.
Act. 1.

En hominum cæcitatem, qui hominem tantum illum esse putabant, quem ita manifestis argumentis diuina prædium potestate videbant, vt cum ea dissimulare non possent, magorum cabalistarumque commentis supprimere conarentur, liceat fortè magis vt ad tempus euincere naturam posse videantur: quæ à Christo suo iure facta sunt, non locorum, non personarum, non temporum testimonia debilitantur, à quantuis priuatione fiebant, ad habitum, neque aliter is naturæ imperitabat, quàm vt qui eam condidisset. Sæpius enim elementa eam ipsius virtutem, rationem & spiritum agnouerunt, à quo facta fuerant. Adde his doctrinæ rationem, quam non in chartis, sed in cordibus hominum ita imprimeret, vt non minora in animis miracula æderentur, quàm in corporibus: quod facile videat quicumque philosophorum disciplinas considerauerit. nam cum illi probabilibus rationibus mirificòque artificio de virtute disceptauerint, cuique officium suum ascribentes: ita tamen pauci & longo interiecto tempore studiosi exitere, vt dicere auli sint, Doctrina politiora quidem, sed non meliora ingenia fiunt: quandoquidem solida virtus nascitur magis quàm fingitur. Et Aristoteles, Non in omnibus, inquit, præcepta vires habent, & qui perturbationibus inieruunt, quales plerique plebei, qui fit vt verbis obtemperare possint: Legibus opus est & pœnis, vt in ordine contineantur. Quàm hoc falsum sit apud Christianos, quotidie experientia docet. quamplures enim videmus ex pessimo quantumuis habitu derepentè frugi studiososque fieri simulacrum Christum amplectantur. Quas ob res facile apud ambitiosos sacerdotes emergere causa potuit, quæ ex inuidia genus id mortis quod à prophetis primum decantatum est, mox ab eodem sæpius prædictum subornauit. quo etiam tempore haud minora secuta sunt eius diuinitatis ostenta. nam tantæ mortis casum, quod in natura potissimum est, sol ipse miseratus est, seque in meridie terris abscondit, quando nullus lunæ coitus esset. Cum enim treis horas à sexta ad nonam illa soli prætenderit, totidem tamen horis eius diei per diametrum soli aduersa visa est à mortalibus contra motus sui leges, statòque naturæ meatus. Quod cum Dionysius Areopagites, sophistæque Apolophanes, qui eo tempore in Heliopoli Ægyptiæ philosophiæ studiosi versabantur, contemplantur, dixit Apolophanes: *ὡ καλὴ διουίνισι, ἀμοιβὰ τὸν θεὸν προσηματῶν.* Sunt, inquit, hæc optime Dionysi vices diuinarum rerum. haud ignarus lunam non potuisse suo iure hinc illuc tam paruo temporis interstitio cursitare. Dionysius verò horrore quoque tenebrarum mortuæ terræ commotus, *ἢ τὸ θεὸν, inquit, πάσχει, ἢ τὸ πάσχειντι συμπασχει,* id est, aut ipse Deus patitur, aut patienti condolet. Sed ne hoc deliquium dubitationem afferret iudicibus, Et Romani, inquit Tertullianus, pontifices in suis fastis id ipsum tunc temporis annotauerunt. Viræ verò necisque suæ Christum potestatem habuisse palam facit, tum quod à maximo statim clamore expirauit, prius quàm à carnifice sua perfringerentur crura, tum quod tertio suæ mortis die, antequam corpus putresceret, resurrexit: quod ea œconomia gestum est, quæ omnem dubitationem tolleret seruata tantæ personæ auctoritate. Erat totum collegium discipulorum dissectum perterritumque, corpus Christi nouo sepulchro conditum, cuius ostium de more Iudaico ingenti lapide occludebatur. pontifices Iudæorum cum de resurrectione rumorem subaudissent, custodias militum apposuerant. Hi verò summo tertij diei mane, nouo terræmotu quo lapis est reuolutus, percussis, cum in monumento nihil præter sindonem qua cadauer involutum fuerat inueniretur, pontificibus rem omnem detulerunt. Quare illi cum auctoritatem suam apud populum periclitari simul cum opibus viderent, pecunia statim stationem militum subornarunt, qui dicerent discipulos impetu facto surripuisse corpus: quibus rebus effectum est vt fides, quæ tanta præmia proponit, aliqua difficultate inuolueretur, vt Iesum à mortuis excitatum videre non meruerint, quemadmodum discipuli eius vel quadraginta dies. Quo tempore cum confirmasset illos, monens docensque Euangelium quod per orbem terrarum annunciarent, videntibus illis in cælum cum nimbo sublatus est: habuitque hæc res plures fidelioresque testes quàm apothecis vestri Romuli, qui ex relatione vnus Proculi creditur in cælum fuisse receptus.

³²⁹ Ea omnia super Christo Pilatus & ipse iam pro sua conscientia Christianus Cæsarium Tiberio nunciauit. Sed & Cæsares credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent seculo necessarii, aut si & Christiani potuissent esse Cæsares. Discipuli quoque diffusi per orbem, ex præcepto magistri Dei paruenerunt: qui & ipsi à Iudæis insequentibus multa perpeffi vtique pro fiducia veritatis libenter, Romæ postremo per Neronis sæuitiam sanguinem Christianum seminauerunt.

Græue hoc est huius narrationis testimonium. Quando Pontius Pilatus, qui sub auspicio Romani imperij Syriam tunc temporis procurabar, ita omnia hæc de Christo noua & admiranda putauit, vt non duxerit ab re Tiberium imperatorem de omnibus his certiorum facere: quibus, vt dictum est, credidit Tiberius, sed senatus sententia destitutus est. Credidissent & alij Cæsares Apostolorum monitis, si Chri

Marc. 16.

A si Christianus & seculum inter se conuenissent: ita enim tunc se humanæ res habebant, vt Cæsarum dominationis egerent: & seculo & Christiano male consultum videbatur, si Cæsar idem & Christianus fuisset. Princeps verò Christianorum seclaque simul omnem quàm crudeliter accepta fuerit sub Nerone, Tacitus Tranquillisque testes.

Sed demonstrabimus vobis idoneos testes Christi, ipsos illos quos adoratis. Multum est, si eos adhibeam vt credatis Christianis. Interim hic est ordo nostræ institutionis: hunc ædidimus & seclæ & nominis censum cum suo authore. Nemo iam infamiam incuriat, nemo aliud existimet, quia nec fas est vlli de sua religione mentiri. Ex eo enim quod aliud à se coli dicit quàm colit, negat quod colit, & culturam & honorem in alterum transfert, & transferendo iam non colit quod negauit. Dicimus, & palam dicimus, & vobis torquentibus lacerati & cruenti vociferamur: Deum colimus per Christum. Illum hominem putate, per eum & in eo se cognosci vult Deus & coli. Vt autem Iudæis respondeamus, & ipsi Deum per hominem Moysen colere didicerunt: Vt Græcis occurram, Orpheus Pieriæ, Musæus Athenis, Melampus Argis, Trophonius Bœotiarum initiationibus homines obligauerunt. Vt ad vobis quoque dominatores gentium adspiciam, homo fuit Pompilius Numa, qui Romanos operosissimis superstitionibus onerauit. Licuerit & Christo commentari diuinitatem rem propriam, non qui rupices & adhuc feros homines multitudine tot numinum demerendorum attonitos efficiendo ad humanitatem temperaret, quod Numa, sed qui iam expolitos & ipsa vrbianitate deceptos in agnitionem veritatis ocularet.

Ad exactam Christianæ religionis cognitionem necessaria quoque restat Angelorum noticia bonorum malorumque, quos dæmonas vocant: in qua disceptatione Tertullianus pollicetur id quod in causa exoptatissimum videtur, vt quibus scilicet argumentis aduersarij maxime innituntur, ea pro nobis stare ostendantur, ita vt suo gladio de causa cadant quicumque Christianos impugnent. Cum enim gentes propter deos oderint Christianos, illis ipsis testibus quos colunt demonstrabitur & Christum verum esse Dei filium, & illorum deos non alios esse quàm malos dæmonas, atque ita crimen læsæ maiestatis reuicitur in aduersarios, quod tamen ipsum priusquam aggrediatur, institutionem initiationemque nostræ religionis per Christum ita se habere sicut exposuit confirmat: mox à simili persuaderi iniustum esse odium, & pœnas quibus supprimitur extra ordinem profus indignas. Nam si, inquit, sub hac religione latere adhuc aliquid veremini, igitur nos mendaces: at hoc in religione aliqua verisimile non fit. Ita enim quod colitur negaretur, temerè que in alium cultus transferretur. Sed tantum abest vt nos confessionem nostram inuoluamus, vt lacerati cruentique in ipsa carnificina vociferemur Deum per Christum colere, neque alios religionis ritus admittere, quàm quos Christus instituit. Quod si Christus ipse Deus est, vt pote filius Dei, quid mirum? si à vobis existimatur homo, neque id vobis nouum videri debet, autorem nos hominem religionis habere, cum apud alias quoque nationes idem impune factitatum sit. Iudæis enim Moyses præcepta legemque tulit religionis, Orpheus apud Græcos in Pieria monte, qui Libethris imminet, eius patriæ homines initiabat, sicut & discipulus eius Musæus Athenis. Et Melampoda vatem simul & mysten Argiui venerabantur: ita Bœotij Trophonium, cuius antrum in Lebadia oraculo serpentis memorabile fuit. Sed & qui tantæ superstitioni totque numinibus promerendis Romanos addixit, homo fuit Pompilius Numa. Cum igitur iis omnibus nulli fraudi fuit docere religionem homines rusticos & indoctos qui facile decipi possent, cur non etiam Christo iure suo licuerit idem apud eos, qui longo æuo edocti liberalitèrque eruditi atque omni vrbianitate expoliti, iam dudum nihil temerè comprobarent? Miseratus est ille genus humanum, quod cum suo ingenio sursum deorsumque pererrans veritatem inuenire non posse videret, manum gratiæ suæ porrexit adueniens, qua mortalibus visum restituit, oculauitque quos culpa diabolisque exoculauerant.

Quærite ergo si vera est ista diuinitas Christi. Si ea est, qua cognita ad bonum quis reformatur, sequitur vt falsæ renunciatur; comperta imprimis illa omni ratione, quæ delitescens sub nominibus & imaginibus mortuorum, quibusdam signis & miraculis & oraculis fidem diuinitatis operatur. [³³⁸ Atque adeò dicimus, esse substantias quasdam spiritalis; nec nomen nouum est. ³³⁹ Sciunt dæmonas philosophi, ³⁴⁰ Socrate ipso ad dæmonij arbitrium expectante. Quidni? cum & ipsi dæmonium adhæsisse à pueritia dicatur. ³⁴¹ Dehortatorium plane à bono omnes sciunt poetæ. ³⁴² Etiam vulgus indoctum in vsum maledicti frequentat. Nam & Satanam principem huius mali generis proinde de propria conscientia anima eadem ex sacramenti voce pronunciat. ³⁴³ Angelos quoque, etiam Plato non negauit. ³⁴⁴ Vtriusque nominis testes esse vel Magos asserunt. Sed quomodo de Angelis quibusdam sua sponte corruptis corru-

prior gens dæmonum euaserit, damnata à Deo cum generis autoribus, & cum eo quem diximus principe; apud litteras sanctas ordine cognoscitur. Nunc de operatione eorum fati erit exponere.

Hoc est quod semper dolet Tertullianus, vt Christus damnetur à gentibus, & Christiani crudeliter trucidentur indicta causa, nulla adhibita quæstione, certus non improbatum iri si audiantur. Quærite ergo iudices. Quod si vera deprehenditur Christi diuinitas, ac per eam mali quique habitus ad virtutem reformantur, consentaneum est vt quæcunque alia falsa sit, & vt falsa eliminetur, præsertim quod tota illa ratio & prætextus, quo sibi idololatrarum religio fidem interpollat sub nominibus mortuorum, quales diuinitatis sunt, delitescens comperta fuerit, patetque vnde sua illa signa habuerit, & oracula. Omnia enim hæc à substantiis quibusdam propter tenuitatem suam, spiritalibus appellatis, emanasse pro comperto nobis est. Dæmonia per diminutionem à dæmone dicuntur. Eiusmodi siquidem spiritus noxij, veri Dei calumniatores, vnde etiam diaboli dicuntur, suis præstigiis apud aras, præsertim in exitis precibusque mortales à vera religione reuocarunt, inuidentes hominibus cælum, à quo sua superbia deciderunt: quæ omnis historia, quia apud sacras litteras ad amissum cognoscitur, relegat illuc auditores. Sed ne dæmoniorum nomen quibusdam ridiculum aut nouum videatur, quatuor affert super eam rem aliarum gentium autoritates. Nam celeberrimi philosophorum dæmonas in natura introducere (vt affatim testatur Plutarchus in ea ratione, in qua causas quærit quamobrem oracula delerint) Plato præcipue & ipse Socrates, cui à pueritia dæmon adhæsisse dicitur, cuius auspicio res suas administraret obiretque negocia. Præterea vim hanc dæmonum, cuius peculiare est homines à bono dehortari, calumniisque disseminatis concitare rixas, omnes ferè poëtæ posterunt, dum suis illi stimulis Eumenidum abutuntur. Quod ipsum comprobatur etiam vulgaris quædam hominum vox, quam nunquam sapientes contempserunt (*φῆμι δ' οὐτις πάμπαν ἀπόλυται ἡντινα πολλοὶ φημῖσιν.*) Illi enim & vt aliis maledicunt, & sibi in præstando iure fidem faciunt, non alias sibi maleficas vires quam satanæ imprecantur, ita sibi dictante conscientia. Quando & Magi Persarum omnium optimi, qui & philosophi & philothei dicti sunt, in religionem suam dicuntur dæmonas introduxisse. Quid igitur mirum, eadem si Christiani censent, cum de his omnibus certiora quotidie videant indicia?

Operatio eorum est hominis euersio, sic malitia spiritalis à primordio ³⁴⁵ auspiciata est in hominis exitium. Itaque corporibus quidem & valetudines infigunt & aliquos casus acerbos, animæ verò repentinis & extraordinarios per vim excessus. Suppetit illis ad vtramque substantiam hominis adeundam subtilitas & tenuitas sua; multum spiritalibus viribus licet, vt inuisibiles & insensibiles in effectu potius quam in actu suo appareant: si poma, si fruges, nescio quod auræ latens vitium in flore ³⁴⁶ præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat, ac si cæca ratione tentatus aër pestilentes haustus suos offundit. Eadem igitur obscuritate contagionis adspiratio dæmonum & angelorum mentis quoque corruptelas agit furoribus & amentis scædis, aut sæuis libidinibus cum erroribus variis: quorum iste potissimus, quod eos ipsos captis & circumscriptis hominum mentibus comedat, vt & sibi ³⁴⁷ pabula propria nidoris & sanguinis procuret simulachris imaginibus oblata; & quæ illi ³⁴⁸ accuratior pascua est, hominem à cogitatu veræ diuinitatis auertat præstigiis falsis, quas & ipsas quomodo operetur expediam.

Inductis dæmoniis videndum est nunc, si ad causam eos accommodare velimus, quid, vnde, & ^F quomodo agant, vt ex illorum potestate cognoscatur eisdem esse dæmonas, & deos gentium. Propositum igitur, inquit, totius eorum actionis spectat ad euersionem generis humani, partim inuidia bonorum nostrorum, partim odio Dei optimi maximi, quod in protoplasticis parentibus è vestigio ostenderunt. Cùmque sit illis natura adeo tenuis & exilis, sed tamen violenta & præstantibus viribus, quales omnes spiritus, vt facile animos & corpora hominum inuadere possint, vtrisque pariter magna sæpe mala impingunt, valetudines, aduersos casus, effrenatæque libidines, atque ea quibus & corpus male afficitur & animus obstupescit, ita vt in furorem homines adacti, sæpius in altos pyreos, & ex turribus præcipites se dedant. Lactantius tales ecstases etiam describit: Ecce aliquis, inquit, instinctu dæmonis percitus dementit, effertur, insanit: quæ omnia certius ex effectu postremo videntur, quam cum primum in actu ipso versantur, perinde ac in aliis naturæ occultis insensibilibusque potestatibus euenire sentimus. auræ enim illæ veneficæ, quibus afflantur sæpe fruges & carbunculantur, & pestilens aër non prius sentitur à nobis, quam corpus infecerit. Sed inter eos errores, quibus circumscribunt decipiuntque hominum mentes, potissimus ille est, quod ita eos ipsos errores sua arte commendant apud homines, vt ex ea re non honorem tantum diuinum per sacrificia, sed & pabula sibi comparent (nam vt tota Magia testatur, spiritus nidore & sanguine delectantur, quod cum alijs, tum Homerus in suis necyomantiis non abs re seruauit) ac (quod illis maxime optabile est, & pascua sylua) vt suis præstigiis superstitionibusque homines à cultu veræ religionis reuocent.

Omnis

A. Omnis spiritus ales est. hoc angeli & dæmones. Igitur momento vbique sunt. Totus orbis illis locus vnus est; quid vbique geratur tam facile sciunt, quam enunciant. velocitas, diuinitas creditur; quia substantia ignoratur. Sic & auctores interdum videri volunt eorum quæ annuntiant; & sunt plane malorum nonnunquam, bonorum tamen nunquam. ³⁴⁹ Dispositiones etiam Dei, & nunc prophetis concionantibus excerpunt, & nunc lectionibus resonantibus carpunt. Ita & hinc sumentes quædam temporum fortes, æmulantur diuinitatem; dum furantur diuinationem. In oraculis autem quo ingenio ambiguitates temperent in euentus: sciunt ³⁵⁰ Cræsi, sciunt ³⁵¹ Pyrrhi. Ceterum ³⁵² testudinem decoqui cum carnibus pecudis, Pythius eo modo renunciauit; quo supra diximus: ³⁵³ momento apud Lydiam fuerat. habent de incolatu aëris, & de vicinia siderum, & de commercio nubium cælestes sapere paraturas: vt & pluuias quas iam sentiunt repromittant. benefici plane & circa curas valetudinum. Lædunt enim primo, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum noua, sive contraria: post quæ desinunt lædere, & curasse creduntur. Quid ergo de ceteris ingenijs vel etiam viribus fallaciæ spiritalis edisseram: phantasmata ³⁵⁴ Castorum, & aquam cribro gestatam, & nauem cingulo promotam, & barbam tactu irrufatam: vt numina lapides crederentur, & deus verus non quæreretur.

Diximus quæ operantur dæmones, atque vnde illis hæc facilis suppeditet facultas: restat quæ ratione ea conentur explicare. præstigijs enim quibusdam vtuntur, quæ si natura eorum cognoscatur, facillima illis esse putabimus. Nam cum omnis spiritus tanquam ales volucrisque sit, momentoque temporis huc illuc veluti flabra ventorum permeet, qui fiat illis arduum? si sua hac celeritate captare sibi diuinitatem velint apud eos maxime qui talem naturam ignorantes, facile credunt celeritatem hanc qua cuncta præcipere possunt humana, diuinitatem esse? Cum enim *δαίμονες* dicantur à scientia rerumque peritia, qua à primordio insigniti fuerunt, ex præteritis præsentibusque rebus facile conicere valent: quando etiam ab his qui spiritu sancto imbuti varicinantur concionando, aut lectiones scriptorum interpretantur, multa excipere possunt. Quæ vero captare non possunt sua celeritate (vt dictum est) cum facta sunt, anteuertunt annunciantes, quale est de testudine relatum à Pythia, quam domi suæ Cræsus cum agnina carne clanculum coxerat, vt in sua Clio commemorat Herodotus: at quæ ambigua per se sunt ac penitus incognita, qualia ex oraculis petere solerent homines, ea callidi tantæ amphibologia inuoluunt, vt in quamcunque partem exitus cadat, defendi possint. Ita Pyrrhus Epitotarum rex est deceptus. Aio te, inquit, Romanos vincere posse. Denique nullum est ostentum, quod non facile factum sit in his. hac ratione Castorum phantasmata dicuntur Macedonici belli victoriam eadè hora Romanis annunciasse, virginisque Vestales, altera nomine Tucia cribro continuit aquam, altera Claudia nauem magnæ Matris vado Tiberino inhaerentem cingulo suo ducere potuit, & Domitij fusca barba solo Castorum tactu ruffa enituit, ad fidem dictorum faciendam, vnde Anobarborum gens in vrbe admodum nobilis. quæ omnia cum alijs quamplurimis ab historicis passim relata ob eam causam à dæmonibus sub deorum nomine edebantur, vt homines auersos à deo detinerent. Tempestates enim & quoscunque aëris affectus facillime prædicere possunt, quia cum in natura nihil de repente fiat, continuoque in superiore regione versentur, colligere omnia primi, & denunciate possunt, neque ideo mitum si veneficorum peritissimi remedia quoque teneant morborum omnium.

C. ³⁵⁵ Porrò si & Magi phantasmata ædunt, & ³⁵⁶ iam defunctorum inelamant animas: xxiiii si pueros in eloquium oraculi eliciunt: si multa miracula circulatorijs præstigijs ludunt: si & somnia immittunt habentes semel inuitatorum angelorum & dæmonum assistentem sibi potestatem, per quos & capræ & mensæ diuinare consueuerunt: quanto magis illa potestas de suo arbitrio & pro suo negotio studeat totis viribus operari, quod alienæ præstat negociationi?

Locus est, sine quo mintus, & c. quo virtus dæmonum comprobatur, & testificatur esse quales adducuntur. Nam si, inquit, magi in necromantijs animas defunctorum dæmonum potentia concitas percontantur, si in hydromantijs ædunt per pueros oracula, si somnia immittunt, si præstringunt in multis rebus oculos nostros, ita vt non modo boues, capræque loquantur, sed & mensæ apud gymnosophistas, quas Apollonius ille Thyaneus vidisse Philostrato testatur, quanto maiora audebit libera hæc sibi potestas, & quanta patrabit?

Aut si eadem & angeli & dæmones operantur quæ & dii vestri: vbi est ergo præcellentia diuinitatis, quam vtrique superiorem omni potestate credendum est? Non ergo dignius præsumetur, ipsos esse qui se deos faciant, cum eadem ædant quæ faciunt deos credi, quam pares angelis & dæmonibus deos esse? Locorum differentia distinguitur

F ij

(opinor) vt à templis deos existimetis, quos alibi deos non dicitis, vt aliter ³⁵⁷ dementire videatur, qui sacras turres peruolat, aliter qui tecta viciniae tranfilit; & alia vis pronuncietur in eo qui genitalia vel lacertos, alia qui sibi gulam profecat. Compar exitus furoris; & vna ratio est inftigationis.

Ex obiectione tacita infert comparationem, ex qua propositum elicit. Nam si, inquit, dicatis hæc quæ sunt à magicis, fieri per angelos siue dæmonas, superiora verò à numine deorum, ita vobis quoque concedendum erit dæmonas atque deos pari inter se potestate præditos esse: quod maxime absurdum est, cum deorum potestas omnibus debeat excellere: magis profectò rationi consentaneum est, vt ipsos dæmonas ita deos se facere credamus, quàm diis illi adæquentur, nisi vero locorum differentia (quod ridiculum sanè est) dæmonas distinguat à diis, & cum qui furore panico percitus se præcipitem dedat ex aliqua sacra turri, melioribus diis vexari credatis, quàm qui ex prophanis tectis præcipites: & si Gallus sacerdos genitalia sibi profecat, lancinetque lacertos, furori Matris deum impuretur: alium vero si gulam sibi dissecat, aut laqueo pendeat, malo dæmoni adiudicetis. at eadem vis est inftigationis, quæ eosdem exitus comparat.

Sed hætenus verba, iam hinc demonstratio rei ipsius, qua ostendemus vnam esse vtriusque nominis qualitatem. ³⁵⁸ Adatur hic aliquis sub tribunalibus vestris quem dæmone agi constet. Iussus à quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se dæmonem confitebitur de vero, quàm alibi deum de falso. Æque producat aliquis ex iis qui de deo pati existimantur, ³⁵⁹ qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt, qui ructando curantur, qui anhelando præfantur. Ista ³⁶⁰ ipsa virgo cœlestis pluuiarum pollicitatrix, iste ipse ³⁶¹ Æsculapius medicinarum demonstrator, ³⁶² aliàs demorituris ³⁶³ scordij & denatij & Asclepiadoti sumministrator, nisi se dæmones confessi fuerint Christiano mentiri non audentes, ibidem illius Christiani procacissimi sanguinem fundite. Quid isto opere manifestius? quid hac probatione fidelius? simplicitas veritatis in medio est. virtus illi sua afsistit, nihil suspicari licebit, magia aut aliqua eiusmodi fallacia fieri. Dicitis non steteris, si oculi vestri & aures permiserint vobis. Quid autem inniti potest aduersus id quod ostenditur nuda sinceritate?

³⁶⁴ Maximum hoc est, & quod in iudicium raro producit: & si producat, nihil est iudicibus optabilius. Quid enim ad veritatem eruendam certius, quàm ea quæ verbis & coniectura persuadere conabamur, in periculum atque experientiam deducere? Si igitur, inquit, quæ diximus, haud satis probabilia videntur, quamobrem deos istos vestros nihil aliud esse quàm dæmonas iudicetis, periculum iam fiat in hæc re, & ad tribunalia vestra duo ex phanaticis sistantur, quorum alter malo dæmone vexari, alter deo plenus in fumantibus sacris numen exhaustisse credatur à vobis, qui etiam pluuias sudumve repromittat, aut quasi Æsculapius remedia morborum ostendat. hi igitur interrogati à Christiano qui sint, nisi dæmonas se fateantur, de nobis quas velitis sumite penas procacitatis. Quid est quod hic desideretur? Veritas simplex est & nuda, nec magicis artibus hoc agitur à Christiano: nulla alia vi cogitur dæmon præterquam Christi, & qui dicitis acquiescere nolit, licet oculatus esse huius rei testis quandocunque libeat.

Si ³⁶⁴ altera parte vere Dei sunt, cur sese dæmonia mentiuntur? an vt nobis obsequantur? Iam ergo subiecta est Christianis diuinitas vestra, nec diuinitas deputanda est quæ subdita est homini, & si quid ad dedecus facit æmulis suis. Si altera parte dæmones sunt vel angeli, cur se alibi pro diis agere respondent? Nam sicut illi qui dij habentur, dæmones se dicere noluerunt, si vere dij essent, scilicet ne de maiestate se deponerent: Ita & isti, quos directo dæmones nostis, non auderent alibi pro diis agere, si aliqui omnino dij essent, quorum nominibus vtuntur. ³⁶⁵ Vererentur enim abuti maiestatem superiorem sine dubio, & timendorum: adeò nulla est diuinitas ista quam tenetis; quia si esset, neque à dæmoniis affectaretur in confessione, neque à deis negaretur. Cum ergo vtraque pars concurrat in confessionem deos esse negans, agnoscite vnum genus esse, id est dæmonas. Verùm vtrouique iam Deos quærite. Quos enim præsumperatis, dæmonas esse cognoscitis. Eadem verò opera nostra ab eisdem diis vestris non tantum hoc detegentibus, quod neque ipsi Dei sint, neque vlli alij. Etiam illud ³⁶⁶ incontinenti cognoscitis, qui sit vere Deus, & an ille, & an vnicus quem Christiani profitemur, & an ita credendus colendusque, vt fides, vt disciplinam disposita est Christianorum.

Dubitando veritatem illustrat, forte enim aliquis dicat: Fieri quidem potest, vt qui reuera Deus sit nobis, apud Christianos se dæmonem faciat, quasi pro tempore mentiens aut obsequens illis. At hoc, inquit, & turpe est, & parum verisimile. Ita enim diuinitas maiestate sua diminuetur, dumque studeat obsequi

A obsequi, duo præcipue peccaret, & quod homini subiici posse præ se ferret, & quod sectatores suos conturbaret. Nec minus is qui à vobis malus habetur dæmon, quique Christiano non modo se dæmonem, sed falso Deum alibi agere responderet, nequaquam se aut Apollinem aut Æsculapium appellaret, si in iis nominibus numen aliquod esse cognosceret, veritus omnino, licet improbus, eius autoritatis usurpationem. Cum pateat igitur ex his dæmonas deosque vestros vnum idemque genus esse, atque ita nullum vobis esse verum Deum, agnoscite iam quæ vera religio sit. nam vna (vt aiunt) mercede duas res assequimini: eadem scilicet hæc opera nostra non tantum ex ipsis deprenditis dæmoniis non esse deos, sed etiam verum esse & vnicum, quem per Christum nos colimus & veneramur.

Dicent ibidem, ecquis ille Christus cum sua fabula: si homo communis conditionis, si magus, si post mortem de sepulchro à discipulis surreptus, si nunc denique penes inferos, si non in cœlis potius, & inde venturus cum totius mundi motu, cum horrore orbis, cum planctu omnium, si ³⁶⁷ non Christianorum, vt Dei virtus & Dei spiritus & sermo & sapientia & ratio & Dei filius. Quodcunque ridetis, rideant & illi vobiscum: negent Christum, omnem ab æuo animam restituito corpore iudicaturum. Dicant hoc pro tribunali (si ³⁶⁸ forte) Minoen & Radamantum secundum consensum Platonis & poetarum hoc esse sortitos: suæ saltem ignominie & damnationis notam referent. Renuncient se immundos spiritus esse, quod vel ex pabulis eorū sanguine & fumo & putidis rogis pecorū & ³⁶⁹ impurissimis linguis ipsorum vatium intelligi debuerit. Reuuant ob malitiam prædamnatos se in eundem iudicij diem cum omnibus cultoribus, & operatoribus suis. ³⁷⁰ Atquin omnis hæc nostra in illis dominatio & potestas de nominatione Christi valet, & de commemoratione eorū quæ sibi à Deo per arbitrum Christum imminetia expectant. Christum timentes in Deo, & Deum in Christo, subiiciuntur feruis Dei & Christi. Ita de contactu deq; afflatu nostro contemplatione & representatione ignis illius correpti, etiam de corporibus nostro imperio excedunt inuiti & dolentes, & vobis præsentibus erubescetes. Credite illis cum verum de se loquuntur, qui mentiētibus creditis. Nemo ad suū dedecus mētur, quin potius ad honorem. Magis fides prona est in aduersus semetipsum confitentes, quàm pro semetipsis negantes. Hæc denique testimonia deorū vestrorum Christianos facere consueuerunt, ³⁷¹ quia plurimum illis credendo, in Christo domino credimus. Ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nostræ fidentiam ædificant. At colitis illos quod sciam etiam de sanguine Christianorum. Nollent itaque vos tam fructuosos, tam officiosos sibi amittere, vel ne à vobis quandoque Christianis fugerent, si illis sub Christiano volente vobis veritatem probare mentiri liceret.

Quod si, inquit, à dæmonibus propiora adhuc requiritis ac certiora, ecce interrogati de Christo, illum non hominem, non magum, non à suis subreptum de sepulchro profitentur, sed filium esse Dei & in cœlis, qui iterum venturus est iudicare mortales in ea maiestate quæ filio Dei conueniat, neque illi contemnere possunt quod vos ceu fabulam ridere soletis. Sed esto, dicant, iudicium reseruari nescio cui Radamantio, tria tamen hæc nunquam dissimulare poterunt. Primum, quin à Deo damnati ignominiosè fuerint. Deinde quin sint immundi spiritus, sicut ex iis etiam patet quibus delectantur mactationibus impurisque carminibus. Tertio non possunt non profiteri se expectare ob nequitiam suam damnationem perpetui ignis vna cum suis sectatoribus. Cum vero ita nobis subiiciantur, non ob aliam causam quàm per inuocationem Christi, solòque nostro contactu afflatiue inuiti de corporibus expellantur, quid est cur de Christo illis ipsis testibus non credatis? nulla potest esse suspicio mentiendi in ea re, quæ proficenti dedecori esse potest: inclinaturque semper potius fides in eos qui contra se aliquid confiteantur, quàm si negauerint, vnde maior in singulos dies Christianorum numerus fit. Inuitantur enim gentes suorum deorum testimonio credere, & credentes per eosdem confirmantur, cum quæ in sacris litteris cognoscunt & sperant, hæc fiant ratione certiora. Illud etiam non mediocre est argumentum, spiritus hosce sub Christianis, quando maxime de veritate agitur, mentiri non posse coactos maiori potestate, qui cum à vobis tam laute accipiuntur, vt non modo pecudum sanguine, sed & Christianorum satientur, vellent si liceret hæc sibi pabula conferuare, gnari si ad Christum confugeritis, non modo priuari tantis officiis, sed etiam à vobis aliò fugari posse.

[³⁷² Omnis ista confessio illorum qua se deos negant esse, quaque non alium Deum respondent præter vnum, cui nos mactamur, satis idonea est ad depellendum crimen læsæ maxime Romanæ religionis. Si enim nō sunt Dei pro certo, nec religio pro certo est: si religio non est, quia nec dij, nec pro certo rei sumus læsæ religionis. At econtrario in vos exprobratio resaltauit, qui mendacium colentes, veram religionem veri Dei non modo negligendo, quin insuper expugnando Deū verum, committitis crimen veræ irreligiositatis. ³⁷³ Nunc vt constaret illos deos esse, nonne conceditis de æstimatione communi aliquem esse sublimiorem & potentiorum velut principem mundi, perfectæ peritiæ & maiestatis: nam & sic fereque disponunt diuinitatem, vt imperium summæ dominationis

nis esse penes vnum, officia eius penes multos velint. Vt ³⁷⁴ Plato Iouem magnū in cœlo D comitatum exercitu describit deorum pariter & dæmonum. Itaque oportere & procurantes & præfectos & præsidēs pariter suspici. & tamen quod facinus admittit qui magis ad Cæsarem promerendum & operam & spem suam transfert, nec appellationem Dei ita vt Imperatoris in aliquo principum confiteretur, cum capitale esse iudicetur alium præter Cæsarem & dicere & audire.

Ex duobus criminibus, quibus maximè Christianos diximus impugnari, alterum erat reatus læsæ religionis, quam obrem omnis hæc disputatio de Deo, de Christo, & de angelis producta est. Hanc itaque nunc Tertullianus accommodat à consequentibus. Nam si dæmones cum de Deo vero interrogantur à nobis, vnum quem colimus respondentes comprobant, potest hæc confessio omni nos crimine impietatis liberare. Si enim illi dii non sunt, nec vlla religio deorum est: si religio nulla, nullum etiam crimen læsæ religionis, & nos extra crimen, iam vos in crimine, qui falsam religionem amplectentes, veram oppugnatis. Sed videte quæ vobis concedam, sint illi vestri dæmones pro comperto dii, à crimine tamen eiusmodi seiungimur, sicuti ex lemmate communis opinionis demonstratur. Nam cum aliquod esse numen aliis omnibus excellentius concedatis, cur eius nos cultores autoritatis facitis reos? cum qui se totum ad Cæsarem transfert promerendum, magis sibi & iustitiæ consulere videatur, quam qui procuratoribus inferuit, neque ipsum nomen Imperatoris in nullis præterquam in Cæsare velit agnoscere.

³⁷⁵ Colat alius Deum, alius Iouem, alius ad cœlum supplices manus tendat, ³⁷⁶ alius ad aram fidei, alius, si hoc putatis, nubes numeret orans, alius lacunaria, alius suam animam Deo suo voueat, alius hirci. Videte enim ne & hoc ad irreligiositatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis, & interdiceret optionem diuinitatis, vt non liceat mihi colere quem velim, sed cogar colere quem nolim. Nemo se ab inuito coli vellet, ne homo quidem, ³⁷⁷ atque adeo & Ægyptiis permessa est tam vanæ superstitionis potestas auiibus & bestiis consecrandis, & capite damnandis, ³⁷⁸ qui aliquem huiusmodi Deum occiderit. Vnicuique etiam prouinciæ & ciuitati suus Deus est, vt ³⁷⁹ Syriæ Astartes, vt Arabia ³⁸⁰ Disares, vt ³⁸¹ Norici ³⁸² Belenus, vt Africa ³⁸³ Cœlestis, vt ³⁸⁴ Mauritanæ reguli sui. Romanas (vt opinor) prouincias adidi, nec tamen Romanos deos earum, quia Romæ non magis coluntur quam qui per ipsam quoque Italiam municipali consecratione censentur: ³⁸⁵ Crustuminiensium Beluentinus, ³⁸⁶ Narniensium Viridianus, ³⁸⁷ Asculanorum Ancaria, ³⁸⁸ Volunienis Nerfia, ³⁸⁹ Oriculanorum Valentia, ³⁹⁰ Sutrinorum Nortia, ³⁹¹ Faliscorum in honore est pater Curis, vnde accepit cognomen Iuno. Sed nos soli arcemur à religionis proprietate. Lædimus Romanos, nec Romani habemur, quia non Romanorum Deum colimus. Bene quod omnium Deus est, cuius velimus aut nolimus omnes sumus. Sed apud vos quoduis colere ius est, præter verum Deum, quasi non hic magis omnium sit Deus, cuius omnes sumus.

Εν τῷ ἡλίον ἀποδείκνυσσι τὸ μάλλον, impietatem regerens in aduersarios. Nam si libera voluntas omnia solet officia commendare, atque illa nobis gratia grata est quæ non ab inuito animo proficiscitur, quanto magis in ipsa pietate religionis, & in his quæ ad Deum pertinent, quem lateat nihil, necessarium videtur vt aliquis sponte agatur? ea nempe maxima in Deum contumelia existimanda est, cum trahitur ad aras aliquis inuitus, à quo ne de necessitate Deus adorandus. Quæ res, inquit Tertullianus, cum à vobis iudices committitur, nonne ad irreligiositatis titulum pertinet? Pronunciatio vero adiuuanda est concessio illa, Colat alius Deum, alius Iouem: quæ ex collatione vehementior insurgit. nam colere Deum, supplices manus in cœlum tendere, & vt nonnulli irridentes dicebant, numerare nubes, animamque Deo vouere Christianorum est: colere vero Iouem, manus ad aram fidei admouere, lacunaria tholūmque templi suspicere, hircum aut aliquod aliud animal diis mactare, gentium aliarum. Sed quomodocumque sit, nemini fraudi esse deberet, si quis magis hoc quam illo ritu afficiatur. Et à simili probare licet, quam inique agitur cum Christianis in hac re. nam cum non regiones modo, sed singula etiam oppida sua numina priuatōsque suos habeant deos, solis Christianis præter ordinem negatur Deum illum colere, qui omnium verus est Deus, & cuius sunt omnia.

xxv.

[³⁹² Satis mihi quidem videor probasse de falsa & vera diuinitate, cum demonstraui quemadmodum probatio consistat, non modo disputationibus nec argumentationibus, sed ipsorum etiam testimoniis, quos deos creditis, vt nihil iam ad hanc causam sit retractandum: quoniam tamen Romani nominis propriè mentio occurrit, non omnittam congressionem quam prouocat illa præsumptio dicentium Romanos pro merito religionis diligentissime in tantum sublimitatis elatos, vt orbem occuparint, & adeo deos esse, vt præter ceteros floreant, qui illis officium præter ceteros faciant. Si ista merces Romanis à diis pro gratia expensa est, ³⁹³ Sterculius, & ³⁹⁴ Mutinus, & ³⁹⁵ Laurentina prouexit imperium. Peregrinos enim deos non putem extraneæ genti magis

fau

A fauorem voluisse quam suæ, & ³⁹⁶ patrium solium, in quo nati, adulti, nobilitati, sepulchre sunt, transfretanis dedisse.

Cum religionem Christianam Septimius non modo argumentis, sed etiam aduersariorum testimonio satis iam defendisset, locus exigebat vt alteri crimini læsæ maiestatis responderet: sed opinione quadam Romanorum propria impeditur, per quam sibi illi eblandientes volebant veluti experientia duce veros esse deos quos colerent, propterea quod dum illis præter morem aliorum supplicat, potentiores etiam præter ceteros extiterint. Huius igitur obiectionis disceptationem, quia iam apud plerosque præualebat, ne videatur Tertullianus refugere, hoc loco inferit, quatuor illam rationibus dissoluens. Primum ex lemmate probabili, quia eius imperij magnitudinem verisimile sit à propriis potius diis quam ab alienis processisse. Sterculius igitur & Mucunius & Larentia meretrix in causa fuerint tanti imperij: indigetes enim sunt & proprii Romanorum, sed quam ridiculi sint nomine ipso arguuntur. Deinde non fuisse tales eius regni autores, neque penes ipsos imperia ostendit. Tertio non posse hoc pietatis officii Romanorum attribui. Postremo quis ille sit cui reuera omnium regnorum distributio debeat, exponit.

³⁹⁷ Viderit Cybele si urbem Romanam vt memoriam Troiani generis adamauit, vernaculi sui scilicet aduersus Achiurum arma protecti, si ³⁹⁸ ad eos vltra transire prospexit, quos sciebat Græciam Phrygiæ debellatricem subacturos? Itaque ³⁹⁹ maiestatis suæ in urbem collatæ grande documentum nostræ etiam ætati proposuit, cum Marco Aurelio ⁴⁰⁰ apud Syrmium reipublicæ exempto, die decimo sexto Kalendarū Aprilium ⁴⁰¹ Archigallus ille sanctissimus, die nono Kalend. earundem, quo sanguinem impurum, ⁴⁰² lacertos quoque castrando libabat pro salute imperatoris Marci iam interempti solita æquè imperia mandauit. O nuncios tardos, ð ⁴⁰³ somniculosa diplomata, quorum vitio excessum Imperatoris non ante Cybele cognouit. Næ Deam talem riderent Christiani. Sed ⁴⁰⁴ non statim & Iupiter Cretam suam Romanis facibus illum concuti sineret, oblitus antrum illud Idæum, & æra Corybantia, & iucundissimum illic nutricis sui odorem. Nonne omni Capitolio tumulum suum præposuisset, vt ea potius orbi terra præcelleret, quæ cineres Iouis texit? Vellet ⁴⁰⁵ Iuno Punicam urbem posthabita Samo dilectam ab Æneadarum vtique genere deleri? Quod si, hic illius arma, Hic currus fuit, hoc regnum dea gentibus esse. Si qua fata sinant, iam tum tenditque fouetque: misera illa coniunx Iouis & soror aduersus fata non valuit. planè fato stat Iupiter ipse, nec tantum tamen honoris Romani dicauerunt fati deditibus sibi Carthaginem aduersus destinatum votūque Iunonis, quantum prostitutissimæ Lupæ Larentinæ.

Ad externorum deorum rationem transit, quos inter Cybele ex Pessinunte Phrygiæ Romam aduecta maximè à Romanis venerabatur, vt quæ ex eo loco fuisset, vnde autor sui generis erat oriundus Æneas, quem vt pote suum alumnū sicut in incendio Ilij seruauit, ita posteris fauere ad eius memoriam credebatur. Si igitur, inquit Tertullianus, tanto illa studio suorum flagrabat, cur potius non prouidit, ne Paris adulter cum Helena transfugerent in Troiam, vnde à coniurata Græcia totum illud imperium cum Pessinunte diruendum erat? nimirum ita illa hæc nouerat aut prouidere poterat, vt nuper Marci Aurelij mortem cognouit, cui septimo die post obitum eius apud Syrmium inferioris Pannoniæ urbem Archigallus principisque sacerdotum eius deæ tanquam viuenti vota persoluebat. Præterea si Iupiter, aut eius soror & coniunx Iuno cuiusdam ex gentibus imperium dare potuissent, nonne ille in Cretenses, hæc in Samios aut Carthaginenses potius studium omne suum contulisset? Sed fati impediabantur. Ergo Iupiter seriem hanc rerum necessariam sibi quoque experitur, & fata supersunt. Ipsis tamen fati excellentioribus (vt par erat) nulla ex iis obsequia præstitere, quibus vel scortum Larentiam promerentur.

Plures deos vestros regnasse certum est. Igitur si conferendi imperij tenent potestatem, cum ipsi regnarent, à quibus acceperant eam gratiam? quem coluerat Saturnus & Iupiter? aliquem opinor Sterculium, sed Romæ postea cum indigenis suis: etiam si qui non regnarunt, tamen regnabatur ab aliis nondum cultoribus suis, vt qui nondum dii habebantur. Ergo aliorum est regnum dare, quia regnabatur multo ⁴⁰⁶ ante quam isti dii inciderentur. Sed quam vanum est fastigium Romani nominis religionis meritis deputare, cum post imperium siue adhuc regnum religio profecerit? Age iam rebus religio profecerit: nam etsi à Numa concepta est curiositas supersticiosa, nondum tamen aut simulachris aut templis res diuina apud Romanos cōstabat: frugis religio & pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia cœlo, sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipse nusquam. nondum enim tunc ⁴⁰⁷ ingenia Græcorum

atque Tuscorum fingendis simulacris urbem inundauerant. Ergo non ante religiosi Romani, quam magni: ideoque non ob hoc magni, quia religiosi.

Secundum argumentum, quo demonstratur imperia non à diis gentium, sed alia de causa pendere. Causam quidem non præcedit effectus. quod si deos facias regnandi causam, fieri non potest ut ante illos quisquam regnarit. Cum vero non modo mortales reges ante vestros deos fuerint, sed plerique deorum vestrorum regnum quandoque tenuerint, manifestum est eiusmodi gratiam alius habuisse principium, per quam Saturnus in Latio, Iupiter in Creta regnarit. Quamquam si rerum seriem contemplamur, quam vanum hoc sit arguetur, cum religio ipsa, à qua tantum imperium creditur exortum, post imperij propagationem, vel certè cum imperio profecerit. Numa enim autor eius superstitionis Romulo successit, & quæ ab eo instituta erant, tam diu frugi populus tenuisque libavit, quam diu intra breues fines continebatur. Aurea siquidem vasa pro Samiis testis, & aurea templorum fastigia, & aras pro cespitibus ac statuis, quibus maximè religionem creditis adaugeri, non prius in sacris dicata fuere, quam manubiis operum publicæ tum priuatæ subcreuerunt. At in his quæ simul adsunt, non est aliquid aliò prius aut posterius.

Atquin quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de religiositate prouenit? Ni fallor enim, omne regnum vel imperium bellis quæritur, & victoriis propagatur. Porro bella & victoriæ captis & euerfis plurimum urbibus constant. id negotium sine deorum iniuria non est. ⁴⁰⁸ Eadem strages moenium & templorum, pares cædes ciuium & sacerdotum, nec dissimiles rapinæ sacrarum diuitiarum & profanarum. Tot igitur sacri-legia Romanorum, quot trophæa: tot de diis quot de gentibus triumphum: tot manubiæ, quot manent adhuc simulachra ⁴⁰⁹ captiuorum deorum. & ab hostibus ergo suis sustinent adorari, & illis imperium sine fine decernunt, quorum magis iniurias quam ⁴¹⁰ adulationes remunerasse debuerant. Sed qui nihil sentiunt, tam impunè læduntur, quam frustra coluntur. Certè non potest fidei conuenire, ut religionis meritis excreuisse videatur, qui ut suggestimus, religionem aut lædendo creuerunt, aut crescendo læserunt. Etiam illi ⁴¹¹ quorum regna conflata sunt in imperij Romani summam, cum ea amitterent, sine religionibus non fuerunt.

Sententiam aduersariorum in contrariam partem deducit per foritas: imperium enim ex victoriis propagatur. victoria est à bello, bellum porro urbium euerfiones importat, quas templorum ruinæ sacrilegiæque sequuntur. Quid est igitur cur Romanorum potentia, à profanis potius gestis, quam à sacris operationibus vires assumpsisse negetur: aut quis vnquam credere possit, eos beneficio religionis opes regni adauxisse, qui vel per offensiones religiosiores euaserunt, vel dum crescerent, iniustiores? Diruta siquidem Carthagine, excisa Corintho, vnâque illarum templis deiectis creuit imperium Romanum. aut igitur deos pugnare inter se, aut nihil potius sentire putandum est.

xxvi.

[Videte ⁴¹² igitur ne ille regna dispenfer, cuius est & orbis qui regnatur, & homo ipse qui regnat, ne ille vices dominationum ipsis temporibus in seculo ordinarit, qui ante omne tempus fuit & seculum corpus temporum fecit, ne ille ciuitates extollat aut deprimat, sub ⁴¹³ quo fuit, aliquando sine ciuitatibus genus hominum. Quid erratis? ⁴¹⁴ prior est quibusdam diis suis syluestris Roma: ante regnauit, quam tantum ambitum Capitolij extrueretur. ⁴¹⁵ Regnauerunt & Babylonij ante ⁴¹⁶ pontifices, & Medi ante ⁴¹⁷ Quindecim viros, & Ægyptij ante ⁴¹⁸ Salios, & Assyrij ante ⁴¹⁹ Lupercos, & Amazones ante ⁴²⁰ virgines Vestales: postremo si Romanæ religiones regna præstant, nunquam retro Iudæa regnasset despectrix ⁴²¹ communium istarum diuinitatum. Cuius ⁴²² & Deum victimis, & templum donis, & gentem fœderibus aliquamdiu Romani honorastis, nunquam dominaturi eius, si Deo non deliquisset vltimo in Christum.

Quo magis falsum redarguatur, tertio loco ponit, vnde verum elici possit. Nam cum in regnis tempus, locus, & personæ requirantur: homines enim in terris per temporum vices imperitant: verisimile videtur ut omnium harum rerum sit ille œconomus qui ante hæc omnia fuerit: qui seculum, id est ætatem illam incertam, in qua nihil prius aut posterius dignoscatur, in ordinem certum vicisque redegit conditis luminaribus: qui omnia denique creauit, & in cuius potestate sunt omnia: mirum profecto est tanto hoc errore mentes nonnullorum inuolui, ut à Romana religione imperia distribui opinentur: quasi vero nulli ante eius apparatus regnarint in terris. Nonne ante creatos Romæ pontifices, ante Quindecim viros Sybillinos, ante Salios, ante Lupercos Persæ, Ægyptij regnarunt, & Assyrij, & ante Vestales ipsæ Amazones apud Thermodoonta flumen? sed ipsa Roma non prius quosdam suos deos coluit, quam regnare cœpit: nec Capitolium dedicauit, quam reges expulerit. Verum hæc omnia dicas ex eodem fonte manare. quid Iudæa contraria penitus & aduersata ritus vestros, nonne opulencia sui regni floruit, ut & fœdus cum illa percussisset? Templumque illud celeberrimum admirati vestri imperatores victimis donisque plurimis exornarunt. Admonet ea gens mortales Deum patrem & Christum dare & admirare regna, ita ut omnibus exemplo esse possit.

[⁴²³ Satis

A [⁴²⁴ Satis hæc aduersus intentionem em læsæ diuinitatis, quod non videamur lædere eam xxvi. quom ostendimus non esse. Igitur prouocati ad sacrificandum, ⁴²⁵ obstruimus gradum pro fide conscientia nostræ, qua certi sumus ad quos ista perueniant officia, sub imaginum prostitutione, & humanorum nominum consecratione. Sed quidam dementiam existimant, quod cum possimus & sacrificare in præsentia, & illæsi abire manente apud animum proposito, obstinationem saluti præferamus. Datis scilicet consilium quo vobis abutamur. Sed agnoscimus vnde talia suggerantur, quis totum hoc agitet, & quomodo nunc astutia suadendi, nunc duritia sæuendi, ad constantiam nostram deiiciendam operetur. Ille scilicet spiritus dæmoniacæ & angelicæ paraturæ, qui nos ob diuortium æmulus, & ob Dei gratiam inuidus, de mentibus vestris aduersus nos præliatur, occulta inspiratione, modulatis & subornatis ad omnem ⁴²⁶ quam in primordio exorsus sumus & iudicandi peruersitatem & sæuendi iniquitatem.

Breuisimo epilogo longam de religionis crimine disceptationem concludit. non enim esse Christianos, inquit, impios & religionis aduersarios, quia negligunt eam quam conscij sunt omnino nullam esse. Quo posito multa quæ quasi pæpomena accidebant, de quibus à principio dixerat, carptim repetendo defendit & examinat. Tria potissimum ea sunt, abstinentia Christianorum à sacris iudicium modo indulgentia, modo sæuitia: & peruersitas iniquitatisque quæstionum. Quid igitur, inquit, mirum, si cum à vobis prouocamur ad sacrificandum, conscientia nostra talem perfidiam non admittit? pro comperto enim habet illa dæmoniis officia eiusmodi præstari sub expositis imaginibus hominumque consecratione: & licet Christum dissimulare possimus, dum thura foculo imponerentur, nolumus tamen hac ratione subterfugere pœnas, atque abuti consilio vestro, quo nobis à quibusdam ceremonis immunitatem pollicemini. conscij enim sumus omnia hæc esse rethnas illius dæmoniaci spiritus satan, qui nostram in Christo constantiam conatur quomodocunque infringere. insinuat ille se in animum mentemque vestram, ac modo suadela vititur, modo sæuitiam nobis proponit, atque ita modulatur & mentes vestras & rei huiusmodi rationem, ut præter morem vestri iuris non pudeat pigeatque vos de Christianis iudicare.

Nam licet subiecta sit nobis tota vis dæmonum & ⁴²⁷ eiusmodi spirituum, ut nequam tamen serui metui nonnunquam contumaciam miscant, & lædere gestiunt quos aliàs verentur: odium enim etiam timor spirat: præterquam & desperata conditio eorum ex prædamnatione solatium reputat, fruendæ interim malignitatis de pœnæ mora. & tamè apprehensi subiguntur, & conditioni suæ succidunt: & quos de longinquo oppugnant, de proximo obsecrant. Itaque cum ⁴²⁸ vice rebellantium ergastulorum, siue carcerum, vel metallorum, vel hoc genus pœnalis seruitutis erumpunt aduersum nos, in quorum potestate sunt (certi & impares se esse, & hoc magis perditos) ⁴²⁹ ingratis resistimus ut æquales, & repugnamus perseuerantes in eo quod oppugnant, & illos nunquam magis detriumphamus, quam quum pro fidei obstinatione damnamur. [⁴³⁰ Quoniam autem xxviii. facile iniquum videtur, liberos homines inuitos vrgeri ad sacrificandum ⁴³¹ nam & aliàs diuinæ rei faciendæ libens animus indicitur) certè ineptum existimaretur, si quis ab alio cogeretur ad honorem deorum, quos vltro sui causa placare deberet, ne præ manu esset iure libertatis dicere, Nolo mihi Iouem propitium. Tu qui es? me conueniat ⁴³² Ianus iratus ex qua velit fronte. quid tibi mecum est? ⁴³³ Formati estis ab iisdem utique spiritibus, ut nos pro salute Imperatoris sacrificare cogatis. Et imposta est tam vobis necessitas cogendi, quam nobis obligatio periclitandi.

Tacita obiectioni occurrit, ex his quæ videri contraria possunt emergenti. Cum enim, dicat aliquis, spiritus eiusmodi dæmoniacæ Christianis subiectos esse paulò ante suaferis, vnde est ut illos nunc vobis tot infligere mala dicatis? At hoc, inquit Tertull. minimè absurdum, & fieri quidem potest quatuor de causis. Serui enim nequam cum metu contumaciam coniungunt, lædere conantes, quos alioqui verentur. præterea timor eiusmodi seruilis odium plerumque parit. Ad hæc cum se sciant pœnas æternas iudicij die manere, in lucro solatiisque ponunt frui sua malignitate, quamdiu pœna superfedeat, inuidentes penitus nostrorum bonorum. Quarto loco posse hæc illos aduersus nos dicimus de sententia voluntatèque: nostra. nam cum eorū instigatione, modò pro seruis fugitiuis in ergastula detrudimur, modò in carcerem conici-mur, modò ad metallorum fodinas damnamur, & ad cloacarum purgationes, ad munitiones viarum vicorumque, & id genus plurima (quamquam illi hæc longè à nobis remoti: nam cum propius nos accedunt, subiguntur, fatenturque, & quasi subscribunt suæ conditioni) vires nostras dissimulantes cum illis dedita opera, tanquam cum paribus congregimur resistimusque, scientes nihil ingratis illis quam à patientia nostra oppugnari. Captiuos enim illos in triumphum maximè ducimus, cum pro fidei obstinatione damnamur. Longè verò perniciosissima est eorum malitia, cum ad rem sacram venitur. Eos enim stimulos admouent ad eam operationem, ut alterutra pars cogatur aut facere, aut periclitari: nam libens animus & voluntas in his quæ ad Deum pertinent, maximè exigitur. Homines enim exigere

operas solent, Deus verò solam expendit voluntatem, vt nullius sit apud illum hecatombe ab inuito: ridiculum sanè & ineptum videtur, si quem cogimus vt sibi deos propitios faciat, atque inuitum (vt aiunt) seruare velimus. Cur enim iure suã liberã voluntatis præ manu & in promptu illa sibi non adsint? heus tu, quid tua? si iratum Iouem non curo, neque bifrontis Iani neutrum supercilium extimesco? Vt igitur aliquid hæc res legitimi continere videatur, fecerunt dæmones vt cum diis hominum potestas copularetur. ita necessario exigi possent operationes, cum scilicet omnes pro salute Imperatoris vota apud aras suscipere teneantur. Qui locus opportunus admodum iam esse videtur, vt alteri ex manifestis criminibus more nostro respondeamus. neque enim lædimus maiestatem Cæsaris, aut si lædimus, nihil minus est vestrum quàm crimen nostrum, cuius duo præcipue erant capita, alterum quod Christiani salutem Cæsaris à diis exposcere dedignarentur, alterum quod festos eius dies celebrare abhorrent, vnde populus holebat inter Romanos censere Christianum.

Ventum est igitur ad secundum titulum læsæ augustioris maiestatis: siquidem maiore formidine & callidior timiditate Cæsarem obseruatis, quam ipsum de Olympo Iouem, & meritò si sciatis. Quis enim ex viuientibus non cuiuslibet mortuo potior? Sed nec hoc vos ratione facitis potius quàm respectu repræsentaneæ potestatis, adeò & in isto irreligiosi erga deos vestros deprehendimini, cum plus timoris humano dominio dicaris. citius denique apud vos per omnes deos, quàm per vnum genium Cæsaris peieratur.

In expositione huius criminis Cæsaris mirum quanta in primis arte benevolentiam sibi capet Tertullianus, & fidem detrahat aduersariis: hanc partem religionis in Cæsares in sola ambitiosa adulatione versari demonstrans, ita vt in tota denique impij proculdubio deprehendantur. Nam cum augustior sanctiorque Cæsaris maiestas habeatur apud vos, quàm deorum, tristiusque expietur qui deliquerit in Cæsarem, quàm qui in ipsum Iouem, ac maiori cum fiducia in peierando abutantur omnes deorum nominibus, quàm Imperatorum: Fite hoc, inquit, à vobis cum ratione, aut alia de causa? Si igitur cum ratione, vt ex viuientibus aliquis non solum Imperator potior vobis sit quàm quilibet demortuus, quales dij vestri, laudo vos: mirum tamen cum de diis ita sentiat, adeò in nos eandem ob causam delinquere. Quod si alia est causa, quæ tantum vobis homini præstare honoris persuadeat, præsentia scilicet Cæsaris & religio seruilis, videte quantum diis ipsis detrahat, malèque dicatis. nimirum multo maior est impietas vestra quàm Christianorum, quibus si nihil est cum diis, nihil illos penitus esse profitentur.

XXIX.

[⁴⁹¹ Constat igitur prius, si isti quibus sacrificatur, salutem Imperatoribus vel cuiuslibet homini impertiri possunt, & ita nos crimini maiestatis addicite. Si angeli aut dæmones substantia pessimi spiritus beneficium aliquod operantur, si perditum conseruant, si damnati liberant, si denique (quod in conscientia vestra est) mortui viuos tuentur, iam vtique suas primò statuas, & imagines, & ædes tuerentur, quæ (vt opinor) Cæsaris militis excubiis suis salua præstant. Puto autem hæc ipsæ materiæ de metallis Cæsaris veniunt, & tota templa de nutu Cæsaris constant: multi denique dij habuerunt Cæsarem iratum. Facit ad causam, si & propitium, cum illis aliquid liberalitatis aut priuilegij confert. ita qui sunt in Cæsaris potestate, cuius & toti sunt, quomodo habebunt salutem Cæsaris in potestate? vt eam præstare posse videantur, quam facilius ipsi à Cæsare consequuntur.

Totum quod hoc loco ab aduersariis stabat, erat eiusmodi: Omnes qui diis non supplicant pro salute Imperatoris, in reatum læsæ maiestatis offendunt: Christiani non supplicant, ergo rei, puniendi igitur. Pro Christianis contra Tertullianus sic constituit, Nos Deo supplicamus pro Imperatore, ergo non rei. Controuersia igitur omnis de Deo est, vt ex his decipiatur in eo nomine. Constat igitur, inquit, in primis & pro comperto sit, qui dij exorandi sunt salutem Cæsaris, verè dij sunt necne. nam si eorum numen est, digni sumus fateor, vt crimini nos addicatis: sin autem nulli sunt, neque aliud quàm animæ defunctorum aut maligni spiritus, tantum abest vt damnari mereamur, vt laudandi etiam sumus: vos contra irridendi vituperandique, qui salutem tanti Imperatoris ab his extorquere conamini, qui longè minores Imperatore nihil præstare de se possunt præterquam malum. & quidem si perditum illi sunt exulèque miseri (vt in superioribus dicebamus) si damnati, qui possunt aliis salutem impendere, si denique quorum memorias colitis, mortui sunt, sicut vestra nouit conscientia, quomodo viuos tueantur? nimirum si qua potestate præstarent, in se primum suisque rebus experirentur. Est enim gratia stationibus militum habenda, si statuar, si templa illorum non penitus expilantur. Præterea si effectus non potest esse nobilior sua causa, vestri ipsi dij qui à metallis supercilioque Cæsaris roti plerumque pendent, atque ita venerantur despiciuntur, prout animis ipsius imperatoris sese in illos habebit, nequaquam beneficium aliquod in manibus habere possunt, præsertim eius qui veluti causa maior illis est atque superior.

Ideo ergo committimus in maiestatem Imperatorum, quia illos non subiicimus rebus suis? quia non ludimus de officio salutis eorum, qui eam non putamus in manibus esse plumbatis? Sed vos irreligiosi qui eam quæritis vbi non est, petitis à quibus dari non potest, præterito eo in cuius potestate est. Insuper eos debellatis qui eam sciunt petere, qui etiam possunt impetrare, dum sciunt petere. [⁴⁹⁷ Nos enim pro salute Imperatorum Deum inuocamus æternum, ⁴⁹⁸ Deum verum, Deum

XXX.

1. Tim. 2.

vium

A viuum, quem & ipsi Imperatores propitium sibi præter ceteros malunt. Sciunt quis illis dederit imperium, sciunt ⁴⁹⁹ qua homines, quis & animam: sentiunt eum Deum esse solū, in cuius solius potestate sunt, à quo sunt secundi, post quem primi, ante omnes & super omnes deos. Quidni? cum super omnes homines, qui vtique viuunt & mortuis antistat. Recogitant quousque vires imperij sui valeant, & ita Deum intelligunt, aduersus quem valere non possunt, per eum se valere cognoscunt. Cælum denique de bellet Imperator, cælum captiuum triumpho suo inuehat, cælo mittat excubias, cælo vestigalia imponat. Non potest: ideo magnus est, quia cælo minor est. Illius enim est ipse, cuius & cælum est & omnis creatura. Inde est Imperator, vnde est & homo antequam Imperator, inde potestas illi, vnde & spiritus.

Ex his quæ dicta sunt, infert cum diaphrica interrogatione, id quod apud omnes absurdum iniquumque videri potest, vt pietas vera damnetur, laudetur fallā & honestetur. Quis enim magis pius in Cæsares, aut quis eorum autoritatem vehementius tuetur quàm Christianus? qui præcipue cauet ne tanta illorum maiestas minuat, subiiciaturque rebus possessionibusque suis: dum ab iis quos diximus in eius esse potestate, & qui mortui sunt, habentque manus pedesque ex materia compactili, petere salutem cuiusquam imperij, nolint, neque in tanto officio ludere quasi cum laruis. Attamen ea est animorum peruersitas & ignorantia, vt is qui laudandus est, perinde ac impius in Cæsares damnetur ab iis qui in ambitiosis nugis occupati, religiosi amatores dicuntur Cæsarianæ salutis: cum nihil alioqui operentur à quo ea operari possit. Sed vt pateat omnibus quanta in hac re veritate simul & pietate Christianus vtatur, videte à quo, & quomodo, & quid pro Imperatore exoptet. Primum enim Deum aduocat is, qui æternus, verus & viuus est, vnde omne est imperium, & omnes qui continentur in illo homines, & quæcunque alia viuunt. neque id iam aduersus voluntatem Imperatorum facere potest, quando illi ipsi Iouem optimum maximum appellantes sentiunt solum esse verum deum, à quo gaudent esse secundinam aliis diis non ipse tantum Imperator, sed quilibet viuens homo viribus præstat, tum quod numen illud & sedem illius intelligunt expugnari non posse, imò illinc & corpus & spiritum ducere. Quomodo verò & quid velint Imperatoribus Christiani deinceps exponit.

B Ex his quæ dicta sunt, infert cum diaphrica interrogatione, id quod apud omnes absurdum iniquumque videri potest, vt pietas vera damnetur, laudetur fallā & honestetur. Quis enim magis pius in Cæsares, aut quis eorum autoritatem vehementius tuetur quàm Christianus? qui præcipue cauet ne tanta illorum maiestas minuat, subiiciaturque rebus possessionibusque suis: dum ab iis quos diximus in eius esse potestate, & qui mortui sunt, habentque manus pedesque ex materia compactili, petere salutem cuiusquam imperij, nolint, neque in tanto officio ludere quasi cum laruis. Attamen ea est animorum peruersitas & ignorantia, vt is qui laudandus est, perinde ac impius in Cæsares damnetur ab iis qui in ambitiosis nugis occupati, religiosi amatores dicuntur Cæsarianæ salutis: cum nihil alioqui operentur à quo ea operari possit. Sed vt pateat omnibus quanta in hac re veritate simul & pietate Christianus vtatur, videte à quo, & quomodo, & quid pro Imperatore exoptet. Primum enim Deum aduocat is, qui æternus, verus & viuus est, vnde omne est imperium, & omnes qui continentur in illo homines, & quæcunque alia viuunt. neque id iam aduersus voluntatem Imperatorum facere potest, quando illi ipsi Iouem optimum maximum appellantes sentiunt solum esse verum deum, à quo gaudent esse secundinam aliis diis non ipse tantum Imperator, sed quilibet viuens homo viribus præstat, tum quod numen illud & sedem illius intelligunt expugnari non posse, imò illinc & corpus & spiritum ducere. Quomodo verò & quid velint Imperatoribus Christiani deinceps exponit.

⁴⁴⁰ Illuc suspicientes Christiani manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus, denique sine monitore, quia de pectore oramus, precantes sumus semper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, quæcunque hominis & Cæsaris vota sunt. Hæc ab alio orare non possum, quàm à quo me scio consecuturum, quoniam & ipse est qui solus præstat, & ego sum cui impetrare debetur, famulus eius, qui eum solum obseruo, qui propter disciplinam eius occidit, ⁴⁴¹ qui ei offero optimam, & maiorem hostiam, quam ipse mandauit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de spiritu sancto profectam. ⁴⁴² Nō grana thuris vnus assis, Arabicæ arboris lacrymas, nec ⁴⁴³ duas meri guttas, nec ⁴⁴⁴ sanguinè reprobj hominis mori optatis, & post omnia inquinamenta etiam conscientiam spurcam: vt mirer cum hostiæ probatur penes vos à vitiosissimis sacerdotibus, cur præcordia potius victimarum, quàm ipsorum sacrificantium examinantur? Sic itaque nos ad Deum expansos ⁴⁴⁵ vngulæ fodiant, cruces suspendant, ignes lambant, gladij guttura detruncent, bestiæ insiliant, paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani. Hoc agite boni præsidēs, extorquete animam Deo supplicanti pro Imperatore. Hic erit crimen vbi veritas & Dei deuotio est.

C Quodcumque verum est, consentanea omnia sunt. Cerimoniarum ratioque Christianorum in fundendis precibus talis quippe est, vt sola veritatem spectare videatur. Non enim, inquit, vt idololatrarum summissio vultu Christiani, precamur Deum, sed in cælum oculos mentemque conuertimus, non tenentes manibus aras, aut adductam togam, sed expansis brachiis & manibus, vt quæ innocentiam explicant, nec velato capite, sed nudo, quia liberi non erubescimus: denique dictas à sacrificulo preces non concipimus, sed ex ipsa sede animi spiritusque nostri cum suspirijs gemituque non vnus aut alter ambitiose, sed in vna veluti conspiratione cæteris omnibus Christianorum vota pro omnibus Imperatoribus exponimus, non quæ ad vtilitatem nostram priuatim respiciant, sed qualia ipse sibi proponit exoptanda & homo & Cæsaris: exponimus, inquam, ei tantum, quem scimus vnum Deum solumque bonorum præbitorem maxima quidem fiducia, nam cum nos illius serui sumus, optimam quam ipse præcepit hostiam offerentes (verba ea sunt de casto corpore & innocenti animo prolata) debetur nobis impetratio multo citius quàm vobis; qui spurcam coinquinatamque conscientiam habentes, suscipit tātula stactæ tenuique libatione & sanguine pecudis damnative hominis placare deorum numina autumatis. Videte quid vobis Christianus intersit, vt quis pro Imp. Deum magis exorare debeat, intelligatis. Maxima vestra diligentia est, vt hostias putas esse probetis: ex equimelio acceptas bidentes, aut si de argento indomitas, cauda non aculeata, quibus lingua nigra non sit, nec auris bifida, aliter non litarentur. A quibus verò flaminibus Deo ministrarent sacra, nullo examine perpenditur: sunt illi adulteri, rapaces, helluones, factiosi, nihil refert. Contra

G

Christianis euenit: probant illi sese, atque ita à vitis extricati, simplici ritu Deo satisfacere credunt. Nonne igitur hæc est vobis etiam iudicibus vera animi nostri deuotio in Deum & gratissimæ preces? quasi tamen hoc sit maximum crimen, nullo non genere tormentorum contenditis nos à veritate detertere, vt falsa ridiculâque vobiscum confectemur.

XXXI.

Matth. 6.

XXXII.

1. Tim. 2.

[⁴⁴⁶ Adulari nunc fumus Imperatori, & mentiti vota quæ diximus ad euadendam scilicet vim. Planè proficit ista fallacia. Admittitis enim nos probare quodcunque defendimus. Qui ergo putas nihil nos de salute Cæsaris curare, inspice Dei voces, literas nostras, quas neque ipsi supprimimus, & plerique casus ad extraneos trāsferūt. Scito ex illis præceptum esse nobis, ad redundantiam benignitatis etiam pro inimicis Deum orare, & persecutoribus nostris bona precari. Qui magis inimici & persecutores Christianorum, quàm de quorum maiestate ⁴⁴⁷ conuenimur in crimen? [⁴⁴⁸ Sed etiam nominatim atque manifestè: Orate, inquit, pro regibus, & pro principibus, & potestatibus, vt omnia tranquilla sint. Vobiscum enim concutitur imperium, concussis etiam ceteris membris eius: vtique & nos (licet extranei à turbis æstimemur) in aliquo loco casus inuenimur.

Quæ à Christianis de suis pro Imperatore precibus adducebantur, eiusmodi erant, vt non solum non impugnarentur à iudicibus, sed etiam absolutionem facerent (leuior enim prætextus innocenti reo veniâ subministrat) poterant tamen in suspicionem venire, ne à Christianis quæ in hanc partem cadunt, simulata mente pronunciarentur in iudicio ad euitanda supplicia, & vt Imperatoribus adulerentur. Septimius igitur vt omni suspicione animos iudicum liberet, duas adnectit causas, quibus necessarium quodammodo Christianis esse testatur, vt quæ de Imperatorum salute loquantur, ea sentiant & operentur. Prima est à lege diuina. Sicuti scripta, inquit, nostra testantur, quæ nescio quomodo ad extraneos etiam circumferantur. monet enim suos sectatores Christus, vt sint inimicorum quoque deprecatores apud Deum, nomenque pro regibus principibusque totius orbis effundere preces iniungit, vt qua possumus hic vti pace, non defraudemur cum aliis. nam & si purgamenta fumus apud gentes, & si nullo censu, casus tamen & nobis aliquem in terris locum circumscriptur, vt vtriusque fortunæ non participes esse nequeamus.

Est & alia maior necessitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni statu imperij rebûsque Romanis, quod vim maximam vniuerso orbi imminentem, ⁴⁴⁹ ipsamque clausulam seculi acerbitates horrendas comminantem, Romani imperij commearu scimus retardari. Itaque nolumus experiri, & dum precamur differri, Romanæ diuturnitati fauemus.

2. Theff. 2.

Quando secundus aduentus domini, quæ clausura erit & finis humanæ huius vicissitudinis, quum vniuersum genus hominum à triumphante Christo iudicabitur, futurus esset, maxima erat inter primos Christianos sollicitudo & disceptatio perterritos afflictationibus illis miseris & horrendis, quæ tempus illud præcedent: donec literis Pauli apostoli ad Colossenses moniti crediderunt, non prius hoc fore quàm de medio impedimentum auferretur, Romanum scilicet imperium. nam quemadmodum Medorum dominatum Babylonij pessundedere, Babyloniorum verò Persæ, Persarum rursus Macedones, Macedonum porrò Romani, ita Romanorum imperium Antichristus, & Antichristi postremò dominus noster. Igitur Christiani vt illi tempestati non interessent, euitarētque vexationes tam acerbi temporis, Deum quoties conueniebant, precabantur pro Romani imperij incolumitate. quamdiu enim impedimentum illud commearat procederetque, securi sibi videbantur tantæ perturbationis.

Sed & iuramus, sicut non per genios Cæsaris, ita ⁴⁵⁰ per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis. Nescitis ⁴⁵¹ genios dæmonas dici, & inde diminutiua voce dæmonia? Nos iudicium Dei suspicimus in Imperatoribus qui gentibus illos præfecit. id in eis scimus esse, quod Deus voluit: ⁴⁵² ideòque & saluum volumus esse quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus. Ceterum ⁴⁵³ dæmonas, id est genios adiurare consueuimus, vt illos de hominibus exigamus, non deierare, vt illis honorem diuinitatis conferamus.

Ad exaggerandam inuidiam contra Christianos in hoc maiestatis crimine maleuoli illud etiam adiungebāt, ex eo etiam certius apparere Christianos despiciere obstinato animo maiestatem Cæsaris, quod nullo modo cogi possent, vt per genios eorum adiurent, aut eos velint deos appellare. Vtrunque facile refellit Tertullianus ex officio iustitiæ, demonstrans Christianos omnibus id quod conuenit tribuere. Quum enim genij isti nihil aliud quàm dæmonas solum, stolidum essent, & præter religionem, si iurandi autoritatem venerentur, cum alioqui à nobis per eius vim sacramenti longius ab hominibus abigantur. Verum quum in conuentionibus sic aliquid asseueramus, ita nobis saluus sit Cæsar, ita incolumis regnet, nonne id augustius sanctiusque est? profectò non ex geniis metimur tati Imperatoris maiestatem, sed à deo suspicientes admirantēque iudicium eius, quod ita voluit talem hominem extollere, vt aliis omnibus præferat, hoc nos maximi facimus, hoc nobis est loco maximæ in iurando æstimationis.

XXXIII.

[Sed ⁴⁵⁴ quid ego amplius de religione atque pietate Christiana in Imperatorem? quæ necesse est suspiciamus, vt eum quem dominus noster elegit: vt merito dixerim, noster est

A est magis Cæsar, vt à nostro Deo constitutus, itaque vt meo plus ego illi operor in salutem. Siquidem non solum ab eo postulo, eam qui potest præstare, aut quod talis postulo qui mereat impetrare, sed etiam quod temperans maiestatem Cæsaris infra Deum magis illum commendo Deo, cui soli subiicio: subiicio autem cui non adæquo. Non enim Deū Imperatorem dicam, vel quia mentiri nescio, vel quia illum deridere non audeo, vel quia nec ipse se Deum volet dici, si homo sit. ⁴⁵⁵ interest homini Deo cedere. Satis habeat appellari Imperator. grande & hoc nomen est quod à Deo traditur. negat illum Imperatorem qui Deum dicit: nisi homo sit, non est Imperator. ⁴⁵⁶ Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru admonetur. Suggestur enim ei à tergo, Respice post te, hominem memento te. Et vtique hoc magis gaudet tanta se gloria coruscare, vt illi admonitio conditionis suæ sit necessaria. Minor erat, si tunc Deus diceretur, quia non verè diceretur. Maior est qui reuocatur, ne se Deum existimet.

Obliqua ratione insinuat Imperatorem non debere à quoquam Deum appellari: nam quum odio sum populo videretur, non potuit aduerso statim congressu impugnari. Prius igitur summam sibi benevolentiam ex ea parte conciliat, ratiocinans Christianorum esse potius quàm aliarum gentium colere venerarique Cæsares. nam qui verum suumque Deum conditorem credunt, & seruatorem omnium, in maxima veneratione habeant necesse est potestates & imperia, vt ab eo non sine ratione facta, & ex omni alia mortalium copia selecta. Tanto igitur studiosiores sunt Imperatoris, quanto magis aliis omnibus illum agnoscunt, vt à Deo præpositum rebus humanis custodem patronumque suum. Cum itaque cogantur Christiani bene cupere Cæsaris, non odio fit aut dedignatione aliqua si eos nolint appellare deos, sed quatuor potissimum rationibus: primum quo illi Deum magis propitium habeant, alioqui indignandum si ad mortales numen suum traduci videat: deinde quum homines illi sint, aliter enim Imperatores non essent, sicuti in curru illo triumphali libenter audire solent, mentiar si deos appellem, nulla enim comparatio Dei & hominis, mentiri igitur nolo. Tertio quia hæc tam improba videtur assentatio, vt eo nomine illos deridere viderer, quod profectò non ausim. Præterea quia hoc sibi vsurpare minimè velint, quum de quo Deo nobis agatur, intelligant: imò sua hominum interesse putabunt, iustum piūque esse cedere Deo, satis habentes in tanta gloria versari, vt quandoque admonendi sint de conditione sua.

[⁴⁵⁷ Augustus imperij formator, ne dominum quidem dici se volebat, & hoc ⁴⁵⁸ enim ^{xxxix} Dei est cognomen. Dicam planè Imperatorem dominum, sed more communi, sed quādo non cogor vt dominum Dei vice dicam. Ceterum liber sum illi: dominus enim meus vnus est, omnipotens Deus æternus, idem qui & ipsius. Qui pater patriæ est, quomodo dominus est? Sed & gratius est nomen pietatis quàm potestatis: etiam familiæ magis patres quàm domini vocantur. Tanto autem abest vt Imperator Deus debeat dici, quod non potest credi nisi turpissima & perniciosissima adulatione, tamquam si habens Imperatorem alterum appelles: nonne maximam & inexorabilem offensam contrahas eius quem habuisti, etiam ipsi timendam quem appellasti? Esto religiosus in Deum, qui vis illum propitium Imperatori. Define alium Deum colere vel credere, atque ita & hunc Deum dicere, cui Deo opus est. Si non de mendacio erubescit adulatio, eiusmodi hominem Deum appellans, timeat saltem de infausto. ⁴⁵⁹ Maledictum est ante apothecum Deum Cæsarem nuncupari.

A maiori propositum confirmat. Nam si autores præcipuè rerum dij vocati solent, id Augusto cognomen maximè competebar: ille verò tantum absuit, vt Deus appellaretur, vt ne nomen quidem domini voluerit audire: quanquam & hoc etiam Dei cognomen proprium est, neque tu credas, cum dominum Imperatorem voco, ita à me intelligi vt dominum Iesum Christum, vulgari vtor abusione. Cum enim dominus ex eo genere sit vt dicatur ad aliquid, simul seruum me facio, si quem meum appello dominum. Ego verò Christum agnosco dominum, qui me magno quidem redemit, præterea neminem. Sed vos ita studium tenet adulationis, vt contraria simul & ingrata euomatis. Si enim Imperator pater meritò patriæ est & dicitur, qua ratione dominus quoque vocabitur? aut quo magis cognomento gaudebit, eòne quod sua pietate celebratur ab omnibus, an quod apud omnes odiosum est? Sed & perniciosam esse & infaustam totam hanc adulationem patet exemplo: nam si viuente tibi Imperatore alterum eodem nomine salutare, vtrique tam salutato quàm salutanti noxæ foret. Quid igitur de Deo existimandum, quum immortalem suam tantique numinis appellationem ad mortales & ephemeros transferri viderit? nimirum quem vos propitium Imperatori exoptatis, in perniciem sui capitis prouocatis. Deus enim is est qui honorem suum nemini commodat. Porrò quàm infaustum sit & ab omni religione damnatum, aliquem vocare Deum ante apothecum, id est antequam de more relatus sit post mortem inter deos, nullus non sacrificulus videt: blasphemia hæc est impia, quàm quæ maximè.

[⁴⁶⁰ Propterea igitur publici hostes Christiani, quia Imperatoribus neque vanos, neque ^{xxxv} mentientes, neque temerarios honores dicant, quia veræ religionis homines etiam ⁴⁶¹ so-

lennia eorum conscientia potius quam lasciuia celebrant. Grande videlicet officium ⁴⁶² D
focos & thoros in publicum educere, vicatim epulari, ⁴⁶³ ciuitatem tabernæ habitu abo-
lescere, vino lutum cogere, cæteruatim cursitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis
illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? Heccine solen-
nes dies principum decent, quæ alios dies non decent? Qui obseruant disciplinam de
Cæsaris respectu, ij eam propter Cæsarem deserunt, & malorum morum licentia pietas
crit: occasio luxuriæ religio deputabitur? O nos merito damnandos! cur enim vota &
gaudia Cæsarium casti & sobrii & probi expungimus? ⁴⁶⁴ cur die læto non laureis po-
lites obumbramus? nec lucernis diem infringimus? Hæc res est solennitate publica
exigente induere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris.

Ad alterum caput lætæ maiestatis impugnandum cum graui ironia descendit. Cùm iam, inquit, satis
à nobis declaratum sit, ubi pro salute Cæsarium agitur cum Deo, nullo modo Christianos accusari posse
restat ut publici hostes habeantur, propterea quia dicatos Cæsariibus dies ea vanitate temeritateque non
celebrent, qua passim in huiusmodi festis alij abutuntur, & quia veræ religionis homines, Christiani sci-
licet, natales eorum & id genus alios solennes dies pura obeant conscientia potius quam temulenta la-
sciuia: quod sanè nihil aliud est quam in honorem Cæsarium nolint amplecti vitia, & odisse virtutem.
Quid enim obsecro officij est, aut honestæ obseruantia, in vestris istis lectisterniis per urbem? omnia
quæ in tabernis, fornicibus, ac lupanaribus fieri damnarique solent, repræsentantur. At si religioni dicantur
ij dies, homines puto continentiores esse oportebat, sanctiores honestioresque, & in tota morum
disciplina diligentiores, quales esse ac videri volunt ipsi Christiani: dehonestare verò urbem, luxurio-
sa licentia debacchari, & contra imperatorum decus est, & aduersus deos.

Velim tamen in hac quoque religione secundæ maiestatis, de qua in secundum sacrile-
gium conuenimur Christiani, non celebrando vobiscum solennia Cæsarium, quo more
celebrari nec modestia, nec verecundia, nec pudicitia permittunt, sed occasio voluptatis
magis quam digna ratio persuasit, fidem & ⁴⁶⁵ veritatem vestram demonstrare, ne fortè &
isthic deteriores Christianis deprehendantur, qui nos nolunt Romanos haberi, sed hostes
principum Romanorum. ⁴⁶⁶ Ipsos Quirites, ipsam vernaculam septem collium plebem
conuenio, an alicui Cæsari suo parcat illa lingua Romana? Testis & Tiberis, & ⁴⁶⁷ scholæ
bestiarum. ⁴⁶⁸ Iam si peccatoribus ad translucendum quandam specularem materiam natu-
ra obduxisset, cuius non præcordia insculpta apparerent noui, ac noui Cæsaris scenam in
⁴⁶⁹ congiario diuidendo præsentis? etiam illa hora qua acclamant, ⁴⁷⁰ De nostris annis
tibi Iupiter auget annos. Hæc Christianus tam enunciare non nouit, quàm de nouo Cæ-
sare optare. Sed vulgus, inquit, ut vulgus. Tamen Romani, nec vlli magis ⁴⁷¹ depositulato-
res Christianorum, quàm vulgus. ⁴⁷² Plane ceteri ordines pro auctoritate religiosi, ex fide
nihil hosticum de ipso senatu, de equite, de castris, de palatiis istis spirant. ⁴⁷³ Vnde Cas-
sij, & Nigri, & Albini? ⁴⁷⁴ vnde qui inter duas lauros obsident Cæsarem? ⁴⁷⁵ vnde qui fauci-
bus eius exprimentis palæstricam exercent? ⁴⁷⁶ vnde qui armati palatium irumpunt, ⁴⁷⁷
omnibus Stephanis atque Partheniis audaciores? de Romanis, ni fallor, id est de non
Christianis. Atque adeò omnes illi sub ipsa vsque impietatis eruptione & sacra facie-
bant pro salute Imperatoris, & genium eius deierabant, alij foris, alij intus, & vtrique ^F
publicorum hostium nomen Christianis dabant.

Ab apologia regerit more suo crimen in aduersarium. Patet, inquit, populum Rom. festos Cæsaris
dies non religionis causa celebrare, sed voluptatis: eam nempe occasionem naçti totos pandunt luxuriæ
sinus, ut qui magis illorum deliret, studiofior principis iudicetur: instat ramen adhuc plebs & vrget Chri-
stianos: Non vos, inquit, conscientia mouet, non deterret licentia, sed odium quoddam & instat in vo-
bis Christianis contra Cæsares ipsos simultas. Esto, inquit Tertullianus, Quid si & vos ex eadem (ut di-
citur) fidelia Cæsarem dealbatis? Totum enim hoc benevolentia studio in Cæsares & mirifica obser-
uantia lucello noui congiarij venalis est vobis. Nam si quis circa Tiberim maxime regiones urbis perambu-
let, quam partem plebs ista tam vehemens in Christianos rabula colit, inaudiet quantas euomat in Im-
peratorem suum execrationes, quanto subinde voto nouos ac nouos exoptet Cæsares, ut noua experiatur
liberalitatem. Solebant enim Cæsares, ut plausum sibi popularem conciliarent, in ipsis plerunque auspi-
ciis imperij nummos populo diuidere, & in caritate annonæ triticum diuidere, aut vini oleiue congios
distribuere. Quoties igitur popellus ab aliqua re laboraret, cui Cæsar esse præstò non poterat, aut nollet,
præsentem (ut plerunque assolet) reum statum oderat: & pro ipso plausu & acclamationibus, qui-
bus Imperatorem per urbem aut in theatrum ingredientem prosequeretur, longe aliter illis ani-
mus exoptabat, quàm illa verba sonarent, De nostris annis, &c. Facile enim si per diaphanon materiam
ita à natura comparatum esset, ut præcordia hominum inspicere dignoscique possent, in animis vtrique
populi appareret veluti scena quædam noui deinceps ac noui Cæsaris, qui sibi statim post diuisionem con-
giarium subinde succederent. Tantisper enim obseruat Cæsarem plebs, quam diu utilis est, omnisque
illa

A illa adulatio à commodis extorquetur, non à vera proficitur obseruantia. Christianus autem ut men-
tiri adulando nescit, ita præsentibus semper rebus acquiescit. Nec aliquis mihi obiiciat, inquit, hæc esse
vulgi inconstantiam vltimæque plebis, quæ ad id quod præfens est quasi pecus commouetur, licet hæc
ad causam nihil. Romani siquidem nihilominus sunt, & id maxime genus hominum quod Christianos
maxime vexet, nam & ceteri ordines, si facta sunt potiora dictis, multo inueniuntur infideliores, magis
que formidolosi Imperatoribus suis quam plebes, licet in sua illa auctoritate & fide religiosiores videri
velint. Plures enim inuenire est de senatu, de ordine equestri, de præfecturis castrorum & prætorij, qui
complures annos & in ipso coniuurationis tempore vota pro Imperatore susceperint, illum paulo post aut
dolo circumuenerunt, aut armis subuertere sunt conati. Nostra siquidem tempestate occisus est irumpen-
tibus prætorianis iuxta Ianitricas illas lauros & pro foribus ipsius palatij, miserabili quidem & pernicioso
exemplo Pertinax optimus Imperator: cùmque Romano Imperio ab Illyricis succurrisset vir cordatus sim-
ul & strenuus, & qui à senatu factus esset legitimus Imperator Seuerus, nonne proconsul Syriæ Niger
vir consularis totum in illum concitauit Orientem? nec minus Occidentem Albinus vir patricius & Bri-
tanniæ proconsul? quid Aufidius Cassius paulo ante princeps inter Romanos proceres, nonne Imperato-
rem Antiochiæ se appellauit, ut M. Antonio imperium extorqueret? Quin & Aelius Lætus castrorum præ-
fectus per Narcissum tanquam palæstricam contortis faucibus Commodum Imperatorem strangulauit?
Quid alios referam Parthenios & Stephanos libertos, qui Domitianum opprèssere, crudeliores in Cæsa-
res? nimirum si animum aduertis, Romani isti sunt omnes, & principes viri, Cæsares ipsos vsque ad su-
perstitionem colentes, non modo non Christiani, sed qui Christianos hostium loco haberent.

⁴⁷⁸ Sed & qui nunc scelestorum partium socij aut plausores quotidie reuelantur, ⁴⁷⁹ post
vindemiam patriciarum racematio superstes quàm recentissimis & ramosissimis laureis
postes prætræbant: quàm elatissimis & clarissimis lucernis vestibula enubilabant: quàm
cultissimis & superbissimis thoris forum sibi diuidebant: non ut gaudia publica celebra-
rent, sed ut vota propria iam ediscerent, & in aliena solennitate exemplum atque imagi-
nem spei suæ inaugurent, nomè principis in corde mutantes. Eadem officia dependunt
& qui ⁴⁸⁰ astrologos, & aruspices, & augures, & magos de Cæsarium capite consultant.
quas artes ut ab Angelis desertoribus proditas, & à Deo interdictas, ne suis quidem cau-
sis adhibent Christiani. Cui autem opus est perscrutari super Cæsaris salute, nisi à quo
aliquid aduersus illam cogitatur vel optatur? aut post illam speratur & sustinetur? non
enim ea mente de charis consultitur, qua de dominis. Aliter curiosa est sollicitudo san-
guinis, aliter seruitutis.

Non esse credendum ambitiosis ceremoniis, quæ à ciuibus exhibentur Imperatori, certius adhuc à Ter-
tulliano comprobatur. Tam enim illi qui in ea re curiosiores videntur, hostes esse possunt, quàm qui ne-
gigentiores erga Cæsares, beneuoli. Nam factiosi ciues quo facilius omnem de se suspensionem conuellat,
nihil de rebus extrinsecis facere prætermittunt quæ ad dissimulationem odij pertineant, ut in persequen-
dis Albini Nigrique partibus quotidie intelligebatur. Herodiano siquidem teste, posteaquam Seuerus
autores vtriusque factionis deleuit, quos metaphorice Tertullianus vindemiam patriciarum cogno-
minat, ut qui contra patrem patriæ coniurassent, ad reliquias opprimendas, quali ad racemationem se
conuertit. Et in quæstionibus is sæpius conspirasse deprehendebatur, qui in Cæsaris cultu diligentiores
fuisse nam & in ludis secularibus, quos ille maximo studio celebravit, & quotannis natali die, & in triu-
phis præcipue omnem lætitiæ locum explebant. Domos suas festa fronde exornare, in vestibulis arden-
tes lychnos suspendere, & in lectisterniis per urbem lectos omnium magnificentissimos parare, non sine
peculiari quodam gaudio. Ita enim auspicia imperij captare videbantur, & in eo quasi præludio imperij
personam sibi & nomen Cæsaris accommodabant. Quo etiam modo officiosos esse illos existimandum,
qui magos Chaldaeosque de vita ac salute Cæsaris consulunt. Istæ enim superstitiones nihil aliud spectant
quàm commoda cuiusque sua, quibus post Imperatoris dominique sui obitum perfrui sperat, impatiens
illa moræ, ita suam cupiditatem iactat. Nec est cur mihi dicas, consulimus de Cæsare tanquam de iis qui
nobis chari iucundique sunt. ratio quippe diuersa. aliter enim de cognatis natura cogit cognatos esse sol-
licitos quàm de dominis suis seruos. illi enim necessitudinem amplectuntur, hi necessitatem detrectant.

[Si ⁴⁸¹ hæc ita sunt, ut hostes deprehendantur qui Romani vocabantur, cur nos qui ho- ^{x x x v i}
stes existimamus, ⁴⁸² Romani negamur? non possumus & Romani non esse, & hostes esse,
cùm hostes reperiantur qui Romani habebantur: adeò pietas & religio & fides Imperato-
ribus dedita nõ in huiusmodi officiis consistit, quibus & hostilitas magis ad velaumentum
sui potest fungi: sed in iis moribus quibus diuinitas imperat, tam verè quàm circa omnes
necesse habet exhiberi. neque enim hæc opera bonæ mentis solis Imperatoribus debentur
à nobis. Nullum bonum sub exceptione personarum administramus, quia nobis præ-
stamus qui non ab homine aut laudis, aut præmij expèsum captamus, sed à Deo exactore
& remuneratore indifferentis benignitatis. Idem sumus Imperatoribus qui & vicinis no-
stris. Malè enim velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de quoquam ex æquo ve-

xxxvii.
Matth. 6.

tatur. Quodcumque non licet in Imperatore, id nec in quenquam. quod in nemi-
nem, eo forsitan magis nec in ipsum qui per Deum tantus est. [Si ⁴⁸⁵ inimicos (vt supra
diximus) iubemur diligere, quem ⁴⁸⁴ habemus odisse? item si læsi vicem referre prohi-
bemur, ne de facto pares simus, quem possumus lædere?

Romani omnes & quibus ius Quiritium impertiebatur, multis gaudebant privilegiis, & in iudiciis
præsertim non ubique neque simili modo diuexabantur. Populus itaque Rom. vt in Christianos sauire
omnibus modis posset, illos tanquam non censes, hostes humani generis appellabat, cum multis (vt di-
citur) de causis, tum quia malè de Imperatore suo sentirent: id quod à simili iniquum esse Tertull. o-
stendit. nam si plures alij (vt dicebamus) Imperatoris hostes, iidem & Romani appellantur à vobis, cur &
nobis & hostes & Ro. esse ob eandem causam non licet? præsertim cum eiusmodi omnes circumstantiæ
nulla ratione, sed furiosa quadam assentatione pensentur. Quid enim pietatis est aut religionis in istis offi-
ciis, quibus omnes vt Albinus & Niger aliique simulata mente ita abuti possunt, vt eo prætextu maximè
nocere possint? In illis profectò moribus stat fides omnis atque religio quibus Christiani conformantur.
Iuber enim illis Deus vt verè & omnibus semper bene velint, neque alicuius gratia moueantur. id quod
libenter etiam exhibent, propterea quod operas eius officij Deus exiget, vt eius omnium remunerator. no-
lunt enim vt homines illis aliquid expendant in præmium aut in laudem, sed vt suam illi dilectionem
gratis acceptam referant. Cum itaque ita sibi præscripserint ex diuino iussu Christiani, vt nemini malè
cupiant, quanto minus de Imperatore, quem per Deum agnoscunt in tantà dignitate constitutum, malè
sentire possunt: Quo loco vt certior vobis fiat Christiana benignitas, repetite animo quæ in priori actio-
ne de dogmate nostro disseruimus, quum nobis sepius præceptum esse dicebamus à Christo, vt inimi-
cos etiam diligamus, & omnem sibi vindictam referuimus. Qua sanctione neminem iam odisse aut læ-
dere possumus.

Nam de isto ipsi recognoscite. Quotiens enim in Christianos defœuitis, partim animis
propriis, partim legibus obsequentes? Quotiens etiam præteritis vobis suo iure nos ini-
micum vulgus inuadit lapidibus & incendiis? ⁴⁸⁵ Ipsi Bacchanalium furis nec mortuis
parcunt Christianis, quin illos de ⁴⁸⁶ reque sepulturæ, de asylo quodam mortis iam alios,
iam nec totos auellant, dissecant, distrahant. quid tamen de tam conspiratis vnquam de-
notatis, de tam animatis ad mortem vsque pro iniuria repensatis? quando vel vna nox
pauculis faculis largitatem vltionis posset operari; si malum malo dispungi penes nos li-
ceret. Sed absit vt aut igni humano vindicetur diuina secta, aut doleat pati, in quo proba-
tur. Si ⁴⁸⁷ enim & hostes exertos non tantum vindices occultos agere vellemus, deesset
nobis ⁴⁸⁸ vis numerorum & copiarum? Plures nimirum ⁴⁸⁹ Mauri & Marcomanni, ipsique
Parthi, vel quantæcunque vnus tamen loci, & suorum finium gentes, quam totius orbis
⁴⁹⁰ externi sumus & vestra omnia impleuimus, vrbes, insulas, castella, municipia, concil-
liabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum. Sola vobis relinquimus
templa. Cui bello non idonei, non prompti fuissetis, etiam impares copiis, qui tam li-
benter trucidamur? si non apud istam disciplinam magis occidi liceret quam occidere.
Potuimus & inermes nec rebelles, sed tantummodo discordes solius ⁴⁹¹ diuortij inuidia
aduersus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrup-
pissimus à vobis, ⁴⁹² suffudisset vtrique dominationem vestram tot qualiūcunque amissio
ciuium. imò etiam & ipsa destitutione punisset. proculdubio expauisset ad solitudinem
vestram, ad silentium rerum & stuporem quendam quasi mortuæ vrbes quæssissetis quibus
in ea imperassetis. Plures hostes quam ciues vobis remanissent. nunc enim pauciores
hostes habetis præ multitudine Christianorum penè omnium ciuium, penè omnes ci-
ues Christianos habendo. Sed hostes maluistis vocare generis humani potius quam er-
roris humani. Quis autem vos ab illis occultis & vsquequaque vastantibus mentes & va-
letudines vestras hostibus raperet? à dæmoniorum incurfibus dico, quæ de vobis sine
præmio, sine mercede depellimus. Sufficisset hoc solum nostræ vltioni, quod vacua ex-
inde possessio immūdis spiritibus pateret. Porrò nec tanti præsidij compensationem cogi-
tantes, non modò non molestum vobis genus, verum etiam necessarium, hostes iudicare
maluistis: qui sumus planè non generis humani tamen, sed potius erroris.

Benevolentia Christianorum in suos inimicos vltionis negligentia tantum abest à communi mor-
talium vsu, atque ita naturæ repugnare videtur, vt Tertulliano hoc loco iudices non credant, nisi rem ip-
sam suis circumstantiis ac testibus comprobaret. Testes itaque nullos alios citat, quam iudices ipsos, vt
qui certius omnibus aliis videre possint, quanta vtantur patientia Christiani, in omnes qui de se pessimè
mereantur, ita vt cum facile vicem rependere valeant, nolint: nam vos, inquit, non præterit quæ crudeliter
tractemur quotidie vel à vestris legibus, vel ad libidinem animi vestri: nullum genus est tormenti quod
in nobis non desquiat, dum vos patientiam deuotionemque animi nostri admirari soletis, cum ne verbū
quidem

A quidem euomatur, quod non placidum sit, quod non honestum. Præterea si cui accidat ex nobis, vt præ-
tereat iudicium vestrum, quantis ipsius plebis iniuriis exponitur, præsertim ipsis non dico festis, sed furis
dierum Bacchanalium? Tanta est aliquando ferocitas vulgi, vt cadauera ipsa Christianorum etiam semi-
putrefacta de sepulchris (quod tandem asylo esse debuit) eruant disiciantque: atramen in tanto con-
tumeliarum tumultu, quem vnquam de nostris, quos inter se dicitis veluti fœdere quodam in genus huma-
num coniurasse, notatis illata: iniuriæ reum fieri? neque est vt obiciatis, Ideo iniurias dissimulant, quia
suarum virium pœnitet. nam si minus aperte, clam dolòve quicunque lædere potest, quid enim facilius, si
malo malum compensandum est, quam noctu subditis facibus urbem incendio deuastare? quanquam si
personam hostium vt deputamus agere velimus, non desit nobis militum copia, maior etiam illarum gen-
tium quæ quotidie contra vos arma mouent. Mauri enim & Parthi atque id genus Barbari, vna est gens
suis præscripta finibus, Christianorum verò infinita est vbique multitudo: non modò enim vllus est lo-
cus, sed ne ordo quidem in quo Christiani non reperiantur, vt si eorum disciplina armis inniteretur, nulla
vnquam fuisset contra Rom. imperium conspiratio maior aut formidolosior, siue ad copias, siue ad deuo-
tionem animorum respiciatis. Erat etiam facilius vindictæ ratio, si iniurias quibus à Deo probamur, au-
fugere libeat, vt semel vnà coacti aliò proficisceremur à vobis. Eiusmodi nempe diuortium satis superque
vltionis afferret. tanta enim esset horum ciuium colonia, vt ipsam metropolim omnino reliquiarum sua-
rum pœniteret, puderetque suæ in ciues improbitatis. Cum enim Christiani diligant omnes, in quibus
plures sunt locis, pauciores hostes continentur, non sine maxima vilitate, cum in multis rebus, tum in ex-
pellendis dæmonibus, qui mentes corporaque occulto meatu occupantes, domos sæpe conturbant. vnde
ciuitatibus Christiana natio non grauis aut molesta videri debet, sed necessaria potius & gratiosa, neque
appellari hostis humani generis, sed erroris humani.

[⁴⁹³ Proinde nec paulò lenius inter licitas factiones sectam istam deputari oportebat, à xxxviii.
B qua nihil tale committitur, quale de illicitis factionibus timeri solet. nisi fallor enim, pro-
hibendarum factionum causa de prouidentia constat ac modestia publica, ne ciuitas in
partes scinderetur, quæ res faciliè comitia, concilia, curias, conciones, spectacula etiam
æmulis studiorum compulsionibus inquietaret, cum iam & in quæstu habere cœpissent
venalem & mercenariam homines violentiæ suæ operam. At enim nobis ab omni gloria
& dignitatis ardore frigētibus, nulla est necessitas cœtus, nec vlla magis res aliena, quam
publica. Vnam omnium rempub. agnoscimus mundum, ⁴⁹⁴ æquè spectaculis vestris in
tantum renunciamus, in quantum originibus eorum: quas scimus de superstitione con-
ceptas, ⁴⁹⁵ cum & ipsi rebus de quibus transiguntur prætersumus, nihil est nobis dictu,
visu, auditu, cum infania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xyphi
vanitate. Quo vos offendimus, si alias præsumimus voluptates? si oblectari nouisse no-
lumus, nostra iniuria est, si fortè nostra non vestra. Sed reprobamus quæ placent vobis,
nec vos nostra delectant. Sed ⁴⁹⁶ licuit Epicureis aliquam decernere voluptatis veritatē,
id est animi æquitatem & ampla negocia.

Conclusio, quam à causa rei deinde confirmat. Explicatum longius est Christianos non modo infan-
ticiidij, incesti, impietatis, atque omni maiestatis crimine vacare, sed etiam ciuibus suis prodesse: proin-
de, inquit, iudices multo vehementius libentiùsque sectam Christianam admittere debetis, & inter
honestas à vobis factiones recensere, cum nihil in se contineat, quod vrbes aliquam partem conturbare
possit. Sectarum siquidem collegia à prouidenti consilio inhiberi solent, quando ciuitates in contrarias
partes diuidant, vbi maximè homines, vt cuique maior vis est opum, conduci possunt in contentio-
nem suæ hæreseos. At vero Christiana res, cum nulla auaritia nullaque ambitione exæstuet, restat vt ab
ea nihil timeri possit. quis enim aut in senatu, aut in concione tumultuabit, cum nullam aliam publicam
rem agnoscat, quam mundum: neque alios ciues, quam omnes homines? Sed & multo minus specta-
cula, quibus tantopere populus oblectatur, conturbabit, quando nec res ipsæ quibus continentur, nihil
sua putet interesse, atque omnis origo eorum à superstitione deriuetur: imò nihil odit magis quam id
genus voluptatis, quo sensus omnes corrumpuntur. Quid enim infanlius videri potest, quam currentes
in tanto discrimine quadrigæ in circo? quid turpius audiri, quam quæ recitantur in teatro? quid sæuius
intueri, quam ferarum & gladiatorum commissiones in arena & amphitheatro? quid denique magis
vanum, quam in xyphis gymnasijsve præludia, quasi ludorum per totum diem exercere? Habentne hæc
tantum momenti, vt merito nos genus esse hominum triste agrestisque dicitur, quasi duri stipites
nulla voluptate delectemur, virantes spectacula, ludos, choreas, nec nisi quod naturæ aduersatur sectari?
nihil est hoc etiam loco in quo vos offendamus. Nonne præterea libera cuique voluntas est eligendi
quamcunque libeat voluptatem, sicuti docemur à vobis & ab exemplo Epicureorum monemur, qui
cum ab autore suo didicissent summum bonum esse voluptatem, nulli sibi fraudi est, si eam intel-
lexisse volunt, non quæ in eiusmodi ludicris est, sed quæ prodeat ex æquitate & ex maximis rebus præ-
clarisque gestis?

[⁴⁹⁷ Adam iam nunc ego ipse negocia Christianæ factionis, vt qui mala refutaue- xxxix.
rim, bona ostendam.

Haecenus criminibus responsum est, ita ut non diluta modo sint, sed etiam in aduersarios reiecta, ubi de ea de Christo reque Christiana dicta sunt, quae pro re nata necessaria videbantur. Nunc vero quoniam oratoris est non solum depulsione criminis, sed etiam a proposito rei natura suadere, Tertullianus vniuersam rem Christianam ante oculos iudicum exponere aggreditur, ut vnde ea sit, & cuius gratia, per quos fiat, & quomodo, cognoscentes facilius suam agnoscant iniquitatem, quibus quidem locis quaecunque etiam Christianis obiciebantur, commodius audientur, excidenturque.

⁴⁹⁸ Corpus sumus de conscientia religionis & disciplinae unitate & spei foedere. ⁴⁹⁹ Coimus in cœtum & congregationem, ut ad Deum quasi manu facta precationibus, ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est. ⁵⁰⁰ Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis. ⁵⁰¹ Cogimur ad diuinarum litterarum commemorationem, si quid presentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certè fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus. ibidem etiam exhortationes, castigationes, & ⁵⁰² censura diuina. nam & iudicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conspectu: summumque futuri iudicij præiudicium est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis & conuentus & omnis sancti commercij relegetur.

Quid sint Christiani, breuiter ab efficienti causa definit. Quum enim mutua inter se charitate deuincantur, systema eorum corpus quoddam merito dicitur: cuius caput Christus est. Conciliantur autem hæc inter se membra, non ut aliarum hæresium cœtus, sed quia conscij sunt, veram Dei religionem per Christum operari, veram eius esse doctrinam, & præmiorum spem certam, quo veluti foedere continentur in ordine. Cùmque in ecclesiam, id est in cœtum cogimur, nullum aliud nobis propositum est, quàm ut multiplicibus ex vno veluti impetu precibus Deum nobis aliisque propitium reddamus, ut quæ vasa sunt indignationis, fiant vasa misericordiae. Præterea ut temporum tranquillitate perfruamur, & horrendum Dei iudicium differatur. Leguntur etiam diuinæ litteræ, quibus maximè prædicta recognoscere possumus ad confirmationem fidei, spemque certiorum faciendam. Nec pauciora sunt præcepta quæ præter litterarum disciplinam afferuntur, ubi pro rerum qualitate alij exhortantur, alij puniuntur exacto quidem examine, ut qui certum habeamus hæc omnia coram Deo semper tractari. Quod si quis ceruicofus sit aut improbus, communionem aliorum interdicitur: quod quasi præiudicium est venturi iudicij, in quo Deus malos à se procul excludet & à suis.

⁵⁰³ Præsentem probati quique seniores honorem istum non pretio, sed testimonio adepti, neque enim pretio vlla res Dei cõstat. ⁵⁰⁴ etiam si quod arcæ genus est, non de ordinaria summa, quasi redemptæ religionis congregatur: modicam vnusquisque stipem menstrua die, vel quæ velit, & si modò velit & si modò possit, apponit: nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt, nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humanisque, & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, iamque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodiis, dumtaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ fiunt. Sed eiusmodi vel maximè dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. F. Vide, inquiunt, ut inuicem se diligant. ipsi enim inuicem oderunt. & ut pro alterutro mori sint parati. ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt. Sed & ⁵⁰⁵ quod fratres nos vocamus, non alias, opinor, infamant, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus, iure naturæ matris vnus, etsi vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt, qui vnum spiritum biberunt sanctitatis, qui de vno vtero ignorantia eiusdem ad vnam lucem expauerint veritatis. Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragedia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quæ penes vos ferè dirimit fraternitatem. Itaque quia animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. ⁵⁰⁶ omnia indiscreta sunt apud nos præter vxores: in isto loco consortium soluimus, in quo solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia vsurpant, sed & sua amicis patientissimè subministrant, ex illa (credo) maiorum & sapientissimorum disciplina ⁵⁰⁷ Græci Socratis & ⁵⁰⁸ Romani Catonis, qui vxores suas amicis communicauerunt, quas in matrimoniū duxerant liberorum causa, & alibi creatorum, nescio quidem an inuitas. Quid enim de castitate curarent, quam mariti tam facile donauerant? O sapientia Atticæ, o Romana grauitatis exemplum, Leno est philosophus & cenfor, quid ergo mirum si tanta charitas conuiolatur?

Sed

A Sed ne tumultuarius quidam cœtus is esse credatur, præsumunt, inquit, omnibus ij qui à Græcis presbyteri, à nobis seniores dicuntur, non omnes, sed qui communi omnium testimonio probantur, nullo ambitu intercedente, nihil enim sacrum apud nos precio comparatur delegaturve, minimè de pecuniaria re sollicitos. si quid tamen in arcula nostra nummorum tenetur, ex collatione singulo quoque mens collectorum, non quod onus hoc & tributum quasi pro adepta vera religione imponatur (quando enim quisque velit aut possit, confert) quicquid id est, non in palati gratiam, sed totum in pietatis officia erogatur. Sepeliuntur, aliunturve pauperes, pupilli, imbecilles, senes, naufragi, & qui profitentes Christum in insulis, aut in fodienda metalla, aut in carceribus macerantur, tanquam veræ fidei alumni, quam extraordinariam charitatem gentes aliæ videntes non possunt non admirari, sed ut qui se inuicem odisse & interimere quoque solent, suo nos modulo merentes, omnia semper in peius distrahunt, dissimulantque hoc, & damnare etiam volunt, præsertim quod Christiani sese fratres ex dilectione appellent: quam nominis vsurpationem facile nobis est, inquit, defendere apud vos, etiam quibus nullus est consanguineus, nisi ambitione verborum, facta siquidem vestra declarant, nulla non commoda præferri necessitudinibus, ut incredibile videatur nomen hoc alicui ecclesiae conuenire posse. Si ergo à natura, à moribus, à simili suaderi potest aliquid, omnia cõgruere in nomine hoc, neque temerè impositum esse videbitis. Nam si ad communem omnium parentem naturam respiciatis, quid est cur non modo eiusdem sectæ homines, sed vniuersi mortales fratres inter se merito appellari non possint? licet vos hanc ita naturæ legem antiquastis, ut non modo non fratres, sed ne homines quidem dici mereamini. Quod si communiter omnibus, præcipue tamen Christianis conuenit, qui vnum patrem vnumque verum Deum agnoscentes, eadem sancti spiritus hereditate fruuntur, qui ex eodem ignorantia vtero prodeuntes, veritatis aura refrigerantur: nisi forte minus ideo fratres dicendi, aut quia in fraterna summaque pace viuimus, nec de nobis aliqua sumitur materia digna theatro, quales in Phœnissis de Eteocle & Polydice: qualis etiam Romulus vestri generis autor in fratrem: aut quia in rebus domesticis legem fraternam exercere non videtis, ut suam quisque portionem rerum auferat, alterque succedat alteri, quæ causa frequens est apud vos, ut omnia iura violentur. Quàm multi enim sunt, qui ut soli hereditates inuadant, fratres de medio tollunt? At nos qui vna omnes anima & communi animo viuimus, rem quoque quæ multo minoris est, communicare inter nos volumus: denique omnia Christianorum communia, præter vxores: hic tantummodo consortium omne communionemque penitus castitatis amore dissoluimus, ubi ceteri turpiter labuntur. Quid enim si sapiens ille Socrates apud Græcos, vxorem suam tanquam armenti matricem amico suo ad propagandam sobolem concessisset, & Cato apud Romanos Marciam suam Hortensio flagitanti, de coniugiis aliorum sperandum?

Nam & cenulas nostras præterquam sceleris infames, ut prodigas quoque suggillatis. de nobis scilicet Diogenis dictum est, ⁵⁰⁹ Megarenfes obsonant, quasi crastina die morituri, ædificant vero quasi nunquam morituri. ⁵¹⁰ Sed stipulam quis in alieno oculo facilius respicit, quàm in suo trabem. Tot ⁵¹¹ tribubus, & curiis, & decuriis ructantibus acescit aer. ⁵¹² Saliis cœnaturis creditor erit necessarius. ⁵¹³ Herculianarum decimarum & pollutorum sumptus ⁵¹⁴ tabularij supputabunt: ⁵¹⁵ Apaturiis, Dionysiis mysteriis Atticis, coquorum delectus indicentur, ad ⁵¹⁶ fumum cœnæ Serapicæ sparteoli excitabuntur, de solo triclinio Christianorum retractatur.

Cœna Christianorum quòd infanticidij incestique scelere taxetur, dictum est in superioribus: cum verò luxuriam etiam factionisque nomine damnaretur, hoc loco Tertullianus cuiusmodi ea foret, apertius narrat, dolens primò iniquitatem hominum, qui tanta odij cæcitate feruntur, ut quo illi maximè crimine laborant, in Christianos effutiant, quasi vero securi, gulæ perinde atque alij indulgere possint, neque continuo mors eorum ceruicibus immineret, ita ut quod in Megarensum voracitatem Diogenes ludit, ex parte Christianis conueniat. Sed quod ingenium hominum est, aliorum errata ante oculos nobis proponimus, crimina vero nostra à tergo mantica seruat. Nam si luxuria epularum in sacris debet in inuidiam crimenque vocari, omnes aliæ gentes rectius accusari posse videntur quam Christiani. Si enim cuiusque tribus conuiuia quæ Romæ parantur in curiis à suis curionibus, si quæ cœnæ in decuriis iudicum quotidie fiunt inspicias, ex cruditate tot hominum eructantium, ipsum quidem aëra tantum non acescere senties. Quid Salijs: nonne suas cœnas tanto instruunt sumptu, ut principibus publicanorum decumanis, Herculis decimas locare cogantur: vnde & opiparæ lautioresque epulæ Saliarum vulgò vocantur. In funerum quoque locatione quam multa pollinctores ingurgitent, ex supputatione cognoscitur stabularij & cauponis. Nec apud Græcos minor est infania gulæ: nam & apud Athenienses sacra Liberi patris, quæ Apaturia dicuntur, tanto studio Phratriarum curantur, ut coquorum etiam delectus habeatur. Ægyptiorum quoque culinæ in sacris Serapidos quanto luxu frequentantur, admonet vis illa sparteolorum & fiscellarum, quæ vndique concurrunt. Attamen cum ita res apud alias gentes habeat, Christianorum tantummodo mensa examinatur, quæ nihil habet in se quod non honestum, quod non sanctum videatur, ut ex hoc loco docebitur.

⁵¹⁷ Cœna nostra de nomine rationem sui ostēdit, vocatur enim ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos est. Quantiscunque sumptibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumptum, siquidem inopes quoque refrigerio isto iuuamus, non qua penes vos parasiti affectant, ad gloriam famulandæ libertatis, sub autoramento ventris inter contumelias

faginandi, sed qua penes Deum maior est contemplatio mediocrium. Si honesta causa D est conuiuij, reliquum ¹⁸⁸ ordinem disciplinæ de causa æstimate, quid sit de religionis officio. nihil uilitatis, nihil immodestiae admittit. non prius discumbitur quam oratio ad Deum prægustetur. editur quantum esurientes capiunt. bibitur quantum pudicis est uile: ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse: ita fabulantur, ut qui sciant dominum audire. ¹⁸⁹ Postquam manualet & lumina ut quisque de scripturis sanctis, uel de proprio ingenio potest, ¹⁹⁰ prouocatur in medium Deo canere: hinc probatur quomodo biberit. ¹⁹¹ Equè oratio conuiuium dirimit: inde disceditur non in cateruas cætionum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciuarum, sed ad eandem curam modestiæ & pudicitiae, ut qui non tam cœnam cœnauerint, quam disciplinam.

Ὁνομαστὶς ὄρος, qui cum aliis locis negocio adiunctis ostendit conuiuium Christianorum, si partes eius, si euentus confiderentur, penitus esse dissimile ab aliorum comotationibus, contrariumque ab opinione & calumnia aduersariorum. nam cum agape dilectio charitatisque significet, nominatque semper à primarum partium rebus imponantur, satis constat maius illic momentum dilectionis esse, non sumptus: ubi sanè ditiores nihil sibi præter modum apponentes suis epulis indigentiores refrigerant, non quasi parasitos gnatonelque, qui cum liberi sint, gloriæ loco ponunt seruitutem & contumelias, ob eam sanè mercedem & autoramentum ut ventri satisfaciant: sed quia tenuiorum curationem gratissimam esse Deo existimant. A minori igitur, si ipsa cœna tam honestam causam habet, nec sine religionis officio perfungitur, quid de reliqua Christianorum disciplina dicendum? nimirum cætera, ubi maior religio desideratur, maiori etiam pietate tractantur, quando ea pars uitæ maximè à sacris aliena tam sanctè exigatur, ut nihil uile aut fordidum ibidem appareat. De die uero cœnasse antiquos omnes litteræ docent, E ita ut secunda mensa ad tenebras usque extenderetur, quo tempore lotis manibus & inflammatis lychnis aut talis operam ludebant, aut salrationibus cantilenisque, sæpè etiam in propinationibus uino effervescentes aut inter se rixabantur, aut ebrij per urbem discurrentes cateruatim, obuium quemque cætionibus uerberibusque accipiebant, nisi in turpes lasciuas prorumperent; quæ omnia ita Christiana norma emendauerat, ut non uitia tantum fugaret, sed optimos etiam mores reponeret, nec maior ubique corporis ratio haberetur, quam ipsius animi.

Hæc coitio Christianorum meritò sanè illicita, si illicitis par: meritò damnanda, si quis de ea queritur eo titulo quo de factionibus querela est. In cuius perniciem aliquando conuenimus? Hoc sumus congregati, quod & dispersi, hoc uniuersi, quod & singuli: neminem lædentes, neminem contristantes, quum probi, cum boni coeunt, quum pij, cum casti congregantur, ¹⁹² non est factio dicenda, sed curia. [At ¹⁹³ è contrario illis nomen factionis accommodandum est, qui in odium bonorum & proborum conspirant, qui aduersum sanguinem innocentium conclamant, prætexentes sanè ad odij defensionem illam quoque uanitatem, quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse causam. Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arua, si ¹⁹⁴ cœlum stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim Christianos ad leonem. ¹⁹⁵ Tantos ad unum?

Factionis calumniam, qua conuentus cœnæque Christianorum laborabat, per locum à partium enumeratione diluit. Concedo enim, inquit, si nostra hæc coitio similis est illicitis prohibitisque collegiis, ueluti de Bacchanalibus, quandoque cautum est, ut nostra quoque damnetur: si præterea habet in se eas partes causasque quibus factiosi conueniuntur in iudicium, nihil moror quin meritis pœnis afficiatur. Verum cum ratio diuersa sit, neque in uilius perniciem conueniamus, neque in diuersa studia propter imperij cupiditatem discedamus: semper enim & ubique Christianus idem est, idemque sentit solus quod in cœtu, nequaquam factio dicenda nostra ecclesia est, curia potius, ut quæ omnia bene curet. Vestra uero iudices collegia uidete ne quæcumque sunt factiosos contineant. Conspirant enim in perniciem innocentium sub prætextu publicæ charitatis: odio quidem maligno quæcumque naturæ iniuria accidunt, ut si cœlum pluuiam denegat, si concutiuntur inuadantur ue vrbes, Christianis impurantes, & ad pœnas uocantes immanissimas, & ut leonibus obiiciantur.

Oro vos, ante Tiberium, id est ante Christi aduentum, quantæ clades orbem & urbem cæciderunt? Legimus ¹⁹⁶ Hierapolim, & ¹⁹⁷ Delon, & Rhodon, & ¹⁹⁸ Coon insulas multis cum milibus hominum pessum abiisse. ¹⁹⁹ Memorat & Plato maiorem Asiæ & Africae terram Atlantico mari ereptam. ²⁰⁰ Sed & mare Corinthium terræ motus ebiuit. & ²⁰¹ vis vndarum Lucaniam Italiae abscisam in Siciliae nomen relegauit. Hæc utique non sine iniuria incolentium accidere potuerunt. Vbi uero tunc non dicam deorum uestrorum cōtemptores Christiani, sed ipsi dii uestri, cum totum orbem ²⁰² cataclysmus aboleuit? uel ²⁰³ ut Plato putauit, campestre solummodo? Posteriores enim illos clade diluuij cōtestantur ipsæ

A ipsæ vrbes in quibus nati mortuique sunt, etiam quas condiderunt. Neque enim aliàs in hodiernum manerent, nisi & ipsæ posthumæ cladis illius. Nondum Iudæum ab Ægypto examen Palæstina susceperat, nec iam illic Christianæ sectæ origo confederat, quum regiones ac fines eius Sodoma & Gomorra igneus imber exussit. Oler ²⁰⁴ adhuc incendio terra, & si ²⁰⁵ qua illic arborum poma conantur, oculis tenus, ceterum contacta cinerescunt. Sed nec Tuscia atque Campania de Christianis querebatur, quum ²⁰⁶ Volturnus de cœlo, ²⁰⁷ Pompeios de suo monte perfudit ignis. Nemo adhuc Romæ Deum uerum adorabat, cum ²⁰⁸ Annibal apud Cannas per Romanos annulos cædes suas modio metiebatur. Omnes dii uestri ab omnibus colebantur, cum ²⁰⁹ ipsum Capitolium Senones occupaerunt. Et ²¹⁰ bene quod si quid aduersi accidit urbibus, eadem clades templorum quæ & mœnium fuerunt: ut iam hoc reuincam, non à deis euenire, quia & ipsis euenit.

B Sæpius obiecerunt Christianis calamitates suas aliæ gentes, temerario (ut diximus) odio similitatis magis, quam quod crederent indignari deos noua religione. nam ante id temporis incendium urbis à Nerone in Christianos reiectum est. multis deinde post annis ultimam urbis deaustationem eadem causa accidisse plerique hominum dictabant: in qua re diluenda diuus Augustinus suam Ciuitatem maiori ex parte condidit. Tertullianus autem breuiter more suo calumniam eiusmodi ridiculam esse per rationem temporum ac testes ab ipsis aduersariis reuincit: & in enumeratione maiorum calamitatum (nulla enim iam Samos est, nulla Delos inter insulas) quæ ante Christum obuenerunt, magis semper aduersarios urget, communibus omnium gentium infortunis prouinciales uicinosque adiungens. Pompeij siquidem oppidum in Campania, & Volturnum Tusciæ. Ultimo loco ad propria ipsorum Romanorum deuenit: tantumque abest, inquit, ut ira uel ope uestrorum deorum eiusmodi iniuriæ inferantur, ut plurimæ humano generi acciderint priusquam nascerentur. Saturnia enim & Ianiculum oppida à Saturno Ianoque condita nullus non confitetur, & ab aliis alia quamplurima post cataclysmum uniuersalique diluuium, alioqui nulla eorum monumenta restarent. Cum itaque tanta generis humani internecio præcesserit uestros deos ut posthumi sint illius, concedendum aliam habuisse causam. Atqui quando est tanta iam superstitione, à uobis uenerati periuri Annibalis causam aut impiorum Gallorum partes potius quam uestras suscepisse credendum, si qua fuissent unquam potestate præstantes. Ex quo illud etiam obiter cognoscitur, quam bene sit & opportunè, ut nulla unquam oppida expugnentur, quin & templa deorum simili damno muldentur. certius enim colligitur aliunde pendere tantorum causam malorum.

C Semper humana gens malè de Deo meruit. primo quidem ut inofficiosa eius, quem cum intelligeret ex parte, non requisit, sed & alios insuper sibi commentata est quos coleret: dehinc quod non inquirendo innocentiae magistrum, & ²¹¹ nocentiae iudicem & exactorem, omnibus uitiiis & criminibus inoleuit. Ceterum si requisisset, sequeretur ut cognosceret & recognosceret requisitum, & cognitum obseruaret, & obseruatum magis propitium experiretur quam iratum. Eundem ergo nunc quoque scire debet iratum, quem & retro semper priusquam Christiani nominarentur. Cuius bonis utebatur ante editis, quam sibi fingeret: cur non ab eo etiam mala intelligat euenire, cuius bona esse non sensit? Illius rea est, cuius & ingrata.

Disiecta falsæ causæ opinione, ueram substituit, Deum ostendens, qui ante omnia & per quem omnia, tribus iustis de causis humano generi ueluti iratum, iustitiæ legibus uti & malè de se merentes malè aliquando tractare. Prima est, quod homines licet indocti reos se diuinæ maiestatis fecerunt, quod quem Deum aliqua ex parte intelligerent (nam per ea quidem quæ uidemus, facillè in cognitionem uenimus eorum quæ non uidentur à nobis. Cœli siquidem enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum) neglexerunt: doctiores uero quod pro comperto habentes, quicquid moueatur, ab alio moueri, neque infinitum esse processum: aliquid tandem immobile confiteri debuerint, qui Deus est: præterea cum nihil à seipso generetur, ad eam denique causam deuenire, quæ increata & immobilis alia omnia moueat & generet. Per hos itaque naturæ igniculos cum aliqua Deum intelligerent, tantum absuit ut studio eius cognitionem auerent aut indagarent; ut alios sibi deos temere fingerent, & creatis (ut inquit Apostolus) diuinum honorem tribuerent creatore neglecto. unde secundæ causæ aditus est factus, ut uirtutis scilicet autore & duce repudiato, omni genere uictorum contaminati merito plectantur: id quod in contrarium recidisset, si prælucentibus naturæ facibus, uerum Deum requisissent. tantam enim illius numinis maiestatem uimque cognouissent, ut pro suis quisque uiribus ipsum coluissent, maximæque pietate profecuti essent, atque ita semper propitium (ut pridem quandoque) sensissent, quem nunc iratum experiantur, expertique sæpenumero fuere multo ante sectam Christianam, ex quibus tertia exorta est causa ingratiudinis. Cum enim iam à principio mortales fructum bonorum quæ parauerat edideratque Deus ceperint, & immemores aut nullam gratiam habuerint, aut in indignos transtulerint, quid mirum, si cuius bona sentire noluerunt, mala tandem experiantur?

Et tamen si pristinas clades comparemus, leuiora nunc accidunt, ex quo Christianos à Deo orbis accepit. Ex eo enim & innocentia seculi iniquitates temperauit, & deprecatores Dei esse cœperunt. Denique ¹⁴² cum ab imbribus æstiuæ hyberna suspendunt, & annus in cura est, vos quidem, quotidie pasti statimque pransuri, balneis & cauponis & lupanaribus operati, ¹⁴³ Aquilicia Ioui immolatis, nudipedalia populo denunciatis, cœlum apud Capitolium quæritis, nubila de laquearibus expectatis, auersi ab ipso & Deo & cœlo. Nos vero ieiuniis aridi, & omni continentia expressi, ab omni vitæ fruge dilati, in sacco & cinere volutantes, inuidia cœlum tundimus, Deum tangimus, & cum misericordiam extorserimus, Iupiter honoratur. ¹⁴⁴ Vos igitur importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum, vos malorum illices semper, apud quos Deus spernitur, statuat adorantur. Etenim credibilius haberi debet cum irasci qui negligatur, quam qui coluntur. aut nã illi iniquissimi, si propter Christianos, etiam cultores suos lædunt, quos separare deberent à meritis Christianorum.

XLI.

A collatione. Amplius, inquit, tantum abest vt Christiani sint in causa calamitatum, quibus orbis terrarum affligitur, vt affirmare proculdubio possim, ex quo talis disciplina introducta est, multo minores incubuisse clades. Si enim Deus tangitur ira, & precibus mortalium conciliatur, gratiorque est illi contentia quam libido atque luxuria, Christianos nimirum deprecatores magis quam alios accipiet. nam in comparatione institutionum, quibus in eiusmodi casibus vitur vterque nostrum, liquidò apparet quanta cum virtute preces nos fundimus, tanta vos impietate contendere. Si enim sudum sit, & tamdiu serenus aer denegat imbres, vt æstiuæ continentur cum hybernis, & maxima sollicitudine torqueantur eius anni homines, vos nullum intemperantiæ genus remittentes, pedibus tantum nudis procedentes, creditis nouo genere sacrificij, aquiliciis scilicet ex ipsis laquearibus Capitolij descendere nubes. Nos verò eo tempore quo magis misericordiam Dei exoremus, continentiam geminamus, & in omnia humilitatis genera descendimus. Ieiuniis, sacco, cinere voluntates quidem nostras contundentes castigantisque, cœlum vero ipsum in inuidiam penè & in crimen vocantes, quod tam mœstis afflictisque hominibus pluuiam denegat: cumque nostra deinde opera propitius Deus pluat, vos Iouem Capitolinum quasi eius muneris autorem veneramini. Vnde iustioribus de causis inferre possimus, in vos omnes eadem merito dici posse quæ Christianis imputantur. Nam si quis Dei cultus est, & statuis id mortalium dedicetis, nōne in terras iram Dei allicitis, vt vobiscum omnes alij plectantur: profecto quicumque liber est ab odio, iudicabit vos equidem inter homines importunos esse & noxios, & quibus incommoda publica ascribi debeant. Quod si dii vestri quos tanto studio colitis, benigni sunt, calamitates tamen non defendant, restat vt ab alio quod negligitis numine proueniant: alioquin si possint illi auertere, nec velint, iniqui sunt, & nulla benemerentium gratia mouentur, quoniam infontes vos à nocentibus non segregent.

Hoc, inquitis, & in Deum vestrum repercutere est. Siquidem & ipse patitur propter prophanos etiam cultores suos lædi, admittite prius dispositiones eius, & nō retorquebitis. qui enim semel æternum iudicium destinauit post seculi finem, non precipitat discretionem, quæ est conditio iudicij, ante seculi finem. Æqualis est interim super omne hominum genus & ¹⁴⁵ indulgens & increpitans. communia voluit esse & commoda profanis, & incommoda suis, vt pari confortio omnes & lenitatem eius & seueritatem experiremur. quia æquitatem didicimus apud ipsum, diligimus lenitatem, metuimus seueritatem: vos contra vtramque despicitis: & sequitur vt omnes seculi plagæ nobis si fortè in admonitionem, vobis in castigationem à Deo obuenant. Atquin nos nullo modo lædimur: in primis quia nihil nostra refert in hoc æuo, nisi de eo quam celeriter excedere: dehinc, quia si quid aduersi infligitur, vestris meritis deputatur. sed & si aliqua nos quoque perstringunt vt vobis coherentes, lætamur magis recognitione diuinarum prædicationum, confirmantium scilicet fiduciam & fidem spei nostræ. Sin verò ab eis quos colitis, omnia vobis mala eueniunt nostri causa, quid colere perseveratis tam ingratos, tam iniustos? qui magis vos in dolore Christianorum iuuare & asserere debuerant, quos separare deberent à meritis Christianorum.

Quam Tertullianus ansam aduersariis dedisse videbatur, è manibus nunc aufert, ignorantia addens. Cum enim misericordiam iustitiæque diuinæ participes omnes homines eodem tempore fiant, & gentes aliæ cum Christianis, & Christiani cum aliis plectantur, à quocumque id numine eueniat, iniquum videbatur iis qui rem ipsam de proximo intuerentur. Christiani verò homines prouidentia economiæque Dei consilij, æquo omnia ferentes animo, ab eo ordine serienque rerum quam à principio destinauit in nobis nimirum recedere arbitrantur. Cum enim constituerit Deus in clausula seculorum iudicare omnes homines, nimirum inuidiosè videretur aut improbè, si quos ad arbitrium suum in terris viuere voluerit, sub iisdem conditionibus ante statutum tempus, & quasi indicta causa viribus iudicij exercerentur

A cerentur distinguere tuncque mortales. Sed & quos amat Deus tanquam filios statim corrigit, ita vt bonorum hic animos leniter expurget, malos in grauiore pœnas referat. Timentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum. seueritate siquidem diuina admonentur, à qua ceteri puniuntur. Sed quantumuis ab iniuriis consistentur Christiani, tribus potissimum causis persuadentur nullo vnquam affici derimento. primò quia cum se peregrinos in terris agere credant, quo citius vitam cum morte commutantes, ad veram patriam peruenerint, eo magis secum feliciter aurumant, vt qui ad mortem cruciatúsque distracti canere solent. Respice anima mea in requiem tuam, quoniam Deus benefecit tibi. Deinde quicquid interea perueniunt, ascribitur illis à Deo inter vera certaque merita. Postremò in his malis tantum abest vt Christiani perturbentur, vt ex his fiduciam maiorem & quasi arrabona accipiant promissorum honorum, cum eadem recognoscant à sacris varibus tanto prius tempore prædicta. vnde vestra sunt omnia hæc mala. Si verò (vt dicitis) nostra culpa seuiant dii, admiror patientiam vestram, qui tam ingratos colatis & iniquos. debuerant illi egregiam erga vos operam nauare, & beneficentiores esse, vos iam dudum sibi, quasi suos asserentes comprehendentesque, vt inuidia simul & dolore destituti Christiani disrumperentur, nedum seorsum ab illis vos seiuere, expertesque facere nostrorum demeritorum.

¹⁴⁶ Sed alio quoque iniuriarum titulo postulamur, & infructuosi in negotiis dicimur. ^{XLII.} quo pacto homines vobiscum degentes, eiusdem victus, habitus, instructus, eiusdem ad vitam necessitatis? neque enim ¹⁴⁷ Brachmanæ, aut ¹⁴⁸ Indorum gymnosophistæ fumus, syluicolæ & exules vitæ. Meminimus gratiam nos debere domino Deo creatori, nullum fructum operum eius repudiamus. planè temperamus, ne vltra modum aut perperam vtamur. Itaque non sine foro, non sine macello, non sine balneis, tabernis, officinis, ¹⁴⁹ stabulis, nundinis vestris, cæterisque commerciis cohabitamus in hoc seculo. nauigamus & nos vobiscum & ¹⁵⁰ militamus, & rusticamur, & mercamur, proinde miscemus artes, opera nostra publicamus vsui vestro. Quomodo infructuosi videamur negotiis vestris, cum quibus, & de quibus viuimus, non scio. Sed si cerimonias tuas non frequeto, attamen & illa die homo sum. non lauro diluculo ¹⁵¹ Saturnalibus, ne & noctem & diem perdam: attamen lauro honesta hora & salubri, quæ mihi & calorem & sanguinem feruet. ¹⁵² rigere & pallere post lauacrum mortuus possum. Non in publico liberalibus discumbo, quod bestiariis suprema cœnantibus mos est: attamen vbi vbi de copiis tuis cœno. ¹⁵³ non emo capiti coronam. quid tua interest, emptis nihilominus floribus quomodo vtar? puto gratius esse liberis, & solutis, & vndique vagis. Sed & si in coronam coactis, nos coronam naribus nouimus, viderint qui per capillum odorantur. Spectaculis non conuenimus: quæ tamen apud illos cœtus venduntur, si desiderauero liberius de propriis locis fumantur. Thura planè non emimus. Si Arabiæ queruntur, ¹⁵⁴ sciat Sabæi pluris & carioris suas merces Christianis sepeliendis profigari, quam diis fumigandis. Cerrè, inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, stipites quotuisque iam iactat. non enim sufficimus & hominibus & ¹⁵⁵ Deis vestris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quam petentibus impertiendum. Denique porrigat manum Iupiter, & accipiat, cum interim plus nostra misericordia infumit vicatim, quam vestra religio templatum. Sed cætera vectigalia gratias Christianis agunt ex fide dependentibus debitum, qua alieno fraudando abstinemus: vt si inearum quantum vectigalibus pereat fraude & ¹⁵⁶ mendacio vestrarum professionum, facile ratio haberi possit, vnus specieci querela compensata pro commodo cæterarum rationum.

Contra maximas huc vsque calumnias disputatum est à Septimio, lætæ & diuinæ & humanæ maiestatis, quorum reatus morte mulctari solet. quæ restant vulgares penitus sunt, & ex odij abundantia ab infima indigentique plebe in Christianos profuse, deriuantur sanè ex eodem fonte immutata religionis. nam cum Christiana lex ita componat animos hominum, vt omnia cum virtute peragant, necesse erat vt eius sectatores in multis rebus aliorum viuendi ratione dissentirent. cum itaque Christiani homines immodestos quosdam mores exuti haud ita frequentes tabernis, balneis officinisque vterentur, iudiciorumque contentiones summo opere deuiterent, factum est vt apud multitudinem genus hominum appellarentur non modo extraneum, sed inutile quidem & nullius inter homines vsus, vt à quibus nihil compendij aut lucri sperari posset. Quæ maxima quidem iniuria est contra ciues. Nati enim ea conditione sumus omnes, vt non modo nobis, sed aliis etiam prodesse debeamus. Tertulligitur vt ab hac quoque calumnia Christianos liberet, quam immeritò talia de Christianis iactentur ostendit à simili potissimum, & à dissimili reprobans auaritiã simul & ineptias plebis. Nam si, inquit, Christiani aliquam oceanis insulam quomodo gens illa superstitionissima Brachmanarum incolerent seorsum ab aliis hominibus, aut in syluis velut Indorū philosophi gymnosophistæ relegati viuerent, poterant aliquo modo infructuositatis accersiri: verum cum eadem loca, eundem cultū, eadem vitæ necessitates prosequantur, vobiscum eadem munia obeuntes, non video cur eius nominis insulari possint, nisi fortè in epularum balnearumque ratione modum tempusque legitimum seruare, vitæque luxuriam, reponatur in culpa. Quid ergo mi-

H

nus ego mereat vocari ciuis, si aut crudus aut temerè nolim quacunq̄ue hora vobiscum in balneum descendere, à quo facilè & pallere rigerèq̄ue possim? nanque hoc mihi mortuo licebit. Si verò in ludis liberalib. in publico conuiuari non placet, quid hoc ego magis importunus sio rebus humanis? damnandus hic mos potius erat. nam & qui bestiis damnantur, ita palam ad nouissimas epulas discumbunt. Præterea si mihi flores emo, vt manibus tantummodo gestare iuuet, aut spargere potius dum cæno, quàm capita corollis adumbrare, nōne magis rationi consentaneum, vt odorati lauèq̄ue colorati flores naribus potius admouentur & oculis, quàm inutiliter capiti? at si ad cœtus nundinæque non venio ad merces emendas, sed potius in sua quemque taberna opificem institorèq̄ue conuenio, nōne ciuitas de meo facit eundem quæstum? sed ne mercatores quidem exotici conqueri de Christianis meritò possunt. nam si odores Arabicos ad suffitus deorum non emimus, in sepeliendis tamen cadaueribus maiorem copiam thuris absumimus. Quod si templorum æditui clamitent, ex quo Christiani sunt, carbonas fieri indies maligniores, neque ideo nos minus viles hominibus, aut in deos magis impios credant, quum pauperiores elemosynis nostris subleuentur, ita vt multò plus per singulos vicos hominibus petentibus stipem impendamus, quàm vos diis vestris per templa offeratis. Cæterum tantum abest vt inutiles copiam uitates existiment, vt maiorem à nobis in suis vèctigalibus prouentum experiantur, qua compensatione omnis eiusmodi querela facilè tolli potest. nesciunt enim Christiani fallere, summòq̄ue studio cauent ne fraudem aliquam committant, tributorum vèctigaliumq̄ue debita semper ex fide dependentes, quæ alij omnes minus semper quàm inferant profitendo, defraudare gestiunt. Igitur cum dissimiles omnia degamus ab iis qui instructi habentur, neque ad eò nostra viuendi ratio sit à vestris vñibus aliena, quã obrem dicimur in negociis inutiles, & in homines minus officiosi?

XLIII. ¹⁵⁷ Planè confitebor qui conqueruntur. nam si qui fortè verè de sterilitate Christianorum conqueri possint primi erunt lenones, ¹⁵⁸ perductores, ¹⁵⁹ aquarioli, tum sicarij, venenarij, magi: item arioli, aruspices, mathematici. his instructuos esse magnus fructus est: & tamen quodcunq̄ue ¹⁶⁰ dispendium est rei vestræ per hanc sectam cum aliquo præsidio compensari potest. quantos habetis, non dico ¹⁶¹ qui iam de vobis dæmonia excutiant, non dico iam qui pro vobis quoque vero Deo preces sternant, quia fortè non creditis, sed à quibus nihil timere possitis.

Quæcunq̄ue dicuntur ad persuadendum, duabus præcipuè rebus, aut ratione, aut personarum autoritate communiti solent: ita sit vt modo ratio in oratione examinanda sit, vtrum necessariò aut probabiliter concludat, modo de personarum qualitate disceptari conueniat, si eiusmodi sint vt fidem facere possint. non enim quicquid à quoquam dicitur probandum: neque si prodigium nimium perparcè fieri sumptus queratur, idcirco assentiendum. Cùm igitur Tertullianus rationes eorum qui Christianos dicerent, detrimento ciuitatibus esse confutasset, à qualitate nunc personarum ostendit, non modo non accipiendas esse talium querelas, sed lucro potius gratiæque ponendas. Sunt enim tria hominum genera qui de Christianis potissimum conqueruntur, ciuitatibus omnibus maximè importuni. Qui enim magis animis hominum insidiantur, quàm lenones, internuncij, & aquarioli, id est impudicarum mulierum (vt inquit Festus) sordidi adscelæ? Quænam fera in corpora mortalium tam atrociter sæuiunt, quàm sicarij, venenarij, veneficiq̄ue homines? qui porrò rebus maiori fraude insidiantur, quàm aruspices, Chaldæi, mathematiciq̄ue illi omnes, qui prædicere omnia profitentur? nimirum eiusmodi homines à secta Christiana deprehensi, meritòq̄ue damnati lamentantur maligniores nunc esse quæstus, cum quod illis deperit inhonestis, addatur ingenuis, & magnus sit prouentus aliis illorum detrimentum. Sed videte quàm multa vero consonant. Esto accipiant vrbes aliquod à Christianis damnum, tantum adest ex alia parte boni, vt cumulatè compensarum æquius ferri possit. nam (vt omitam à vobis expelli per Christianos infestos dæmonas, & pro vobis verum Deum quotidie deprecari) quotquot Christianos habent ciuitates, totidem homines habent à quibus nihil timentes sperare omnia bona possunt. Ea enim nostra lex est, quæ omnibus benefacientes, nullis esse detrimento præcipiat.

XLIII. ¹⁶² At enim illud detrimentum Reipublicæ tam grande quàm verum nemo circumspicit, illam iniuriam ciuitatis nullus expendit, cum tot iusti impendimur, quum tot innocentes erogamur. Vestros enim iam contestamur actus, qui quotidie iudicandis custodiis præsidetis, ¹⁶³ qui sententias elogia dispungitis: tot à vobis nocentes variis criminum elogiis recensentur, quis illic sicarius? ¹⁶⁴ quis manticularius? quis sacrilegus, aut corruptor, ¹⁶⁵ aut lauantium prædo? quis ex illis etiam Christianus ascribitur? aut cum Christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam talis, quales tot nocentes. de vestris semper æstuat carcer, de vestris semper metalla suspirant, de vestris semper bestia saginantur, de vestris semper munerarij noxiorum greges pascunt. nemo illic Christianus, ¹⁶⁶ nisi planè tantum Christianus, aut si & aliud iam non Christianus.

Quemadmodum polyandria, id est multitudo ciuium maximè optanda est cuique Reipublicæ, neque ab alia aliqua re maiora commoda expectare debet vlla ciuitas, quàm à suorum ciuium frequentia, vnde leges de maritandis ordinibus prodierunt, iusque trium liberorum: ita nulla perniciosior Reipu

A Reipublicæ calamitas accidere potest, quàm amissio ciuium & solitudo, quod ex offensione belli, aut aliqua pestilentia intelligi potest, aut quacunq̄ue ciuili discordia, vbi optimi ciues aut periclitantur, aut tolluntur è medio: perinde ac omnibus locis eueniebat, in quibus Christiani exagitabantur. quam rem secum Tertull. reputans: Vestra, inquit, Romani ridicula charitas est in Reipublicam, quæ minimo damno infimæ plebis commota, quod maximum est & verum detrimentum negligit, damnatio scilicet & diuexatio optimorum virorum, quæ quoties Christianos damnatis exercetis. Tunc enim Reipublicam iustis optimisq̄ue ciuib. orbatis, quod facilè vobis per inductionem persuaderi potest, quam de vestris actibus etiam à vestris iudices sententiis, quibus elogia tituliq̄ue nocentum quos in custodiis continetis, definitis atque vltimam manum imponitis. Si igitur quum à vobis scelesti recensentur, neque Christianos inter sicarios & homicidas, neque inter manticularios & fures crumenarumque attræctatores, neque inter sacrilegos, neque inter id genus facinorosos homines deprehenditis (tales enim inter nos non admittimus) patet nos esse innocentes, atque ad eò iniuste & cum maximo Reipublicæ damno damnari. Quod si tamen inter scelestos vestri generis homines, quorum ea multitudo est, vt referretur carcer æstuate videatur, & fodinæ metallorum suspirare, de quibus etiam bestia saginantur: & munerarij, id est ciues illi qui spectacula populo adunt, greges sibi parant ad eiusmodi munera: Christiani quoque homines annumerantur, ij nullo alio titulo damnantur, quàm quod Christiani sunt. nam si quo præterea eulogio insignirentur, vt furti, & homicidij, iam Christiani non sunt, neque eiusmodi homines in talem amplius sectam recensentur.

B ¹⁶⁷ Nos ergò soli innocentes. Quid mirum si necesse est? Enimvero necesse est, in-XLV. innocentiam à Deo edocti, & perfectè eam nouimus, vt à perfecto magistro reuelatam, & fideliter custodimus, vt ab in contemptibili disceptatore mandatam. Vobis autem humana æstimatio innocentiam tradidit, humana item dominatio imperauit, inde nec plenæ, nec ad eò timendæ estis disciplinæ ad innocentia veritatem. Tanta est prudentia hominis ad demonstrandum bonum, quanta autoritas ad exigendum, tam illa falli facilis, quàm ista contemni. Atque ad eò quid plenius, dicere non occides? an docere ne irascaris quidem? Quid perfectius, prohibere adulterium, an etiam ab oculorum solitaria *Math. 5.* concupiscentia arcere? Quid eruditius, de maleficio, an & de maliloquio interdiceret? Quid instructius, iniuriam non permittere, an nec vicem iniuriæ sinere? dum tamen sciat ipsas quoque leges vestras quæ videntur ad innocentiam pergere de diuina lege vt antiquioris formæ mutuatas. ¹⁶⁸ Diximus iam de Mose ætate. Sed quanta autoritas legum humanarum? quum illas etiam euadere homini contingat, & plerunq̄ue in admittis delitescere, & aliquando contemnere ex voluntate vel necessitate delinquendi, recogitata etiam breuitate supplicij cuiuslibet, non tamen vltra mortem remaneri? ¹⁶⁹ Sic & Epicurus omnem cruciatum dolorèq̄ue deprecatur, modicum quidem contemptibilem pronunciando, magnum verò nō diuturnum. Enimvero nos qui sub Deo omnium speculatore dispungimur, quique æternam ab eo pœnam prouidemus, meritò soli innocentia occurrimus, & ¹⁷⁰ pro scientia plenitudine, & pro latebrarum difficultate, & pro magnitudine cruciatus non diuturni, verum sempiterni, eum timentes quem timere debet, & ipse, qui timentes iudicat, Deum non pro consulem timentes.

Symperasma sanè probabile. nam si qui carent scelere sunt innocentes, Christiani vt ex vestris actibus probatum est, sceleribus carent: sunt ergo innocentes: id quod nemini mirum videri debet, imò aliter fieri non posse, si autorem innocentia nostræ disciplinæque rationem contemplatus cum aliarum gentium legislatoribus conferat. Deus enim præceptor noster est, qui quum olim alloquutus sit maiores nostros per prophetas, nouissimè loquutus est nobis in filio, qui sanè talis est, vt à discipulis sectatoribusque suis duo illa, quæ potissimum in vnaquaque methodo desiderantur, de se maximè probet, vt perfecta scilicet sint & vera quæ doceat. Nihil enim non perfectum à Deo manat, ac eius autoritatis vt contemni non possit. Quid enim aut latere Deum potest, aut viribus eius resistere? vobis autem leges innocentia præscripserunt homines, quorum iudicium & autoritas ea est, vt illud facile falli possit, hæc autem negligi. Sed verba nunc nostrorum dogmatum perpendantur, quæ Christus non in tabulis lapideis ceratisve, sed in pectoribus nostris inuisit tanta virtute prædita, vt commenta omnia humana, quibus philosophia mores animorum concinnari studeat, longè superaerit. Fingunt illa quidem studiosum hominem, Christus verò præstat, non modo enim ille facinora damnat, aut voluntatem in scelera pronam, sed motus ipsos naturales non necessarios statim refecat, ita vt homo per Christum renatus, seipsum abneget. Vestris siquidem legibus cauetur, ne homicidium committatur, Christianis verò præceptis, vt ne irascamur quidem. At quid plenius absolutiusque est dicere, non occides, an ne irascaris quidem? nimirum & illud perfectius, oculos à sua voluptate continere, quàm adulterium cohibere: atque ita de singulis. Sed & vos obiter illud recognoscite, quascunq̄ue leges innocentia sanxistis, ab exemplari diuinæ legis esse mutuatas: vt quum de Mose agebatur intelligi potuit: nunc verò pœna neglectæ legis vtrinque expendatur, cuius sanè metu continentur homines plerunq̄ue in ordine. Leges enim humanæ carumque ministri paucos ex his qui cas non seruent

deprehendunt, & deprehensos puniunt: & facile plerunque est aut delitescere aut euadere. Et si voluntas vehementer urgeat aut necessitas, etiam contemnere. Recogitatis enim nullum post mortem scelera manere supplicium, & quamdiu vixerit aliquis, dilemma quod in suis Cyriadoxis posuit Epicurus, factis ostendit omnem esse dolorem negligendum. At nos quum legistatorem habeamus, qui nostra quoque pectora penetret, & ab eo diiudicemur, qui docuit aeternam animis poenam aut premium constitutum, cuius plena & perfecta scientia est, quem, ut diximus, nullos latere potest, quid mirum si soli innocentiam amplectamur, timentes illum, quem is aliquando etiam timebit, qui respectum magis habens ad homines quam ad Deum, damnat timentes Deum, absoluit autem proconsulem praetoremve timentes.

XLVI.

¹⁷¹ Constitimus, ut opinor, aduersus omnium criminum intentionem, quae Christianorum sanguinem flagitat. Ostendimus totum statum nostrum, & quibus modis probare possimus ita esse sicut ostendimus, ex fide scilicet & antiquitate diuinarum litterarum. item ex confessione spiritualium potestatum. Quis nos reuincere audebit non arte verborum, sed eadem forma qua probationem constituimus de veritate? Sed dum vnicuique manifestatur veritas nostra, interim incredulitas ¹⁷² dum de bono sectae huius obducitur (quod vsui iam & de commercio innotuit) non vti que diuinum negotium existimat, sed magis philosophiae genus: eadem, inquit, & philosophi monent & profitentur, innocentiam, iustitiam, patientiam, sobrietatem, pudicitiam. Cur ergo quibus comparatur de disciplina, proinde illis non adaequatur ad licentiam impunitatemque disciplinae? vel cur & illi ut pares nostri non urgentur ad officia, quae nos non obeuntes periclitamur? quis enim philosophum sacrificare, aut deierare, ¹⁷³ aut lucernas meridie vanas proferre compellit? ¹⁷⁴ Quinimmo & deos vestros palam destruant, & superstitiones vestras commentariis quoque accusant, laudantibus vobis. Plerique etiam in principes latrant sustentibus vobis. Et facilius statuis & salariis remunerantur, quam ad bestias pronunciantur. Sed merito philosophi enim non Christiani cognominantur. Nomen hoc philosophorum daemones non fugat. quidni? quum secundum Deos philosophi daemones deputant. ¹⁷⁵ Socratis vox est, Si daemonium permittat. Idem & quum aliquid de veritate sapiebat, deos negans, Aesculapio tamen gallinaceum profecari iam in fine iubebat. Credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum: sapientiae testimonium reddidit ei viro, qui negabat deos esse.

Cum longior in dicendo Tertullianus fuisset, breui epilogo iudicum animos reficit, duo praecipue illis, quae totius orationis maxima sunt capita ac veluti scopi, commemorans: quod scilicet criminum calumniam dissecerit, quibus Christiani damnantur, atque eius sectae statum esse à Deo ostenderit, iis quidem rationibus, quas haud sanè quisquam reuincere poterit: si modo sophistarum commentis relictis, nihil enim est quod verbo redargui non possit, in rei simplicitate versetur, quomodo scilicet nos formam veritatis constituimus. Atque ex hoc loco perorandum fuisset, nisi nonnullorum contumacia constaret, nobis aliud ex incredulitate negotium facessens. Nam cum ipsi ex diurno iam commercio cum Christianis persuadeantur, & vi quodammodo cogantur confiteri talem sectam bonam esse, & bonorum studiosam, attamen quale est incredulitatis ingenium, gloriam eius rei ad alios auctores retorquere conantur: neque alia per Christum decerni, quam quae olim à philosophis inuenta disputataque sint, oblatrant. restat igitur ut collationem eorum faciamus, quo certius appareat Christianum dogma non ab homine pendere, neque ex homine propagatum, si tamen illud prius quaeramus, Cur si Christianorum disciplina eadem est, quae & philosophorum, non eodem quoque modo accipiatur. Debebat enim comparationis argumentum paria vtriusque facere: & qua licentia philosophi vtuntur in docendis suis placitis, permittere quoque Christianis: rursus quaecunque iubentur Christiani philosophos non excludere, ut illi quoque & sacrificare, & per genium Caesaris deierare cogentur. quod si per festos Caesarum dies pro foribus exornatis lucernas in meridie, quando lucente vera facie solis, nullo opus est lumine, non inflammarent, fraudi perinde illis esset atque Christianis: nimirum lex illa iniqua quae de aequalibus non aequaliter promeretur. Quod si philosophos dicas, ob eam causam impune quaecunque fari, quia deos vestros non impugnant, neque Caesarum maiestatem laedunt, falsa penitus haec est obiectio atque ridicula: nam quam vos potissimum sectam probatis, multis suis scriptis & Latinis & Graecis omnem deorum censum penitus tollit atque ea verborum libertate semper illi vtuntur, ut ne principibus quidem parcant in dictis cauilisque suis: vos tamen tantum abest ut bestias, quomodo Christianos, obiciatis, ut salariis quoque aut conducatis, aut alatis, & positus statuis famam illorum propageris. Sed totum hoc odium (ut à principio dicebamus) nominis est non rei, quod à contraria ratione sumitur. nam illud potius amandum fuerat quod maioris esset autoritatis & emolumenti. Per Christi siquidem nomen malos vobis demones expellimus, quod per nullius philosophorum non licet. neque id mirum, quum illi demones pro diis habeant & venerentur: quod quum alij quamplurimi, tum Socrates ille testimonio Pythij Apollinis sapiens iudicatus duobus comprobatur argumentis. Nam quum demone quodam vreretur, nihil de se nisi secundum illam exceptionem promitte-

A mittebat. Si per genium licebit. & in carcere gallinaceo fecit Aesculapio. In qua re non possum satis admirari & hominis & eius Dei inconstantiam: ille quum deos nullos esse diceret, Aesculapio tamen sacrificauit: hic sapientem iudicauit, qui sua negaret numina.

in quantum odio flagrat veritas, in tantum qui eam ex fide praestat, offendit. Qui autem adulterat & affectat, hoc maxime nomine gratiam pangit apud insectatores veritatis, qua illufores & corruptores. Mimicè philosophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt, ut qui gloriam captant. Christiani eam necessariò appetunt, & integrè praestant, ut qui salutis suae curant, ad eò neque de conscientia, neque de disciplina, ut putatis, aequamur.

B De eadem fidelia (ut aiunt) duos hunc Tertullianus parietes dealbat. Dum enim opponit quae fir inter Christianos & philosophos differentia, rationem quoque assignat, quamobrem alteros gentes ament, alteros tanto odio persequantur. Verus quippe adagium est, Veritas odium parit: ita à contrario hypocritis benevolentiam, apud eos maxime qui voluptatibus implicati veritatem insectantur. Hanc itaque Christiani quum necessariò inquirent, ac pro viribus fideliter praestent, id est υπεχασιν, neque dissimulent vilo modo, ut qui ex ea salutem sibi finem proposuerint: Philosophi contra veritatem tantisper curent, quantum ad gloriam assequendam faciat, quo sine proposito necesse habent à veritatis tenore in gratiam hominum declinare: manifestum fit, quamobrem Christianos plerique hominum fugitent. Accedit etiam talem esse rationem philosophorum, ut quum videantur affectare veritatem, eo nomine & causa maiorem sibi gratiam concilient apud homines, quam ij qui liberè illudunt atque corrumpunt. Veritatis igitur illi nomine abutentes, veluti mimi aliter re ipsa se habent. Quocirca alia est conscientia Christiano, alia philosopho: & quum in fine vterque maxime differat, distare quoque disciplinam necesse est.

C ¹⁷⁶ Quid enim Thales ille princeps physicorum sciscitanti Croeso de diuinitate certum renunciauit, commearus deliberandi saepe frustratus? Deum quilibet opifex Christianus & inuenit, & ostendit, & exinde totum quod à Deo quaeritur, re quoque assignat: ¹⁷⁷ licet Plato affirmet factitorem vnuerstatis, neque inueniri facilem, & inuentum enarrari in omnes difficilem. ¹⁷⁸ Caeterum si de pudicitia prouocemus, lego partem sententiae Atticae in Socratem corruptorem adolescentium pronunciatam. Sexum nec femineum mutat Christianus. ¹⁷⁹ Noui & Phrynen meretricem Diogenis supra recubantis ardorem subantem. ¹⁸⁰ Audio & quendam Speusippum de Platonis schola in adulterio periisse. Christianus vxoris suae soli masculus nascitur. ¹⁸¹ Democritus excacando semetipsum, quod mulieres sine concupiscentia aspicere non posset, & doleret, si non esset potitus, incontinentiam emendatione profiteretur. At Christianus saluis oculis foeminaem videt, animo aduersus libidinem caecus est. Si de probitate defendam, ecce lutulentis pedibus ¹⁸² Diogenes superbos Platonis thoros alia superbia deculcat: Christianus nec in pauperem superbit. Si de modestia certem, ¹⁸³ ecce Pythagoras apud Thyrios, Zeno apud Prieneses tyrannidem affectant: Christianus vero nec aedilitatem. Si de aequanimitate congregiar, ¹⁸⁴ Lycurgus apocarteresin optauit, quod leges eius Lacones emendassent: Christianus etiam damnatus gratias agit. Si de fide comparem, Anaxagoras depositum hostibus denegauit: Christianus etiam extra fidelis vocatur. Si de simplicitate consistam, ¹⁸⁵ Aristoteles familiarem suum Hermiam turpiter loco excedere fecit: Christianus nec inimicum suum laedit. Idem Aristoteles tam turpiter Alexandro regendo potius adulatur, quam ¹⁸⁶ Plato à Dionysio ventris gratia venditur. ¹⁸⁷ Aristippus in purpura sub magna grauitatis superficie nepotatur. & ¹⁸⁸ Hippas dum ciuitati insidias disponit, occiditur. hoc pro suis omni atrocitate dissipatis, nemo vnquam Christianus tentauit.

Post totius summae breuem comparisonem ad partes descendit, & quid primò differat in theologia, quae totius philosophiae scopus est & finis, disciplina philosophorum à Christiana exemplo Thaletis demonstrat. nihil enim philosophi de Deo certi proferre ausi sunt, vix per negationem edocentes quod cum affirmatione vulgaris quilibet Christianus commonstrare potest. Deinde partes eius philosophiae, quae ad mores pertinet, examinans, exemplis per virtutis capita productis admonet, quam negligentiores semper illi fuerint & incontinentiores, quam Christiani, qui multò arctioribus circumstantiis virtutum circumscribentes sibi melius imperare, atque affectus omnes sedare didicerunt.

¹⁸⁹ Sed dicet aliquis, etiam de nostris excedere quosdam à regula disciplinae, desinunt tum Christiani haberi penes nos, philosophi vero illi cum talibus factis in nomine & in honore sapientiae perseuerant. Quid adeo simile philosophus & Christianus, Grae-

XLVII.

ciæ discipulus & Cœlisfamæ negociator & vitæ verborum & factorum operator? rerum D
 ædificator & destructor? amicus & inimicus erroris? veritatis interpolator & integrator?
 furator eius & custos. [¹⁹⁰ Antiquior omnibus ni fallor? & hoc mihi proficit antiqui-
 tas præstructa diuinæ literaturæ, quo faciliè credatur thesaurū eam fuisse posteriori cui-
 que sapientiæ. Et si non onus iam voluminis temperatem, etiam excurrem in hanc quo-
 que probationem. Quis poetarum, quis sophistarum, qui non omnino de prophetarum
 fonte potauerit? inde igitur philosophi sitim ingenij sui rigauerunt, vt quæ de nostris habent,
 ea nos cõparent illis, ¹⁹¹ inde opinor & à quibusdã philosophia quoque eiecta est,
 à Thebanis dico, à Spartiatis, & Argiuis, dum nostra conatur, & homines gloriæ (vt dixi-
 mus) & eloquentiæ solius libidinosis, si quid in sanctis scripturis offenderunt digestis,
 pro instituto curiositatis ad propria opera verterunt, neque satis credentes diuina esse,
 quo minus interpolarent, neque satis intelligentes, vt adhuc tunc subnubila, etiam ipsis
 Iudæis obumbrata quorum propria videbantur. Nam & si qua simplicitas erat veritatis,
 eo magis scrupulositas humana fidem aspernata mutabat, per quod incertum miscuerunt
 etiam quod inuenerant certum. Inuentum enim solummodo Deum non vt inuenerant,
 disputauerunt, ¹⁹² vt & de qualitate & de natura eius & de sede disceptent. Alij in-
 corporalem asseuerant, alij corporalem vt tam Platonici quàm Stoici: alij ex atomis, alij
 ex numeris, sicut Epicurus & Pythagoras, alij ex igne, qualiter Heraclæto visum est. Et
¹⁹³ Platonici quidem curantem rerum; contrà Epicurei ociofum & inexercitum, & vt ita
 dixerim, neminem humanis rebus; positum vero extra mundum Stoici, qui figuli modo
 extrinsecus torqueat molem hanc; intra mundum Platonici, qui gubernatoris exemplo
 intra illud maneat, quod regat. ¹⁹⁴ Sic & de ipso mundo natus innatusve sit, decessurus
 mansurusve sit, variant. ¹⁹⁵ Sic & de animæ statu, quam alij diuinam & æternam, alij dis-
 solubilem contendunt, vt quis senserit, ita intulit aut reformauit. Nec mirum si verus in-
 strumentum ingenia philosophorum interuerterunt. Ex ¹⁹⁶ horum semine & nostram
 hanc nouitiolam paraturam viri quidam suis opinionibus ad philosophicas sententias
 adulterauerunt, & de vna via obliquos multos tramites & inextricabiles sciderunt.
 Quod ideo suggesterim, ne cui nota varietas sectæ huius, in hoc quoque nos philoso-
 phis adæquare videatur & ex varietate defensionum iudicet veritatem.

Ex necessaria anthypophora propositum magis suum corroborat, nam obiicere statim aliquis po-
 terat, non ideo dissimilem esse philosophum à Christiano, quia nonnulli ex philosophis temperantiam
 aut probitatem quam tradunt seruare nequiuert: nam & hoc ipsum in secta etiam Christiana euenit,
 vt fiant apostatæ. Verum hoc, inquit, est, sed ratio diuersa succedit. Philosophus enim licet aberrari,
 eius nominis autoritatem non amittit. Diogenes enim Zeno & Aristoteles inter principes philosopho-
 rum nihilominus habentur, Christianus vero simulac à disciplina declinat, ex albo Christianorum era-
 ditur: neque vilo modo eo dignatur nomine aut censu. Sed definitas rei partes percurramus, iam pro-
 fecto patebit, quàm non possint inter se comparari. Discipulus nempe Græciæ & hominum philoso-
 phus est, at Christianus cœli & Dei philosophus totum se ad famam comparandam dirigit, Christianus
 vt honestè viuat: ille verbo tenus laudabilis, hic etiam factis: ille suis placitis religione sublata ne-
 sciens principibus seruire coniurat contra res humanas dissipatque concilia, huic nihil est antiquius
 quàm mutua charitate omnia simul deuincta conseruare, alter porro quum in vniuersa natura prou-
 dentiam videat, suis tamen sophismatis in errore versari contendit, alter sua simplicitate errorem quàm
 maximè potest abigit à se: alter interpolat fucòque veritatem commendat, id est elegantia tantum ver-
 borum & syllogismis, alter exprimit ipsa re. Præter hæc tantum philosophus à Christiano differt, quan-
 tum is qui furatur & veritatem quasi precario tenet, ab eo qui suo antiquo iure ac mancipio semper
 possedit. Omnia siquidem Moseos gesta & scripta, aliorum monumentis præcedunt, vt nemini du-
 bium sit, illa fuisse fontem, vnde posteriores naturali discendi studio satisfaciennes præcepta sapientiæ
 elicerent. Quam rem si longius, non tam apologia quàm volumen ipsum ad iustam magnitudinem
 congestum euagari posset, faciliè comprobarem. Præoccupatione tamen hac summatim percurrit eam
 rem Tertullianus. Quis enim est, inquit, poetarum sophistarumve qui prophetarum nostrorum com-
 mentaria non legerit? quanto magis philosophi, qui pro rerum inuestigatione totum orbem terra-
 rum peragrarunt antiquissima omnium monumenta perscrutati. Atqui vnde originem mundi, cogni-
 tionem Dei animorumque & aliarum rerum notitiam commodius accipere potuerunt, quàm ex He-
 bræa gente? ita nimirum hoc illi sibi vsurparunt, vt iam comparatio quæcunque ea sit, non aliunde
 prodeat, quàm quòd nostra recognoscuntur in illis, qui dum crederent de stercore gemmas sibi
 eruere, erutas potius gemmas suo lenocinio deturparunt, ita vt nonnulli populi videntes tali phi-
 losophia homines, à cultu deorum, id est à fundamento omnium virtutum auerti, scholas illorum eie-
 cerint, neque id mirum, si eorum rationem secum quisque reuoluat. Homines enim ij fuerunt, quorum
 plerique gloriæ tantum studentes satis sibi fecisse videbantur, si quæ alioqui sacra, sed ab inconcinna
 quadam

A quadam & indiligenti curiositate digesta, sua elegantia veluti mangones oblinirent, quando nec illa sa-
 tis crederent, neque intelligerent, vt quæ sublimia eo quoque tempore essent, vt nunc vel ipsis Iudæis,
 quibus scripta viderentur obscura. Fecit etiam vt homines curiosi illa maiori ex parte commutarent sim-
 plicitas quædam, qua tota sacra scriptura deducitur, ignari omnia illic à spiritu sancto dictata referri &
 quidem rethorica lex præscribit, vt in dictatis recitandis pura sit simplèxque oratio, neque vllum figuræ
 genus interponatur: licet simpliciter etiam de Deo tanquam manifesto loquatur, de condito orbe, & de
 animorum immortalitate, in quibus philosophi non contenti quod sit quicque nouisse, dum volunt pro-
 pter quid illud inuestigare, mentes omnium perturbant: quemadmodum videre est in his opinionibus rerum
 quæ diuinum quid præ se ferunt: tam illæ diuersæ sunt inter se, quàm incertæ & inutiles. quod à simili
 quoque confirmatur. Quid enim, inquit, mirum tam longo intercedente tempore, si homines suis com-
 mentis verus instrumentum confuderunt, quum & nostra hac tempestate illud quod nouum nobis para-
 uimus suis sophismatis in plures hæreses scindere conentur, dum de carne Christi disputant, an ægritudi-
 nibus obnoxia, an phantasma fuerit: num illi cum patre æqua potestas, atque alia eiusmodi, quæ instigan-
 te diabolo homines humanæ sapientiæ proponunt, vt his disceptationibus permixta veritatis simplicitas
 inter fabulosa scripta connumeretur, & fides infringatur.

Expedite autem præscribimus adulteris nostris, illam esse regulam veritatis quæ ve-
 niat à Christo, ¹⁹⁷ transmissa per comites ipsius, quibus aliquanto posteriores diuersi isti
 commentatores probabuntur. Omnia aduersus veritatem de ipsa veritate constructa
 sunt, operantibus æmulationem istam spiritibus erroris. Ab iis adulteria huiusmodi sa-
 lutaris disciplinæ suborta, ab his quædam etiam fabulæ immixtæ, quæ dissimilitudine fi-
 dem infirmarent veritatis, ¹⁹⁸ vel eam sibi potius euincerent: vt quis ideo non putet
 Christianis credendum, quia nec poetis, nec philosophis. Vel ideo magis poetis & phi-
 losophis existimet credendum, quia non Christianis. Itaque & ridemur Deum prædi-
 cantes iudicaturum. Sic enim & poetæ & philosophi ¹⁹⁹ tribunal apud inferos po-
 nunt. Si gehennam comminemur, quæ est ignis arcani subterraneus ad pœnam the-
 faurus, proinde decachinnamur. ²⁰⁰ Sic enim & Pyriphlegethon apud mortuos amnis
 est. Et si ²⁰¹ paradysum nominemus, locum diuinæ amœnitatis recipiendis sanctorum spir-
 ritibus destinatum; maceria quadam igneæ illius Zonæ à notitia orbis communis se-
 gregatum, ²⁰² Elysijs campi fidem occupauerunt. Vnde hæc (²⁰³ oro vos) philosophis
 aut poetis tam confamilia? non nisi de nostris sacramentis, si de nostris sacramentis vt
 de prioribus. Ergo fideliora sunt nostra, magisque credenda, quorum imagines quoque
 fidem inueniunt. Si de suis sensibus, iam erga sacramenta nostra imagines posteriorum
 habebuntur, quod rerum forma non sustinet. nunquam enim corpus vmbra, aut veri-
 tatem imago præcedit. [²⁰⁴ Age iam si qui philosophus affirmet, vt ait ²⁰⁵ Laberius, de
 sententia ²⁰⁶ Pythagoræ, hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere, & in eam opinio-
 nem omnia argumenta eloquij virtute distorserit, nonne consensum mouebit, & fidem
 infiget etiam ab animalibus abstinendi? propterea persuasum quis hoc habeat, ne fortè
 bubulam de aliquo proauo suo obsonet. At enim Christianus si de homine hominem,
 C ²⁰⁷ ipsumque de Caio Caium reducere repromittat, lapidibus magis, nec saltem cædibus
 à populo exigetur. Si quæcunque ratio præest animarum humanarum recipiendarum
 in corpora, cur non in eandem substantiam redeant, quum hoc sit restitui, id esse quod
 fuerat? Iam non ipsæ sunt quæ fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi de-
 finant esse quod fuerant. Multis etiam locis ex ocio opus erit, si velimus ad hanc partem
 lasciuire. Quis inquam bestiam reformari vidit? Sed de nostra magis defensione, qui
 proponimus, multo vtique dignius, credi hominem ex homine rediturum, quemlibet
 pro quolibet, dum hominem. ²⁰⁸ Vt eadem qualitas animæ in eandem restaretur condi-
 tionem, & si non effigiem. Certè quia ratio restitutionis destinatio iudicij est, eo quod
 omnino de iudicio Dei pati debent, necessario idem ipse qui fuerat exhibebitur, vt boni
 seu contrarij meriti iudicium à Deo referat. Ideoque repræsentabuntur, & corpora,
²⁰⁹ quia neque pati quicquam potest anima sola sine stabili materia, id est carne: & quod
 omnino de iudicio Dei pati debent animæ non sine carne meruerunt, intra quam om-
 nia egerunt.

Edictum omnibus ecclesijs proponendum. Sed ne quis, inquit, hac in varietate veritatis adulteratæ
 confusus verè sibi videatur suas instructiones defendere, illud pro comperto habeat, Christianorum
 ecclesiam nullam aliam regulam veritatis admittere, quàm quæ à Christo nobis est per suos disci-
 pulos tradita, à quibus istos hæresiarchas & tempore & scientia posteriores aberrare docebimus, cum
 aduersus Marcionem, Hermogenè, Praxeam, & alios styllum perstringemus. V E L I D E O magis poetis,
 H iij

Correctio. Laborat spiritus erroris, ut in quibus poëta, philosophi Christianique conueniunt, eadem D
 æstimatione accipiantur. Succedit hoc cumulatè, tanto plerique odio in Christianos feruntur, quilibet
 scriptor modo Christianus non sit, magis probatur, quam si Christianus eadem ratione referat proba-
 biliori. Nam si de vniuersali illo iudicio, quando iudicabit Christus humanum genus, meminimus: si
 infernum ignis fornacem, in quo scelerati distorquentur, prædicemus: si contra paradysum locum beatis
 sanctisque destinatum, ignea spe munitum proferamus in medium, multo omnia hæc derident cachin-
 nanturque gentes, magis quam id genus multa quæ apud alios auctores lectitantes decantant: quasi hæc
 de suis sensibus philosophi habeant tanquam priores, nos vero tanquam posteriores imitemur illos, verum
 quanto nostra monumenta antiquiora sunt illis, tanto maiorem fidem cuique facere deberent, nisi
 fortè ita sese res habeat, ut vmbra potius quam corpus esse possit, & exemplaria præsent veris rebus.
 Sed præcipuè mortuorum resurrectionem subsannant, quasi tale mysterium penitus inauditum sit, ne-
 que id villo modo natura permittat. At vero metempsychosis illa Pythagoreorum, quam Laberius vester
 tanto verborum apparatu exornat, affirmans homines ex mulo aut ex boue fieri, & è contra, ita ut cau-
 dum sit, ne dum quis animalium carne vescatur, de proauo suo comedat, nonne magis à vero distare vi-
 detur, quam quemadmodum Christiani dicunt, hominem reponi ex homine? Et de Caio, verbi causa,
 eundem Caium refici? ideo tamen Pythagorici celebrantur, Christiani lapidibus (si non etiam cædibus)
 experuntur. At si animas hinc illuc recipere libenter auditis, nonne facilius concedere deberis, ut in
 eandem substantiam restituantur? id verò cur in corporibus magis absurdum videri potest, quam in ipsis
 animis, quas qui considerat, quid ipsæ nunc sint, videbit iam non esse id quod fuerant, nam quum om-
 nis motus deturbandi vim habeat, expellatur necesse est quod ante erat, quum noua forma inducitur.
 & quod semel factum conceditis, iterum fieri quid mirum? Sed si velimus totam hanc sententiam Py-
 thagoræ luxuriante oratione explicare, quam falsum sit, ut quis possit in aliquam temere bestiam trans-
 formari, multis argumentorum locis maiorique ocio opus sit. Sed hæc alij, nos de nostris placitis, ut
 verioribus & quæ magis conuenientia repromittant. Nam quum ad thronum Dei omnes cogendi sint, E
 ut ratione quisque suarum actionum reddita mercedem suam recipiat, ratio videtur exigere, ut corpo-
 rum resurrectio præcedat, ut in quo velut instrumento operata est anima iudicetur. Altera est etiam
 causa, à posterioribus theologis damnata, merito fortasse, sed idcirco Tertulliani scripta refugienda non
 censo, tanquam ab orthodoxa fide aliena. Eo siquidem tempore quum fides Christiana ita exagitaretur,
 ut radices altius adigere non posset, in his tantum quæ maxima erant occupabatur, neque se vndique ex-
 polire, aut omnes suas partes perscrutari poterat: vnde sæpius factum est, ut cum his quæ pro certis non
 erant determinata, naturalem philosophiam coniungere non vereretur. Quæ quum animam expertem
 ponat iniuriarum, & pœna sceleribus puniendis constituta sit, necessarium videbatur, ut illa illi priori ma-
 teriæ copulareretur ad sensum doloris resumendum.

Sed quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temetipsum ð
 homo, & fidem rei inuenies. Recogita quid fueris, antequam esses, utique nihil. memi-
 nisses enim si quid fuisses. Qui ergo nihil fueras prius quam esses, ⁶⁰ idem nihil factus
 quum esse desieris: cur non possis esse rursus de nihilo eiusdem authoris voluntate, qui
 te voluit esse de nihilo? Quid noui tibi eueniet? qui non eras, factus es: quum iterum non
 eris, fies. Redde si potes rationem qua factus es, & tunc require qua fies. Et tamen faci-
 lius utique fies, quod fuisti aliquando, quia æquè non difficile factus es quod nunquam
 fuisti aliquando. Dubitatur credo de Dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo F
 quod non fuerat non minus quam de morte vacationis & inanitatis imposuit animatum
 spiritu omnium animarum animatore, signatum & ipsum humanæ resurrectionis exem-
 plum in testimonium vobis. Lux quotidie interfecta resplendet, & tenebræ pari vice de-
 cedendo succedunt, sidera defuncta viuescunt, tempora vbi finiuntur, incipiunt, fructus
 consummantur & redeunt. Certè semina non nisi corrupta & dissoluta fœcundius sur-
 gunt, omnia pereundo seruantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo tantum no-
 men, ⁶¹ si intelligas te, vel de titulo Pythiæ discens, dominus omnium morientium & re-
 surgentium, ad hoc morieris, ut pereas? Vbi cunque resolutus fueris, quæcunque te ma-
 teria destruxerit, hauserit, aboluerit, in nihilum prodegerit, reddet te. Eius est nihilum
 ipsum, cuius & totum.

Argumenta hæc à naturalibus rebus sumpta, quibus insinuare corporum restitutionem Tertullia-
 nus conatur, videbuntur iis qui in fidei Christianæ basi iam resident, aut nulla esse aut friuola: sed ij
 meminerint quibus cum res agitur, esse gentes pleraque Epicureas, quæ tantum aberant ut robustissi-
 mum cibum conficerent, ut vix fidei nostræ lac exurgerent. paulatim itaque procedendum fuit, & quæ
 comparari alioqui non possunt, in comparationem committere, ut fides apud ignaros mysteriorum Dei,
 aliquo rationis inuolucro protenderetur. Si ergo, inquit, tuam priorem conditionem animaduertas,
 mentèque tecum reuoluas, nihil fuisse prius quam factus es, multo facilius esse putabis, postquam re-
 solutus es, iterum ut prodeas in vitam. Neque tu mihi obiicias, Sol & homo faciunt hominem, &c.
 nam qua tu es, non à proximis causis fumo, sed ad primum autorem te reuoco, qui & solem & ho-
 minum

A
 minum seminarium fecit, & naturæ chaos illud almo suo spiritu non tantum ab inanitate vindicauit, sed
 & animauit etiam: postremo suo tempore mortuus ipsum sibi corpus excitauit ad vitam, ut proposito
 nobis tali testimonio, spem certam ex tantis mortuorum primitiis amplecteremur, habitum ex priuatione
 posse reponi. Quod si de vestri Epicuri sententia solem ignisque cælestes quotidie extinguunt & accendi
 naturali quodam concursu putatis? quid adeo mirum, si idem nobis quoque euenturum ex voluntate
 authoris ipsius naturæ dicamus, apud quam multo quidem minoris sunt fructus, quos per anni tempesti-
 tes terra ex corruptione feminis excitat pulchriores, quam cuius causa illi sunt: homo qui quum vel testi-
 moniū vestri Apollinis dominus omnium sit, haud verisimile est, ut ille hac prærogatiua defraudetur, at-
 que ita pereat, ut non suo tempore resurgat:

Ergo, inquit, semper moriendum erit, & semper resurgendum. Si ita rerum domi-
 nus destinasset, ingratis experieris conditionis tuæ legem. At nunc non aliter destina-
 uit quam prædicauit. Quæ ratio vniuersitatem ex diuersitate composuit, ut omnia æmu-
 lis subistantiis sub vnitare constarent ex vacuo & solido, ex animali & inanimati, ex com-
 prehensibili & incomprehensibili, ex luce & tenebris, ex ipsa vita & morte: eadem æuum
 quoque ita destinata ac distincta conditione conferuit, ut prima hæc pars ab exordio re-
 rum quam incolimus, temporali ætate ad fidem defluat: sequens verò quam expecta-
 mus, in infinitam æternitatem propagetur. Quum ergo finis & limes medius, qui in-
 terhiat adfuerit, ut etiam mundi ipsius species transferatur æquè temporalis, quæ illi
 dispositioni æternitatis aulæ vice oppansa est: tunc restituetur omne humanum genus
 ad ⁶² expungendum quod in isto æuo boni seu mali meruit, & exinde pendendum im-
 mensam æternitatis perpetuitatem. Ideoque nec mors iam, nec rursus ac rursus resur-
 rectio, sed erimus iidem qui nunc, nec alij post. Dei quidem cultores apud Deum sem-
 per, superinduti substantia propria æternitatis. Profani verò & qui nõ integri ad Deum,
 in pœna æquè iugis ignis, habentis ex ipsa natura eius diuinam scilicet subministratio-
 nem incorruptibilitatis. ⁶³ Nouerunt & philosophi diuersitatem arcani & publici
 ignis: ita longè alius est qui vsui humano, alius qui iudicio Dei apparet, siue de cælo
 fulmina stringens, siue de terra per vertices montium eructans. ⁶⁴ Non enim absument
 quod exurit, sed dum erogat, reparat: adeo manent montes semper ardentes, & qui de
 cælo tangitur, saluus est, ut nullo iam igni decinerescat. & hoc erit testimonium ignis
 æterni, hoc exemplum iugis iudicij, pœnam nutrientis: Montes vruntur & durant, quid
 nocentes & Dei hostes?

Hæc adiungit, ne quis exemplis superioribus persuasus, vices quoque perpetuas in hominibus esse
 putaret, præsertim necius œconomia nostri Dei, qui solus est in his rerum constitutionibus consulen-
 dus. Nam si libuisset ei, ut tu quoque rotidem vices obires, ne tu tibi sapias, velis nolis experieris. Sed
 ex alto suo consilio, quod à seculo absconditum, hoc tempore nobis per filium suum reuelauit, semel hoc
 in homine fore decreuit. Ea etenim ratio & logos, quod alij verbum & sermonem vocant, quæ ex vo-
 luntate patris hoc vnum veluti corpus systemaque naturæ ex elementis inter se quasi de primis semper
 partibus decertantibus condidit, eadem æuum æternitatis mensuram ita distinxit, ut tota ea pars quæ
 iudicium præcesserit, tempore certo delata claudatur, reliqua perpetuo semper statu gaudeat. Quando
 igitur id quod superest, prioris fuerit exantlatum, & cælum ipsum totaque hæc natura exuta vices fluxus-
 que temporarios, speciem induet æternitatis, & humanum genus ad æternitatem quoque instauratum
 liberum ab omnibus, quibus nunc conficitur ægritudinibus, aut perpetuò cum Christo gaudebit in ex-
 celsis, aut cum malis dæmonibus torquebitur apud inferos in gehenna, cui non defore materiam & phi-
 losophorum rationes, & plurima incendia in natura vobis probare possint.

⁶⁵ Hæc sunt quæ in nobis solis præsumptiones vocantur, in philosophis & poëtis sum- x l i x.
 mæ scientiæ & insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti. Illi honorandi, nos irridendi,
 immò eò amplius & puniendi. Falsa nunc sint quæ tuemur, & merito præsumptiones, at-
 tamen necessaria: inepta, attamen vtilia: siquidem meliores fieri coguntur qui eis credunt
 metu æterni supplicij & spe æterni refrigerij. Itaque non expedit falsa dici, nec inepta ha-
 beri, & expedit vera præfumi: nullo titulo damnari licet, quæ profunt omnino. In vobis
 itaque præsumptio est hæc ipsa, quæ damnat vtilia. proinde nec inepta esse possunt. Certè
 & si falsa & inepta, nulli tamè noxia. nam & multis aliis familia, quibus nullas pœnas irro-
 gatis, vanis & fabulosis inaccusatis & impunitis, ut innoxiiis. ⁶⁶ Sed in eiusmodi error si uti-
 que irrisioni iudicandum est, non gladiis & ignibus, & crucibus, & bestiis. De qua iniqui-
 tate sæuitiæ nõ modò cæcum hoc vulgus exultat & insultat, sed & quidam vestrum, qui-

bus fauor vulgi de iniquitate captatur, gloriantur, quasi non totum quod in nos potestis, nostrum sit arbitrium. Certè si velim Christianus sum, tunc ergo me damnabis, si damnari velim. quum verò quod in me potes, nisi velim, non potes, iam meæ voluntatis est quod potes, non tuæ potestatis. Proinde & vulgus vanè de nostra vexatione gaudet, proinde & nostrum est gaudium, quod sibi vindicant, qui malum damnari quàm à Deo excidere. contrà illi qui nos oderunt, dolere non gaudere debebant, consecutis nobis quod eligimus.

Quum multis hæcenus argumentis, tum in hoc comparationis loco verissimum illud esse cognouimus, *ἐνδὲ ἀτόπῃς λυθόντος, τὰλλα συμβαίνῃς*. Quum enim aliquid homines semel oderint, nulla aliqua ratione coacti, nulla iam hoc ex parte commendare posse videntur, licet ab aliis non diuersum imò eiusdem notæ. Si philosophus, si poëta aliquis de constitutione mundi, de animis, de inferis meminerit, mirum quàm hæc pensitentur celebrenturque, quasi à certa ratione profisciscantur. Si verò Christianus eadem pertinet ex *ὁδοῦ τὴν καὶ διανομίαν* Dei, inanes conceptus habentur & inepti. quum tamen si quid à sine commendandum est, vtilia hæc & necessaria sint hominibus, vt quæ duo calcaria, spem scilicet & metum exacuant. Sed vide iniquitatem. Est, sint falsa, & inepta, quia tamen innoxia, nullis esse fraudi debebant, quomodo cum aliis de iisdem rebus sapius actum est, quorum nullus reus, nullus factus est noxius. Amplius inepta irrideantur, non sæuissimis carnificinis expendantur. In qua re haud ego amplius vulgus insipiens, sed vos iudices satis mirari non possum. nullo quidem iure, sed graui quadam ambitione percussos, ita de nostris tormētis gloriari, quasi eius rei causā à vobis tota sit, & in manibus vestris: an nescitis in voluntate cuiusque positum sectari Christum, aut negligere: atque ita iudicium vestrum aut subire aut declinare posse? Euenit nobis quod optamus dum cruciamur. quòd si nos inimicorum loco censetis, gloria hæc vestra & gaudium, dedecus potius vobis & ingens dolor habendus est, quando vestra opera votorum suorum compotes fiant inimici vestri.

I. ⁶¹⁷ Ergo, inquitis, cur querimini quod vos insequamur, si pati vultis, cum diligere debeat per quos patimini quod vultis? planè volumus pati: verum eo more quo & bellum miles. Nemo quippe libens patitur, cum & trepidare & periclitari sit necesse, tamen & præliatur omnibus viribus, & vincens in prælio gaudet, qui de prælio querebatur, quia & gloriam consequitur & prædam. Prælium est nobis quod prouocatur ad tribunalia, vt illic sub discrimine capitis pro veritate certemus. Victoria est autem pro quo certaueris obtinere. Ea victoria habet & gloriam placendi Deo, & prædam viuendi in æternum. ⁶¹⁸ Sed obducimur certè cum obtinuimus: ergo vicimus, cum occidimur: denique euadimus, cum obducimur. Licet nunc ⁶¹⁹ sarmenticios & semarios appelletis, quia ad stipitem dimidij axis reuincti sarmentorū ambitu exurimur. Hic est habitus victoriæ nostræ, ⁶²⁰ hæc palmata vestis, tali curru triumphamus. meritò itaque victis non placemus. propterea enim desperati & perditii existimamur. sed hæc desperatio & perditio penes vos in causa gloriæ & famæ, vexillum virtutis extollunt. ⁶²¹ Mutius dextram suam libens in ara reliquit. O sublimitas animi. Empedocles totum sese Catanensium Eneis incendiis donauit, ò vigor mentis. ⁶²² Aliqua Carthaginis conditrix rogo se secundum matrimonium dedit, ò præconium castitatis. Regulus ne vnus pro multis hostibus viueret, toto corpore cruces patitur. ò virum fortem, & in captiuitate victorem. ⁶²³ Anaxarchus quum in exitium piffanę pilo contunderetur, Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem. Anaxarchum enim non tundis. ò philosophi magnanimitatem, qui tali de suo exitu etiam iocabatur. Omitto eos qui cum gladio proprio aliõve genere mortis mitiore de laude pepigerunt. Ecce enim & tormentorum certamina coronantur à vobis. ⁶²⁴ Attica meretrix carnifice iam fatigato, postremò linguam suam comestam in faciem tyranni sæuientis expuit, vt expueret & vocem, ne coniuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset. ⁶²⁵ Zeno Eleates consultus à Dionysio, quidnam philosophia præstaret, quum respondiisset, contemptum mortis impassibilis flagellis tyranni obiectus sententiam suam ad mortem vsque signabat. ⁶²⁶ Certè Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata tantum honorem tolerantia domui conferunt, quantum sanguinis fuderint. O gloriam licitam, quia humanam, cui nec præsumptio perdita, nec persuasio desperata reputatur, in cõtemptu mortis, & atrocitatis omnimodæ, cui tantum pro patria, pro imperio, pro amicitia pati permiffum est, quantum pro Deo non licet. & tamen illis omnibus & ⁶²⁷ statuas defunditis, & imagines inscribitis, & titulos inciditis in æternitatem, quantum de monumentis potestis: scilicet præstatis & ipsi quodammodo mortuis resurrectionē. hanc qui veram à Deo sperat, si pro Deo patiat, infanus est.

Obie

A Obiectioni respondet, qua gentes continuo Christianis insultabant, & totum huius apologiæ propositum diruebatur. Nam si per nos, inquit, voti compotes estis, quid tu tanto verborum apparatu vicem Christianorum dolens de nostra semper iniquitate queris: ad quos Tertullianus, Homines, inquit, sumus, atque eo sensu qui tormenta si fieri possit, naturaliter & quasi milites strenui refugiamus, qui si possint sine puluere & sudore pace potiri velint, alioqui iniurias propullantes, pro Imperatore si sit opus, vitam cum morte commutant. Quamquam ratio diuersa est aliorum à nostro prælio victoriæque. Alij enim eo consilio militant, vt gloriam sibi & patriæ comparent. nostra verò gloria est placere Deo, illi ex victoria spolia opesque sibi prædantur, nos vt in æternum viuamus. præterea illi abiguntur trahunturque captiui, si victoriam non obtinuerint, nos cum obtinuimus: illi etiam victi occiduntur, nos victores, ac maximè tunc effugimus hostium manus cum captiui circumducimur. Omnis verò vester apparatus in tormenta, triumphum nobis ex victoria subornat, tantum abest vt vestris conuiciis aut opinione moueamur, nos cum sarmentarios semisariósque & perditos homines desperatque consilij dictitatis. Sed mirum quàm iudicij examen ab amore & odio inuertatur. Putat amans decora vitia in amica, & vt ait ille, Cælia Palladion est, nauosa & lignea Dorcas, Paruula pumilio, &c. Contra in odio vitia vocantur, quæ in aliis maximæ virtutes. Vos itaque deuotionem animi & patientiam in tormentis, pro Deo vituperantes in Christianis, in aliis quacunque de causa mirificè extollitis, vt quæ à fortitudine omnium excellentissima profisciscantur: ita sublimes animos non Romanorum tantum, sed Græcorum, nec virorum solummodo, sed etiã mulierum admirantes, & in sermone laudatis, & memoria commendati curatis.

Sed hoc agite boni præsidēs, meliores multo apud populum, si illis Christianos immolaueritis. Cruciate, torquete, damnate, atterite nos. probatio est enim innocentia nostræ iniquitas vestra. Ideo nos hæc pati, Deus patitur. nam & proximè ad ⁶²⁸ leonem damnando Christianam potius quàm ad leonē, confessi estis labem pudicitia apud nos atrociorē omni pœna & omni morte reputari, nec ⁶²⁹ quicquam tamen proficit exquiritur quæque crudelitas vestra, illecebra est magis sectæ. plures efficitur quoties merimur à vobis, semen est sanguis Christianorum. Multi apud vos ad tollerantiam doloris & mortis hortantur, vt ⁶³⁰ Cicero in Tusculanis, vt Seneca in Fortuitis, vt ⁶³¹ Diogenes, vt ⁶³² Pyrrhon, vt Callinicus. ⁶³³ Nec tamen tantos inueniunt verba discipulos, quantos Christiani factis docēdo. Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur, ad requirendum, quid intus in re sit? Quis non vbi requisit, accedit: vbi accessit, pati exoptat: vt totam Dei gratiam redimat, vt ⁶³⁴ omnem veniam ab eo compensatione sanguinis sui expediat: omnia enim huic operi delicta donantur. Inde est quod ibidem sententis vestris gratias agimus vt est æmulatio diuinæ rei & humanæ, cum damnatur à vobis, à Deo absolui mur.

Conuersio hæc vltimo loco ad antistites eo artificio referta est, vt nullibi cesset vllum verbum, sed quod illis permittere videtur, sua ironia deiiciat atque deturber, dum causam quam obrem illi Christianos damment adducit, & ex ea re proferat effectus in contrariam partem: quæ omnia si quis rationis exiguae particeps expendat, nō modo iniquam Christianorum vexationem videbit, sed intempestiuam & à proposito Imperatoris penitus alienam. potissima enim causa est, cur Christiani dammentur, quia populo iudices satis facere cupiunt. Successus verò rei stare id pro Christianis manifestè declarat. nam quo sæuius cruciantur, eo probantur meliores: quantoque plures intereunt, tanto maior seges excrescit. Admirantes siquidem homines patientiam eorum in tormentis (illecebra enim & delictum carnificina videtur talis secta hominibus) causam eius rei requirunt, & requisitam ita plerumque amplectuntur, vt in eorum sententiam conuolent, præsertim edocti humana hæc cum diuinis nequaquam congruere. Sed ea inter se veluti æmulatione pugnare, vt quod altera pars damnet, abfoluatur ab altera: atque ita oritur occasio incrementi, ea ratio quæ in exitium iustitiæ est comparata, vt satius sit contra stimulum non calcitrare.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN APOLOGETICVM.

1. **R**o Christianis.] *Istud in titulo huius libri adiecimus ex i. Vatic. cod. præsertim consentientibus Eusebio, Nicephoro, & Cedreno hist. Eccl. locis infra adductis T. 4. inter fragmenta Tertulliani, qui hunc citantes, ἀπολογία ὑπὲρ τῶν χριστιανῶν inscribunt.*

C A P. I.

2. Si non licet vobis Romani Imperij Antisti-

tes.] *Caput hoc i. plerique MS. & exc. cod. inscribunt: De ignorantia in Christo Iesu. sed Vatic. cod. alter clarus: Quod religio Christiana damnanda non sit, nisi qualis sit prius intelligatur. Imitatur autem in hac veluti præfatione & postea frequenter Iustini Martyris Apologiam ad Antonin. Pium. Antistites verò appellat inquit Franciscus Zephyrus in suis quæ nostris con-*

innoximus scholias) ipsos Pontifices, quorum auctoritas rem sacram, ceremonias, omnem denique religionem administrabat, in quibus interpretandis summa Reip. versabatur, unde & principes publici consilij à Cicerone appellantur, & deorum immortalium antistes. Atqui inter hos etiam ipsos imperatores fuisse constat ex inscriptionibus antiquis in quibus Pont. Max. vocantur.

3. In aperto & edito.] Adscripsit: edito, Rhenanus 2. edit. ex Gorziensi cod. vii testatur in scholiis, cui consentiunt ceteri omnes MS. codices.

4. Palam dispicere.] Egnatius & I. P. at. cod. despiciere. Rhen. ubi supra & aliter P. at. cod. describere, sed placet vulgata & aliorum MS. lectio.

5. Si ad hanc solam speciem.] Iuris cons. sermo (inquit Rhenanus.) In aliis (inquit Zephyrus) iudiciorum formis, ne dicam speciebus (quod etiam Cicero abhorruit) studiosa est auctoritas vestra in perscrutanda iustitia norma, ne quis insons opprimatur, neque plebis testimonium veretur. Sola haec que ad Christianos pertinet, neglecta penitus temere condemnatur à vobis. Dicitur vero hoc est ex eadem figura qua Terent. Ad eam rem, inquit, si quis magistrum cepit improbum, id est super eam rem.

6. Domesticis iudiciis nimis operata.] Pro: operata, inquit Rhen. cui consentiunt S. Bavonis, Elnon. Puteani & I. P. at. MS. codices, debet scribi: operata. Nam quemadmodum auctores dicere solent operari sacris, vocabant etiam operationes ipsa sacrificia veteres, Arcone Grammatico teste: sic Tertullianus operari subinde cum datus confuit, pro instere & vacare, ita cap. 15. Cetera lascivia ingenia, inquit, etiam voluptatibus vestris per deorum dedecus operantur. Rursus cap. 40. Balneis, inquit, & cauponis, & lupanaribus operati. Hic autem locus indicat Ethnicos conatos ab his qui familiariter cum Christianis versabantur, à famulis (inquam) & ancillis, inuestigare & deprehendere crimina, de quibus nostri insanabantur vulgo, ut in ipsas etiam eorum domos, in ipsas basilicas & conuenticula nec opinantibus illis irruerent. Sed nihil unquam deprehensam est. hoc idem queritur cap. 7. Etiam domesticis nostris obfidemur, quotidie prodimur, in ipsis plurimum coetibus & congregationibus nostris opprimimur. Atqui de tormentis adhibitis de flagitia illa de Christianis serui commississentur vide Iustinum Martyrem Apol. 1. ad Senat. Roman. in Puteani etiam libro est; operata infestatio sectæ huius docum ordine mutato vii supra domesticis iudiciis, non iudiciis, & infra, obstruit veritati, omisa voce illa, viam, quam ineptos homines de suo adiecisse indicat Carrio. est enim obstruere alicui pbr. sis illorum propria: & alioqui eadem vox iam repetitur.

7. Nihil illa, de causa sua deprecatur.] Primus Zephyrus substituit: deprecatur; sed restituimus quod habent tam MS. omnes quam prius excusis codices. Deprecari vero (inquit ille) est pro reo à iudice vel pro amico à principe viro veniam precari. Cicero ad Pontif. Amici illi tui te pro amico testis, &c. Quibus autem verbis deprecatio fiat idem Cicero pro Ligario docet: Ignoscite iudices, erravit, lapsus est, non putavit, si autem post-hac, &c. P. ox. illa, abest à libro manuscripto omnium antiquissimo, qui apud Clariss. Virum C. L. Puteanum est.

8. Ceterum genus.] Ceterum (inquit Zephyrus) idem quod: vero, significat, differunt tantum constructione, illud enim semper praepositur, hoc contra: perinde ac apud Græcos.

9. Quid hic deperit legibus.] Sic MS. omnes &

exc. ante Zephyr. qui legit: Quid hinc. Ex iisdem MS. Vocem Tertullianicam: quo, substituitur, pro, quod. Oidium erga. Liber Puteani; odij. quod aperte verum cenfer Carrio. non enim causam odij reddidit, sed causam iniquitatis odij item Christianorum non Christianum, habet idem liber. Metretur.] ita reposuimus ex Rhenano. omnes tamen libri, meretur, quod probat Carrio. ut sit adversarij interrogantis an sit iniquum odisse quod ignoratur, etiam si res meretur odium: & antea ita distinguitur: etiam si res meretur odium: ut in libro Puteani est. propterea oderint.] liber Puteani; oderunt. elegant.

10. Qui retro oderant.] id est, antea & retro actis temporibus. In qua significatione (inquit Zephyr.) apud superiores Latinos raro usurpatum est. neque ideo minus est doctior qui suorum temporum verbis vitur, cum aliis temporibus alia videmus in omni dialecto usurpari. Sic Cicero nunquam dixit alioqui, pro quo interduo vsus est cetero qui. num posteri apud quos illud est frequens, ideo explodendi? Is qui toties alibi vsus est: antea, etiam hoc loco repetere poterat, sed sua tempestate retro occurbat passimque audiebatur. Nec tamen auctoritate caret, nam multo superior Papinius in sua Soteria, Genus ipse, inquit, suis promissisque retto nobilitas, nec origo latet, &c.

11. Vtique de comperto.] Cum adseueratione (inquit idem) legendum, quasi dicat, non temere neque derrepente, sed de re comperta sibi que perspicua Christiani sunt. Neque hac figura dicendi noua est, nam & Lucretius: de subto, Cicero de reliquo; de scripto, frequenter vsus est. Ita illo quidem nimia temporum negligentia animaduvertitur, si, remissus, legatur. Simul ut desinunt, vocem, ut, expungit Carrio: quod nec ex libro Puteani sit, & antiquissima locutio simul pro simul ac, ut apud Horatium Carminum lib. 1. od. 4. quo simul merearis, &c. exempla apud Plautum, Virgilium, Lucretium, Horatium, & ipsam Ciceronem frequentia sunt, cessent &c. liber Puteani; cessant & odisse.

12. Et sunt tanti quanti.] Videtur (inquit idem) significatum continui ad numerum retulisse, qui per tot quot referri solet. Sed cum multitudinem ingentem qui ad Christianissimum quotidie magis confluunt exprimeret significans vellet, quasi stulos & agmina; non contentus discretis relationibus, continuis conuenitque vii voluit: quibus etiam summa multarum rerum concipitur. Ut Cicero, Vnquam nullam vidi tantam concionem, quanta nunc vestra est. Et: Quid est in terris commune tantum tantulum de consilium, quod non de meis rebus gestis pulcherrime iudicatur? Tanti igitur sunt, perinde ac si dixisset, tanta est eorum multitudo, quantam vos non preterit, sed iudicatis, ac deploramini multa proclamatione dolentes sub pretextu iustitie, & quasi accepto detrimento obstruere orbem hac Christiana religione, & ad hoc nomen omnes homines confugere, ut merito de Ecclesia Horatianum illud decantari posset:

Merses profundo, pulchrior euenit;

Luchere, multa prouet integrum Cum laude victorem.

13. Denotatur.] Sic è MS. omnibus pro: denotantur, & paulopost: hoc ipso modo.) ipso, abest à libro Puteani. marent, pro marent. in Puteani est, merent.

14. Alicuius latentis boni.] Sic ex MS. & exc. cod. ante Zephyrum post quem perperam ubique: labentis, legitur. Ex iisdem virobique licet, pro: liber est in Puteani posterius est, liber. &: Hic tantum, pro: Sic. Ex MS. item omnibus humana curiositas, pro: vrbana, ac innu

immuficos, Vocem Tertullianicam pro: non musicos.

15. Anacharxis.] Laertius in eius Vita: θαυμαστόν δὲ ἐφ' ἡ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι ἔγραυεν ὅτι μὲν οἱ τεχνίται κερὶ νοσῶν δὲ οἱ μὴ τεχνίται. Hoc est interprete Rhenano: Mirari autem se dixit quomodo apud Græcos artifices quidem certarent, Verum iudicarent qui non essent artifices. Vide supra l. de Pall. num. 95.

16. Malunt nescire.] Similiter ex MS. & excusis prioribus restitui: Malunt, pro: malint, & proxima periodo: præformantur, pro: performantur. &: damnati, pro: condemnati. Atqui: inquit, pro, inquitur, Tertulliano vsuatur esse alicubi adnotat Rhenanus.

17. Vel fato vel affre imputant.] De astrologis latius Tom. 2. lib. de idolol. ubi de illis ne loquendum quidem dicit. fato autem & affris nihil impudendum prolixè persequuntur DD. August. de Ciuitat. Dei lib. 5. ab initio vsque ad c. 12. Chrysof. de pronid. Orat. 2. 3. 4. 5. & 6. Ambrosius hexam. l. 9. c. 4. Gregor. Nyss. Philos. l. 6. & lausimè omnium Eusebii de præpar. Euang. l. 6. c. 5. 6. 7. 8. & 9. Vbi multa aduersus fatum adfert testimonium ethnicorum Oenomai l. de mal. artib. Diogeniani aduersus Chrysoippum & Alexandri Aphrodisiæ l. de fato; sum scriptorum Ecclesiasticorum, Bardeanis Syri dial. de fato ad Anton. Imperat. & Origenis in Genesim. Qui id ipsum paucis tractat hom. 3. in Hierem. Quemadmodum etiam DD. Prosper lib. 1. de vocat. gentium. Hieron. in Isai. c. 38. Prudent. aduersus Symmachum l. 2. Bpiphan. in Pharif. & Iustinus Mart. Apolog. ad Anton. Cesarum, ac Orat. aduersus gentes: Minutius denique in Octauio. Ipsi etiam Tertull. fragmentum ex lib. de fato habes infra Tomo 4.

18. Christianus vero.] Ita MS. cod. & olim ex Gorziensi cod. Rhen. pro eo quod postea iterum irrepit: Christianis quemadmodum & paulopost: interrogatus, ex iisdem MS. lego: naturalia mali: pro: naturam. est codex Puteani habet; natura alia mali. ut infra; quod hoc malum est cuius reus pro: vulgato; quid hoc mali.

CAP. II.

19. Si certum est denique, &c.] Caput 2. inscribitur à plerisque: contra inquisitionem; sed rectius in alt. P. at. cod. Perueritas que in damnandis & absolueudis Christianis obseruatur. Atqui etiam hoc argumentum ex Justino sumpt.

20. Quodcunque dicimus.] Reposuimus hoc ex MS. & priorib. exc. cod. pro; dicimus.

21. Quando nec liceat indefensos & inauditos damnari.] Alludit haud dubie (vri recte adnotauit Reguar. lib. 1. P. ar. c. 7.) ad l. 1. de requir. reis, qua dicitur lata (iuxta cod. emendatotes) à diuis. seuera & Antonino, quod adeo factum oportuit paulo antequam liber hic in lucem prodiret. cognoscitis. Puteani liber; quando si de aliquo nocente cognoscatis.

22. Ut de vestris elogiis loquar.] Ex I. P. at. cod. legitur: vestris, pro eo quod alij manuscripti omnes nostris; quia de ethnicis hic loquitur. elogiis, vero legi debere id est accusationum titulis cum Rhenano; non: eulogiis, ut post Zephyrum exc. cod. aut: eulogiis, vri MS. omnes & exc. det. patet: tum ex eo quod infra legitur lib. ad Scapulam, Christianum in elogio conuulsione eius intellecta dimisit, scisso elogio, & c. 5. l. de Cor. Milit. elogiū sacrilegij tum quod vox prior in eadem significatione Iureconsultis sit peculiaris & à spartiano quoque in Vita dicti Seneri Imperatoris hac eadem eitate vsurpata, vri ad priorem librum latinus ex Rhenano.

nano. Addidimus autem paulopost ex Rhen. & MS. omnibus numerum. De nobis, hic liber Puteani ponit caput secundum; contra inquisitionem: & pro, extorquere, legit extorqueri.

23. Quot incesta contenebrasset.] Id iterum restituitur ex MS. omnibus, quod antea Rhen. ex Gorz. cod. c. a. stigauerat, pro: concelebrasset, nam in tenebris (inquit ille) peragi mentiebantur gentiles, de quo alisque huc pertinentibus latius infra c. 7. 8. & 9. Similiter: eruisset; pro: inuenisset. Bruendi enim (inquit idem) verbum Tertull. frequens est. Sic infra: Nisi enim fallor leges malos crui iubent, id est manifestari. Ex MS. deinde Vocem Tertullianicam: Atquin pro; Atqui.

24. Plinius enim secundus, &c.] Est locus hic vnius ex illis qui infra Tom. 4. Græcè editur ex Eusebii Ecles. hist. l. 3. c. 32. seu 27. repetitus à Hieron. in addit. ad Eusebii Chronicon. Niceph. eccl. hist. l. 3. c. 17. Hugone Floriacensi Rom. hist. l. 9. c. 3. Oras. l. 7. c. 12. & Paulo Diacono; Et reperiuntur Epistole Plinij ex Prouincia (vri adnotat Zeph.) Bythinia, seu potius Asia ad Traianum & Traiani ad Plinium secundum inter huius Epistolas l. 10. epist. 103. & 104. E quibus & MS. tum Tertulliani tum Eusebii codicibus adiecit iterum Voculam: tunc & reposuimus: ad confederendam disciplinam: pro eo quod erat substitutum: conferendam tum quod ad illud magis accedat Græca vox: διαφυλάσσειν quod conseruare recte vertit Langius in Niceph. tum illud ipsius Plinij Secundi sacramento obstringere. Atqui MS. cod. Elnonensis Puteani S. Bau. & 2. P. at. legunt: de sacramentis eorum pro: sacris. De quibus sicut & de cantu Ecclesiastico infra latius c. 39.

25. Mandat puniendos.] Hoc etiā ex MS. & Rhen. restituimus, pro: puniti, & ex iisdem sic legitur: si non inquiris, cur non & absoluis; vbi verba erant transposita. Item: vestigandis, & paulopost: oblatio; pro: oblationem, & in Puteani libro est, oblationem: & postea: de confessione decedere, pro: temetipsum, in Puteani erat, temetipsam.

26. Militaris Statio fortitur.] Id est (Rhen. interprete) per sortitionem assignatur. Sortior vero (inquit Zeph.) à verbo sortio contrarij affectus significationem gerere, Nonius ex auctoritate Varronis commemorat. Hinc autem stationarij milites nuncupabantur. Damnatis ergo, Puteani liber, damnatis itaque.

27. Præsumperatis.] Præsumere (inquit idem) προλαμβάνειν, & quasi animo aliquid præoccupare. Plin. hanc ego vitam voto & cogitatione præsumo. Item: Regum quas assequi cupias præsumptio ipsa iucunda est. Negatis laniari.] dicere, homicidas. Puteani, homicidæ Carrio legendum putabat, negate laniati iubere sacrilegum si confiteri perseverauerit: si non ita agitis circa nos nocentes. Sic enim liber Puteani; nisi quod habet, nega, pro negate quamquam frequenter in istis Apologeticis numeri mutantur, ut inquit pro: inquitur. sicut apud Arnobium sepius est.

28. Suspecta sit vobis.] Priores exc. cod. Suspecta sit nobis. Vriaque lectio comoda. Puteani liber; suspecta sit nobis.

29. Vos ministret.] Id est, ut interpretatur Latinus: vobis ministris datur, qui addit Plinij & Ciceronis testimonia à Zeph. citata nihil ad rem facere.

30. Hoc senatus consulta, hoc Principum mandata.] Rursus voces Iureconsultis vsitate, quorum illa à Senatu hæc auctoritate Principum constituuntur. D. lib. 1. de orig. Iur. l. 2. §. ita.

31. Ciuilis non tyrannica dominatio uestra est.] Iterum ex MS. cod. sic legitur pro: damnatio, & cum Rhenan. ex istdem: apud vos soli quaestio temperatur; pro eo quod Zephyr. styli quaestio temperantur. Item uocem Tertullianicam: expungendus, pro: expugnandus. Expungitur enim debito poena nocens (inquit Rhenan.) cum debito poena perfoluit. Ciuilis non liber Puteani; hoc imperium, cuius ministri estis, ciuilis non tyrannica dominatio est. quod probat Carrio. adhibentur Puteani; adhibebantur uero infra pro: uestram illis, &c. habet uestram illis seruate legem usque ad confessionem necessariam. etiam confessione praenueiantur uocabunt.

32. Iterum Christianus.] MS. cod. & antea Rhen. inter Christianos. eligat lector quam uelit. priorem scripturam agnoscat Puteani.

33. Cum igitur in omnibus in nos aliter disponitis quam in ceteros nocentes.] Ita ceteris melius mea quidem sententia Rhenan. Licet codex Puteani habeat: cum igitur in omnibus nos aliter dispositis quam ceteros nocentes, ad unum contendendo ut de eo nomine excludamur. item; si faciamus; pro; si facimus. Item paulopost: Hoc primum agentes, est liber Puteani habet agens cui etiam magis placet deinceps: aemulationis inimicum, quod habebat Gorziensis cod. quam quod reliqui MS. & exc. aemulae rationis.

34. Denique quid de tabella recitatis.] Olim (inquit Rhen.) sententia animaduersionis capitalis de tabella recitabatur. Quod confirmatur ex Vita D. Cypriani per Pontium & Paulum Diaconum; adeo ut existimem etiam in Sermone D. Aug. sic legi debere pro eo quod est: ex libello, nisi quis pro eodem libellum accipiat.

35. Si & homicida.] hoc etiam ex MS. omnibus, scilicet illud: Christianus si nullus criminis reus est, nomen ualde infestum. est Puteani liber habet. Christianus si nullus criminis nomen reus est, ualde infestum, &c.

C A P. III.

36. Quid quod ita plerique clausis oculis.] Cap. 3. De nominis exprobratione inscribitur plerumque in altero uero Pateat. cod. De odio Christianitatis titulo. Multa autem etiam in hoc cap. ex Justino & Athenagora desumpta uidentur.

37. Bonus uir Caius Scius] Caius sive Gaius (ut MS. legitur) Scius & Lucius Ticius (quod semel hic legitur MS.) iureconsultis sunt frequentissima, ubi exempli gratia aliquid inculcare uolunt de personis in genere. simile est illud (ut adnotat Latinus) Opt. Mileuit. lib. 3. & 6. adu. Parmen. Cai Sei, aut Caia Seia. Reuar. in 12. Tab. cap. 21. adfert ex Plutarcho quod boni illud omnis causa frequentabant nubes: Vbi tu Gaius, ego Gaia, existimans id ortum ab uxore Prisci Tarquinij quae prius Tanaquil postea Caia Caecilia appellata sit; ad quam etiam alluferit Cicero Orat. pro Murana. Cui consentit Onuphr. lib. de Antiq. nominib. Vbi de mulierum nominibus agit. Sed malus & legit, Bonus uir C. Scius tantum quod Christianus. item abest uox defero: & irrumpunt pro: corrumpunt.

38. ex ipso denotant quo laudant.] Ita ex Rhen. scholiis; praesertim quum MS. omnes legant: quod laudant, pro eo quod perperam legebatur: collaudant, sicut paulopost iterum: uxorem iam pudicam; &

ferum fidelem dominum: priori loco adicientes, & posteriori auferentes uoculam: iam. filium subiectum) filium abest a Puteani: & infra, est: quanti odium Christianorum.

39. Nisi si aut barbarum.] Legendum omnino ita est (inquit Zeph.) ut uet. cod. habet, neque (ut a nonnullis creditur) si, uacat. Graeci πλὴν ἐάν dicunt, id est praeterquam. Isocrates, πλὴν ἐάν ὁμοίως συμφέρεταις τῶν πρὸς τοὺς σιωπᾶσαι σοὶ τε τῶ λέγοντι, καὶ κείνοισ τῶν ἀνέκδοτων. Ouid. in quinto sua Metamorphoseos Nisi si crudelis id ipsum Exigis ut percat. Pl. l. 6. Iuba qui uidetur diligentissime profectus hac, omisit in hoc tractu (nisi si exemplarium uittatum est) Berenice alteram. Plaut. in Menaeum. Quin nos hinc domum redimus, nisi si historiam scripturam sumus.

40. Sed & cum perperam Christianus.] Ita cum Pithaeo & Latino restitimus hunc locum ex MS. omnibus pro: Christianus. quod etiam in sua Paraphrasi confirmat Zephyrus, praesertim quum ita loquatur Lactantius lib. 4. cap. 7. Ignari rerum nostrarum Christum Chrestum, & Christianos Chrestianos uocabant. καὶ ἴσως autem bonus & commodus dicitur; Et Suetonius in Vita Claudij Christum Chrestum nuncupet, sicut & Iudaei quidam in Hebraica historia. Proinde etiam sic uerti debere existimo illud Iustini Martyris: Chrestiani enim esse deferimur; atqui καὶ τὸν ἰδὲ est commodum & bonum odisse, iniustum est. Nec minus apud Tacitum lib. 15. & Orosum lib. 7. cap. 6. & fortassis etiam apud Plinium secundum epist. 109. ad Traianum ac eius responsio. Certa est notitia.) uocem, certa, ex libro Puteani addidit Carrio.

41. Oditur ergo.] Priscus uerbis (inquit Zephyr.) deletatur Tertullianus. Odit uerbum apud antiquos fuisse, usus adhuc, ut Festus docet, & perosus demonstrant in Puteani est; oditur itaque non ergo.

42. Platonici, Epicurei, &c.] Sectas praecipuas Philosophorum enumerat; quorum quidam ab auctoribus, utpote: Platonici, Epicurei, Pythagorici; alij a locis conuentualium nuncupentur, ut Stoici, Academici; de quorum omnium sententia late disputat D. August. de Ciuitat. Dei lib. 8. & de istdem eorumque Auctoribus singulis infra lauius ad cap. 47. ac lib. de Anima.

43. Aequae Medici ab Erasistrato.] Ita MS. cod. pro: Atque. Erasistrati uero & aliorum medicorum fit mentio etiam lib. de Anima infra Tom. 3. Vbi de illis lauius.

44. Et Grammatici ab Aristarcho.] Is tam castigato iudicio fuit, ut tradat Aelianus Homeri uersus non putatos nisi quos ipse probaret: usque adeo ut tum apud Horatium in Arte Poetica, & apud Ciceronem epistol. 9. lib. 1. ad Atticum, tum ab alijs Aristarchus nominetur, quisquis scriptorum bonus censor est. Aristarchum inter antiquiss. qui de Homero scripserunt Grammaticos enumerat Tatianus Orat. contra Graecitatis etiam ab Euseb. de praep. Euang. lib. 10. c. ult. Certe Sueton. de claris Gramm. Cratetem, quem primum enumerat, Aristarcho aequalem dicit. Plinius interim l. 36. c. 17. Tiberium Erotem Grammatica conditorem dicit.

45. Cocci etiam ab Apicio.] De Apicio (inquit Zephyr.) qui a Plinio nepotum omnium altissimus uirgines appellatur, cum plures alij, tum Seneca ad Elbiam matrem meminit. Vide Suida historica.

46. Planè si qui probat.] Ita pro: probauit ex MS.

& Rhen. qui adnotat phrasin Tertullianicam: si qui, pro: si quis. in Puteani tamen est; probat.

C A P. IIII.

47. Atque adeo quasi praefatus haec ad suggillandam, &c.] Cap. 4. a plerisque inscribitur. De illicitis legibus; ab altero Pateat. Quod leges Principum & Senatusconsulta nonnumquam errare possunt atque adeo repurgari. MS. 2. Pateat. cod. habent: (suggillandam. Odi erga nos.) hinc apparet, inquit Carrio, rectè superius emendatum esse, odij, pro, odium.

48. Qui obiciunt.] Iterum hoc repositum ex MS. omnibus pro: quae, qui legunt etiam, homines; pro: omnes. Ex istdem paulopost: occurrit, & de legibus, pro quo irrepperat: de quibus; pro adstruatur Puteani habet: obstruunt. Non malè autem interpretatur Zeph. uocem: ingratis, quasi per uim de qua lauius infra ex Rhen. T. 3. ad lib. aduers. Valentin. Item non multo post legitur cum Rhen. exercetis dominationem pro: exarce. malebat tamen Carrio illud, ex arce, consentientibus omnibus ueteribus libris retinere. Notum enim est ut illi qui arces & summa ciuitatum loca occupant, de dominio & tyrannide suspecti sint. historia de optimo consule editione loco edificante nota est. Iam primum.] hic liber Puteani ponit caput quartum de illicito.

49. Sine dubio id non debet licere quod malè fit.] Etiam hoc ex prioribus exc. & MS. omnibus restitimus, pro: id quod non debet licere fit. Ac deinde ex Rhen. & MS. omnibus: nonne ex illo prauidicio prohibere me non potest; pro eo quod priores exc. minime, &c. prohibere me potest. ac Zeph. nomen, ex illo prohibere, &c. Et rursum: Mitamini hominem aut errare potuisse in lege cõdenda aut respicuisse, pro: recepit se: quod interim uim Pateat. legit.

50. Nonne & ipsius Lycurgi leges, &c.] haec est (inquit Rhenan.) illa ἀποχρηστικὴς Lycurgi, de qua infra cap. 47. & utrobique in Paraphrasi Zephyrus. Iustinus histor. lib. 3. In Creta insula interisse Lycurgum scribit. fortassis itaque apud August. quoque ita legendum pro: Crissa.

51. Principalium Rescriptorum, & Edictorum.] Rursum iureconsultorum phrasin. D. l. 1. de Orig. iur. l. 2. de qua sic Zephyrus: Rescripta Principalia, mandata Principum dicebantur, quibus sponte sua uel precibus exoratus imperator, alicui priuata persona uel communitati aliquid aut concedebat aut excludebat: quae ex eo nomen traxerunt, quia ut Tacitus scribit, moris fuit Principem quamquam praesentem scripto adire, quae scripta libelli supplices a Martiale dicuntur, nostra tempestate, supplicationes. Ad ea igitur scripta quod Imperator rescribat, rescriptum proprie appellabatur, nomen deinde lauius patere cepit, ad quaecunq; praecipua mandata fecisset. nam edicta omnem in omnibus auctoritatem magistratuum praese ferunt.

52. Nonne uanissimas Papias leges quae ante liberos suscipi cogunt, quam Iulia matrimonium contrahi.] Ad eisdem alludit Auctor infra Tom. 2. Ad uxorem, lib. 1. cap. 5. in haec uerba: Nimirum necessaria est soboles, quaerenda nobis onera sunt quae legibus locantur. Unde Rhenanus, rectè in schol. eius loci adnotat, Varias esse leges de priuilegijs eorum qui liberos suscipiunt, & poenis eorum qui in calibatu perimantur, ubi etiam aliquot eiusmodi leges adnotauimus. m. 3. 1. Et rursum Tom. 5. lib. De exhort. Caesit. Ad quos (inquit) suscipiendos homines legibus compelluntur, ad quem locum idem Rhenan. (propius ad institui-

tum nostrum) intelligi illic dicit, legem Papiam Poppaeam de poenis calibum, & exponi quodammodo eum locum uerbis modo citatis ex Apologetico. Demum etiam poenam dicta lege inter cetera adiectam his uerbis indicat Auctor dicto Tom. 5. lib. de Monog. Legibus (inquit) Iulij agi credunt, & existimant caelibes & orbos ex testamento Dei solidum non posse capere. De qua interim poena illic lauius. Meminerunt etiam legis Papiæ Poppae Sueton. in Claud. Caesar. cap. 19. ac 23. Ausonius alicubi, Tacitus denique latissime Annal. lib. 3. & varia commentarij sumunt Sueton. B. Egnatius ac Glareanus, & ante eos in Tacitum Sabellicus, Beroaldus, Rhenanus, & Amilius Ferretus, ac ad annum Urb. cond. 761. Cuspinianus comment. in Caesiod. Consules, in hunc denique locum Zephyrus; sed tota aberrantes uia. Nos partim ex Fastis Consularibus Onuphrj, & Goltzj; partim ex Tacito ipso, Suetonio, & Dione, denique ex Isidoro ac Zoaromeno (nam Sigonius de iure uet. Rom. habet uisus uideri non contigit) uerum huius loci intellectum nactus Deo sacente putamus. Imprimis itaque Iuliae leges de matrimonijs, quae etsi ab Augusto Imperatore editae in honorem tamen Iulij Caesaris Iuliae ab eo sunt nuncupatae, certam aetatem praescripserunt (fortassis iuxta Platonis leges) annorum xxxv. quae ad contrahendum matrimonium cogerebantur. Eam ut Suetonij uerbis utar Octauij cap. 34. de maritandis ordinibus inscriptam. Augustus postea seuerius emendauit. De Papijs uero legib. sic habet Isid. Etymol. lib. 5. c. 15. prout citatur etiam a Gratiano Dist. 2. c. 7. sub Octauiano Caesare suscepti Consules Papius & Poppaeus (iuxta quod legitur ex MS. pro eo quod antea Pompeius) M. inquam, Papius M. F. M. N. Mutius, & Poppaeus Q. F. Q. N. Secundinus, Consules suscepti ex Cal. Iulius, legem tulerunt, quae a nominibus eorum appellatur Papiæ Poppaeae (sic iterum ex MS.) continens Patrum praemia pro suscipiendis liberis. Atque hoc ipsum est quod refert Dio. caelibes a marijs Augustus multa decreuisse. Item illud Taciti iuxta emendationes codices, quod legem Papiam Poppaeam senior Augustus post Iulias rogationes, incitandorum calibum poenis & augendo arario sanxerit, (nam post horum Consulatum quinquennio non toto superuixit.) Et quod lege Papiæ Poppaeae praemia induciti essent, ne si a priuilegijs parentum cessaretur, uelut parens omnium populus uacantia bonae teneret. Lex enim haec inter cetera Zoaromeno teste lib. hist. Eccl. 1. cap. 9. ac Rusi. Trip. hist. etiam li. 1. c. 9.) uetuit caelibes si annum aetatis xxv. praeterissent (en Papiam legem quae cogit ante liberos suscipi quam Iulia matrimonium contrahi) paribus cum his qui nuptias contraxissent priuilegijs frui; etiam ut nihil commodi etiam si genere propinquus essent, ex testamento suorum caperent, saltem nisi intra centum dies caelebs legi pareret. ut habet Pl. in fragmenten. 17. de caducis legatis. Quinetiam eos qui nullos habebant liberos dimidiata (aut saltem ut alij decimas) bonorum parte multauit. Idque (inquit) eo consilio, ut non urbem Romam solum sed etiam ceteram distonem suam hominum multitudine complerent; quandoquidem haud longo tempore ante latam hanc legem quam plurimos bellis intestinis ac ciuilibus amiserant. Verum causam hanc uanissimam fuisse, atque adeo rectè uanissimas leges Papias dici, uel ipse Tacitus iam sub Tiberio Augusti successore conuenit; dicens relatum fuisse de moderanda lege Papiæ Poppaeae; quod non ideo coniugia & educationes liberorum frequentarentur, sed quod hac occasione praua orbita secuta fuerit atque adeo multorum fuissent excisi sta-

tu in Tiberius statuendo remedio, quinque Consularium, quinque è Prætoris, totidem è cætero senatu sorte duxisset, apud quos exsoluit plerique legis nexu. Quod autem remedium ille adhibuerit, non ita constat; nisi quod apud Sueton. in Claudio cap. 23. subobscure sic legitur: Cæpiti Poppææ legis à Tiberio Cæsare quasi sexagenarij generare non possent, edito, abrogavit. Ex quo loco constat, etiam à Claudio aliquid immutatum in dicta lege, præsertim cum cap. 19. apud eundem hoc legitur: Constituit pro conditione cuiusque civis vacationem legis Papiæ Poppææ. Porro si à Tiberio à Claudio Imperatoribus aut ex parte aut in totum vacatio sepedita legis constituta sit; quidni etiam credendum Tertulliano, qui addit: post tantæ seueritatis auctoritatem, heri, id est iam à paucis diebus constantissimus Cæsarem Seuerus exclusit. quid inquam obset quominus ipse Seuerus Imp. dictam Papiam legem exclusit, relictiis aliis contra cælibatum legibus, iam initio condita. vrbis latinis; quas postea Constantinus Cæsar restibus Euseb. vita eius lib. 4. cap. 26. Zozom. loco citato, ac Niceph. lib. 7. cap. 4. 6. abrogauerit. Aut si etiam illam iuxta Zozomen. sustulerit, potuit iterum introducta fuisse illa post Seueri obitum, sicuti Constantini abrogationem non multo post tempore viguisse patet vel ex eo quod iterum longo post tempore Honorius à Arcadius coacti fuerint similem constitutionem edere. quæ etiamnum existat tit. de infirmis mandis pænis cælibum. si denique verum sit quod refert Zephyrus, dicta Papiam Poppæam (nam sic etiam ille) restituenda lege etiam præmissis affectos, qui ex concubitu illicito liberos suscipissent; (quod verisimile facit locus Iuuenalis infra citatus lib. de Monogamia, de lege simili quam caducam etiam vocat Plin. in fragment. Iust. tit. 16. certè prohibitos à seuerio illicitos concubitus, ex legibus ab eo editis manifestum est. Exempli gratia D. L. 48. Tit. 5. l. 13. iuxta emendatioris codices existat Lex Seueri à Antonini de sponsa, quod iuxta legem Iuliam adulterij accusari poterit. Qui locus facit ad intellectum illius Tertull. nostri quod habet adu. Valentin. Credas vti de loco in locum transmigratur, leges quoque Iulias interuenire, quemadmodum ibi latius.

53. Sed & iudicatos in partes secari ac creditoribus leges erant.] Alludit Auctor (ut clarus dicamus quod Zephyrus paulo obscurius) ad legem 12 Tabularum ca. 8. de Nexis, in qua sic legitur: Tertius nundinis capite pœnas luito, aut trans Tyberim peregre ito. At si plures erunt rei (id est ut interpretatur A. Gellius lib. 20. ca. 1. si plures sint quibus reus adiudicatus est) Tertius nundinis partes scato, si plus minùtve fecuerunt, sine fraude esto. Tum etiam ad legem Consulare, qua (non sola desuetudine ut opinatur Zephyrus) expresse Lex illa Decemviralis abrogata est anno ab Vrbe condita 630. L. Papirio Murgellano Cursore à C. Pætelio 11. Cons. (ut rectè ex hoc loco Tertull. obseruauit Contiis) pena capitis in bonorum proscriptioem conuersa est. Hæc ex Roenardo nostro in LL. 2. Tabularum. bonorum proscriptioe.) liber Puteani; bonorum proscriptis.

54. Licet damnant cum iniquas dicimus. Hic iterum ex MS. cod. pro eo quod Rhen. substituerat: damnatur. pro, cum iniquas, liber Puteani; quomodo iniquas. Qui etiam paulo post cum MS. legit: incestum cur non requirunt, infantidicia cur, &c. sed quia sequitur: in Cæsares aliquid committo; placet magis vulgata lectio: incestus, seu incestuosus tum: & infantidicia. Iego interim cum illis ac prioribus excussis: quo purger; pro quod purgem.

C A P. 5.
55. Vt de origine aliquid retractemus.] Cap. 5. in quo etiam Iust. Mart. imitatur plerumque inscribitur: Contra idola, in altero Vatic. cod. Quod erronea fuit lex definiens non licere Christianum esse, & ideo abroganda. In exc. vero antiquis rectius: Quod Romani Imperatores Christianum nomen probauerint, & qui oderint. At qui: Vt, pro eo quod post Zephyrum At. legebatur: habent non modo MS. & exc. priores codices omnes, sed etiam Euseb. Eccles. hist. lib. 2. cap. 2. etiam Græcè legens è T. c. & Niceph. lib. 2. cap. 8. apud quos hunc locum Græcè (sicuti infra quoque Tom. 4. inter fragmenta) & Latine reperire est. Ex quibus etiam & MS. ac excussis prioribus repolui: ne qui Deus, phrasi Tertullianica, de qua supra uem. nisi à Senatu probatus.] Decretum autem istud existat apud Crinitum de hon. discipl. lib. 10. cap. 3. ex Pontificum libris in hæc uerba: Separatim nemo sit habens deos nouos siue aduenas. Nisi publicè adscitos priuatim colunto.

56. Vt M. Amilius de Deo suo fecit Alburna. Facit & hoc.] Ita hunc locum restituimus, partim ex MS. & prioribus excussis ac interpretibus Eusebii & Nicephori Varii, qui omnes legunt; Facit & hoc: partim ex Græco Eusebio, qui primo loco habet: πεποιήκεν, & postea repetit: πεποιήται. At qui de Deo Alburno latius infra Tom. 3. lib. 1. aduersus Marc. Vbi pro: Metellus, legendum haud dubie M. Amilius, nam & Græcè est: Μαρκός Αἰδύλιος apud Euseb. & Latine apud eius & Nicephori Interpretes omnes. Liber Puteani eleganter, Scit M. Amilius de Deo suo Alburno. facit & hoc, &c.

57. Tiberius ergo cuius tempore nomen Christianum in seculum introiuit.] Sic infra cap. 7. Censuræ istius disciplinæ à Tiberio est. At qui etiam hunc locum Græcè apud Eusebium ac infra Tom. 4. item Latine apud eius ac Nicephori Interpretes omnes ubi supra ad uerbum reperire est, ac eandem historiam de Christi resurrectione adnunciata Tiberio per Pilatum Syria Palestine præsidem latius apud eosdem ac Euseb. in Chronic. Oros. lib. 7. cap. 4. & Cedrenum Græcè ac Latine. posteriores denique historicos omnes. Quibus fidem non adhibere tam probatis scriptoribus Vanum foret. Est enim Act. 4. nominetur Pilatus cum Herode inter persecutores Apostolorum; nihil tamen obstat, quominus potuerit Cæsarem Tiberium certiorum facere de iis quæ in provincia sibi commissa contigerant. Nec contrariatur quod Act. 11. primum dicantur Antiochia discipuli cognominati Christiani, quia qui Hierosolymis & in Samaria iam ante crederant in Christum, cui dubium, quin à Christo etiam Christiani nuncuparentur, ut verisimile sit Lucam loqui de primis Christianis inter gentes.

58. Quod illic veritatem illius diuinitatis reuelauerat.] MS. omnes & Christophorus in versione Eusebii ac prius excussis legunt: quæ, pro quod; sed hoc magis placet, ut referatur ad nomen Christianum. Clarus ex Græco uerit Langius apud Nicephorum: & adnunciatam sibi ex Palestina ueritatem dogmatis ipsius, sibi enim prima iniuria sumpserat, ad Senatum retulit, &c. At qui reuelationem diuinitatis eam intelligo, quæ per resurrectionem Christi facta est.

59. Consulite commentarios vestros.] Rursus uoce Iureconsultorum utitur. Alludit ad Annal. Cornelij Taciti qui disertis uerbis id habet lib. 15. aut potius ad Suetonium in Nerone; nam in fine Scorpiasi infra T. 3. bis uerbis

id ipsum explicat: uitas Cæsarem legimus, orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. At qui etiam hunc locum ad uerbum ediderunt Græcè Eusebius histor. Eccl. li. 2. c. 24. & Nicephorus lib. 2. c. 37. Et certe D. August. li. 18. de Ciu. Dei. c. 2. Seuerus, Eusebius, Orosius, Sulpicius, ac Beda caterique omnes in Chronicis, primæ genti sub Nerone Christianorum per gentiles persecutione collocant; nam illa quæ in Iudæa & Samaria Act. 8. recensetur, particularis erat nec admodum atrox & à Iudæis non à gentibus facta est. Dedicatorem, uero pro inceptore accipi phrasi Tertullianica, rectè adnotauit Rhenanus. Hoc obiter hic adnotandum aut in Nicephoro periodum integram esse transpositam, aut quæ præterea illic habet de DD. Petri & Pauli martyrio, desumpta esse ex lib. de præscript. aduers. heret. uel ex Scorpiaco Tertulliani.

60. Tentauerat & Domitianus portio Neronis de crudelitate.] Hanc lectionem ex MS. cod. ac prioribus excussis restituimus, pro eo quod Zephyrus dimittat: Domitianus prænomine Neronis, præsertim cum confirmetur lectione Græca apud Euseb. Eccles. hist. ubi supra & lib. 3. cap. 20. seu 15. ac Niceph. lib. 3. ca. 10. ubi legitur: μέρος ὧν τῆς τῆς νερόνος ἀμότητος. Et certe secundam persecutionem ueteres omnes sub hoc Domitiano collocant.

61. Sed qua & homo, facile cœptum repressit.] hoc etiam ex MS. cod. & prioribus exc. phrasi Tertull. pro: quia, & pro eo quod mendose irreperat: receptum. At qui reuocatos ab exilio & propinquos Christi & Christianos à Domitiano, restantur ubi supra Euseb. & Niceph.

62. Quos & ipsi damnare consueuistis, &c.] Neronis iniustitia, impietas & turpitudine plus satis nota est, & late à Suet. Tacit. aliisque describitur, qui ipsum crudelitatis damnarunt. Sicut etiam de Domitiano actus relictis per Senatum & Neruum eius successorem, tum ex iisdem exc. Euseb. & Niceph. in Eccles. hist. Quid quod Nerua (si Dion. creditur) omnes qui rei erant impietatis in Deos, Christianos scilicet, aboluit.

63. Ceterum de totæ inde Principibus, uis que ad hodiernum, diuinum humanumque sapientibus.] Magis placet hæc Rhen. & priorum editionum distinctio, cum sit hæc aduersus, qua Principes diuinum humanumque sapientes opponit impiis, iniustis, turpibus; quam ut referamus cum Zephyro ad hodiernum diuinum humanumque principem Seuerum. Quod sic uacaret particula: sapientibus; & non sit credibile diuinum appellari à Tertulliano qui Deum non nosset.

64. Si litteræ Marci Aurelij requirantur.] Existant etiam hæc litteræ, in Appendice Apolog. Iustini Martyris Græcè, & Latine ex triplici versione, Perionij Gelenij, ac Langij, tum in comment. Omphrij in fast. Roman. li. 2. ex exemplari Vaticano. Meminit eiusdem Victorie in Marcomannorum finibus per Christianorum preces Auctor, paucis infra ad Scapulam, citatus etiam cum Apollinari ab Euseb. lib. 5. hist. Eccles. c. 5. & in Chron. Vbi hæc ipsa uerba reperire est. Et late Niceph. Eccles. hist. l. 4. c. 12. citans tum uerba prolississima Eusebii tanquam ex Apologia quadam ad Senatum Romanum (quam perperam, nisi mendosus sit codex, uti apparet, Tertulliano adscribit tum ipsa hæc uerba ex Tertulliani Apologetico nominatim. Ad quem locum Langius in margine præterea adnotauit uerba Orosij lib. 7. c. 15. Iulij Capitolini, (quamquam ille hoc potius ipsi Imperatori tribuat, ut rectè adnotat dictus Auctor apud Niceph. quia Christianum nomen oderat) Dionis item, qui unam legionem imbrem im-

petrasse scribit, quæ Κεραυνόβολος, id est fulminatrix dicta sit; & Eutropij seu potius Pauli Diaconi li. 10. At qui damnatio tetrior in accusatores erat, ut uini combiveretur. Eodè pertinet Rescriptum l. Generaliter. §. fin. D. de Decur. Eis qui Iudæicam (ita uocant Christianam quod à Iudæis orti) superstitionem, sequuntur, Diui Verus & Antoninus honores adipisci permisissent, sed & necessitatem eis imposuerunt qui superstitionem eorum laderent. Germanicam sitim addidit uocem, illam Carrio ex optimo libro Puteani in quo etiam erat: sicut non palam.

65. Quales ergo leges istæ, &c.] Etiam hunc locum ibidem Nicephorus penè ad uerbum citat (ubi ex MS. cod. & exc. prior. restituimus: uani, pro: uarij, præterquam quod iuxta ordinem quo imperarunt Vespasianum ante Traianum collocet, & Peri mentionem non faciat. Hic autem liber Puteani ponit caput sextum de legibus.

66. Quas Traianus ex parte frustratus sit.] Eleganter id quidem de Traiano, quippe qui tertiam quidem in Christianos persecutionem mouerit, sed post acceptas Plinij litteras, de quibus supra 2. cap. Christianos inquiri uenerit.

67. Quas nullus Hadrianus, &c.] Procul abest ut Hadrianus Imperator Christianos persecutus sit, quin potius per Apologias Quadrati & Arisidii ac Serenorum Gratiani legatum admonitus, pœnam talionis iniustis accusatoribus constituit, Rescripto edito ad Minutium Fundanum quod existat in calce dictæ Apologie Iustini Marti. apud Euseb. li. 4. c. 9. Niceph. lib. 3. cap. 28. & Paul. Diacon. li. 10. & insuper (sicut ex Alio Lampridio ad Constant. Imper. adnotauit Crinit. de honest. disc. lib. 10. c. 5.) de adorando Christo cogitauit, eidemque templa imbuauit, sed ab instituto desistit à præfectis sacrorum seductus, uerius ne cetera templa desererentur. Quare non placet quod solus Seta. Sulpitius sub isto quartam persecutionem collocat.

68. Quamquam curiositatum omnium explorator.] Iste (inquit Paulus Diaconus) sacundissimus Latino sermone, Græcis litteris eruditiss. fuit, peritus etiam & in ceteris disciplinis canendi, psallendi, medendique scietia; Musicus, Geometra, pictor, fistorque ex aere & marmore; ut elegantius nunquam quicquam res humane experite sint, &c. prolixitate gratia prætermittimus.

69. Nullus Vespasianus quamquam Iudæorum debellator.] Notior est historia belli Iudæici partim à Vespasiano, partim eius auspiciis à Tito filio confecti, ad destructionem usque Hierosolymæ, quam ut pluribus sit opus. Videat Lector Ioseph. lib. 3. 4. 5. 6. & 7. de bello Iudæico. ac Egestippum de excidio Hierosol.

70. Nullus Pius.] Etiam de Antonino Pio, ad quem dictam Apologiam scripsit Iustinus Mart. Verum est hoc testimonium; quippe qui in contrarium Constitutionem ediderit, pro Christianis, quæ existat apud Euseb. Eccl. hist. lib. 4. cap. 13. Niceph. lib. 3. cap. 28. ac Paulum Diaconum dicto lib. 10.

71. Nullus Verus.] Hoc opus, hic labor est disquirere quomodo nullas leges Verus aduersus Christianos imprefserit, quippe quum Euseb. Eccles. hist. lib. 4. cap. 15. 16. & 17. ac post eum Niceph. lib. 3. c. 32. 33. 34. 35. & 36. Martyria enumerent DD. Polycarpi & Iustini aliorumque plurimorum martyrum in Asia, quæ contigisse scribit sub M. Aurelio uero Antonini Pij filio & Lucio, præsertim cum etiam Eutropius ac post eum Paulus Diaconus & M. Aurelio & Lucio cognomen Veri adtribuat, quibus consentit Jul. Capitol. in Vita M. Aurelij, dicens quod M. Annus Verus 18. anno ætatis adoptatus fuerit ab Antonino Pio Consulatu eius 11. & pro Annio

Aurelius capere vocari, & cum eo L. Verus simul adoptatus ambo Caesares appellati sint; ac Dion & Elius Spartianus in Vita Hadriani, qui scribunt eosdem illos mortuo Pio pariter imperasse Divos fratres appellatos. Itaque dicendum L. Verum Imperatorem (iuxta quod videtur sentire Nicephor. lib. 3. cap. 34.) defunctum antequam persecutio quarta cepisset; cui favere videtur Apologia pro Christianis D. Athenagora non ad M. Aurelium & L. Verum, sed ad M. Aurelium & L. Commodum eius filium, quem post fratris obitum Caesarem declaravit: & proinde Tertulliano non alium fuisse notum Verum, quam L. Verum, ad distinctionem M. Aurelij; pro qua sententia etiam faciunt D. August. Orat. Sever. Sulpit. locis supra citatis ac Martyrologium Romanum (in festo D. Polycarpi) qui omnes quartam persecutionem ponunt sub Aurelio Antonino; quam tamen postmodum moderatus sit ut supra diximus, tum praesertim Paulus Diaconus, qui disertis verbis dicit, post obitum L. Veri sui fratris ab eo persequi ceptos Christianos. Si id non placet aut dicendum, quod loco persecutionis hanc non habuerit Tertullianus, quia solum Asiam & Galliam, non vero Africam peragrata sit; quod confirmatur ex eo quod D. Cyprianus longo post hunc tempore primus Episcoporum in Africa sacerdotes in solas sanguine suo decoravit, ut in vita eius a me dictum est: Aut quod nulla leges à Verro adversus Christianos sint edita. Aut denique quod magis probò legendum est cum I. P. Avic. & Leodicensi cod. Nullus Severus; quippe qui haecenus cum scriberetur Apologeticus nullas leges in Christianos edidisset, quimo, si Tertull. ad scapulam credendum est, clarissimas qualdam feminas & clariss. viros huius sectae esse, non modo non laeserit, verum & testimonio exornaverit & populo furenti in os restiterit. Niceph. hunc locum citans Veri nullam facit mentionem, sed in Pio finit periodum, fortassis ex proposito hoc comma praetermittens. Facilius itaq; liber Puteani: facilius vti que.

C A P. V I.

72. Nunc religiofissimae legum, &c.] Inscriptum caput hoc 6. ubique in MS. codicibus. De legibus, sed quia nimis generale hoc est, placet magis Tit. Veterum excusorum codicum: quantum à pietate & maiorum suorum legibus Romani deficiuerint. Atqui ex MS. omnibus substituiimus: vltiores pro: cultores; & in nullo exorbitauerunt, pro: in illo.

73. Quonam illae leges abierunt sumptum & ambitionem comprimentes.] Alludit ad Leges Sumptuarias & de ambitu, quas partim retractasse, partim ex integro sanxisse Augustum Imperatorem: testis est Suetonius in Octavio cap. 34. E quibus de Licinia sine centusis satis aptè Zephyr. in sua Paraphrasi; sicut & de Censoria quae ex celsura Fabricij Lucina iuxta Valer. Max. lib. 2. cap. 4. 10. argenti libras Senatori dumtaxat concedebat; & ea quae spectacula interdita sunt; ac de dignitate ingeniorumque insignibus; ut pluribus non sit opus quod ad eas 4. leges adinet. Praeterquam quod de eis & earum Auctoribus ad Gellium & Macrobius, Paulum denique Manutium de legibus Romanorum, lectorem remittamus & Legem Fanniam hic adiiciamus ex Crinito lib. 14. de hom. disc. c. 6. Iudis, inquit, Romanis, Plebeis & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus, era centia in dies singulos impendunt, & aliis diebus x. in singulis mensibus trigena sumo. Si quis plus facit, dicta poena damnatus esto. Calpurnia etiã legis de ambitu meminit in sua Praefatione Zephyrus, quoniam illa, liber Puteani, quomodo illa.

74. Quae dignitarum.] Castigationem hanc Rhen.

pro: dignitatem, confirmant Vaticani codices. est in Puteani est, dignitatem. Erant enim apud Veteres Romanos non modo ingeniorum quae enumerat Zephyr. sed etiã Consularia, Senatoria, Quaestoria, & Equestris insignia, de quibus late tractat Pet. Faber Praefes Tolofanus Semestr. lib. 2. c. 6. ac 22. Usque ad 129. & praesertim de annulis aureis quos ita à tempore Augusti Libertinis concedi ceptos tradit.

75. Video enim & centenarias caenas.] Adfert similem phrasim dicto loco Crinitus ex C. Plinio de centenariis porticibus, ac centenariis argenteis sculptis, ex Lampridio.

76. Et in lances.] De lancibus centenarij ponderis Sylla, & Drusillani ferui Claudij promulside quinquagenaria (ad quas hic alludit) vide supra lib. de Pallio cap. 5. num. 102. & 103.

77. Primi Lacedaemonij penulam ludis excogitauerunt.] Restituiimus: ludis, pro: nudis, ex MS. omnibus & exc. prioribus. Atqui: penula, quae & lacerna (inquit Rhenan. aliculi) vestimenti genus itinerarium & arcendae pluviae accommodatum apud veteres, teste Aelio Lampridio.

78. Video & inter matronas atque prostibulas.] Etiam hunc locum latius tractat supra lib. de Pallio cap. 4.

79. Quum aurum nulla norat praeter vnico digito.] Iterum ex MS. omnibus & exc. lectionem hanc restituiimus (ut iuxta Rhenan. sicuti etiam alibi accipitur: praeter, pro: praeterquam more Graeco qui ita τὸ πλὴν usurpant) pro eo quod quasi elegantius substituerat Zephyr. nulla membra norant praeter vnico digitum. Atqui quod addit, quem sponsus oppignora uerat pronubo annulo, videtur sic intelligendum, ut pro ferreo annulo, qui teste Plinio hist. nat. lib. 37. sponsa mittebatur aureum annulum postea dare consueuerit sponsus & sic illam quasi oppignorare.

80. Cum mulieres vsque adeo vino abstinerentur.] hanc vocem Tertullianicam pro: abstinerent; substituiimus ex MS. omnibus.

81. Ut matronam ob resignatos cellae vinariae loculos.] Intellexit (inquit Rhenan.) promptuarie quibus signa etiam imprimebantur; quae dum auellerentur resignari, dicebantur. Sic in Exhort. cast. resignandos loculos dixit, lib. de habitu Mulieb. arboris illius resignatrix; lib. de Fel. Virg. cum Virginitatem resignasset, & ibidem cap. 11. per quae primum resignauerunt pudorem spiritu. Fox sicuti & historia ad verbum pene desumpta ex Plinio nat. hist. lib. 14. cap. 13. qui id adfert ex Fabio Pictore, praeterquam quod legat resignatos loculos in quibus erant clauae cellae vinariae.

82. Impune à Maccenio marito trucidata sit.] Ita ex 4. MS. cod. pro: est, qui etiam legunt: Metennio, sed prior lectio legitima est, quum Plinius ibidem Maccenij legat, qui uxorem fuisse quae interfecisset quod Vinu bibisset, à Remulo absolutus est.

83. Idcirco & oscula propinquis offerre etiam necessitas erat.] Adieciimus: etiam, ex MS. omnibus. Cato (inquit ibidem Plinius) ideo propinquis feminis osculum dare instituit, ut si rememta olerent, hoc tum nomen vino erat, unde & temulentia appellata, spiritu indicarentur. Puteani; iudicarentur.

84. Qua per annos ferme sexcentos ab vrbe condita, &c.] Repudiu (inquit Val. Max. lib. 2. c. 1.) inter uxorem & virum, à condita Vrbe usque ad Nicesium & quingentesimum annum nullum intercessit. Primum autem sicuti etiam adnotauit Zephyr. in Paraphr. uxorem sterilitatis causa dimisit Carbilus Spurius.

85. Etiam circa ipsos Deos vestros quae prospere.] Ex MS. omnibus id substituiimus pro: perfectè.

86. Liberum patrem cum mysteriis suis.] Ex iisdem adieciimus: suis. Liberi Bacchi sacra sublata fuisse sp. Posthumio Albino & Q. Mario Philippo Coss. anno Vrbi D. 1 xviii. Auctor est Liu. 4. dec. lib. 9. id ipsum repetit D. August. lib. 6. de ciuit. Dei cap. 9.

87. Serapidem & Isidem & Harpocratem cum suo Cynocephalo, &c.] De his adfert Zephyr. carmen Lucani huic instituto optimè conueniens.

Nos in templa tuam Romana accepimus Isim Semideopsis canes, & sistrâ iubentia luctus.

Et certè Serapis & Isis Aegyptiorum dij omnibus probè noti sunt. De Harpocrate silentij Deo late tractat, hunc quoque locum citans Politian. Miscell. cap. 83. ex Catullo, Plutarchi libro de Iside & Osiride Abamnone Aegyptio ad Porphyr. suae lamblich, Lucil. Epigr. ad Dionys. Varrone lib. 3. de lingua Latina, Plin. nat. hist. lib. 33. cap. 21. & Ouid. 9. Metamorph. qui omnes Serapidi (sue Osiridi) & Isidi Harpocratem coniungunt tanquam illorum filium. D. August. denique lib. 18. cap. 5. de ciuit. Dei in haec verba: Quando (inquit) ferè in omnibus templis vbi colebantur Isis & Serapis, erat simulacrum quod digito labijs impresso admonere videretur ut silentium fieret; Hoc significare Varro significat, ut homines eos fuisse tacerent. Vbi latissime & D. August. & Ludovic. Vives in schol. integram historiam & fabulas inde ortas horum Deorum Aegyptiorum prosequuntur. Cynocephali, id est canini capitis Dei ibidem meminit D. August. lib. 2. cap. 13. & explicat Vives in commentario, dicens eundem esse, de quo Virg. Aeneid. 8. Et latrator Anubis; putans eam effigiem ortam, quod eiusmodi insignia gestaret Anubis Osiridis filius Aegypti Rex, de quo plura in Adnot. nostris in D. Cypri. lib. ad Demetrianum num. 32.

88. Pilo & Gabinius consules.] Consulatum gesserunt L. Calpurnius L. F. L. N. Pilo Cesoninus, & A. Gabinius A. F. Nepos, anno ab Vrbe Cond. d. c. xcv. Quod autem illi ceperunt, aris dictorum Deorum euerfis; perfectum videtur anno post hunc octauo v. c. dcc. iiii. à L. Emilio Paulo consule, qui, cum (teste Val. Max. lib. 1. cap. 4.) Senatus Isidis & Serapis phana diruenda censuisset, eaque nemo opificum adingere auderet; postea praeterea securim arripuit, templique eius foribus insinxit, de quo infra latius cap. 9. num. 123.

89. Ipso denique sermone proavis renuntiafistis.] Subiudicat, sua etate iam corruptam sermonis Romani latinique elegantiam, quod manifestius est quàm ut comprobatione sit opus. Notanda interim phrasim: nouè de die viuere, pro: indies. Et ex MS. omnibus substituiimus: custodistis, pro: custoditis, & contrario paulopost ex Belg. MS. 2. destinatis, pro: destinastis. ac ex iisdem MS. & Vaticanis, tum hic tum postea frequenter: proinde, pro: perinde, ut iam inde ad manifestiora pergam. eleganter liber Puteani; ut viam mihi ad manifestiora purgem.

C A P. V I I.

90. Dicimur sceleratissimi.] MS. partim hoc caput inscribitur: De infanticidio, partim: De fama incestus. Vatic. i. hoc modo: Inanis est fama quae Christianis obicitur, qui etiam multò post hoc caput incipiunt; sed maxime placet haec duorum capitum in vnum composita Rhen. cum alijs exc. in scriptio: Quod de grauius sceleribus accensati Christiani, nunquam tamem conuicti sunt, nisi de fama sola cui non cre-

dendum. Secutus est autem hic vel maxime Iustinum martyrem & Anaxagoram. Rem ipsam satis explicat Zephyrus in sua paraphrasi, & latius Suffridus noster in Anaxagoram. Nos itaque nihil aliud quàm de singulis calumniis locos etiam aliorum scriptorum indicabimus, quibus ille tractantur. Ad quas certè iam ab ipsis Christianae fidei incumabulis alludit D. Petrus 1. Epist. cap. 2. in haec verba: Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam; ut in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis: & paulopost: Quia sic est voluntas Dei, ut beneficientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Auctor etiam supra non semel cepit hoc argumentum adingere nempè cap. 1. ubi de domesticis indicis agit; cap. 2. cum bis terne repetit Christianis obijci nomen homicidae, facilegi, incesti; & nominatum infanticidiorum, incestorum, cocorum, canum, & comelorum infantium. meminit & cap. 3. cum dicit: singula quae in occulto admittere dicimur in ipsos retorquedo qui obiciunt: & iterum: incesti & infanticidae mentionem facit & rursus in calce praeced. cap.

91. De sacramento infanticidij & pabulo inde.] Iterum reposuimus cum Rhen. ex MS. cod. omnibus: inde, id est ex sacramento infanticidij, pro eo quod tanquam elegantius (vbi alius ex coniectura frequenter, quod semel adnotasse sufficiat) substituit Zephyrus: crudæ. Praeterquam enim quod Iustinus, Anaxagoras, Tatianus, in suis Apologijs aduersus gentes, Theophilus ad Autolycum lib. 3. Minutius Felix in suo Octauio aut Euseb. Eccl. hist. lib. 4. cap. 8. hanc calumniam tractantes, nusquam crude carnis meminerint; & Thiessea epula quae Christianis falso adscribebant lautissime cocta fuerint ab Atreo illius fratre, certè Auctor supra cap. 2. cocorum meminit. Causam porro huius suspensionis dedisse existimat Eusebius illa tum Simonis Magi, tum Menandri, Saturnini, Basilidii, Carpocratis & eius discipulorum cruenta & sumesta sacrificia; de quibus praeterea scripserunt D. Clemens Rom. in Vita D. Petri, & Niceph. lib. 2. Eccl. hist. cap. 14. Quaelia etiam de Cataphrygibus & Peperzianis referunt Epph. ac D. August. de haeresibus.

92. & post coniuuium incesto.] Sicuti antea & postea ubique ita hic: incestum neutro genere usurpatur; ut & à Minutio Felice, & Anaxagoras qui praeterea supracitatis etiam hoc argumentum latius tractant.

93. quod euerfores luminum canes, &c.] Jam ante me adnotauit G. Canterus, non rectè canes tum supra cap. 2. tum hic interpretari Zephyrum lenones impudentes aut qui canum more humanas carnes vorarent; quin potius proprij nominis canes intelligendos; patet vel ex eo, quod sequi. cap. habet auctor: praeterea candela-bra & lucerna & canes aliqui, & offulae quae illos ad euerfionem luminu extendant. Atqui: eruitis, pro: eruitis, iterum ex MS. omnibus reposuimus, ac paulopost: & quidem propij, nempè hostes, pro: propriè, ex prioribus, &c. licet manuscripti habeant; propriè. tenebrarum & libidinum, putabat Carrio copulam, & elegantius omitti posse, idque probante Puteani libro.

94. Quis cruenta, &c. Cyclopū & Sirenum ora iudici referauit.] Ita hunc locum ex Vatic. i. cod. castigauimus, pro: Sirenarum ora iudicium referuauit. Nota est fabula Polyphemus & Cycloporum hospites suos norantium in Sicilia & Italia, vel Plinio teste nat. hist. lib. 7. cap. 2. Sirenes vero aues erant, teste Dione, quae vbi

homines cantu demulsiſſent, ſomno deinde grauatos lace-
rabant, & eſt apud Plinium lib. 10. nat. hiſt. cap. 49.
Hinc Zephyrus etiam ad Sirenes refert quod delatos ad
ſe occiſiſſe & deliſſe ſingantur. Tert. inſtr. 3. lib. 3. adu.
Marcionem vocat Sirenes monſtruoſas fabuloſaque
cantatrices. Liber Puteani; Cyclopus & Sirenium
ora iudici referuauit.

95. ipſos trahens homines.] Ita ex MS. cod. &
prior. exc. pro eo quod mendose irrepſerat: ipſos ven-
dens; preſertim cum ſic etiam interpretetur in ſua para-
phraſi Zephyrus & ante eum Rhen. trahens nempe ad
Præſidem ſue in iudicium.

96. cum vel ex forma omnibus myſteriis ſilen-
tij fides debeatur.] Id indicat Harpocraſis ſtatuum
ſupradiximus cap. preced. ex D. Aug. & Varone.

97. Samothracia.] In Samothrace inſula (inquit
Zephyr.) initiationes quadam fuiſſe dicuntur ad remedia
nonnullarum periclitationum; vbi & Corybantium myſte-
ria & Hecates ſacra celebrabantur, cui canes ad antrum
zeviniſimum immolabant. Lat. lib. 1. cap. 15. & 17. in Samo
etiam Iunoni ſacra ſcribit celebrata.

98. & Eleuſinia reticentur.] Haud abſimiliter
Auctor inſtr. tom. 3. aduerſ. Valent. Eleuſinia Valen-
tiniana fecerunt lenocinia ſancta ſilentio magno,
ſola taciturnitate celeſtia. Quare etiam hic ex MS.
reſtituimus: Eleuſinia, pro: Eleuſina. Meminerunt eo-
rundem & turpiſſima fuiſſe declarant Athenagoras in
Apolog. Arnob. aduerſ. gent. lib. Minutius in Octauio.
Clemens Alexand. exhort. ad Græcos. Lat. lib. 1. cap. 21.
Euseb. prepar. Euang. lib. 2. cap. 3. Gregor. Nazian. in
ſerm. Epiph. D. Auguſt. de ciuit. Dei lib. 7. cap. 20. &
Theodoret. de affect. Græcorum. Vide Suffridum in Athe-
nag. & Vinem in D. Auguſt. qui Cereri & Proſerpina
dicata fuiſſe hæc ſacra memorant, & in Eleuſi pago At-
tica à Muſeo inſtituta.

99. Interim etiam humanam, &c.] Hoc ſimiliter
ex MS. & vet. exc. reſtituimus, pro eo quod primus Zephyr.
interiment, iam &c. qui non male tamen explicat illud:
dum diuina, id eſt, ſecreta, ſeruantur. Puteani liber opti-
me; & prouocabunt, pro: prouocabant.

100. Cum etiam impiæ initiationes arceant pro-
phanos.] Jpſis verbis veterum ethnicorum vitur, qui
ſolas initiatos & Romanos ad Cereris myſteria Eleuſi-
nia admitterent, unde ortum illud Poëta:

Procul ô procul eſte prophani. & illud:

Odi prophanum vulgus & arceo.

101. Natura famæ omnibus nota eſt. Veſtrū eſt.
Fama malum, &c. Quæ fama malum!

Ira iterum diſtinxiſſimus ex MS. omnibus & Rhen. pro eo
quod irrepſerat: omnibus nota eſt, veſtrum eſt, fama
malum. Eſt autem etiam verſus Maronis ex 4. Enei-
dos, quem pulcherrime explicat. Imitatur etiam hunc lo-
cum ad verbum ſerè Minutius in Octauio. Ab hoc autem
loco liber Puteani orditur caput ſeptimum de infanticidio.

102. Hoc Romæ aiunt factum.] Etiam hoc ex MS.
reſtituimus, pro eo quod erat: fama eſt hoc Romæ fa-
ctum; & paulo poſt adiecit: eſt. Ac rurſum: Om-
nium eſt æſtimare, pro: exiſtimare. & addidimus: il-
la. Item: obſcurat, pro: obſcurant. in libro Puteani alia
longè eſt diſtinctio & ſcriptura: ab vno aliquando
principio exorta ſit neceſſe eſt. exinde in tradu-
ces linguarum & aurium ſerpit. & ita &c.

103. etiam quod fama non diſtulit.] Id eſt (in-
quit Rhen.) diſſipauit. Sic etiam loquitur Tacitus.

104. Vt fidem naturæ ipſius appellem.] Pre ce-
teris huius capituli titulis aridet iſte Vatic. cod. flagitia
quibus infamantur, nedum falſa ſunt, ſed de Chri-
ſtianis incredibilia. Imitatur etiam hic Athenagore
apologiam ſub ſinem, ironice autem loquitur dum dicit: Ec-
ce proponimus horum facinorum mercedem, vi-
tam æternam repromittimus; reliqua ſatis explicat
Zephyr. in paraphraſi quibus pauca quadam adiecit.
Ecce proponimus.] Liber Puteani ponit caput octauum
de fama inceſti. & certè ſuperiora illa, vt fidem natu-
ræ, &c. precedentibus coherere neque ab iis auelli poſſe
ceſſabat Carrio.

105. Fugientē nouam animam exſpecta.] Iterum
reſpoſimus ex MS. ac exc. prioribus, pro: ſpecta. &
infra ſi tanti æternitas, proſit. faciunt autem ad intel-
lectum huius loci quæ apud Minutium in Octauio Chriſti-
anus falſo obijcit Cæcilium ex caſtigazione Fr. Balduini: Tam
de initiandis (inquit) tyrunculis fabula tam dereſtā-
da quàm nota eſt. Infans, farre contectus vt deci-
piat incautos, apponitur ei qui ſacris imbuatur. Is
infans, à tirunculo, farris ſuperficie quaſi ad inno-
xios ictus prouocato, cæcis occultiſque vulneribus
occiditur. Huius (pro nefas) ſanguinem lambunt,
huius certatim membra diſperunt, hæc federantur
hoſtia, hæc conſcientia ſceleris ad ſilentium
mutuum pignerantur; Hæc ſacra ſacrilegiis omni-
bus tetiora. Bene eſt autem quod ille etiam ſabulam
vocet. Reſpondet interim illi Octavianus iſdem penè verbis
quibus hic Auctor. Illum iam velim (inquit) conue-
nire; qui initiari nos dicit aut credit de cæde in-
fantis & ſanguine. Putas poſſe fieri vt tam molle
tam paruulum corpus fata vulnerum capiat, vt
quiſquam rudem illum ſanguinem nouelli & vix-
dum hominis cædat, fundat, exhauriat; Nemo hoc
poſſet credere, niſi qui poſſit audere.

106. Cynophanes.] Ita rectè primus Zephyr. pro eo
quod Vet. exc. & MS. Eln. S. Bauon. Puteani ac 2. Vatic.
Cynopenna, ac Rhen. i. edit. Cyclopes; dicens, Cyno-
phanes capite canino quos Plinius refert venatu & aucupio
veſti, & loquitur quidè de talibus India populis Plin. lib. 7.
cap. 2. ſed nullo adſcripto nomine; in fine interim capituli
Cynocephalos collocat in Africa ſolitudinibus; & Gell.
li. 9. c. 4. Cynocephalos nūcupat Vri & Cic. 6. ad Attic.

107. Aut Sciapodes.] Conſentanea Zephyro de his
tradit Plinius ibidem, ſed longè eos à Trogloditis abeſſe
ſcribit, quantum apparet in India, non in Lybia.

118. Sed ignorantibus ſubiicitur.] Suppoſita, in-
quit Zephyr. impoſonaliter eam gerunt ſignificationem,
quam apud Græcos τὸ ὑποκείμενον ἔχει ὑποκείμενον,
id eſt, ſi audem facere & decipere, unde ſubiicit teſtamen-
tum & impoſtores. De qua plura ad Epistolam 2. Cypria-
ni ad Donatum num. 40. Reſpoſimus autem: aſſuerat; &
ex MS. omnibus vocem Tertullianicam. Atquin.

119. Itē panis quo ſanguinis iurulentia colligas.]
Ita nunc primum ex MS. quingue pro eo quod Rhen. &
antea excuſi: qui ſanguinis virulentiam colligat.

120. Præterea candelabra, &c.] Multum etiam il-
luſtrare poſſit hunc locum diſputatio Cæcilij & Octauij
apud Minutium ſicuti edita eſt à Fr. Balduino. Quorum
ille. Et de conuiuio, inquit, notum eſt, paſſim omnes
loquuntur, id etiā Cirtēſis noſtri teſtatur oratio: Ad
epulas ſolleſtini die coeunt, cum omnibus liberis,
ſororibus, matribus, ſexus omnis homines & om-
nis ætatis. Illic, poſt multas epulas, vbi conuiuū ca-
luit,

uit, & inceſta libidinis ebrietate feruor exarſit;
canis qui candelabro nexus eſt, iactū offuſæ vltra
ſpatium lineæ qua vinctus eſt, ad impetum & ſal-
tatum prouocatur. Sic euerſo & exſtincto conſcio
lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cu-
piditatis inuoluunt per incertum fortis, etſi non
omnes opera, conſcientia tamen pariter inceſti.
E contrario Octavianus: Et de inceſto, inquit, conuiuio
fabulam grandem aduerſus nos dæmonum con-
cio mentita eſt, vt gloriæ pudicitia, deformis
infamia auerſione, macularet; vt ante exploratam
veritatem homines à nobis terrore infandæ opi-
nionis auerteret. Sic de iſto & tuus Fronto, non vt
aſſumator teſtimonium fecit, ſed conuicium vt
orator aſperſit. Hæc enim potius de veſtris genti-
bus nata ſunt. & cetera quæ è ſequenti capite etiam pe-
nè ad verbum deſumpta ſunt. Quid tum etſi.) Puteani;
quid nunc etſi iſta.

121. Hæc quo magis, reſurauerim.] Huius capituli
inſcriptionem partim ex excuſiſ deſumpſi, quandoquidem
MS. hic diſtinctionem nullam faciunt. Hanc nempe: Quod
quæ Chriſtiani obijciuntur in ſacris ipſorum gen-
tilium tum in aperto, tum in publico commit-
tantur. Atqui etiam hic Iuſtinus martyrem & Athe-
nagoram imitatur, ipſum vero penè ad verbum Minutius
in Octauio.

122. Infantes penes Africam Saturno immola-
bantur, &c.] Eodem modo Octavianus apud Minutium:
Quia Saturnus filios ſuos expoſuit: nō vorauit; me-
rito ei in nonnullis Africa partibus à patientibus
infantes immolabantur, blanditiis & oſculo com-
pimentem paucum, ne flebilis hoſtia immoletur:
Idiſſimum paucis ſed in genere iam antea Iuſtinus Martyr.
Apolog. 1. ad Senat. Rom. Lactant. latius lib. 1. diuin. In-
ſtr. cap. 21. de eodem ſacrificij genere tum in Latio quod ſub-
latum ſit ab Hercule, tum Carthagini ex Peſcenio Feſto. D.
Auguſt. denique lib. 7. de ciuit. Dei, cap. 19. & ibi latiſſi-
mè Pines in ſuis Adnotat. citans præterea Oroſ. lib. 4. cap. 6.
Trogoſum, Platonem in Minoe, Dionem Halicarnaſſum,
Theod. Cyrenſem in ſacrif. Euseb. prepar. Euang. Diodo-
rum bibliotheca lib. 20. & hunc Tertulliani locum. Atqui
penes Africam (inquit Zephyrus) dixit in ſecretiori
Africa parte; qua ſignificatione vitium frequenter Iuſtinus.
Omni penes milites noxa erat, id eſt tacita inerat militibus.

123. Vſque ad Proconſulatum Tiberij.] Quod hic
Tertull. Tiberio tribuit de ſacerdotibus Saturni in cine-
rem actis, referunt Ioseph. Antiquit. Iudaic. lib. 18. cap. 4.
ſen. 7. & Hugo Floriacenſis hiſt. Rom. lib. 7. cap. 14. de
ſacerdotibus Iſidis & templo eius deſtructo ac ſtatua in
Tiberim miſſa. Plin. lib. 30. cap. 1. Tiberio etiam adſcribit
quod Gallis Druidibus humanas victimas interdixerit,
quod Suetonius Claudio tribuit. Videtur ſimile quid feciſſe
Tiberius in Africa cum ibi Proconſulatum ageret ante
imperium. Porro huiusmodi ſacra iam antea ſub Au-
guſto ciuibus Romanis interdicta fuerunt, iam & toto orbe
ceſſarunt principatu Adriani, præterquam Iouis Latiaris
de quo infra. Nos autem cum Rhen. ex MS. co. reſtituimus
phraſim Tertull. aliqui Deus, pro: aliquis. Perſeuerat
hoc ſacrum. Puteani liber; perſeueratur. vti que in-
fra; libentes reſpondebat, pro: exponebant.

124. Maior ætas apud Gallos Mercurio profeca-
tur.] Haud abſimiliter Minutius: Mercurio Gallos
humanas vel inhumanas hoſtias cædere; & de ma-
ioribus D. Aug. vbi ſupra; præterquã quod etiam Saturno

ſacra hæc adtribuit, niſi mendoſi ſunt codices. Alij vt Pli-
nius vbi ſupra, Solinus, Mela, Cæſar, Lucanus, & Lactan-
tius vbi ſupra, Eſo & Theuanti ea adtribuit; ſed rectè
adnotat illic Pines, eundem Theuantiem eſſe quem Mercurio-
rium, (ad quem lectorem remitto.) quia Hugo Floriacenſis
apud me MS. hiſt. Treuororum ſeu Gallorum lib. 1. cap. 14.
diſſertis verbis ſcribit, eiuſmodi ſacrificia Mercurio à
Druidibus immolata.

125. Remitto Tauricas fabulas.] Tauris (inquit
Minutius) Ponticis & Agyptio Buſiridis, viuis ſuis hoſpi-
tes immolare. Et Lactantius: Erat lex apud Taurus vti
Diane hoſtias immolarentur. Et ante eos Athenagoras:
Diana quæ apud Taurus colitur, hoſtias cadit. Similiter
Tertull. inſtr. tom. 3. lib. 1. adu. Marcion. Nihil illic niſi
feritas calet, illa ſcilicet quæ fabulas frenis dedit,
de ſacrificiis Taurorū, &c. ac latius in Scorpiaco: Sed
enim, inquit, Scytharum Dianam aut Gallorum
Mercurium, aut Aſtorum Saturnum; hominum
victima placari apud ſæculum licuit. Et Latio in
hodiernum Ioui media in vrbe humanus ſanguis
ingultatur. Atque hoc eſt quod ſequitur.

126. Ecce in religioſiſſima vrbe, &c.] Hodiè, (in-
quit ſimiliter Minutius) à Romanis Latiaris Iupiter ho-
micidio colitur, & quod Saturni filio dignum eſt, mali
& noxi hominis ſanguine ſaginat. Quod iſdem penè
verbis repetit Lactantius etiam tum in Latio fieri, immo
adhuc ætate ſua Eusebium id ſcribere, aſcriuit Pines vbi
ſupra. Quare & apud Plinium lib. 8. cap. 22. vbi idiſſimum
de Arcadibus refert, cenſeo legendum Ioui Latio, pro
Lyceo.

127. Sed beſtiarij.] Rhen. in ſchol. beſtiariorum;
ſed magis placet hæc etiam MS. lectio, quod ſequatur: ma-
li hominis. Interpretatur ille beſtiarios viliſſimos ho-
mines, qui cum beſtiis ſpectante populo depugnabant ad-
dens beſtiarij cuiuſdam, qui Germanus fuit meminſſe
Senecam. Rectius Zephyrus damnatos ad beſtias. Cum quo
ex MS. & Vet. exc. iterum legimus: ſolum patris fi-
lium de crudelitate.

128. Qui natos ſibi liberos enecent.] Vos enim
video (inquit Minutius) procreatos filios nunc feris &
auiſibus exponere, nunc ad ſtrangulatum miſero mortis gene-
re elidere; & multo latius Lactant. lib. 6. cap. 20. cuius
verba quadam adfert Zephyrus.

129. Ferro enim mori ætas quoque maior opta-
uit.] Repetio eſt eius quod antea dixit: Maior ætas
apud Gallos Mercurio profecatur. in libro Puteani
eleganter; optauerit. vti infra; deliberatur, pro: deli-
betur.

130. Homicidij feſtinatio eſt prohibere naſci.]
Sic iterum ex MS. & prioribus exc. & an naſcentem
diſturbet, pro: naſcentium, ac: fructus omnis, pro:
hominis. Sunt (inquit Minutius) quæ in ipſis viſceribus,
medicaminibus epotis originem futuri hominis exinguit,
& parricidium faciunt antequam partiant. in Puteani;
etiam fructus.

131. (Eſt apud Herodotum opinor) Mirum eſt cur
hanc periodum omiſerit Zephyrus, niſi putarit eſſe ex mar-
gine contextui additã; verum eandem habent non mo-
do Vet. exc. ſed & MS. Belgici, Gallici, & Vaticani om-
nes, & ipſe Zephyr. locum Herodoti citat lib. 9. de Scytharum
federibus ſicuti etiam Plin. lib. 7. verum ibi fede-
rum talium nullam mentionem reperio. Diffutium ſan-
guinem. Puteani; deſuſum, quod elegantius videtur
Carrioni.

132. Neſcio quid & ſub Catilina deguſtatū eſt.]

Haud aliter Minutius: Ipsum credo nempe Saturnum, docuisse, sanguinis fœdere coniurare Catilinam. De quo sic Sallustius: Fuere ea tempestate qui dicerent, Catilinam oratione habita, cum ad iusurandum popularis scelus sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse. sic eum locum emendauit Carrio.

133. Aiunt apud quosdam gentiles Scytharum, &c.] Latè agit Plin. dicto lib. 7. cap. 2. de Scythis, Cyclopiibus, Lestrigionibus & aliis tum trans Alpes tum ad Septentrionem ἀνατολικῶν quorum quosdam addit supra boristhenem ὀφθαλμοῦ humanorum capitum bibere, cuiuslibetque cum capillo pro bathris ante pectora vii. Hinc illa Prouerbia apud Tertull. lib. 1. adu. Marc. infra tom. 3. Scythia tectior, Massageta inhumanior.

134. Hodie isthic Bellonæ sacratus sanguis de femore proficiso in palmulam exceptus suis datur signatis.] Ita demo ex MS. omnibus ac prioribus exc. pro: in palmulam. Porro haud absimiliter Minutius: Bellonam, inquit, serum suum haustu humani cruoris imbueret. De qua latius Zephyr. in paraph. verbis mutatis ex Laët. lib. 1. cap. 20. in libro Puteani; in palmulam exceptus & sui datus signat.

135. Item illis qui munere, &c.] MS. & vet. exc. illi. Intellegit autem (Rhen. interprete) gladiatorum munus. Minutius paucis ita expressit hunc locum: & comitalem morbum, hominis sanguine, id est, morbo grauiore sanare. Restituimus verò: hauserunt, ex MS. pro: auferunt.

136. Vbi sunt item illi qui de harena] Etiam hoc his verbis repetit Minutius: non dissimiles, qui de harena feras deuorant illius & insectas cruore, vel membri hominis & viscere saginatas. Atqui iterum reposuimus ex MS. colluctando, pro: conculcando, & iactauit, pro: iacuit, licet in Puteani libro sit; iacuit. Ipforum visorum alui, pro: alui. Item: Ruatur proinde, pro: deinde, pro: cruditates, liber Puteani; cruditantibus.

137. Minus autem & illi faciunt,] Ironice loqui rectè adnotauit Zephyr. & Gagneus ad Marg. Τὸς Λεοσίδας ἐν τῷ 203 notat; cum quo rursus legimus: ad spurciciam consecrantur, pro: à spurcicia.

138. Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem, &c.] Nobis (inquit Octauus apud Minutium) homicidium nec videre fas nec audire; tantumque ab humano sanguine cauemus, ut nec edulium, pecorum sanguinem in cibis nouerimus. Porro (ut adnotat Rhen.) non ita diu est, quod Christiani desumunt suffocatio & morticina carne. Nam Betanus (seu Beda) presbyter & Hrabanus in Penitentiario, sed & quotquot de hac re supra ccc. annos scripserunt, certum penitentia tempus prescribunt siquis Apostolicam hanc legem fuerit preuaricatus que in Actis exstat Apost. (nempe cap. 15.) Vbi statuitur ut abstineant se à sanguine & suffocatis. Atqui ex MS. legimus: ne quo modo sanguine contaminemur; & iterum adiecit integrum orationis comma ex MS. & priorib. exc. certissimi scilicet, illicitum esse penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Item: ipsum proinde examinatorem ac postea: alioquin.

139. Ut foculum & accerram.] Acerra hic accipitur iuxta secundam interpretationem Festi, pro arcula thuraria in qua thurib. reponebatur. custodias autem nuncupat captiuos ipsos, ut adnotat Rhen. Alioquin negandi) putabat Carrio vitio admodum familiari legendum; alioquin necandi.

140. Proinde incaesti qui magis, quam quos ipse Iupiter docuit.] Similis locus est apud Cypria. epist.

2. ad Donatum. Vbi videat lector adnot. nostras num. 33. Idem genibus improperat Iust. Apol. 1. ad Senat. Rom. & aperius de Ioue Athenagoras. Qui, inquit, ex matre Rhea & ex filia puella prolem suscepit, & propria sorore pro coniuge abusus est. Et Arnob. lib. 5. Etiamne in matrem, etiamne in filiam esserat pectoris appetitionibus adhiunxit? &c. Immo etiam Octauus apud Minutium, & Laët. lib. 1. cap. 10.

141. Petras cum matribus miseris Ctesias refert.] Similiter Minutius: Ius est apud Persas miseris cum matribus. Vide Zephyri Paraphrasin. Exstant quedam huius Ctesias Cnidij fragmenta edita Græcè ab Henrico Stephano.

142. Cum primum Oedipum Tragœdiam.] Hinc Athenagoras concubitus quos Christianis obijciebant Oedipodios appellat, quod Oedipus matrem Iocestem nescius uxorem duxerit; sic & Laët. Vbi infra.

143. ἔμειν εἰς τὴν μὴ ἔργῳ.] Prioris editiones habebant dimtaxat: ἐμείνω, pro quo substituit Rhen. μέμνην ἀ μὴ ἔργῳ. id est, insaniit, ac si dicat Oedipum visum Macedonibus insanire, qui tanopere de incesto doleret. Eln. & s. Bauon. & Puteani MS. cod. ἐμείνω εἰς τὴν ἀληθείῳ. Placet magis prima lectio quam Zephyro acceptam debemus; ut ἐμείνω ab ἐμείνω, id est, enomo deriuetur. Præsertim cum V. at. cod. idem habuisse coniciamus, quod 4. amanuenses qui illa contulerunt nullam hic diuersitatem adnotarint, alioquin diligentissimi præsertim in Græcis phrasibus.

144. Suppeditante materias passiuitate luxuria.] Hanc Rhen. restitutionem confirmant quing. MS. cod. quare iterum reposuimus, præsertim cum passiuitate doctæ sit Tertullianica de qua supra lib. de Pallio. nu. 86.

145. Imprimis filios exponitis suscipiendos ab aliqua prætereunte misericordiam extraneam.] Ita hunc locum restituimus partim ex MS. & exc. prioribus qui omnes habent: misericordia extranea; partim ex his Minutij verbis: dum etiam domi natos aliena misericordia frequenter exponitis. Quem eundem abusum illis improperat Iust. Mart. Apol. 2. ad Anton. Pium. & Laët. lib. 6. cap. 20. Manifestum dicens illum fieri exemplo dicti Oedipodis duplici scelere confisus, quod nempe expositio ipsius adhuc infantis materiam subministrari incasti.

146. Cuius vbique saltus facile possunt alicubi ignatis filios pangere.] Rursus etiam hoc restituimus ex MS. cod. pro eo quod irpererat: saltu: & ignari. Iterumque paulopost adiecit: & fidelissima.

147. Quidam multo securiores totam vim huius erroris virgine continentia.] Sic etiam ex MS. omnibus, pro: virginea. Locus insignis pro Christianorum primorum etiam virorum perpetua continentia, aduersus eos qui omnes ad matrimonium volent adigere; de quo alibi latius.

148. idem oculi renuntiafent vtrumque.] Etiam hoc ex MS. & priorib. exc. pro: idem renuntiafent; ut idem: accipiatur more veteri pro: iidem.

149. Sic per omnia ostendam.] Prioris exc. dimtaxat habebant: Sic per omnia. Zephyr. in contextu nihil tale, sed tamen interpretari videtur in paraphrasi Lectionem hanc MS. quinque codicum, addendo illud: considerabitur. Quia tamen adhuc locus obscurus est, conicio legi potius debere; Sic per omnia offendunt.

C A P. X.

150. Nunc de manifestioribus dicam. Deos, inquit, non colitis.] Caput hoc x. inscribitur ferè in MS. cod. De non colendis idolis, sed: inscriptio placet, aut

aut quam habent exc. cod. Deos quos colunt, non esse deos. cum similem titulum, libro suo Cyprianus eiusdem argumenti inscripserit, aut illa V. at. cod. Quod Saturnus, Iupiter, & alij Dij, homines fuerint, & non verè Dij. Liber Puteani ab eo, Deos inquit, &c. incipit caput 1x. de non colendo idola. non impenditis, liber Puteani; non penditis.

151. Altera quæ desperat, altera quæ recusat.] Sic iterum ex MS. ac priorib. exc. pro: desperet, ac: recuset. Item: definimus, pro: desinimus. In Puteani libro est; desperat. quod rectum putat Carrio pro eo quod est, separat aut potius causam diuidit. mutabant enim in compositis a in e. ut à parso repero. & similia. sic infra semper, sepero, pro: separo.

152. Et de ciuitatibus in quibus nati sunt, &c.] Hoc & quod de Sepulchris subiungit ad Iouem refertur, cuius Antrum (Cypriano teste vbi supra) in Creta visitur & Sepulchrum, de quibus illic latius in Adnot. nostris num. 8. Quod vero de regionibus habet in quibus vestigia sunt relicta; ad Saturnum, de quo mox latius. Athenag. pro Christian. Deos omnes gentes, ex Orpheo & Homero demonstrat, latissime id etiam Arnob. lib. 1. & frequenter Laëtian. D. August. denique lib. 7. de ciuitate Dei cap. 18. nec ego; liber Puteani Nunc ergo.

153. Nouos, veteres, Barbaros, Græcos, Romanos, &c.] Variæ Deorum appellationes quorum 30. milia censeri ab Hesiodo testis est Euseb. lib. 5. de præpar. Euang. cap. 15. Laëtian. lib. 1. cap. 1. & 16. eo quod masculi sint dij & femine, quum quotidie noui Dij nascantur Deorum innumerabilium plena dicit omnia. Atqui Deos Nouos videtur intelligere qui dicebantur Minorum gentium, quales Castor & Pollux vel Amphiaræus. Veteres, maiorum gentium, quales Saturnus, Iupiter, Apollo, Vulcanus, Mercurius. Barbaros qui à gentibus Barbaris colebantur. Græcos & Romanos, habes distinctim apud Cyprian. vbi supra, & Minutium in Octauo. Peregrinos, qui aliunde accersiebantur, quales Isis & Serapis. Captiuos, sicuti Penates Troia adductos, quæ in triumpho primum aduecti etiam Venerationi esse ceperunt. Adoptiuos, quales Antinous. Proprios, id est cuique genti peculiaries de quibus infra cap. 24. Communes, tam Græcis quam Romanis. Masculos feminas, ut Iouem & Iunonem. Rusticos, Faunos nempe & Satyros. Vrbanos, qui in vrbibus colebantur. Nauticos, ut Leucotheam & Palemona. Militares, ut Martem & Bellonam. Ante Saturnum liber Puteani caput decimum ponit; de Saturno & Ioue. Quantum litteræ, liber Puteani; si quantum litteræ. ut infra; si quantum rerum argumenta, pro; si quæras rerum argumenta.

154. Neque Diodorus Græcus.] Etiam hic locus ex MS. Elnon. Puteani & s. Bauonis ac exc. priorib. restitutus est; pro eo quod nescio unde Zephyr. substituerit: Theodorus. Quemadmodum Carrio in suis Antiquis lectionibus rectè emendauit, præsertim cum priori lectioni consentiat isdem penè verbis Laët. lib. 1. cap. 13. Omnes, inquit, non tantum Poëta, sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores, hominem fuisse Saturnum, consentiunt, qui res eius in Italia gestas memoria prodiderunt; Græci, Diodorus & Thallus; Latini, Nepos, & Cassius & Varro verbis mutatis à Minutio Felici in Octauo. Fatelligit autem Diodorum Siculum, de quo in hæc verba Iust. Mart. Orat. ad gent. Et qui apud vos historicorum omnium illustrissimus est: Diodorus, qui Bibliothecas in compendium redegit, &

30. totis annis, quemadmodum ipse scriptum reliquit, Asiam & Europam propter exquisitam diligentiam peragravit, spectatorque rerum plurimarum fuit, quadraginta integris editis historiæ suæ libris. Meminit eiusdem Bibliotheca Afric. apud Euseb. lib. 10. de præp. Euang. cap. 16. Eiusdem hist. lib. 1. de Agyptiorum Theologia magnam partem, cum laude citat Euseb. de præp. Euang. lib. 2. cap. 1. Vbi hæc de Saturno verba reperire est ad quæ Tertull. alludit: Deos, inquit, mortales homines fuisse adferunt Agyptij, sed virtute ac beneficiis immortalitatem consecutos; quorum nonnulli Reges fuere. Et paulopost: Solem aiunt primum omnium apud Agyptium regnasse. Soli celesti cognomine; quamuis nonnulli sacerdotum Vulcanum contendunt primum igne inuenio regnum obtinuisse; deinde Saturnum, qui sorore Cybele in uxorem ducta, Osirim & Isim genuit, aut ut plurimi dicunt Iouem & Iunonem. Hos vniuersum orbem imperio subiugasse & quinque Deos procreasse aiunt, Osirim, Isim, Cyphona, Apollinem, ac Venerem; Osirim Dionysium, Isim Cererem esse autumant. Exstat dictus Diodori lib. 1. Poggio Florentino interprete & Græci lib. eius 15. ex 40. Vixisse autem se testatur lib. 6. sub Augusto Cæsare.

155. Aut Thallus.] Etiam hoc & infra cap. 19. ex MS. Belgicus ac Laëtianus pro Tallas, præsertim cum consentiat Iust. Mart. vbi supra. Et proinde etiam castigandus Africanus apud Euseb. de præp. Euang. lib. 10. cap. 16. ut è Diodori, Thalli, Castoris, Polybij, Pselegetonisque historiis patet. Nam paulopost sequitur: Castor & Thallus, in hoc conueniunt qui Syriacam historiam diligenter tractarunt.

156. Neque Cassius Seuerus.] Cassij meminere etiam Laëtian. vbi supra & ante eum Minutius. Plin. lib. 35. multa se desumpsisse tradit ex Cassio Seuero, & Seneca alicubi Cassij Seueri Rhetoris meminit qui multas lucubraciones scripserit.

157. Neque Cornelius Nepos.] Etiam huius meminere alicubi Minutius, & Laëtian. vbi supra, & quæ plurima ex illo citantur à Plinio in omnibus penè libris hist. Natur. Atqui ex MS. restitui: cuiuscemodi antiquitatum; & promulgauerunt.

158. Postquæ Attica hospitia.] MS. legunt: postquam. Verum illud magis placet: præsertim cum ita sit in Puteani.

159. Exceptus à Iano vel Iane ut Salij dicunt, &c.] Hæc eadem tractant isdem penè verbis Minutius in Octauo, & Laëtian. lib. 1. cap. 3. Vide etiam paraph. Zephyri, ac Adnot. nostras in D. Cyprian. lib. de idol. Vanit. num. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. Atqui ex MS. cod. omnibus restituimus: incoluerat, & depalauerat, pro: debellauerat, & addidimus qua nescio quo casu prætermissa erant in editione Zephyri & deinceps: vique nunc est. Tota denique Italia post Oenotriam Saturnia cognominabatur. Oenotriam vero dictam tradit Stephanus, aut ab Oenotrio Arcade, aut à bonitate vini, ut οἰνωτῆρα scribatur.

160. Mons quem incoluerat Saturnus dictus est.] Hunc locum videtur desumpsisse ex Varrone lib. 4. de ling. Lat. citatum etiam à D. August. lib. 7. de ciuitate Dei cap. 2. Mons, inquit, in quo Capitolium est ante Tarpeius dictus est. Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, & ab eo latè Saturniam terram ut etiam Ennius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuisse Saturnium scribitur. Eius vestigia etiam nunc manent tria; quod Saturni fanum in faucibus; quod

Saturnia poeta quam Iunius scribit quam nunc vocant Pandanam, quod post aedem Saturni in edificiorum legibus, parietes, postici, muri, sunt scripti. In quem locum adfert Scaliger ipsos Ennii & similes Maronis versus de Ianiculo. facit etiam ad huius loci intellectum quod habet Minutius, docuisse Saturnum litteras imprimere, & instrumenta conficere; hoc est enim quod dicit Auctor, Ab iplo primum tabula.

161. Tamen si homo Saturnus, utique ex homine.] Laet. cap. 11. lib. 1. docet ex Trismegisto natum fuisse Saturnum ex eo homine cui Fratio nomen fuit.

162. qua ignoti, &c. de caelo superuenisse dicitur, &c.] Imitatur Athenagoram qui ex Sybilla hos versus adfert:

Aetas humani generis cum dena vigeret
Ex quo diluio gentes periere priores;
Saturnus, Titan, regnabat Iapetusque
Quos homines caeli sobolem terraeque vocates
Eximiam, caelo nomen terraeque dederunt,
Quod virtute forent reliquis praestabiles.

Ipsam autem de verbo ad verbum penes Minutius Felix in Octavio & Prudent. lib. 1. adu. Synon. Lactantius vero lib. 1. cap. 11. postquam verba Felicis citauit addit & aliam rationem: Potuit, inquit, & sic argumentari Saturnum cum potentissimus Rex esset, ad retinendam parentum suorum memoriam, nomina illorum caelo terraeque indidisse, cum haec prius aliis vocabulis appellarentur; qua ratione & montibus & fluminibus nomina scimus imposita. D. Aug. de ciuit. Dei lib. 7. cap. 19. fortius argumentatur. Sed ecce, inquit, Saturnus, si caeli est filius, Iouis est filius, caelum enim esse Iouem innumerabiliter & diligenter adfirmant. Ita ista quae a veritate non veniunt, plerumque & nullo impellente, seipsa subuertunt. Repentino aduentu, a libro Puteani abest vox, aduentu, & infra legit, ostendemus pro, ostendimus. Atqui castigauimus ex 2. V. atic. caelitem contingit dici, & si in Puteani & alius est; contingit. Et adnotat Rhenan. Tertull. Vistatum esse feminis sui par, cum genituo, sicut etiam infra: quorum pares deos; ac infra tom. 2. lib. de Patientia: magnitudinis par, ac alias sepe numero.

CAP. XI.

163. Et quoniam sicut illos homines fuisse, &c.] Caput hoc partim ex cod. exc. partim ex argumento sic inscriptum: Cur cum homines essent, facti sunt ab hominibus Dij; causas esse vanissimas.

164. Mancipem quendam diuinitatis.] Venuste (inquit Rhen.) mancipem diuinitatis vocat Deum illum superiorem ac potiore, qui reliquis diuinitatem communicauit, sicuti summa magistrum Plinius mancipem vocat, & in qualibet re qui summi sunt mancipes dicuntur. Vide Adnot. nostras in Epist. 69. D. Cyp. num. 21. Paulopost iterum ex MS. restitutum & prioribus excussis: nec alius praestare, &c. nisi qui proprie possidebat: & postea: ministeria, pro; mysteria.

165. Totum enim hoc mundi corpus, &c.] De mundo varias Pythagorae, Platonis & ceterorum philosophorum sententias videre est apud Theodoretum lib. 4. de Graec. affect. curat. ubi lectorem remittit ad Commentarios Xenophonis, Atij philosophorum Placita eorundem Plutarchi compendium & Porphyrii Philosophorum historiaram. Platonis autem ipsissima verba de mundo genito adfert ibidem ex Timaeo, & lib. de Rep. ac Politico. At qui legimus ex MS. paulopost: perfecit, & adiecit: sint.

166. Et ipsum Iouem quae in manu eius impositis fulmina timuisse.] Hoc iterum adiecit ex MS. & priorib. exc. Similiter Minutius in Octavio: illic Iouis, inquit, fulmen cum Aeneae armis in incide fabricatur, cum caelum & fulmina & fulgura longe ante fuerint quam Iupiter in Creta nasceretur, & flammis veri fulminis nec Cyclops potuerit imitari, nec ipse Iupiter non vereri.

167. Item omnem frugem ante Liberum, Cererem, & Mineruam.] Aut alludit ad etatem Saturni, quem scribit Macrobius in Laio primum agriculturam docuisse, & vini quoque usum demonstrasse Seruius in 8. Aeneid. V. ing. aut cerere ad paradiso voluptatis & operaretur terram, & cap. 2. Abel pastor ouium fuisse dicitur & Cayn agricola, cui consentiens Ioseph. 1. Antiquit. Iudaic. addit, Cain agri fructus Deo obtulisse; & cap. 9. post diluuium Noe Vir agricola cepisse excolere terram, & plantasse vineam, cuius filius Iapetus cum (ut supra dictum est) tempore Saturni vixerit, non potuit Liber Vitis inuentor esse sed potius ostensor nouae frugis, & paulopost Auctor adfirmat & similiter Laet. lib. 1. cap. 13.

168. Male cum Lucullo actum est, &c.] Non minus lepidè quam vere id ipsum D. Hieronymus ad Marcellam. (Plin. haud dubie secus lib. 15. natur. hist. cap. 25.) Accepimus, inquit, & canistrum cerasus referunt talibus & tam virginali verecundia rubentibus, ut ea nunc a Lucullo delata existimarem. Si quidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia (bello nempe Mithridatico anno Urb. cond. 680.) subingatis, de Cerasunte primus Romanam pertulit, unde & de patria arbor nomen accepit. Ostensor & inuentor. a Puteani libro absunt illa; & inuentor & rectè.

169. quas illis stationes & potestates distribuitis.] Alludit ad stationes & officia militaria quae varie distribuuntur ab Imperatoribus.

170. Et hinc concedetis opinor,] Restituimus cũ Rhen. hinc; pro: hic. ex MS. omnibus & prioribus exc. Item paulopost; cum vultis, pro: cum multis.

171. Quique in parentes & forores incesti, &c.] In Iouem qui Opt. Max. dicebatur competere incestum supra diximus cap. 9. num. 140. De adulteris eius, raptu virginum & pueri Ganymedis late tractatur a Laetant. lib. 1. cap. 10. scitu & de scuita eius in patrem, quem regno expulsi.

172. Et qui occidunt & qui furantur, & qui decipiunt.] Homicidam Martem & furem ac nebulonem Mercurium (ut cum Laetant. ibidem loquar) hic intellegit Auctor. Atqui restituimus ex MS. cod. cum Rhen. Quem neminem pro: hominem, sine interrogationis nota. & Atquin vt. Item ex Puteani & V. at. 1. cod. acciuit, pro: acciuit. & ex eodem Vaticano; Deos facitis, pro: facite. ac: Sed vt omitano.

173. Quot autem potiores viros apud inferos reliquistis.] Locus adnotatu dignus aduersus Erasimum & alios qui tantum non inferis excludunt Socratem, Tullium, ac alios viros insignes tam Graecos quam Latinos quorum hic fit mentio; quorum ferè omnium excellentia in prouerbio venit, de quibus adeo latius inter Prouerbiales formulas. Hic adnotatu dignae Voces Tertullianae: militarior, ac clusit, pro: clausit.

CAP. XII.

174. Cesso iam de istis.] Cap. hoc 12. pauca sic inscribuntur ex prioribus codicibus: Quam vana deorum simulacra. V. at. 1. cod. non absimiliter: Simulacro colere

alienum est prorsus ab omni ratione. Puteani liber ponit caput vndecimum de simulacris. Imitatur autem hic Iust. Mart. Apolog. 2. Vide Zephyrum in Paraphrasi ac omnes aduersus gentes Apologias.

175. Quam materias forores esse vasculorum.] Adiecit materiam forores, ex MS. omnibus & prioribus exc. ac si dicat, ex eadem materia fieri deorum simulacra & Vascula domestica, immo (ut cap. sequ.) in Vasca nunquam commutantur, ubi iam contraria & confusa sunt. Quare & magis placeret lectio 1. edit. matres & forores esse vasculorum, nisi MS. omnes legerent: materias.

176. Quasi fatum consecratione mutantes, &c.] Sic etiam Minutius in Off. Imagines consecratione vulgus dicit publice colere, dum opinio & mens imperitorum artibus concinnitate decipitur, auti fulgore perstringitur, argenti nitore & candore eboris hebetatur. Et non multo post: Nondum, inquit, Deus saxum est lignum vel argentum. Ecce ornatur, consecratur, oratur, tunc postremo Deus est, cum homo illi valuit & dedicauit. In consecratione autem (teste Cicer. pro Domo sua) statuiebantur ara quae religionem afferret, & fiebant consecrationes à Pontificibus aut à Tribunus plebis. Atqui reposuimus iterum: contumeliosissime. ex MS. & exc. prioribus.

177. Crucibus & stipitibus imponitis Christianos.] Pulchre deducit, isdem supplicis affici ab illis Deos suos, quibus in Christianorum animaduertebant, quae erant Cruces, Stipites, Ingula, capitis penna, bestia, ignes, & in metalla ac insulas relegati. Imitatur autem etiam hic per omnia Tertullianum Minutius, distinguens interim inter simulacra; & in lignum competat suspendi, cedi, dolari, runcinari, fabricari, construi; in aereum vel argenteum conflare, fundi, plumbari, tundi malleis, & in cibus figurari in lapideum denique cedi, culpi, leuigari, & erigi. Atqui illud: argilla deformat cruci & stipiti superstructa, ita explicat Ioseph. Scaliger in Festum, ut alludat Auctor ad derivationem stipitis à stipa, quae proprie crux est cui argillam imponunt plasta.

178. Dedicatu.] Sic supra Nerone dixit dedicationem damnationis Christianorum, accipiens, dedicare, pro incipere; in quo illum imitatur etiam D. Cyp. vii adnotauimus ad epist. eius 33. num. 9.

179. Afcia, runcina, scobina.] Instrumenta sunt fabrilis penè eadem. Afcia, quibus ligna dolantur, runcina, quibus leuigantur. scobina a scobe quibus limantur. Vide Varonem de Ling. Lat. lib. 5. & 6.

180. Ante plumbum & glutinum & gomphos.] Zephyrus: gomphos, magnos clauos interpretatur, Graeca enim vox γόμφος, clauum significat.

181. Ad bestias, &c. quos libero & Cybele & Cereri.] MS. quinque Caestis, & quidem eadem quae alibi Ceres, in Africa Caestis dicebatur, ut infra latius cap. 24. Cetera requirit lector in Paraph. Zephyri.

182. Inde censetur dij vestri.] Eadem significatione supra dixit cap. 7. Censuram istius disciplinae à Tiberio est & cap. 10. ab illo (Saturno nempe) census totius vel potioris diuinitatis est. & in lib. de Monog. iuxta MS. cod. Censuram noster transfertur in Christum. ac paulo ante: secundum initium quod tibi & in Adam censetur, & in Abraham recensetur. nec absimiliter Arnobius non semel Deorum censuram dixit. Alludit autem ad morem Romanorum apud quos lex erat (Cicerone teste 3. de Leg.) Censores populi ciuitatis soboles familias pecunia censento. Solet in insulis. Liber Puteani: solet & in insula, aliqui Deus vester, more Tertulliani in-

quit Carrio.

183. Qui Senecam aliquem.] Sic supra (inquit Rhen.) dixit aliquem de sapientia Socratem. Ac si dicat (ut adnotauit Latinus) non quemlibet sed egregium & insignem. Sic enim solet Tertull. vocem hanc, aliqui; usurpare. Quemadmodum lib. 4. adu. Marc. Sed erat vnus aliqui deputandus. & in intro lib. 5. nouus aliqui discipulus. Seneca autem librum de superstitione citari adnotauit Gagneus in margine ab Adu. Augusti. nempe lib. 6. de ciuit. Dei cap. 10. Vbi non modo quae in Paraph. Zephyrus sed multo plura ex eodem libro (qui deperit) allegantur tam huic loco conuenientia, ut non dubium sit Auctorem huic illius etiam verba quaedam imitatum esse. Similem vero locum ex libris Senecae Moralibus etiam adfert Laetant. lib. 2. cap. 2. Vbi multa in hanc sententiam etiam cap. 3. & 4. prosequitur.

184. Igitur si statuas & imagines frigidās mortuorum tuorum simillimas non adoramus.] Quia locum hunc Magdenburgenses detorqueunt aduersus usum imaginum in Ecclesia Vistatum; possum id ipsum vno verbo respondere, quod Patres Synod. 7. General. Nicen. 2. Act. 6. responderunt: ad falsam Synod. contra imagines edictam: Ea quae diuini viri contra idola locuti sunt, haec isti homines, etiā post cognitionē veritatis & confessionē sincera, detorqueunt in imagines sacras. Verum quia etiam Zephyrus ceteris eius temporis Christianos nihil in templis habuisse praeter Crucis insigne super aram ad Orientem (de quo infra latius cap. 16.) operapretium fuerit hic antiquitatem Apostolicae traditionis etiam aliarum imaginum quanto fieri poterit compendio, commonstrare, remittentes Lectorem pro latiori huius argumenti intellectu ad totam dictam Synodum 7. Damascen. & Iona Aurelianensis de imaginibus libros, & Reuerendissimi Episcopi Vltimectini Frederici schenckij, Sanderi Angli, & Ioan. Molani, eadem de re tractatus peculiare, aliisque omnes quotquot hac tempestate hereticos oppugnarunt. Alani denique Copi Dial. 4. & 5. contra Magd. & adnotat. Feuardentij in Fren. lib. 1. cap. 25. n. 3. Imprimis autem Tertull. non dicit, Christianos (ut calumniantur Magdenburgenses) posse statuas & imagines; sed non adorare; quod certe (ut frequētissime inculcant Patres dictae Synod. ac Damascen. & Iona) nemo unquam nostrum tentauit; si de adoratione Latriae intelligatur, quae soli Deo debetur, quae inter gentes usurpabatur; sed si sermo sit de ea adoratione quae salutationem significat, & in scripturis est frequētissima, quali nempe Abraham & Dauid etiam homines & angelos prosecuti sunt; nihil enim obstat quominus ita imagines Christi & sanctorum atque homines ipsos veneremur. Deinde de illis dumtaxat agit statuas & imaginibus quae mortuorum simillimae sunt; nempe quae Deos referunt, qui reuera non sunt; at qui Deus viuorum est non mortuorum, & preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Ad rem nunc veniamus, ostendamus quae iam à Christi Apostolorumque temporibus, Christi ipsius Deiparaeque Virginis & Apostolorum imagines, in usu ac veneratione fuisse & proinde etiam Tertulliani aetate. Hoc satis constat; tum ex lib. de Pudicitia ubi Calicum picturas recenset in quibus pastor Christus cum oue perdita depingebatur, tum ex cap. 16. infra, ubi Christianos Crucis religiofos non distinetur, quemadmodum ibi latius, tum denique ex lib. 2. adu. Marc. ubi pulcherrimè explicat. interdictas lege Moysi non alias imagines quam I dololatria substantiam continentes. Eodem pertinet quod recenset D. Irenaeus li. 1. aduers. haeres. cap. 24. de Eucratitis, imaginibus Jesu & Pauli absentibus; & post eum Epiph. her. 22. eadem verba citans.

ac Theodor. lib. 1. heret. fab. Item quod Spartianus refert de Alexandro Severo quod imaginē Iesu in Larario suo habuerit. Encontra enim paulo ante Tertull. vixerunt, Alexander vero paulo post aut cum illo. illud vero quod ab atate Apostolorum imagines Imitata fuerint, vel inde imprimis conuenit, quod in actionibus omnibus & singulis 7. Synod. Nicen. secunda aduersus Eiconoclastas frequentissime dicitur esse veterem Ecclesie legislationem & Apostolicā Traditionem imaginū vnum in Ecclesia, quae octingentos annos iam obtinuerat. Vnde videre est tom. 3. Concil. pag. 53. 54. 65. 67. 68. 73. 74. 75. 80. 81. 82. 83. 103. 111. 113. 120. 123. 127. 138. 139. 142. 144. 150. 154. 170. 172. 182. 187. Latissime autem in Epist. S. Gregorij Papa ad S. Germanū Constantinopolitanum. Adriani Papa primi ad Imperatores Constantinenses & Irenem & ad Synodum Tharasi Patriarchae ad Patriarchas Antiochenum Alexandrinum & Hierosolymitanum ac eorundem responsis & uobis ac ipsius Tharasi Synodi ad Imperatores; in conclusione deniqueultima & Aetionia ubi exclamāt Patres omnes in hac verba. Hec est fides Apostolorum, haec est fides Patrum, haec est fides orthodoxorum, haec fides orbē terrarum cōfirmavit Nos autem quae Ecclesiae legislationi insitimus, nos decreta Patrum custodimus. Quam huius Concilij sententiam etiam disertis verbis recenset Photius Patriarcha epist. ad Michaele Bulgaram de 7. Synod. Ad eundem modum loquitur frequenter idem Adrianus Papa de imaginibus, aduersus Pseudocarinum librum, qui exstat eodem T. 3. Concil. p. 199. & sequentibus etiam suos praedecessores Gregorium virumque, Zachariam, Stephanum virumque, & Paulum Romanos Pontifices, ac celebrata duo Romana Concilia contra Eiconoclastas, tum sub Gregorio 2. tum sub Stephano 11. Neque vero nudam hanc adfirmationem faciunt, sed citant imprimis Aet. 1. in dictionum suorum confirmationem, Canonem Apostolorum in Synodo Antiochena in hac verba: Seruatos non debere amplius ad idola aberrare, sed certandum esse ante manuscriptā colūnam Dei, hominisque Iesu Christi. Quod significatius Graecè legitur: $\chi\epsilon\iota\sigma\ \sigma\tau\iota\omega\tau\epsilon\upsilon\ \sigma\eta\lambda\lambda\omega$. Quem Germanum esse & legitimum comprobatur Turrian. lib. 1. pro Can. Apost. cap. 25. ex verbis D. Basilij epist. ad Iulianum Imperatorem dicit. Syn. Aet. 2. ab Adriano Papa citatis. Historias (inquit) imaginum illorum (nempe Christi, Deiparae, Apostolorum, Prophetarum & Martyrum) honore & palam adoro, hoc enim nobis traditum a sanctis Apostolis, non est prohibendum, sed in omnibus nostris Ecclesis historias eorum erigimus. Item ex Pamphilo martyra. Deinde pluribus locis citant historiam quam narrat Eusebius lib. 7. cap. 8. aut 14. de Christi statua in Paneade erecta ab Herodiano, ad cuius simbras vestimenti creuerit herba, quae omnes morbos curaret; cuius praeterea mentionem faciunt Theodorus martyr in Aet. 1. passionis suae sub Diocletiano & Mariano apud Suriū 8. Iulij. Ioan. Antioch. & Damasc. de imaginibus, Niceph. lib. Eccl. hist. 6. cap. 15. Zozer. lib. 5. cap. 20. Antipater Bostrensis Orat. de mult. lab. D. Gregor. ad Germ. Constantinop. Theophyl. in cap. 9. Matth. Rursum ad idem institutum citant historiam imaginis Christi ad Abagarum missa quam vidisse se Edissa ea atate in ea ipsa Synodo Leo Lector Constantinopolitanus confitetur. Cuius praeterea mentionem faciunt Damasc. lib. 4. de Orthodoxa fide cap. 17. Euagr. lib. 4. hist. cap. 16. Nicephor. lib. 2. cap. 7. & Constantinus Polphyrogonius Rom. Imp. Oratione quae exstat apud Suriū 16. Augusti. Adferunt praeterea p. 96. D. Athanasij historia imaginis Christi a Nicodemo facta & qua per Iudaeos confoffa, sanguis & aqua Veritatis effusus, qui missus est per

Asiam, Africam, & Europā, cuiusque festum Graeci celebrant 9. Nouembrii. Quibus addere licet imaginem Christi per D. Thomam missam iuxta Nicephorum. Item illa quae Regi Persarum missam tradit Nicephor. lib. 2. cap. 43. lib. 6. cap. 16. & lib. 14. cap. 2. Cuius effigiem Christi, quam Veronica in sudario dedisse traditio est, quae etiamnum Roma exstat, tanta in Veneratione ut de illa dubitare posthac non modo miracula non permittant, sed nec aspectus ipse, cuius interim fit mentio olim apud Albericum in suo diuionario ante annos ab hinc fere trecentos, anno Domini 1350. & exstat in Bibliotheca Vatican. eius imaginis Romam sub Tiberio aduecta historia grauius conscripta, & antiquiss. charact. MS. quam totam perlegisse se mihi retulit Chariss. Theol. Thomae Stapletonus Anglus. Eodē pertinet quod describitur in mago Christi qualis ad viuum fuerit (taeo de Epistola Lentuli ne forte a quibusdam reiciatur) a Niceph. Eccl. hist. lib. Vnio qui excusis est olim cum Tripartita historia, & a Nicephor. Calisto hist. Eccl. lib. 1. cap. 16. Praeterea de imagine Deiparae virginis a D. Luca depicta, mentionem faciunt Theodor. Lector in initio Comment in Lucam & Niceph. Calisto Eccl. hist. lib. 2. cap. 43. lib. 6. cap. 15. lib. 14. cap. 2. ac lib. 15. cap. 14. cuius etiam festum a Graecis celebrari solet, & exstat etiamnum Roma & Cameraci duae, quas ab illo delineatas tradidit; quod pertinet etiam D. Virginis forma & statua quae ex Epiph. nio adfert Niceph. lib. 2. cap. 23. Apostolorum denique, praesertim Petri & Pauli; imagines, ab initio depictas vel illud testatur, quod formam illorum disertis verbis ad viuum exprimat Nicephorus Calisto hist. Eccl. lib. 2. cap. 37. dicens etiam a D. Luca depictas lib. 1. cap. 43. & lib. 6. cap. 15. Quarum etiā usum fuisse non ita multo post Tertullianum, testis est in historia sua conversionis ad religionem Christianam Constantinus Caesar, citata a dicta 7. Syn. Aet. 2. in epist. Adriani Papa 1. ad Augustos quae exstat T. 1. Concil. p. 330. Eorundem etiam sua atate meminerunt Euseb. Eccl. hist. ubi antiquas fuisse dicit lib. 7. cap. 14. & D. Augusti. lib. 1. de conij. Euang. cap. 10. & lib. 22. contra Faustum cap. 70. His adiciantur Patrum loci qui imaginum sacrarū mentionem faciunt ad atatem usque Tertulliani, D. Dionysij Aereopagita de angelorū imaginibus, Caelest. Hierarch. cap. 1. & 2. quem citat Aet. 1. libro aduersus Pseudocarinum ad Car. Magni. Item ut supra li. 1. c. 24. & aliorū qui infra citatur de crucis imagine. Et vero etiā Zephyro satisfiat, cum, quid ante Constantinū obseruati sit non ita constat, eo quod paucissima ad eū usque die ob persecutiones X. Caesarum ethiopicorū Ecclesie edificatae fuerint; certe hoc constat, Constantinū in aedificatis a se templis, non modo signū crucis erexisse, sed & alias imagines collocasse, locuples eius rei testis est Damascus in Pontific. ali de S. Syluestro Pontifice, ubi dicit Constantinum in Basilica Constantiniana hac dona dedisse, fastigium argenteum habens in fronte saluatorem sedentē in sella & 12. Apostolos cū coronis, item a tergo in abside resistentem saluatorem sedentē in throno, & angelos quatuor ex argento purissimo; Candelabra deniq; ex aurichalco numero 7. interclusa sigillis prophetarum cum ornatu ex argēto. Et rursum in libro fontis ubi baptizatus est, agnū ex auro purissimo, ac ad dexterā agni saluatorē ex argēto purissimo, ac in leua agni B. Ioanē Baptistam ex argento tenentē titulum scriptum: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quae adeo ipsum locū citat Adriā. 1. ep. supra dicta ad Augusti. Id ipsum patet ex multis patrum testimoniis citatis in sapēdicta Syn. 7. & Adriā. Papa li. de imag. ad Carolū Magn. de S. Pontificibus Romanis qui quing. Synodos Generales approbavit Syluestro, Damascio Celestino, Leone, Virgilio; quibus adiungere licet ipsius 6. Syn. in Trullo

in Trullo can. 82. citatum a Tharasio dicta Syn. 7. Aet. 3. Et nominatim ex Basilio ad Iulianū Imperatorem, Athanasij ad interrog. Antioch. Euseb. Casar. hist. li. 7. c. 14. Prudentio de Martyriis Casiani, Hippolyti & aliorū, Greg. Niss. in Theodor. mart. Helladiō Basilij successore in Eutychie Vita qui 5. Syn. interfuit apud Suriū 6. Aprilis. Paulino Nolano epist. 11. & 12. ad Severū, & Nat. fol. 8. 9. & 10. qui non modo D. Martini ac aliorū Sanctorum, sed & totius Pet. & Noui Testamenti historia iconibus pictas celebrat Ecclesias. Et pateat vel in illo hallucinatum Zephyrum; quod dicit, multitudinē imaginū hodie cōstruā prouocare, quae tamē ita tū usitata fuit. Eodē pertinet quae Aet. 6. Syn. 7. reperitur prolata de atate Constantinij imp. Per illa tēpora (inquit Epiphanius diaconus) Christianorum caesus diuina amulatione ducti, templa cōstruxerūt, partim Christi nomine, partim sanctorū martyrum. Atque illi quidē historiae humanae Christi dispensationis in iis pinxerunt, hi vero martyriū gestis effigeadis operā collocarūt, alij id tabulis exprēserē, & c. Et sane euidenter haec ad nostra usque, inquit, tēpora ostenduntur. Haec hoc loco sufficere putauit, dummodo hoc adiciam primos Eiconoclastas fuisse Iulianū Apostatam; Samaritanos hereticos aduersus quos citatur Aet. 5. dicta Syn. 7. epist. S. Simeonis Stilite ad Iustinū Imp. deinde Saracenos; item Xenici & Philoxeni Manichaeos, quorum ibidē fit mentio; itē Arrianos, Theophrastitas, Severū (qui crucē teste Epiph. Tyrio in 5. Synodo lapidauit) & Petri fullohem hereticos ea de causa Christi imagines repudiasse, quod eum verum hominē negarent; sicut narratur eius d. Syn. Aet. 6. p. 167. ad quod alluditur etiam in epist. Tharasi ac totius Concilij quae exstat Aet. 7. iam antea quidem leguntur Donatistae apud Optatum & D. Aug. variis in locis, & Arriani apud Athanasium imagines confregisse; sed illi etiam ipsas Ecclesias destruebant. En quales (vt phrasij Tertullianica loquar) dedicatores damnationis suae imagines Christi & Sanctorum nacla sunt.

185. Quas milui & mures & araneae intelligūt.] Explicatio haec Minutius: Quanta, inquit, de Diis vestris animalia muta natur aliter iudicāt; mures, hirundines, milui; nō sentire eos sciunt, norunt, insculcant, insident, ac nisi abigatis, in ipso Dei vestri ore nidificāt. Araneae vero faciem eius intexant, & de ipso capite sua fila suspendunt.

C A P. XIII.

186. Sed nobis Dei sunt inquit.] Caput hoc sic recte inscribitur in altero f. aet. cod. De ludibrio in Deos tum lares, id est domesticos, tum publicos. Atqui scripsi: praestruximus, pro: praestrinximus ex V. aet. cod. Vide infra lib. 4. aduers. Marcionem, ubi Virumque explicat Rhen. Alludit autem Auctor ad initium cap. 5. pro; inquit: liber Puteani; inquis. more Apologeticis sollemni mutandi numeros: & infra; si mentior: pro; si mentiar.

187. Quia nec electio sine reprobatione.] Si non ad hunc negotio quem locum alludat D. Aug. his verbis lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 1. Quia in re non dico, inquit, quod facietis ut Tertullianus fortasse quam verius: Si Di eliguntur, aut bulbi, vique ceteri reprobi iudicantur.

188. Domesticos Deos quos Lares dicitis.] Lares nō modo dicit Domesticos illos genios, ex nymphā quam Lar dicebant Mercurioque genitos, sed omnes Deos quos domi suae quisque coleret, recte adnotauit Zephyrus. De iisdē laetis ex Nigidio & Varrone Arnobius lib. 3. aduers. gentes; & Laet. matrem Larium mutatam Deam etiam vocatam adfert lib. 1. cap. 20. Paulo aliter Lares accipit D. Aug. lib. 19. de ciuit. Dei cap. 11. ubi inter Lares & Laruas distinguit ex Apuleio, sed de illis laetis infra ubi de

Demonibus & Geniis agitur cap. 22. & lib. de Spect. cap. 5. num. 41. hic autem liber Puteani ponit caput duodecimum; de Laribus.

189. in cacabulū de Saturno; aliquādo in trullam de Minerua.] Ita rursum locus hic mutilus alioqui restitutus est ex MS. & prioribus excusis ante Zephyri; etiam ex editione Gagnei; qui adnotauit in marg. cacabulum diminutiuū esse a cacabo; & eodē modo Varro li. 4. de lin. Lat. Trullā a Trua dedit, ut illa magna sit, haec parua, ita a traiciendo dictam, quod per eam aqua traiciatur.

190. Ut quisque dominus sanctiorem expertus est domesticam necessitatem.] Etiam hanc veterem lectionē ex MS. omnibus restituumus, pro: dominum sanctiorem expertus est & dom. necessi.

191. Publicos aequē publico iure fœdatis.] Publicos Deos interpretatur Zephyrus genis alicuius aut ciuitatis Deos, qui inter manus captiui veniunt. Rhen. in Scholiis Publicas Deorum statuas; qui etiam adnotat Hastario locum auctoris intelligi.

192. si Capitolium.] Capitolium, (inquit Varro lib. 4. de ling. Lat.) sic dictum, quod haec cum fundamenta foderentur adis Iouis, caput humanum inuentum dicitur. addit Arnobius; hominem Iolum vocatum fuisse.

193. si Olitorium forum.] Quo conferret (inquit non ita multo post Varro) suas controuersias, & quae vendere vellent, & quo quaeque ferret; forum appellatur. Forū vero Olitorū erat antiquū Macellū ubi olerū copia.

194. Sub eadem voce praconis, sub eadem haista; sub eadem adnotatione quaestoris.] Sic Cicero offic. 1. dixit, haista in foro ponere, & bona ciuium voci subicere praconis; cui addit Tertull. adnotationem Quaestoris. Nā Quaestor (inquit Rhen.) aut illud inscriberet Commentario suo, aut rei elocatae aut venditae synographā dabat; Cui addit; Adnotationis vocabulum sacris scripturis Caesarum non fuisse incognitum. Liber enim cui titulus Notitia Orientis & Occidentis, indicat, Magistrum memoriae solitum adnotationes omnes dictare & emittere, & precibus respondere. Verum hoc huc non pertinet.

195. Circuit cauponas religio mendicans; &c.] Alludit ad mendicantes: pro matris Deorum simulacro, de quibus Clemēs Alexand. Oration. ad Gentes in hac verba: Memander certe comicus in auriga, in actu qui dicitur supposititiis inquit: Nullus mihi placet Deus foris ambulans, cum vetula neque in domos ingrediens. In tabula Metragyrtes. Tales enim erāt Metragyrtes. Vnde eis mendicantibus merito dicebat Antisthenes: Non alo matrem Deorum, quam Diij alunt. Pulchre vero totā amplificationem hanc irrisoriam explicat in Paraphrasij Zephyrus. At qui iterum hunc locum ex MS. & prioribus restituumus, ut legatur aedes proinde, aras proinde: idem habitus; &c. ut etas, ut ars, ut negotiū mortui fuerit; ita De est.] scribitur autem etiam hic idem, plurali numero.

196. Quo differt ab epulo Iouis silicernium.] Silicernium recte interpretatur Zephyrus, quantum apparet ex Nonio conuiuium fimbriat; de quo laetis Ioseph. Scaliger in Festum, ex Glossario, ut dicitur quasi silicerniū, quod lucerna in conuiuiis talibus non adhiberentur, quae Natali die in usu erant. Alij dictum malunt quod cum silentio cernerentur conuiuium celebrare.

197. A simpulo obba,] pro: simpulatio, quod primus legit Zephyrus restituumus ex MS. cod. quod habebant ante excusis: simpulo, quia sic Varro li. 4. de ling. Lat. Quo vintū dabat ut minutatim funderent a gustis guttū appellarunt; & quo funderent minutatim a sumendo simpulū nominauerunt. In huiusce locum in conuiuiis ē Graecia successit

Epichysis & Cyathus, in sacrificiis remansit guttur & simpulum. Cicero etiam proverbialiter dixit, Fluctus simpulo excitare. Eadem significatione Plin. lib. 35. cap. 12. in sacris, simpulis prohiberi dixit. Cum autem etiam apud Festum & in Glossario simpulum legatur, & Nonius Varronem citet; videtur & apud Nonium legi debere: simpulum, non: simpuuium. Quamquam interim Iuuen. Sat. 6. Simpuium Numæ celebrat.

198. Nam & aruspex mortuus apparet.] His verbis explicat quo soleat officio pollinctor fungi, utpote mortuorum curator. Apparere, pro: ministrare, tum hic tum lib. de Resurrectione Carnis; ac: apparitio, pro: ministerio, lib. de Prescript. adu. heret. tom. 3. Tertulliano familiaria sunt, vbi recte adnotauit Rhen. id ex Asonio confirmans. Vnde Apparitores dici vult Viatores qui iudicibus praesto sunt, & ministrant. Paulopost restitutum ver. exc. lectionem ex MS. & viuientibus eum addidit, pro: adicitis; praesertim cum sequi. cap. priori voce Viatur.

199. Latentinam publicum scortum, &c.] De eadem infra cap. 25. Fuit autem (inquit Lactant. li. 1. cap. 20.) Faustuli uxor, matris Romuli, & propter vulgati corporis uilitatem Lupam inter pastores, id est, meretricis nuncupata est. MS. cod. omnes & hic & infra legunt: Latentinam. & Lactant. ibidem, Latentinalia sacra eiusmodi nuncupat. Vide Adnotationes nostras in D. Cypri. lib. de Idolo. Van. num. 26. & Vnem in D. August. lib. 6. de Ciuit. Dei cap. 7. Vbi etiam Laurentina dicitur iuxta MS. cod. (nam excusum male habent: Laurentina.) Quare omisimus vulgatam lectionem que habebat: Laurentia. Atqui Laidé celebrari scriptores omnes Phrynen. Auctor infra c. 47.

200. Simonem Magum statua & inscriptione sancti Dei inauguratis.] Sicuti alia multa ita etiam hoc ex Iust. Mart. Apol. 2. desumptum; qui etiam locus citatur ab Euseb. Eccl. hist. lib. 2. cap. 13. seu 12. ac Niceph. lib. 2. cap. 14. sicuti & Irenaeus ex lib. 1. adu. heret. cap. 20. super quo loco citat praeterea Fen-ardentius in suis Adn. n. 2. Cyrill. Hieros. cath. 6. ac Theodor. li. 1. heret. fab.

201. De Paedagogis aulicis.] Orientis (inquit Rhen.) ac occidentis Notitia, testatur sub distributione Caesarsis fuisse Paedagogia. Vt ut eadem voce Tertull. infra tom. 3. aduers. Valent. Vbi addit Rhen. sub Caesarsis sacri palatii illa fuisse, & inde fieri mentionem Paedagogianorum apud Ammian. Marcell.

202. Nescio quem cynedum.] Antinon (inquit idem) Adriani Caesaris delicias; cuius etiam meminere Iust. Mart. Apol. 2. Athenag. in Apol. Hier. in Isaiã ca. 2. Prudentius li. 1. adu. Symmach. Epiph. in Epit. cath. fid. & Anacoreto. Euseb. Chron. ad annum Domini 132. & Niceph. li. 7. c. 26. ac 10. c. 36. liber tamen Puteani habet; synhodi Deum qui idem liber ab iis verbis, Volo & ritus, orditur caput decimum tertium; de sacrificando.

203. Capitula & vngulas.] Capitulum pro paruo capite etiam Plauto vsitatum in Curcul. & Terent. in Eumuch. & ipsi Tertull. supra lib. de Pallio. Elegantiissime autem, ut ante me adnotauit Ios. Scaliger, circumloquitur, que Festus & antiqui vocant Ablegmina id est partes que a Diis porriciebantur.

204. de decima Herculis.] Vide infra c. 39. n. 513. Hic sufficit illud Ciceronis li. 3. de Nat. Deor. Neque Herculi decimam quisquam Vouit unquam, si sapiens factus esset. Ad quod sortasus alludit, dum adiicit Laudabo magis sapientiam; quod iterum ex MS. restitutum.

C A P. XIII.

205. Sed couterfus ad litteras vestras.] Maxime placet hęc huius cap. inscriptio, partim ex exc. antiquis cod. par-

tim ex ipso contextu: Quae Poeta & Philosophi de diis ludibria conscripserunt. Imitatur autem Athenagoram, Iustinum, Tatianum in Apol.

206. Deos inter se propter Troianos & Achiuos, &c.] Ad Homerum haud dubie alludit, qui deorum pugnas late prosequitur in Iliade. Quas etiam genibus improperant Cic. de Nat. Deor. li. 2. Iust. Mart. Orat. ad gent. & late Auctorem imitatus Minutius vbi supra: Hęc fabulas, inquit, & errores ab ipsis studiis & disciplinis elaboramus, carminibus praecipue Poetarum. Et Plato ideo praedarẽ Homeri illi in Ilyriũ, laudatũ, & coronatũ, de ciuitate quã in sermone instituebat eiecit. Hic enim praecipuum bello Troico, deos vestros etsi ludos facit, tamẽ in hominũ rebus & actibus miscuit. Hic (en ipsa penẽ Terull. verba) eorũ paria cõposuit. Venerẽ fauciauit; Martẽ vinxit, vulnerauit, fugauit; Louem narrat à Briario liberatum, ne à Diis ceteris ligaretur; & Sarpedontẽ filium quoniã morti non poterat eripere cuentis imbribus fleuisse: & cetero Veneris illectum flagrantius quã in adulteras soleat, cum Iunone vxore cõcubuisse.

207. dedecorator.] Planẽ & hoc restitutum cum MS. pro eo quod irreperat in editione Zephyri & deinceps: decorator.

208. Hic Apollinẽ, &c. ille Neptunũ, &c.] Latẽ de hoc loco etiã ex Lact. in Adn. nost. ad lib. D. Cypri. de Idolo. Van. num. 7. Nec aliter Minutius: Alibi, inquit, Apollo Admeto pecus pascit; Laomedõti vero muros Neptunus instituit, nec mercedem operis infelix accipit.

209. Pindarum dico, qui Aesculapium, &c.] Similia est videre apud D. Cypri. & Min. vbi supra, de quibus latius in Adnot. illic nostris nu. 5. Hoc Num adiciã, quod non solum Lact. sed & Cic. lib. 3. de Nat. Deor. Vno loco Apollinũ filium dixerit; quanquam eodem lib. dum tres distinguit Aesculapios, faciat eum qui fulmine interit filium secundi Mercurij. Atqui Pindari verba ad que alludit hac reperiuntur in Athenag. ex versione Langy: Sed quaestu etiam sapientia obstringitur; Mouit namque illum mercede splendida Coruscans autem in manibus. Ergo & manu Saturnius iaciens vtraque Spiritum & pectore exemit ilico, Fulmenque coruscum intulit necem.

Atqui de fulmine Iouis vide supra cap. 11. num. 185. pro; qui medicinam: liber Puteani: quia medicinam, &c. pro: vindicatum, habet iudicatum.

210. Tragici aut Comici.] De Tragædiis & Comici; Tragædia ac Comædia, vide Adnot. Vnius in 2. lib. D. Aug. de Ciuit. Dei cap. 8. Vbi idem argumentum tractatur, & infra latius sequi. cap. Atqui MS. omnes legunt: praesentur, pro: praese ferant.

211. Taceo de Philosophis, Socrate contentus.] Quod damnatus sit Socrates quia Deos destruebat, obiciunt etiam gentibus Iust. Mart. Apol. 1. & 2. Lact. lib. 5. cap. 14. Euseb. de praep. Euang. lib. 3. ca. 14. Lact. etiã deiectionis meminit per canem & asnerem, & ante hos omnes Ioseph. contra Apionem lib. 2. aut potius tertio: Cuius, inquit, rei gratia Socrates mortuus est. Respondet autem. Quia noua iuramenta iurauit, & quoddam demonium significasse referebat, serio siue ludens, sicut quidam dicunt: propter hoc cicute poculo morte multatus est.

212. Tamen cum pœnitentia sententiã.] Vide D. Aug. lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 3. & Vnius ibidem Adnot.

213. Sed & Diogenes nescio quid in Hercule luffit.] Cod. Leodiensis: ludit. Vide Zephyrum in hac verba; Diogenes in Herculem quid lufferit nondum occurrit.

Diagoras Verò melius quàm in dixerio quodam nulla sibi esset materia ad coquendam cenam praeter Herculis idolum. Age (inquit) Hercules certamen nobis obeas decimum tertium, & excoquo lentem. Aut itaque legendus Diagoras. Aut loquitur de Diogene comico qui Tragædiam scripsit inscriptam: incredibilia, teste Epiph. her. 33. Aut de Diogene Smyrnaeo seu Cyrenaeo qui cum Diagora Deos non esse asseruit.

214. Et Romanus Cynicus Varro.] Liberẽ (inquit Rhen.) Varro locutus est de Diis genitum; id quod vel ea sententia satis arguat, que citari solet de Existentiis: Non solum otiosos sed sordidissimos fuisse Deos, si in iecorum & viscerum sterquilino sua oculuerunt consilia, hominibus ab insani sacerdotibus manifestanda. Idem Satyras suas Menippæas à Cynico agnominauit.

215. Trecentos Ioues (siue Iupiteres dicendum) sine capitibus introducit.] Sic ex MS. omnibus, pro: introduxit, qui etiam legunt: Iupiteros, & Puteani; Iupiteros. Sed vulgata lectio magis placet, eo quod apud Priscianũ legatur, Iupiter, Iupitris vel Iupiteris. Locus autem Varronis que citat, hodie nõ exstat, sed qui varia Iouis nomina eãque numerosa videre cupit, consulat Adn. Vnius in D. Aug. de Ciuit. Dei lib. 7. cap. 11. Videtur autem huc alludere Minutius dum dicit: Et ne longius multos Ioues obeam, tot sunt Iouis monstra quot nomina.

C A P. XV.

216. Cetera lasciuia genera.] Optime mihi placet hæc exc. cod. huius cap. inscriptio: Quam sint fœda quæ in theatris ac Scena de Diis representantur. Liber Puteani ponit caput XIII. de fabulis & mimis deorũ & sceditatibus. Immutatur autem etiam hic Iust. & Athenagoram. Ipsum Verò Minutius in Octauio, Arnob. lib. 4. & alibi Lactantium.

217. Despicite Lentulorum & Hostiliorum venustates, &c. vtrum mimos an deos vestros in iocis & strophis rideatis.] Hoc modo iterum locum hunc ex MS. restitutum & suppleuimus. Rhen. in schol. & Vatic. 1. legunt: vtriusque, sed magis placet: venustates; eo quod, vbi recte adnotauit ad marg. Cæneus Lentulus & Hostilius Mimographi fuerunt. Meminit autem Lentuli sup. lib. de Pallio cap. 4. & eius fabula quam Catinenses inscripsit à Catina Sicilia urbe, qui à mollitie male audiebant, tanquam qui pumice se leues & glabros redderent, hinc illud Iuuenalis: Attritus Catinensij pumice lumbum. liber Puteani; despiciet.

218. Mœchum Anubim, &c.] Vide supra cap. 6. num. 86. de Cynocephalo. Eundem enim esse patet ex lib. 6. aduers. gent. Arnobij Verbis istis: Anubis canina cum facie. Sunt autem hæc fabularum inscriptiones de quibus loquitur: Mœchus Anubis, Masculus Luna; Diana flagellata; Iouis testamentum, Hercules famelicus. quas cum ille composuisse videantur in Deorum derisum, frustra quis singularum causam inquirere nitatur; vide Para phr. in Zephyri Lact. lib. 1. cap. 21. cur sacra Herculis famelici cum risu & execratione celebrentur, late explicat.

219. Sed & histionũ littera.] Ex MS. iterũ restitutum: littera: sicuti habebant priores excusi, pro: latera.

220. Luget Sol filium. Phætontia intelligi recte sentit Zephyrus.

221. Et Cybele pastorem suspirat fastidiosum, non erubescitibus vobis.] Adieciimus hæc iterum ex MS. cod. omnia citra aditionem Zephyri incuria impressoris, nam ipse in paraphrasi explicat. Paulopost verò hoc explicat Auctor cum dicit: Vidimus aliquãdo castra-

tum Atten illum deum ex Pestinunte. Et Latius Minutius: De Cybele, inquit, Dyndimena pudet dicere; qua adulterium suum infeliciter placitum, quoniam & ipsa deformis & vetula & multorum Deorum mater, ad stuprum illicere non poterat, excoquit, ut Deum sicut faceret eum eum. Tractat id ipsum D. Aug. De ciuit. Dei, lib. 6. cap. 7. & lib. 7. cap. 25. & 26.

222. Et sustinetis Iouis elogia cantari.] Ac si dicat, Iouis criminum titulos, nam id significare elogia supra diximus cap. 2. num. 22.

223. Et Iunonem, Venerem, Mineruam à pastore iudicari.] Etiam Paradis iudicium satis notum est, vel ex Luciani Dialogis. Quod sequitur autem alibi Tertullianus apertius sic dicit: iplos Deos vestros sapẽ noxij induunt, quõ etiam pertinet iocus ille Apulei: Dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt; de sacrorum pompa loquens, in qua sapẽ etiam noxij personarum Deorum inducunt. pro; ignominiosissimum liber Puteani; ignominiosum.

224. Planẽ religiofiotes estis in cauea.] De cauea, circo, & scena, latius infra tom. 2. lib. de Spect.

225. Ex Pestinunte.] Vterem hanc lectionem iterum ex MS. omnibus restitutum, pro: Pestinunte. Confirmatur enim illa tum ex Strabone lib. 12. & Plom. eo lib. 5. cap. 4. tum vel ex illo Ciceronis de Arusp. resp. Lege Tribunitia Matris Deum Pestinuntius sacerdos expulsus & spoliatus sacerdotio est.

226. Et qui viuus ardebat, Herculem induerat.] Alludit ad Herculis concremationem in Oeteis montibus, de qua plura in Adnot. nostris in D. Cypri. lib. de Idolo. Van. num. 8.

227. Inter ludicras meridianorum crudelitates.] Similiter Suetonius in Claudio cap. 34. bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut etiã prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo praesideret, utpote; Gladiatorum genus intelligens qui hora meridiana digladiabantur.

228. Mercurium &c. & Iouis fratrem, &c.] Fabulam explicat Zephyrus de Mercurio: Caetero examinante, ac Platone malleo & incude confirmante mortuorum cadauera.

229. obsoletat.] Hoc est, inquit Rhen. obsoleta reddunt.

230. in templit adulteria componi, inter aras lenocinia tractari.] Iisdem penẽ verbis hæc prosequitur Minutius in Octauio. Exemplum autem reperire est apud Suetonium in Tiberio cap. 44.

231. Sub iisdem vittis, apicibus, purpuris.] Vittar, & purpurarum ornamenta erant capitis flaminum, quibus in sacris Deorum utebantur. sine apice verò nec sub diuo esse fas erat, ut constat ex lege flaminica quam citat Ioseph. Scaliger in Festum.

232. Libidinem expungi.] Expungi (inquit Zeph.) extingui & exprimi dixit, quo verbo vsi sunt frequenter Doctiores. Plautus in Amphitryone: Vt metuo ne distis hostibus dipartitam expungat gloriam. Et qui ex albo iudicũ vel ex classe eximebantur, expuncti dicebantur. Sic Persius & Martialis. Confirmatur id tum aliu multis Tertull. locis, tũ illo Minutij: libido defungitur.

233. Christiani templa nec interdiu norunt.] Similiter eadem penẽ atate loquuntur Minutius, D. Cyprianus, Arnobius, Lactantius, non semel, nec tamen inde colligere est templa Christianis interdita, sed dumtaxat ingressum templorum Idolorum, maxime eo tempore quo illic celebrabatur Idololatria. Nam (vbi Auctor inquit lib. de Spect. cap. 18.) etiam templa ipsa sine

periculo disciplinae adire seruus Dei potest, vrgente causa simplici dumtaxat, quae non pertinent ad proprium eius loci negotium vel officium.

CAP. XVI.

234. Nam vt quidam somnastiis caput asinum, &c.] *Capit hoc ferè in MS. in exc. sic inscribitur: De capite asinino & ceteris insignibus quae videntur colere Christiani. Alter cod. Vat. hoc pacto: Quod Christiani non caput asinum (bis adde: aut Solem) adoret, vt eis impingebant, sed verum Deum & signum crucis. Imitatur autem Tertullianus in hoc capite Minutius in Octauio. Puteani liber cum priore inscriptione ponit caput xv.*

235. Hanc Cornelius Tacitus, &c.] *Tam late exordium libri quinti historiae Cornelii Taciti quemadmodum nunc prodit castigatum à Lipsio explicat, vt pluribus non sit opus; praeterquam quod Tacitus dicat ab Octobore Rege Aegypti id genus hominum alias in terras exfulare iussim, quodque asinos agrestes ducat, quos Tertull. onagros, quod demique effigiem eius animalis penetrati sacrauerint. Cui proinde rectè opponit quod paulopost in eadem historia post vnam atque alteram paginam refert Tacitus; Cum Cn. Pompeius templum iure victoriae ingressus esset, inde vulgatum, nulla intus Deum effigies, vacuam sedem & inania arcana. Et proinde rectè mendaciorum loquacissimum nuncupat Auctor, quia mera sunt mendacia quae de Iudeorum origine, nomine, & religione latissime dicto libro describit. Neque interim nouam esse hanc Taciti suspicionem rectè adnotauit F. Balduinus in Minutij Octavianum quod ad eandem idem responderit Ioseph. lib. 2. contra Apionem, quod Tertull. Mentitos enim esse Postolonium & Apollonium Molonis, qui commentum erant in sacrario asini caput collocasse Iudeos, eumque coluisse donec Antiochus Epiphanes spoliato templo tale ex auro compositum caput inuenisset; vel inde conuenit, quod cum legibus semper vtantur isdem; & Pompeium magnum, & Licinium Crassum, & Titum Caesarem nihil huiusmodi reperisse constat, pro; quimo; rectè liber Puteani: quinta. Atqui ex 4. MS. restituumus: refert, pro: infert, & locis aquarum egentissimis; Item ex isdem & prior. exc. suppleuimus: Iudaicæ religionis, quod iniquos; & propterea quia verebatur. rectè Puteani; quia nec verebatur.*

236. Solis enim sacerdotibus adire licitum, & cōspicuum ceterotum velo oppasso intercidebatur.] *Ista ex MS. pro: velo oppasso intercidebatur. Scripturas vero ad quas alludit, tum hic tum alibi postea; ad marginem adnotauimus, vt ne prolixiores sint adnotationes nostrae.*

237. Et iumenta omnia & totos cantherios cum sua Hippona, &c.] *Istem sic expressit Minutius: nisi quod vos & totos asinos in stabulis cum vestra Hippona consecratis, & eisdem asinos cum fide religiose deitoratis, nec Aegyptiorum sacra damnatis insinuat serpentibus crocodilibus, beluis ceterisque, & aubus & piscibus quorum aliquem Deum si quis occiderit etiam capite puniuntur. qui de asinis refert quod Tertull. de cantheriis. Quod pertinere videtur illud Plauti: Cantherino ritu adstans somniat. Hipponae autem stabulorum Deae meminit etiam Apul. lib. 3. de Asino aur. & Juuen. Satyra 8. hoc versu: Hipponam, & facies oliada ad praecipia pictas. Iustini. Mart. Apol. 2. & asinum Libero patri assignat quem in eius sacris circumducere soleant, & Bellerophonem memorat cum equo Pegaso. Puteani liber, sua Epona, quod rectius putat Carrio, maxime cum apud Iuuenalem*

legatur, solam Epona. item vt apud Prudencium, qui tamē locus illic etiamnum corruptus mansit. & alibi sexcenties.

238. Sed & qui crucis religiosos nos putat.] *Vt cumque intelligatur locus iste; certè facit pro religione crucis, quod lib. de cor. milit. infra Tom. 2. habet Auctor ex traditione Ecclesiastica: ad omnem, inquit, progressum, & c. quaecumque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Quod si quis de signo crucis dicitur velis dumtaxat, certè quae habet Latissime de figuris crucis ex V. et. Testam. infra lib. aduers. Iud. & Tom. 3. lib. 3. aduers. Marcionem, & lib. de Idolol. non possunt non de imagine crucis intelligi, praesertim cum dicat serpentem illum aneum, à Moysè erectum post interdictam omni rei similitudinem crucis vim in demones significasse, & Adu. Marc. lib. 3. Vbi figuram crucis ad instar litterae T. describit. Et verò crucis imaginem iam ab aetate Apostolorum vstitam fuisse apud Christianos, & proinde etiam aetate Tertulliani, vel ipsa obiectio ad quam responderet satis indicat; sciti etiā illud quod Caelius Octauio apud Minutium Crucis ligna seralia obiciebat. Super quo respondens Octavianus prima quidem facie videtur fauere Magdenburgensibus Centuriatoribus, dum negat Crucis à Christianis aut coli, aut adorari. Sed si de adoratione & cultu latræ intelligatur vt supra c. 12. n. 184. Tertullianum explicuimus, nihil pro illis facit. Et genuinum eum esse intellectum vel hinc patet, quod paulopost neget Christianos hominem summo supplicio puniri colere; cum tamen etiam cultu latræ Christus à nobis colatur, etiam in quantum homo propter adiunctam diuinitatem. Sobrie enim primos illos scriptores oportuit de arcanis Christianae religionis differere, ne occasionem darent ethnicis in sua idololatria permanendi. Quod vsque ad id verum est, vt etiam Tertull. infra c. 21. non ausus fuit dicere Christum Christianos colere sed Deum per Christum. Ne tamē quis hic herere pergat, imprimis huic pertinent quaecumque supra dicto c. 12. de imaginum Apostolica traditione diximus. Quibus licet adicere figuram Crucis veteri Testamento praesignatas, de quibus modo hunc ipsum Auctorem allegauimus, & aliquid diximus Adn. nostris ad li. 2. Test. D. Cypriani adu. Iud. n. 104. & 105. vbi Tertull. imitatur. Fit praedictione Christi de futuro iudicio: Tunc apparebit signum filij hominis, quod omnes veteres de signo crucis interpretantur. Deinde Abdiam hist. Apol. li. 1. 3. 8. & 10. vbi de SS. Apostolis agit Petro, Andrea, Bartholomaeo, & Philippo. Apostolorum quoque discipulus Marcialis Epist. ad Burdeg. c. 8. Vult fideles Crucem Domini semper non solum in mente & in ore, sed & in signo habere. Iustini. Mart. aduers. Tryphonem à Tertull. non dissentit, cui inter ceteras crucis figuræ isdem penè verbis aneum serpentem & verum in quo assus fuit agnus Paschalis à Iudeis, & cornu vnicornium comemoratis postquam multa alia ligni crucis symbola ex V. et. instrumento aduulisset. maxime autem per haec verba: Infidelibus autem hoc idem signum (sive haec figura, vt transfuit Gelenius) in excidium & condemnationem ostentatur. Et rursum Apol. 2. eadem penè verba adfert quae paulopost Tertull. addens, se etiam figuræ ea (crucis nempe quae palam cernitur) Imperatores ad placabilitatem adhortatum; & paulopost citans Platonem. Ad hunc, inquit, modum hinc lectis (nempe dicta historia signi crucis in eremo à Moysè erecti) scripsit Plato. Verum quod non certo nosset neque intelligeret Crucis esse figuram, sed decussationis formam quae litteram x. refert intelligentia complecteretur, eam quae secundum Principem Deum est virtutem, decussatam esse in vniuerso dixit. Verba Graeca Platonis & sicuti à Cicero translati sunt lib. de*

Vniu.

Vniu. habes in Adn. apud Io. Langum ad eum locum; qui ibidem pulchre explicat decussare tamquam ad decussis signum redigere, vt inter se littera x. speciem praebent. Addens ex Euseb. li. 1. de Vita Constantini, in vexillo crucis insignito litteram P. per litteram x. in medio fuisse decussatam, vnde & maiores nostros sic nomen Christi scripsisse XPC. his addantur, quae scribit Irenaeus de quadripartito Crucis habitu lib. 2. c. 42. Item Origenes paulo post Tertullianum lib. 6. in Epist. ad Romanos; Vbi vim crucis ante oculos posita extollit. Et Severianus Gabalonenfis in ferm. de s. Cruce citato ab Adr. P. aduersus Pseudocarinum. Eodem pertinet Lactantio illud adscriptum carmen:

Quisquis ades mediisque subis in limina templi
Siste parum; infontèq; tuo pro crimine passum
Respice me, &c. & paulopost:

Cerne manus clauis fixas tinctosque lacertos,
Atque ingens lateri vulnus, cerne inde cruorem
Sanguineum, fossosque pedes, artusque cruentos.

Item quae recensentur in passione S. Procopij Mart. sub Diocletiano auctore Metaphraze, citata à Syn. 7. Vbi imprimis (sicuti postea Constantino Caesari) narratur illi apparuisse Crucem crystallo similes cum Christi effigie, & proinde crucem similem illius iussu consecratam ex auro & argento, quam secum deferens aduersus Saracenos victoriam obtinuerit. Quae praeterea de Constantini cruce scribit Euseb. & de cruce patrum post eum Testimonia breuiter atque gratia omitto; remittens Lectorem ad Democharis de sacrificio lib. 4. c. 28. Multa etiam citantur in sepe dicta 7. Syn. pro Imaginibus. Certè vel Iuliani Apostatae obiectio in Christianis huic loco deberet sufficere, quae dicit: O miseros mortales qui crucis lignum adoratis, imaginem illius in fronte & ante domos pingentes. Super quo respondit Cyrillus. 6. Lignum illius picturam ad recordationem omnis virtutis fieri. Restat itaque hoc dumtaxat aduersus Rhenanum & Zephyr. adserere; etiam id temporis non nudam crucem semper solere depingi, sed Crucifixi effigie pictam aut sculptam subinde cruci addi solitam. Vt itaque omitam dicta Lactantij & Procopij manifesta testimonia, ipse Tertull. 3. adu. Marc. copians serpentem aneum cum Cruce dominica, illum pendentis habitu, & li. de Idolol. c. 5. suspensum in modum dicit in spectaculum salutare propositum. Et ante eum D. Justin. Mart. haud absimiliter, vbi agit de figura Agni paschalis loco supra citato. Minutius etiam disertis verbis vbi hunc locum imitatur, dicit: trophaea diuina non tantum simplicis crucis faciem, verum & adfixi hominis imitari. Eodem pertinet quod in diuina sua Chrysostomus, quam Erasmus Latinam fecit, meminuit imaginis Christi, ad quam conuersus sacerdos caput inflectit portans Euangelium; loqui autem de Christi imagine in cruce vel hinc patet, quod idem Chrysost. libro quod Deus sit Christus, dicat in mensa sacra crucem Christi fulgere. Item quod Chrysost. hom. 55. in Matth. postquam de cruce multa dixit, subiunxit: Si ergo gentiliū quispiam tibi dixerit: Crucifixum ne adores; noli dubitare clara voce & lata facie dicere: Et adoro; & adorandi nunquam finem faciam. Et illud Ambr. ferm. 56. (Vbi ad inscripta Tertull. & Minutij verba alludit) figura enim sacramenti crucis quaedam est velum à nauis in arbore suspensum, quasi Christus sit exaltatus in cruce. Illud quoque D. Hieron. de S. Paula: Prostrataque ante crucem, quasi pendente dominum cerneret, adorabat. Et expressus id adserit Auctor li. 2. de Visti. infirmorum qui eisdem adscribitur: Adicitur, inquit, super crucem quaedam hominis patientis imago, per quod saluifera Iesu Christi

nobis renouatur passio, illud addens:

Nec Deus est nec homo, praefens quam cerno figuram,

Sed Deus est & homo quem signat sacra figura.

Item illud Sedulij li. 1. Carm.

En signo sacratae crucis vexilla coruscant:

En Regis pia fata micant.

Denique Lex Theodosij Imperat. Tit. 8. libro 1. c. 1. nostram sententiam confirmat, quae statuit, Nemini licere signum saluatoris Christi humi vel in silice vel in marmore sculptum aut pingere, & conforme decretum Patrum 6. Syn. c. 73. Quae de cruce effigie Christi insignia intelligi debere ipsa docet, nunc in hunc vsque diem Ecclesia obseruauit, quia videmus quidem in veteribus monumentis humi crucis depictas, sed nusquam Christi in cruce figuram.

239. Consecratus erit nosfer.] *Veterem vocem: consecratus, iterum restituumus ex MS. omnibus, pro eo quod substituerat Zephyrus: consecratus. Similis enim modo Maximinus Imperator apud Iul. Capitol. milites suos vocat consecratos commilitones.*

240. Quanto distinguitur à cruce stipite Pallas Attica aut Cerere, &c.] *Palladem sive Mineruam & Cererem inter Rusticorum 12. Deos numerat Varro initio lib. 1. de re Rustica. Quorum simulacra plerumque solent sine effigie in sude quapiam aut infirmi ligno, tū in domorum limitibus, tum in agris erigere, & vt Deos adorare, iuxta illud Lucani li. 3.*

~ Simulacraque mœta Deorum

Arte carent caesilique exstant in formia truncis.

Palladem autem Atticam vocat, quod Athenis peculiariter coleretur; Cererem farream, quod farris feratur esse inuentrix, etsi in libro Puteani est; Ceres faria, Castigauimus autem ex 1. Vat. cod. profant, pro: profat. Item Pars crucis; ex MS. & prioribus exc. omnibus, pro eo quod viuo typographico in additionem Zephyri (quippè qui illud interpretatur) irrepperat: Pars crucis, sic enim legendum constat vel ex his verbis Minutij: Vos plane qui ligneos Deos consecratis, crucis ligneas vt Deorum vestrorum partes forsitan adoratis. Quemadmodum supra etiam locutus est Auctor c. 12. Cum isdem omnibus iterum legimus: si forte, tum hic tum paulopost pro: sic forte; nam & alibi illud Tertull. familiare est.

241. Sed & victorias adoratis, &c.] *Hunc locum huius verbis imitatur Minutius in Octauio: Trophaea vestra victicia, non tantum simplicis crucis faciem, verum & adfixi hominis imitantur. Quod aptissime ab illo dictum est, quia Nonio teste: spolia capta in stipitibus fixa, trophaea dicebantur, quod tum è picturis antiquis tum ex fastis Goltzi manifestum est, praesertim vero ex nummi veteris inscriptione hic adiuuata.*



L. SEPT. SEVE. PERT. AVG. IMP. V.

K iij

242. Signa veneratur, signa iurat, signa omnibus diis preponit.] *Fierum ex MS. cod. adiecimus: Signa. Adorabatur vero à milibus præferim labarum, quod Imperatori præferri solebat, de quo paulopost la- tius.*

243. Omnes illi imaginum suggestus, monilia crucium sunt.] *MS. omnes hic & paulopost cruceum; exc. crucium. Aquilas vero intelligit Rhen. Vultus Imperatorum & genios, quorum imagines in signis castrensibus depingi solenne erat; unde & signa dicuntur. Quod manifestum sit ex altera nummi veteris inscriptione paulopost adiuncta.*


244. Sipara illa vexillorum.] *Imitatur Iust. Mart. hæc verba Apol. 2. ad Antonin. Pium: Quin, inquit, & signa vestra figure huius vim præferunt & declarant, per que progressus à vobis in publicum quous locorū fuit, imperij & potestatis iudicia in hisce ostendentibus; licet hoc non intelligetes faciatis. Locū etiā hunc his verbis expressit Minutius: Nā & signa ipsa & cantabra & vexilla castrorū, quid aliud quā inaurate cruces sunt & ornata? Itidē D. Hiero. Epist. ad Latam de Iust. filie: Vexilla militū, Crucis insignia sunt, atque ardentes diadematum coronas patibuli. Saluatoris pictura condecorat. Atqui Sipara interpretatur Rhen. eadem esse quæ Sipara, de quibus infra li. aduers. Valentin. T. 3. Sed rectius meo iudicio Ioseph. Scaliger: Sipara dici putat eadem significatione, quæ Nonius, Lucanus & Seneca Suppara vela quadam nauium appellat, & Festus Supparos sive Suppara vela linea in cruce expansa. Est in libro Puteani est; Sipara.*

245. Et Cantabrorum.] *Ante aditionem Zephyri, excusi omnes labarorum; post quam, quantum mihi apparet, incuria typographica, & candelabrorum. Et proinde Scaliger Castigationibus in Festum, coniecit legendum: & candelabrorum, eo quod ex antenna labarorum pendebat candelabrum quod est genus paludamenti Barbarici, quemadmodum videntur in veteribus monumentis labarum depictum; ut candelabrum idem sit quod Græcè νέκυλον. Quæ quidem coniectura plausibilior esset; si aut excusi veteres aut MS. legerent: candelabrorū. Verum cum MS. Eln. S. Baun. Leodiensis, Puteani & Vatic. 2. habeant non obscure: cantabrorum, & Minutius ut supra: cantabra, certè in Minutio dicta diuinitio locum habere non potest. Non dubito itaque veram lectionem esse: cantabrorum. Quia tamen nusquam alibi eo significatu (nam Cantabrum sursur est Apicio & Celio) hætenus eam vocem reperire datum est, ad marginē adpositi: labarorum cum Rhenan. ex tribus MS. Gelenio ex cod. Britannico, Turnebo Adu. li. 15. ca. 16. ac Onuphrio, qui etiam in Minutio legendum putat labara pro Cantabra; an rectè iudicent alij. Hæc lectionem confirmat quod iam ante ætatem Tertulliani non modo sub Hadriano sed & sub Augusto labara in usu fuisse constat, ex variis numismatibus antiquis apud Hubertum Goltzium M. Antonij & Hadriani Imperatoris. E quibus confirmatur Onuphrij Pavinij sententia; quatuor apud veteres Romanos post oppressam rempublicam fuisse in castris signorum genera. Nam, inquit, manipulorum & equitum, vexilla; cohortium, signa; legionum Aquila; totius vero exercitus sive Imperatoris labarum vocabatur; quorum omnium & singulorum exemplaria videre est in numis veteribus tum Hadriani Cæsaris, & M. Antonij iam dicto tum ipsius Constantini, quæ ad maiorem intellectum mecum communicata ab Huberto Goltzio hic subiecimus.*


HADRIANI



ANTONII



CONSTANTINI MAX.



Ex quibus videre licet, lectori quomodo non tantum tempore Constantini, sed etiam iam longè antea omnia signa militaria formam quandam crucis habuerint; & vela illa sive sipara ab antenna dependentia stolæ seu ornamenta quadam crucium fuerint; prorsus eadem forma qua hodie vexillis cruces ornantur in Ecclesia præferunt à Pascha in Pentecosten. De quo qui plura desideret, videat Comment. Onuphrij in li. 2. Fastorum. Latè etiam de labari, Constantini exemplari, tractant Euseb. Eccl. hist. li. 9. c. 9. iuxta versionem seu potius Paraphrasin Rufini, ac de Vita Constantini li. 1. c. 24. & 25. Socrates hist. Eccl. li. 1. c. 1. Sozomenus li. 1. c. 4. Niceph. li. 7. c. 29. qui omnes dicunt vexilli id genus à Romanis labarum nuncupatum. Latina ergo vox videtur non Græca. Labari quoque mentionem videre est apud D. Prudent. li. 1. adu. Symmach. & D. Amb. epist. 29. ad Theodosium Imperat. quorum ipsa quidem verba citantur apud Rhenan. in scholiis, sed cõpendij gratia prætermittimus, remittentes lectorem ad Onuphrij loco citato, aut ad fontes ipsos. Quinetiam Cod. lib. 12. tit. 18. Lex existat de Præpositis labarorum, sicuti primus Acciatus rectè restituit, pro eo quod corruptè legebatur: labarum. Quæ olim Augusto inscribatur, nunc verò Imp. Honorio & Theodosio Augustis. Data III. Idus Nou. Theodo-

Apologeticum.

Theodosio A. P. 11. & Palladio Coss.

246. Ad Perfas si forte deputatur.] *Perfas Solem & ignem adorasse affirmatur Sept. Syn. Act. 6.*

247. Nos ad orientem regionem precati.] *Hanc coniecturam qua Christiani ad Orientem versus precantur, pulchre explicat sive D. Iust. Martyr sive alius Auctor respons. ad Orithodoxos quæst. 118. ostendens eam à Sanctis Apostolis acceptam in Ecclesia, non quod habitaculum diuinum existiment solis clima, sed quod Oriens præstabiliior sit hominum opinione ceteris mundi partibus. Meminit eiusdem Orig. hom. 5. in Numer. & Epiph. adu. Offen. hæresin inter Elxai heretici errores posuit, quod ad Orientem orare suos sectatores prohibuerit. Si quis hic coniecturæ locus, existimo eam introductam, ut differret à Judæis, qui ad occidentem precabantur, si Cælio Rhodigino credendum qui id adserit lib. 12. antiqu. lect. cap. 9. Aliis hæc causa probabilior videtur quod Christus sol oriens iustitiæ eiusque Aduentus splendor adueniens in scripturis nuncupetur Psal. 71. & 84. Isai. 60. Math. 4. & Isai. 62. & Abacuch 3. Deinde vocatur ipse Christus, Oriens Zach. 3. & Luc. 1. quod adludit Auctor infra T. 3. lib. adu. Valentin. cap. 3. his verbis. Amat orientem Christi figuram, ut illic adnotauimus m. 21. Pro, in affectatione: longè relictus liber Puteani: plerique vestrum aliquando affectatione & cælestia adorandi.*

248. Equè si diem solis lætitiæ indulgemus, &c.] *Diem solis rectè interpretatur in schol. ad marg. Gagneus Diem dominicum, quem Christianos celebrare tradit Auctor D. Iust. Mart. imitatus in fine Apolog. 2. ut distinguantur à Iudæis qui diem Saturni, id est, Sabbathum solemniter etiamnum ocio decernunt. Atqui de Diertum tum veteri tum noua nomenclatura, latissimè & exactissimè tractat Brissonius Obseru. diu. & hum. li. 1. sub initium, ad quem lectorem compendij gratia remittimus; & de Die Dominico videantur Adnot. nostra in epist. 33. D. Cypr. num. 7. Hic adijcimus, meminisse præter veteres ibi citatos Dominici diei, D. Ignat. ad Magnes. Dionys. Corinth. apud Euseb. lib. 4. Eccl. hist. cap. 17. eundem Euseb. lib. 3. Eccl. hist. cap. 27. ubi de Ebionæis agit. D. August. epist. 119. ad Iamnar. Gaudenium in sermonibus & Zozomenum alicubi. & ipsum Tertull. nominatum infra T. 2. de Coron. milit. Die dominico (inquit traditiones recensens Apostolicas) ieiunium nefas ducimus; vel, de geniculis adorare.*

249. Deus Christianorum Ononychites.] *Quod pictura huius monstri simillimè alibi mentio non reperitur, haud mirum: cum non nisi Carthagini edita sit à Gladiatore in contumeliam Christi. Ononychitis vero vox fictitia est, composita ab ονός quod asinum & ονυχίτις quod unguatum significat, eo quod pingeretur auribus asinis, & altero pede unguatus; quare non placet quod habent MS. Belgici & Gallici, onochoitis, neque quod Vaticanis: onochoritis.*

250. Biforme numen.] *Huius lectioni Rhenan. ex Gort. cod. consentiunt MS. omnes, pro eo quod irrepserat: nomen.*

251. Et canino & leonino capite cõmixtos, &c.] *Hunc locum sic reddidit Minutius: Item boum capita, & capia veruicem & immolatis & colitis; de capro etiam & homine mixtos Deos, & leonum & canum vultu deos dedicatis. Nōne & Apim bouem cum Egyptiis adoratis & pacis? Alludit etiam ad hæc Deorum monstra Prud. lib. 1. adu. Symmach. his versibus:*

Quos penes omne sacrum est, quicquid formido tremendum

Suaferit; horrificos quos prodigialia cogunt
Credere monstra Deos.

Atqui de Cynocephalo supra c. 7. diximus. Albricus etiam lib. de Deorum imaginibus, sub pedibus Apollinis depingi solere scribit monstrum terrificum, cuius corpus serpentinum, tria habens capita, caninum, lupinum, & leoninum; Pana idem describit cornutum, pedibus & cruribus caprinis; Mercurium vero capite (quod Tertull. de tergo adserit) & talis alatum: Satyros denique cornutos. Haud aliter adnotat Zephyr. in Paraphrasi Ioseph. Ammonem arietino capite, de alijs remittit ad Onid. 5. lib. Metam. D. quos; Hieronymus in Vita Pauli Eremitæ Fatnos describit homunculos fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Porro ex MS. iterum restitimus: irrepersum, pro: impercussum; & MS. S. Baun. repurgauimus, pro: repurgabimus.

CAP. XVII.

252. Quod colimus nos, Deus vnus est.] *Huius capitis titulum tres MS. habent: De Deo; sed magis placeat alterius V. at. MS. lectio & excusorum veterū: Quod Deus vnus sit, multis argumentis probari posse. liber Puteani ponit caput xvi. de Deo. Atqui addidimus iterum: nos ex MS. V. at. id alijs veteribus abest. Imitatur autem Iustin. Mart. Viraque Apol. ac præferim de Monarchia; qui plurimas adfert Ethnicorum in hanc rem sententias; & Athenagoram pro Christiano. Ipsum autem imitantur Minutius in Octauo latissimè, D. Cypr. lib. de vanis idol. & Lactant. Inst. diuin. lib. 1. c. 2. 3. 4. 5.*

253. Vnde & Græci nomen mundo κόσμος.] *Vnde infra T. 3. li. 1. ad Marc. & li. adu. Hermogenem. adeo verus.) liber Puteani; ideo verus.*

254. Dum æstimari non capit.] *Rectè adnotauit in margine Gagn. accipi: capit, pro: εὐρέχεται; impersonaliter nempe pro: capax non est, sicuti etiam frequenter adnotauit Rhen. præferim sub finem lib. de Præscript. adu. heret. lib. 1. c. 2. 3. & 4. adu. Marc. & lib. de resur. carn.*

255. Ita cum vis magnitudinis.] *Ita legimus ex MS. omnibus pro: enim; & paulopost repositimus quod habebant V. at. exc. est, prætermittimus quoque: &c. & addidimus iterum: quibus sustinemur, pro: obicit; liber Puteani; obicit.*

256. Ex animæ ipsius testimonio.] *Quia peculiarè librum conscripsit Auctor de Testimonio animæ aduersus idola quod vnus sit Deus, ubi latius hæc tractantur, ad eum differimus quæ hic erant adnotanda.*

257. Et sanitatem suam patitur, Deum nominat.] *Latinius coniecit legendum: potitur; pro: patitur. Zephyr. vero communem exc. & MS. cod. lectionem sic interpretatur ac si dicat: afficitur sanitate, mutuata significatione à Græcis qui πῶδῶν & πῶδῶν tam in bonū quam in malum accipiunt. Secundum autem MS. omnes prætermittimus: &c. ante illud: Deum nominat.*

CAP. XVIII.

258. Sed quo plenius & impressius, &c.] *Caput hoc quod rectius hic quàm postea incipitur, inscribitur variè. maximè autem placet ista: De scripturis Dominicis, sive diuinis, aut: factis, quæ opera Ptolomæi Philadelphi in Græcam linguam tralata sunt. Atqui iterum cum exc. legimus: siqui; pro siquid; item spiritui diuino; rursum: est, in eo quod sequitur.*

259. Hic enim est verus Prometheus.] *Eodè modo loquimur lib. 1. adu. Marc. & ad idem alludit lib. de carn. Christi infra T. 3. ubi ex Rhen. latius.*

260. Sed & obseruantibus præmia destinauerit.] Ita etiam ex MS. pro: obseruationibus. Quocumque autem modo legas, locus est insignis pro meritis & præmiis operum quales complures videre est tum in D. Cypr. tum in huius Auctoris indicibus.

261. In ignem atque perpetem.] Perpetem (inquit Zephyr.) perpetuum continuamque significare, vel ille Plautinus Sostia testatur: Neque ego inquit, hac nocte longiorem me vidisse censo, nisi item vnam verberatis quam pependi perpetem; reperitur autem id in Amphitrione. Atque de ignis inferni perpetuitate infra latius cap. 48.

262. Ad vtriusque meriti disinctionem.] Vt. i. dispositionem, sed illa vox Terullianica est, de vestris fuimus, de vestris fumus. Quos diximus, hic liber Puteani ponit caput xvij. de prophetis.

263. Prophetæ de officio præfandi dicuntur.] Rursus ita legimus cum Rhen. ex cod. Gorziensis & Belgicis 2. cod. MS. & Puteani pro: prophetadi; nam ut recte adnotauit suis ad me missis obseruationibus Io. Harrisus, etiam infra in fine cap. 20. sic loquitur: vnum tempus est diuinationi, futura præfari, iuxta veriorum lectionem ut ibi latius. Sic, ubi legitur: ad fidem diuinitatis, errorem Typographicum ita castigauimus, qui iterum irrepperat: finem; cum tamen iam antea Rhen. in schol. ita legendum iudicasset, hoc sensu, ut diuina crederentur.

264. Ptolomæorum eruditissimus quem Philadelphum supernominant.] Supernominant (inquit Rhen.) pro: cognominant, phrasi Græca ἐπὶ ὀνόματι. Sicut is tertius post Alexandrum Aegypti Rex Lagi filius. Rem autem totam de Edit. lxx. prosequuntur ante Terullianum. Iust. in Parænet. ad Gentes & Apol. 2. Iren. lib. 3. adu. her. cap. 25. Clem. Alexand. 1. Stromat. Philo Iudæus lib. 2. de Vita Moysi. Iosephus Antiq. lib. 12. cap. 2. ac contra Apion. lib. 2. & Aristæas hic citans libro ex professo de illis edito. Post eius obitum, Hilar. præfat. in Psalmos & in Psal. 2. Epph. de pond. & mens. Theodor. præfat. in psal. D. Aug. de doctrin. Christi. lib. 2. cap. 15. epistolis ad D. Hieron. & aliis locis citatis ab Eusebio lib. Theaur. D. August. cap. 328. & sequ. Theodorus Antiach. in 1. cap. Sophon. propheta. Cyril. Hierosol. catech. 4. Euseb. de præpar. Euang. lib. 8. cap. 1. Chrysost. in 1. cap. Matth. Homil. 5. ac in 1. cap. Genes. hom. 4. Procop. Gazæus in cap. 1. Genes. Justinian. imp. Novell. constit. 146. Latissimè denique totam historiam prosequuntur August. Iustinian. libro peculiari de interpret. lxx. & D. Hieron. ac Leo Castrensis suis prolegomenis de trans. sac. scripturae in Isaiam, ad quos duos lectorem breuitatis gratia remittimus.

265. Cum studio bibliothecarum Pisistratum, opinor, æmularetur.] Pisistratus primus omnium in Græcia Athenis publicam Bibliothecam instituisse legitur, quam Athenienses accuratius auerunt, eandem à Xerxe in Persas asportatam Seleucus Nicanor Athenas referri curauit. propria scilicet, scilicet, deest Puteani libro.

266. Ex suggestu Demetrii Phalerei.] Disertis verbis hoc habent etiam Iosephus & ante illum ni fallor Aristæas locis supracitatis; Vines in D. August. de ciuit. Dei, addit, Demetrium hunc Athenis antea maximis dignitatibus functum, cuius inuidia pulsus, à Ptolomæo fuisse susceptum, & bibliothecæ præfectum; quod ex Diogene Laërtio sumpsit in Vita eiusdem Demetrii, ubi librum ab eo etiam conscriptum dicit qui Ptolomæus inscribatur, & alterum de Rhetorica, qui fortassis occasionem dedit Terull. ut vocet eum Grammaticorum tunc probatissimum; quem interim tanquam

Antiquitatum scriptorem citat infra cap. sequ. Igitur, hic Puteani ponit caput xvij. de scriptura dominica.

267. Septuaginta duobus Interpretibus indultis.] Tot fuisse editionis illius veteris interpretes constat vel ex numero 12. tribuum, quippe cum ex singulis tribubus sex missi adstruantur ab ipso Iosepho; quo fit ut apud ipsum legi oporteat LXXII. pro: LXX. Vulgo tamen dumtaxat LXX. nuncupari adnotat ubi supra Vines, ut breuius atque expeditius loquamur, quemadmodum Iudices illi Romani qui ad hastam de rebus minoribus iudicabant, Centumviri appellabantur: cum tamen esset centum & quinque, terni nempe ex singulis tribubus.

268. Quos Menedemus quoque Philosophus prouidentia vindex,] Vnus Vt. cod. pro prouincia iudex, sed illam lectionem confirmat iisdem penè verbis, ad que alludere videtur Iosephus: Quos sermones (inquit, loquens de questionibus, ut ipse interpretatur in mensa habitis) cum non solum Rex admiratus esset, sed Menedemus etiam Philosophus stateret omnia gubernare prouidentiam, eoque facilius tueri hanc sententiam: finis est huic questionibus impositis. Meminit eiusdem Aristæas. Eum vero inter Cynicos enumerat Diog. Laërtius, lib. 6.

269. De sententiæ communionem suspexit.] Facit hic locus pro D. August. sententia, de 70. cellulis sine locis separatis, quas Iustin. Martyr in Pharao se vidisse refert, & disertis etiam verbis meminerunt Philo Iudæus, D. Ireneus, Hilarius, Eusebius, Chrysostronus, & Theodor. reus, locis supra citatis.

270. Affirmauit hæc vobis etiam Aristæas.] Citat hunc eundem Ioseph. loco citato ubi ad verbum ex eo multa desumpsit, & Philo eisi non nominet, verbis tamen eius vitur, Euseb. de præpar. Euang. lib. 9. cap. 1. ac vlt. multa ex eodem adfert, ipse quoque D. Hieron. præfat. in Pentateuchum, ubi ipsum ὑπερεβόησε, id est, satellitem Ptolomæi regis nuncupat, sicut & ipse Aristæas non obscure subindicat. Quorum & Terullianus auctoritas mihi pluris est, quam L. Pius ubi supra, qui putat eum qui existat librum Aristæas de LXX. Interpretibus à recentiore quoquam confectum. Eundem cum Sigism. Gelenus in Iosepho & Eusebio Aristæam nuncupet, videtur idem Auctor qui Ptolomæi Philadelphii gesta & Orbis mirabilia ac fabularum librum conscripsit. Eiusdem Iudæam historiam de Iob citat Euseb. de præpar. Euang. lib. 9. c. vlt. certe in libro Puteani aperte Aristæus nominatur.

271. Hodie apud Serapæum, Ptolomæi bibliothecæ, &c.] Locum apparet fuisse Alexandria vicinum, forte Serapidis templo vicinum quo bibliotheca seruabatur Ptolomæi, quam & Iosephus & ante eum Aristæas 200. milia librorum habuisse scribunt iam ante euocatas sacras litteras, & Demetrium Phaleræum Regi adidisse ad 500. vsque milia.

272. Vectigalis libertas vulgo additur.] Hoc est (inquit Rhen.) pecunia redimitur libertas, id est, liberum est ut adeas si numeraueris pecuniam.

CAP. XIX.

273. Primam instrumentis istis auctoritatem summa antiquitas, &c.] Caput hoc sic rectè inscribitur in vno Vatic. cod. Quod antiquitas scripturarum possit ex Mosis ætate, & supputatione temporum facile probari. Imitatur etiam hic Ioseph. imprimis: deinde D. Iust. Martyrem & Tatianum eius discipulum. Atque cum Vt. exc. iterum ex MS. adiecimus: istis. Hoc hic præterea adnotandum citari hunc locum sub finem libri

brī sequ. De Testimonio animæ aduersus idola, & proinde hunc illo prius conscriptum.

274. Venas veterani cuiusque styli vestri.] Iterum adiecimus ex MS. Venas, nam sic explicat etiam Zephyr. Venas (inquit) cuiusque styli metaphorice fontes vocat & origines scripturae. Sic enim Valerius: Asinius Pollio non minima pars styli Romani.

275. Historiarum causas & memoriarum.] Similiter Iustin. Martyr Orat. ad Gentes: Et intelligatis, omnibus vestris sine sapientibus, sine Poëtis, sine historicis, sine Philosophis & Legislatoribus multo antiquiorem fuisse primum religionis nostræ doctorem Moysen; sicuti nobis Græca declarat historia. Quod ipsum iam antea etiam Ioseph. de Solone & Lycurgo tradit lib. 2. seu potius 3. adu. Apionem.

276. Ipsas denique effigies litterarum.] Hoc secundum eam sententiam dicit, qua supradixit cap. 10. à Saturno primum tabulis sue litteras (ut habet Minutius) inuenias. Eodem pertinet quod Plinius lib. 7. cap. 56. Assyrias litteras semper fuisse arbitratur, eo quod Aegyptiæ litteræ, quæ antiquissimæ habentur, longè post Assyrias fuerint. Et confirmatur ex eo, quod Phœnicæ ex Aegypto litterarum inuentum intulisse Græciæ, refert Corn. Tacitus lib. 1. hist. Ang. Quæ ipsa latius prosequitur Ioseph. contra Apionem lib. 1.

277. Ipsos inquam Deos vestros.] Ad eundem modum Euseb. præfat. sui in Chronicon: Nam Moyses (inquit) quos Græci antiquissimos putant, senior deprehenditur, Homero scilicet & Hesiodo Troianoque bello; ac multo superior Hercule, Museso, Lino, Orpheo, Castore, Polluce, Esculapio, Libero, Mercurio, Apolline, & ceteris Dijs Gentium sacrisque, vel datibus; ipsius quoque Iouis gestis, quem Græcia in arce diuinitatis collocauit, etiam si Cecropis tempore dixisse putetur. Cui similia etiam habet lib. 10. de præpar. Euang. cap. 3. ubi priorem locum citat, & latius Clemens Alexand. Strom. lib. 1.

278. Si quem audistis interim Moysen, Argiuo Inacho par est ætate.] Sic locum antea corruptum ex MS. 4. restitimus, pro eo quod erat: Siquidem audistis, &c. Inacho parem. ab hoc autem loco liber Puteani incipit cap. xix. de Moysæ propheta in quo etiam est, Argiuo Inacho pariter ætate est. Porro non solum Terullianus Inacho parem facit Moysen, sed ante illum (iuxta quod citantur disertis verbis ab Eusebio præfat. Chronic. & de præpar. Euang. li. 10. cap. 3.) Iudæi Iustus, hist. Iudæic. & Ioseph. lib. 1. contra Apionem, Porphyrius adu. Christian. lib. 4. Africanus Annal. lib. 5. Clemens Alexand. lib. 1. Strom. & Tatianus Orat. aduersus Græcos. Quibus adde illius magistrum D. Iustinum Martyrem oratione aduersus gentes. Castianum lib. 1. Exeget. à Clemente citatum, & Epiphanius in opus Panary. Quamquam interim, ut ingenue fatear, ipse Eusebius magis probet, & magis cum histor. conueniat ut iuxta calculum quem in Chronico sequitur, primum dicatur floruisse Moyses tempore Cecropis 300. circiter annis post Inachum, quem sequitur etiam D. August. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 8. Non possumus tamen non retinere hanc Terulliani sententiam, præsertim cum ab Eusebio, Africano, Iosepho, & Tatiano ac Clemente citentur idem Auctores ethnici paulo post ab Auctore nominati, ubi de singulis latius.

279. Quadringentis penè annis, nam & septem minus, Danaum, & ipsum, &c.] Locum hunc corruptissimum, ita ut vix mederi liceret, ex MS. Eluon. S. Baionis Leodiensi, Puteani, & 2. Vaticanis castigauimus, pro eo quod antea legebatur: octingentis penè annis ante

urbem conditam. & deinde noua periodo: Nam & centum septuaginta Danaum ipsum. Secundum quæ lectionem quomodo sibi constabit (ut iam nuper ad me scripsit F. Balduinus) historia: cum mox sequatur, mille circiter annis Priami cladem antecessisse Moysen? An igitur Roma ducentis annis fuit condita, antequam Troia euerteretur? Quod cum sit absurdissimum; nimis libera fuit Egnatij coniectura, qui primus hunc librum edidit, qua addendum putauit contra MS. cod. fidem: ante urbem conditam: & non minor Zephyri dormitantis, qui pro eo quod ut ne contrarietatem verba implicarent, excusum erat: trecentos circiter cladem Priami, ipse secundum MS. omnes. rectè quidem substituit: mille; sed tamen reuinit illud: ante urbem conditam. Verissimam autem esse MS. cod. nostrorum lectionem Iosephus loco citato satis indicat verbis istis: hæc quidem Manethon. Palam vero est ex prædictis annis tempore computato, quod qui vocabatur Pastores, id est, nostri progenitores ex Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc prouinciam (nempe Aegyptum) inhabitauerunt, quam Danaus ad Argos accederet. Nemini enim dubium quin 393. anni, septem minus quam quadringentos annos constituant.

280. Mille circiter cladem Priami antecedit.] Esi etiam hoc cum veritate historiarum non per omnia consentiat: tamen veram eam esse lectionem, patet ex Iosepho ubi supra; qui adfirmat Iudæorum egressum ex Aegypto ita antiquissimum, ut penè mille annis bellum præcedat Iliacum. Cui astipulatur satis Laëtant. lib. 4. cap. 5. dicens Moysen annis nonaginta Troiano excidio superiorem fuisse, & ante eum Theophyl. lib. 3. ad Autolycum. Quare non placet quod ante Zephyrum excusum habebant: trecentos circiter; cum, qui vel minimum quadringentos annos numerent ab Inacho vsque ad Troianum excidium.

281. Possent dicere quingentis amplius & Homero, habens quos sequar.] Euseb. de præpar. Euang. lib. 10. cap. 3. & Tatianus ubi supra hunc locum pulchre explicant; Cum enim (ut illi referunt) Homerum post bellum Troianum Crates anno dumtaxat octogesimo constituit, Eratosthenes centesimo, Aristarchus 140. Philochorus 180. Apollodorus 240. & nonnulli Olympiade prima anno 400. alij (inquunt) Archilochi æqualem fuisse contendunt, qui fuit Olympiade 23. temporibus Gigæ Regis Lydorum. Et apertius Clemens Alexand. 1. Strom. iisdem penè opinionibus narratis. Quinetiam (inquit) Theopompus in 43. Philippicarum rerum refert, Homerum fuisse quingentis annis post eos qui in Ilio militarunt.

282. Etsi Moysi postulant.] hoc est (inquit Rhen. in schol.) posteriores sunt Moysæ. Sic etiam infra T. 3. lib. de Resurr. carn. etsi ordine postumat, effectu anticipat. A postumo voce derivata, quæ significat, eum qui post mortem patris nascitur.

283. Extremissimi tamen eorum non retrofiores, &c.] Ex MS. iterum adiecimus Voculam: non planè necessariam. Extremissimi vero (inquit Zephyr.) prisiorum more, quo maxime delectatur, locutus est, qui & postremissimi dixerunt. Similis vox est: retrofiores. Atque rem ipsam de Prophetis vltimis quod eiusdem ætatis fuerint cum primoribus Philosophis, legiferis & historicis gentium, latissimè prosequitur Clemens Alexand. lib. 1. Strom. & ex Chronic. Euseb. satis patet. Theophyl. vero Antioch. lib. 3. ad Autolycum paucis id declarat, eo quod Zacharius qui nouissimus est Prophetarum, tempore Darij

fuerit, quæ etiam Solon primus legislator dixerit, & à quo inceperint ferè suas historias Græci Herodotus, Thucydides, Xenophon, & legiferis. Vocem, & addidit Carrio ex libro Puteani. Paulopost censetur legendum Harisius: Hæc quibus originibus probari possint, sed quia MS. repugnant retinimus: ordinibus, ab his ante verbis incepti liber Puteani caput xx. de statu temporum.

284. Cum digitorum supputariis gesticulis adfidendum est.] Peteres (inquit Rhen.) auctore Donato plicatis aut subductis digitis numerabant. hic est digitorum gestus; quos gesticulos Tertull. nuncupat. Scripsit autem Ven. Beda librum de loquela per gestum digitorum, qui existat Oper. ipsius T. 1. cum scholiis ad quem lectorem remittimus.

285. Archiua, Ægyptiorum, Chaldæorum Phœnicum.] Archiua (inquit Rhen.) Grammatophylacia siue Chartophylacia quæ Latine Tabularia ac Tablina dicuntur; quod magis placet quàm quod infra cap. 21. Zephyrus archiua, armaria interpretatur in quibus libri adseruabantur. Vel hinc autem patet, quod sequitur Tertull. Iosephum loco citato penè ad verbum, nam & ille eadem archiua, (siue ut i. Pat. cod. arcana) citat & eisdem Auctores quorum nomina sequuntur; quos rectè vocat hic eorum municipes (sicuti ex MS. iterum legimus pro: etiam) id est, cines ut interpretatur Rhen.

286. Aliqui Manethon Ægyptius.] Hunc præterquam quod citet Ant. lib. 1. cap. 3. seu 8. ita describit Iosephus lib. 1. adu. Apion. Manethon genere Ægyptius. Græca disciplina eruditus, sicuti palam est; scripsit enim Græco sermone paterna religionis historiam, ex sacris sicuti ipse ait interpretatus libris; frequenter arguit Herodotum in Ægyptiacis ignorantia mentium. Is in 2. Ægyptiacorum de nobis scripsit; Meminit eiusdem & Theophilus ad Autolyum lib. 3. tanquam qui blasphemam linguam in Moysen & Hebræos soluerit, quem etiam pluribus confutat Iosephus, quem admodum etiam Euseb. de preparat. Euang. lib. 9. cap. 4. Et in Chronico anno mundi circiter 3530. Existat quidem inter Antiquitates Annj Manethonis liber sed in quo non reperitur quæ allegat Iosephus. liber Puteani legit; alioquin Manethon, &c.

287. Berofus Chaldæus.] De hoc quoque lib. 2. contra Apionem ita Iosephus: Testis autem horum est Berofus, vir genere quidem Chaldæus, notus autem eis qui doctrina eruditionique congaudent, quoniam de Astronomia & Chaldæorum Philosophia ipse Græcos conscriptiones edidit. Itaque Berofus antiquissimas secutus historias de facto diluio & hominum in eo corruptione, sicuti Moyses, ita conscripsit. Quando autem dixerit, narrat Tatianus Orat. contra Græcos: Berofus, inquit, Babylonius belli in Babylone sacerdos, qui Alexandri aetate vixit, & Antiocho post Alexandrum tertio Chaldæorum historiam tribus libris perscripsit, & Regum gesta exposuit. Eidem Plin. nat. hist. lib. 7. cap. 38. scribit statuam inaurata lingua erectam ab Atheniensibus, ob Astrologia scientia. Citatur etiã ab eodem ibidem c. 56. Rursus à Iosepho Antiq. Iud. li. 1. cap. 3. sue 5. & 8. de diluio & de Abrahamo cap. 7. seu 5. Quorum prior locus ad verbum hodie reperitur in Berofii Antiquitatibus quæ existant ab Annio edita, 2. & 3. non item: quare & ego sentio non esse germanum illius opus; præsertim cum etiã Moysi ibi nulla mentio in cõtextu, sed dumtaxat in Annj commentario, & quod Iosephus illum dicat scribere Babylonem à Semiramide non adificatam, quod tamen habet Berofus qui nunc existat.

288. Hieronymus Phœnix Tyri Rex.] Citatur bis apud Iosephum lib. Antiq. 1. locis modo citatis Hieronymus

Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum conscripsit; & contra Apion. lib. 2. Hieronymus qui de successoribus Ptolomæi Lagi scripsit historiam ipso tempore quo Hecateus fuit. Qui an idem sit an vero priorem dumtaxat intelligat Tertull. Lectori iudicium relinquo. Nysquam interim nuncupatur ab illo Tyri Rex, forsasus falsus est nominis similitudine Tertull. eo quod Hiram cui familiaris fuit Salomon, Theophilo lib. 3. ad Autol. Hieronemus appelletur s; castigatus sit locus.

289. Mendæus Ptolomæus.] De hoc in hæc verba Clem. Alex. Strom. lib. 1. Mendæus Ptolomæus fuit quidem sacerdos: Regum autem Ægypti res gestas tribus libris exponens, dicit tempore Amosis Ægypti Regis Moysen ducem Iudæos exiisse ex Ægypto, quæ eadem penè verba reperire, est etiam apud Tatianum Orat. contra Græcos, nisi quod ipse Amasim Vocet Regem illum Ægypti, sicuti etiam ipsius magister D. Iust. Mart. vbi supra. quos locos citat Euseb. de prepar. Euang. lib. 10. cap. 3.

290. Menander Ephesius.] Ioseph. lib. 1. contra Apion. sic hunc describit: Perducam Menandrum quoque Ephesium. Is enim singularum Regum actus conscripsit apud Græcos & Barbaros, studens ex provincialibus vniuscuiusque loci litteris historia veritatem pandere. Citat vero eum de his qui in Tyro regnauerunt, tum Iosephus tum Theophilus Antiocho. lib. 3. ad Autolyum.

291. Et Rex Iuba.] Huius in hæc verba meminit Tatianus vbi supra: Berofus certo, inquit, locupletissimum esse testem vel ex Iubæ de Assyris scripta constat historia (duobus lib. secundum quosdam conscripta) quam se ab illo accepisse fatetur. Multa ex eodem transcripsit Plin. nat. hist. lib. 5. 6. 8. 13. 14. 15. 28. 36. & 37. & ex Iuba qui nescio an idem sit, lib. 10. 25. 26. & 32. De aliis eiusdem scriptis videatur Iosephus apud Suidam qui facit eum Lybiæ & Maurusie Regem, & Epitome Bibl. Gesneri.

292. Et Appion.] Apion siue Appion (inquit Tatianus) Grammaticus vir celeberrimus lib. 4. hist. Ægyptiaca (scripsit enim quinque libros) inter cetera, inquit, quod Amasis rex sub Enaibo vixerit. Similia habet Clem. Alexandr. à quo dicitur cognominatus Ὀλεσιδωμύνης, id est, sepe victor, quo pacto eum etiam nuncupat Plin. hist. nat. lib. 36. Conueniunt D. Iustin. Martyr & Africanus 3. Annalium (sic enim lego apud Euseb. de prepar. Euang. lib. 10. cap. 3.) qui Possidonij filium nuncupant. & præterea meminerunt commentarij eius aduersus Iudæos. Cui respondet latissimè Ioseph. lib. duobus qui existant aut potius libro secundo contra Apionem; nam si verum dicere liceat, tres sunt Iosephi libri Apologetici pro Iudæis aduersus Græcos, primus contra Manethonem & alios, secundus peculiariter contra Apionem, & tertius qui hætenus cum secundo coniungitur aduersus Apollonium & Lismachum. Pro quo facit quod Tertull. subiicit de Iosepho & qui istos probat aut reuincitur. Hunc autem eundem Apionem scribit Iosephus Antiq. lib. 18. cap. 10. seu 15. sub Caio Imperatore Romanum missum pro Græcis Alexandrinis, & Philonem pro Iudæis. De qua eadem legatione citatur ab Euseb. hist. Eccles. lib. 2. cap. 5. lib. Philonis, qui etiam nuncupatur inter eius opera. in libro Puteani est; & siquis istos probat.

293. Græcorum etiam censuales conferendi, &c.] Pulchre ante Tertullianum hæc collatio Græcorum Auctorum facta est à prædictis Auctores, Iosepho, Africano, Iustino, Tatiano, Theophilo Antiocheno, Clemente imprimis Alexandrino, locis supra citatis. Censuales autem libros à censu annorum dixit phrasî Iureconsulto-

rum Pauli & Vlpiani D. de censibus l. forma, apud quos forma censualis pro: Lex censualis, & vincula censualia leguntur à censu fortunarum & tributum. Atqui pro eo quod legitur: quasi partem probationis, legunt MS. omnes tam Vaticani quàm Belgici: & Puteani patrem; & pro: asperimus, V. atic. cod. 1. asperimus; sed excusorum lectio placet magis.

C A P. X X.

294. Plus iam offerimus, &c.] Caput hoc rectè inscribitur: De maiestate & diuinitate scripturarum ex rerum euentu quas prædicunt.

295. Maiestatem scripturarum, si non vetustatem; diuinas probamus si dubitatur antiquas; nec hoc tardius, &c.] Hoc pacto locum hunc restitutum iuxta Vet. exc. & MS. omnes codices, pro eo quod legebatur: Maiestatem scripturarum si non vetustate diuinas probamus, si dubitatur antiquitas; nec hoc tardius. Esti ita habet Puteani.

296. Quod terræ vorant vrbes, quod insulas maria fraudant.] De his aliquid adigit Auctor supra cap. 2. lib. de Pallio, & infra latissimè cap. 40. vbi videt lector nostras Adnotationes, de aliis quæ hic recensentur aduersus infra cap. 41. Compulsant vero cum Datinio, phrasî Tertullianica.

297. Et frequentia plarumque mortium valant.] Hunc quoque locum sic castigauimus, ex MS. omnibus, pro eo quod Edit. Egnatij & i. Rhen. frequentium montium; 2. Rhen. edit. effluentium montium; Zephyrus vero frequentia mortuæ.

298. Monstris & portentis.] Monstra inter animalia siue homines siue bruta reperire est, portenta, in rebus inanimatis.

299. Testimonium diuinitatis, veritas diuinationis.] Etiam hoc ex MS. pro: veritatem est autem elegans allusio diuinationis ad diuinitatem, & diuinatione hic in bonam partem accipitur pro prophetia, nam mox subiungitur vnum tempus est diuinationi, futura præfari, saltem iuxta Vet. exc. Diuinationum autem sacrarum & profanarum differentiam videre est quæst. & resp. 2. earum quæ D. Iustino inscribuntur; & apud D. August. lib. de diu. dem. ca. 6. qui etiam alicubi Prophetiam Caipha de Christo diuinationem vocat.

300. Eadè voces sonant, eadem literæ notant.] Ex MS. Belgicis & Gallicis sic legimus pro: eadè. Vtrobique. 301. Dum expungitur.] hoc est: completur (inquit Rhen.) vox est sepius à Tertulliano vsitata.

C A P. X X I.

302. Sed quoniam edidimus, &c.] Maxime placet hæc Veterum excusorum capituli huius inscriptio: Quid differant Christiani à Iudæis, & quinam Christianus. MS. etiam Belgici & Gallici non malè: De Iudæis & Christo. Atqui ex MS. omnibus emendauimus: aliquanto, pro: aliquando, & ex V. atic. i. vobis, pro nobis. Illud autem: præter ætatem, sic explicat Rhenan. quod Iudæorum secta vetusta sit, Christianorum recentior. Certa licentia aliquid & propria.] Liber Puteani; certe licitè aliquid propria, &c.

303. Neque de sollempnitatibus dierum.] Illud interpretatur Zephyrus de obseruatione sabbatorum; quin immo etiam si de ceteris Iudæis festis intelligatur; nihil facere contra obseruationem sollempnium quæ Christi obseruat Ecclesia, vel ex lib. de Coron. milit. infra T. 2. intelligere est, quem admodum ibi Latius. Signaculum autem corporis, rectè interpretatur Vterque de Circumcisione.

304. Quo facilius quis nos hominis cultores

existimauerit.] Pulcer locus contra eos qui Christi corpus adorandum negant. Legimus autem paulopost ex MS. steterum cum vet. exc. neque de Deo aliter præsumimus.

305. Sed quanta deliquerint.] MS. omnes: dereliquerint, & ad declinandum deriuantes à disciplina; cum Vet. exc. vii. & Rhen. qui interpretatur: deriuantes instar riuus defluentes; pro eo quod Zephyrus dumtaxat: declinantes à disciplina: Nos priorem lectionem retinimus, secundam reiecimus.

306. Dispersi, palabundi & foliac cali sui extores, &c.] Hunc locum ad verbum descripsit D. Cypr. lib. de vani. idol. haud procul à fine. Adiecit autem ex V. at. paulopost: ferè, & legimus: adlegeret; & iterum reposuimus ex MS. ob disciplinae Auctoris capacitatem, pro eo quod ex coniectura Rhen. altioris, & Zephyr. auctioris, quæ postrema vox disertim in lib. Puteani est.

307. Non de sororis incesto, nec de stupro filiae aut coniugis alienæ.] Ad Jouis incesta alludit, de quo supra cap. 8. Incesti qui magis quàm quos ipse Iupiter docuit. Vbi vide Adm. nostras.

308. Squamatum aut cornutum aut plumatum amatorem aut in auro conuersum Danaidis.] Sic MS. pro eo quod vet. exc. Danaes; quod hætenus post Zephyrum prætermisum est. Alludit vero (inquit Rhen.) ad fabulas Iouis in serpentiem, taurum & arietem, cygnum & aquilam, etiam in auro conuersi dum amoribus obsequitur. De quibus latius D. Cypr. epist. 2. ad Donatum, & aliquid etiam in Adn. ibidem nostris nu. 32. & 33. Hinc Iouem appellat D. August. epist. 5. ad Marcel. plurimum stuprorum & auctorem & perpetratorem. in libro Puteani est; Danaidis Iouis ista sunt numina vestra.

309. Ceterum Dei filius nullam de impudicitia habet matrem.] Mirum est vnde irrepserit: de pudicitia, cum Vet. exc. cum MS. legant: impudicitia; ut iam non sit opus legere cum Latino vocem nouam: de pudicitia. Adidimus ex iisdem: & ita.

310. Apud vestros quoque sapientes λόγος, id est, sermonem atque rationem.] Imitatur etiam hic D. Iustinum Mart. Apol. 2. ad Antonin. Pium & Athenagoram. Hunc vero locum sic explicat Lactantius Insti. diuin. lib. 4. ca. 9. Sed melius (inquit) Græci λόγος, dicunt, quàm nos verbum siue sermonem. λόγος enim & sermonem significat & rationem, quia ille & vox est & sapientia Dei. hunc sermonem diuinum ne Philosophi quidem ignorauerunt. Adfert autem & de λόγο, testimonium ex Orpheo D. Iustino Martyr Orat. ad gentes; & similiter D. Cypr. de idol. vanis. Christum virtutem & rationem & sermonem Dei nuncupat.

311. Hunc enim Zeno determinat factitatorum.] Vocabulo hoc factitatoris (inquit Rhen.) vitur aduersus Hermogenem aduersus Valentim. & in aliis etiam libris. Pro intellectu autem huius loci facit vbi supra Lactant. Si quidem inquit, Zenon rerum natura dispositorem atque opifis em vniuersitatis λόγος prædicat, quem, & fatum, & necessitatem rerum, & Deum, & animum Iouis nuncupat; ea scilicet consuetudine, qua solent Iouem pro Deo accipere. Sed nihil obstant verba, cum sententia congruat veritati. Est enim spiritus Dei, quem ille animum Jouis nominat. Claruit Zenon tempore Regis Antigoni, quem admodum mutua illorum epistola testatur, quæ etiam nunc existant apud Diog. Laërtium lib. 7.

312. Hæc Cleanthes in spiritum congerit, &c.] Sic ex MS. cum rioribus excusis pro: in spiritu, & paulopost: autem pro: etiam. fuit hic discipulus Zenonis sub eodem Antiocho.

313. Propriam substantiam spiritum inscribi- mus.] Etiam hic reposuimus cum MS. spiritum pro, spiritus, sensu id exigente. Sicuti, paulopost: didicimus pro: dicimus; ac: filium Dei & Deum cum & henano iam olim.

314. Ita de spiritu spiritus.] De hac veterum loquendi formula etiam Lactantio visitata praesertim lib. 4. cap. 12. qua filius Dei Christus spiritus nuncupatur, quantum apparet ex D. Hieronymo in 4. cap. Epist. ad Gal. ex ignorantia scripturarum. Vide Adn. nostr. ad lib. D. Cypr. de Vanit. idol. num. 71. & latius inter Tertulliani errores in nostris Prolegomenis.

315. De Deo Deus ut lumen de lumine.] Hinc apparet sumptum illud Symboli Niceni quod in Myst. a mysterio decatur. Deu de Deo, lumē de lumine. Atqui cum Rhen. ex MS. cod. iterum emendauimus: et si plures inde traduces qualitates mutuaueris: ita & quod.

316. Modulo alternum numerum gradu nō statu fecit, &c.] Zephyrus contra sic legit: non gradu sed statu, & interpretatur hoc pacto: Alternus hic numerus ut Deus & Dei filius duo videantur & unum sint & quod adest alteri, alteri quoque moduletur, non gradu sit aut excellentia, sed statu posturāque ea loci, qua ab origine illa patris filius excessit propagatusque est perpetuo quodam ductu, non autem recessit quasi diuisus. Quae certe interpretatio alioqui commoda est, tamen non placet quod de gradu & statu dicit, lectione quantum apparet mendosa sui codicis falsus. Si cum MS. & vet. exc. legamus: gradu non statu, hunc videtur habere sensum: gradu sit hic alternum numerus vtpote Deus de Deo; non statu, quia statu suae conditione & substantia nihil differt à Deo Patre Deus filius. Veram autem hanc esse lectionem confirmatur ex eo quod alibi sic loquatur Auctor: Tres sunt non statu sed gradu, non substantia sed forma, nec potestate sed specie, vnus autem substantia, & vnus status, & vnus potestatis. Quare ne quis erret etiam Zephyri Paraphrasim in sanum sensum mutauimus. De his autem loquendi formulis latius inter errores Tertulliani.

317. Homo Deo mistus.] Totidem verbis dixit D. Cypr. de Vanit. idol. Vbi multa hinc desumpsit: Deus cum homine miscetur. Et phrasim hanc explicat D. Aug. Epist. 3. ad Volus. dicens similem esse misturam qua Deus homini permixtus dicitur, vt vna fieret persona Christi, sicuti miscetur anima corpori, vt vna fiat persona hominis.

318. Qui penes vos haud dissimiles fabulas.] Fortassis alludit ad fabulam de Deo Ioue auri specie delapso in sinum virginis Danaes suae Danaidis, de qua paulo superius num. 308.

319. Nec alia magis inter nos & illos compulsatio est.] Sic cap. preced. quod regnis regna compulsi sunt, Metaphora sumpta à fluctuum in mari compulsatione, cuius meminit Columella lib. 1. cap. 18.

320. Duobus enim aduentibus eius significatis.] De duplici Christi aduentu latius Auctor infra li. adu. Iudeos, ac lib. 3. contra Marc. infra T. 3. Hinc vero locum imitatur per omnia D. Cypr. li. de Vanit. idol. Atqui paulopost, cum MS. deleuimus: & legimus etiam cum MS. & vet. exc. praedicatum cum D. Cypr. vbi supra ac cum Rhenano: meritum fuit delictorum, pro: delictum eorum libri tamen manuscripti; delictum eorum.

321. Vti magum aestimarent de potestate.] MS. omnes & prima editio: magnum, sed Rhen. & D. Cypr. vbi supra, ac MS. cod. secuti retinimus: magum; praesertim quod ca. 23. infra: Dicent ibidem (inquit Auctor)

ecquis ille Christus cum sua fabula, si homo communis conditionis, si magus; Et eadem significatione li. 3. adu. Marc. T. 3. planum id est impostorem à Iudeis existimatum dicit. Certe Christum tanquam praestigiatorem à quibusdam habitum, satis patet ex Eus. lib. 3. de demonstr. Euang. c. 8. vbi latissime eam calumniam refutat, sicuti & Epist. 5. ad Marcell. D. August. Legimus autem ex S. Baucis & vno V. atic. cod. cæcos reluminaret, pro: illuminaret. Adit autem D. Cypr. ianus claudisgressum daret. Sese verbum.) liber Puteani, se esse verbum.

322. Verbum Dei, id est λόγος, illud primordiale primogenitum.] Adiecit iterum ex MS. omnibus: primordiale, omissum à Zephyro. Alludere autem videtur ad Inst. Martyr. tum orat. contra Graecos vbi hunc adducit Orphei versiculum:

Vocem iuro patris primum quam prodidit ore. Tum Apolog. 2. ad Antonin. Pium, quum λόγος Dei primogenitum nuncupat, & rursum, Christum primogenitum Dei affirmat. pro eo autem quod est: Spiritu instructum, Belgici & V. at. 1. Cod. Puteani, legunt: suffultum, & alter V. atic. cod. sanctum.

323. Elementa ipsa famularet.] In aeterna (inquit Zephyrus) significatione sicuti Papinius in suo Hercule Surrentino: Pacatus misique boni nec turbidus ira, nec famulare timens. Legimus autem quia reuincendum, pro: quia iterum adiecit vocem Iesum paulopost. Parum hoc, hoc adest à libro Puteani: in eodem paulopost legitur; & prophetae retro & tamen suffixus.

324. Deliquium vtiq; potauerunt.] Recte id dicit Tertullianus, nam non fuisse veram Solis Eclipsin ostendit vna ratione D. Aug. lib. 3. de Ciuit. Dei. c. 15. & Epist. 80. ad Hesih. Porro praeter D. Dionys. Areop. Epist. ad Polycarpum (quem citat in Paraphrasi Zephyrus) meminit huius Solis Deliquij teste Origene Pslegon. 14. Olympiadarum libro sicuti etiam in chronici sub Tiberio Caesare eius verba ipsa adfert Eusebius. Refert etiam Oros. li. 7. c. 4. aliquantos Graecorum libros id ipsum adtestari. A Sybilla quoque predictus eas tenebras tradit Lact. lib. 4. c. 19. Adit hic Tertull. etiam in archiua relatas à Romanis.

325. Et tamen cum mundi casum reletum in archiuis vestris habetis.] V. at. 1. cod. & alter quo vsus fuit Zephyrus, legunt: cassum, vt priuatio (inquit ipse) illa Solis intelligatur; qua Analogia: iustus Iurpauit Plautus, pro tonsura; & Ouid. in Metamorph. narratum pro: narratione. Archiuis vero etiam hic vt supra latius cap. 19. num. 285. retinui. pro eo quod MS. quinque legunt: arcaneis, quorum 1. V. atic. legit paulopost: circumseperunt, alij: circumfederunt.

326. Fallerent suspectos.] Suspectos (inquit Rhenan.) pro suspicaces, Iudeos nempe ipsos. Sic lib. de cultu fem. infra T. 2. Quid gestis aut suspecto aut non consideranti placere? & T. 3. adu. Valent. saltem suspectus de aliquo facitatore.

327. Populum vetricalem & famularem sibi ad fidem reuocare.] Sic iterum cum Rhen. pro: à fide. Quod tamen libri manuscripti habent. Atqui V. at. 1. legit: familiarem, sed placet vox: famularem; ac si dicat, famulatio sibi adstrictum. Sic enim & Statius 2. Achil. urbam famularem dixit.

328. De Romulo Proculi solent.] Proculi dixit (interpretibus Rhen. & Zephyro) numero multitudinis, conuersa figura diastatica, vt vestri isti Platones & Epicuri. Hoc ipsum autem narrat infra Tom. 3. lib. 4. adu. Marc. vbi de eo latius.

329. Ea ipsa super Christo Pilatus.] Exstat Epist. Pilati

lati ad Tiberium de Chr. isto inter opera D. Dionys. Areop. Colonia excusa cum commentariis Dion. Carth. p. 757. citata iam antea tum ab Eusebio & aliis qui supra citantur c. 5. tum à Gregorio Turon. in Chron. & Hugone Floriacensi apud nos manuscripto Antiq. lib. 3. cap. 8. & 9.

330. Ipsos illos quos adoratis.] Demonas intelligit quos in simulacris adorabant, vt recte adnotauit Rhenan. qui Christo testimonium perhibebant cum à Christianis adiuuarentur & eicerentur. Vt credatis Christianis, addit liber Puteani hac verba, propter quos non creditis Christianis. qua huic loco planè necessaria credit Carrio Interim hic est.) Hic liber Puteani ponit caput xxxi. de Deo omnipotente & Christo.

331. Quia nec fas est vlli de sua religione mentiri, &c.] Locus insignis aduersus nostri temporis haereticos quosdam, qui putant licitum de religione quam colunt mendacium.

332. illum hominem putate, &c.] Rursus locus pro adoratione humanae naturae in Christo. Adiecit iterum: autem paulopost ex cod. S. Baucis.

333. Vt Graecis occurrat, Orpheus Pieriae, &c.] Satis dilucide locum hunc interpretatur in Paraphrasi Zephyrus. De Orpheo interim & Musæo sic scripsit D. Inst. Martyr orat. ad Gent. Orpheus sanè πολυθεότητος ἄυτορ, qualia posterus, ad filium suum Musæum ac reliquos germanos veròque auditores, de vno eodemque solo Deo praedicauerit, &c. Athenagoras in Apol. etiam Orgia Orphei recenset; de quibus aperius Lact. lib. 1. cap. 24. Sacra Liberi patris primus Orpheus induxit in Graciam, primisque celebravit in monte Bœotiae Thebis vbi Liber natus est proximo, & fuit per eadem tempora quibus Faunus. Quinetiam ipse Tertull. lib. de Anima, infra T. 3. Orpheum & Musæum inter Deos relatos scribit.

334. Melampus Argis.] De hoc Euseb. de Praepar. Euang. lib. 2. cap. 5. Quidam, inquit, aiunt Melampodem Amytharionis filium ab Aegypto in Graciam luctu Cereris sollempniter celebratum reportasse.

335. Trophonius Bœotiae.] MS. quidem omnes: Bœotiae, sed veram esse vulgataem lectionem patet vel ex ipso Auctore lib. de Anima supra dicto, vbi inter cetera etiam Oraculum recenset Trophonij in Bœotia; vbi de illo latius, vt proinde similiter castigandus Eusebius de praepar. Euang. lib. 5. cap. 8. Vbi Oraculi meminit in Lebada Bœotiae seu potius Bœotiae.

336. Homo fuit Pompilius Numa.] De Numa Pompilij superstitionibus latius infra T. 3. lib. de praescript. haeret. cap. 40.

337. In agnitionem veritatis ocularet.] Totidem id verbis repetit lib. de Idol. Vanit. D. Cypr. Phrasim est Tertullianica visitata etiam in fine lib. de Vanit. infra T. 2. Paulopost ex MS. restituumus. reformatur & renuncietur.

C A P. XXII.

338. Atque adeo dicimus esse substantias quasdam spirituales.] Recte in exc. cod. hic titulus exprimitur huius capituli: De Dæmonibus eorumque viribus & actionibus. imitatur autem etiam hic D. Justin. Martyrem Orat. ad Gent. & praesertim Athenag. Apolog. Ipsum vero hunc locum ad verbum penè descriperunt Minutius Felix in Octau. & D. Cypr. lib. de Idol. Vanit. Lact. lib. 1. cap. 8. & li. 2. c. 14. 15. & 16. D. denique August. lib. 8. de ciuit. Dei c. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & lib. 9. c. 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. & lib. de diuin. dem. latissime totam hanc materiam

pertrahat; sicut & Euseb. de praepar. Euang. lib. 4. toto li. 5. & 7. quatuor primis capitulis.

339. Sciunt dæmonas Philosophi.] Philosophos aliquot citat D. Aug. lib. 18. de ciuit. Dei cap. 14. & Plutarchum nominatim Euseb. de praepar. Euang. lib. 5. c. 4.

340. Socrate ipso ad dæmonij arbitrium expellente.] Vide Adn. nostras in D. Cypr. lib. citatum nu. 52. & latius infra cap. 46. vbi ipsa verba Socratis reperire est; item initium libri de Anima ac ibi Adnot. nostras.

341. Dehortatorium planè à bono omnes sciunt Poëte.] De hoc quoque vide Adn. nostras vbi supra n. 51.

342. Etiam vulgus indoctum, &c.] Latius hac infra lib. de Test. animae. Atqui ex MS. iterum adiecit: nam &c. Item legimus: frequentat singulari numero. in Puteani est; in vsu maledictis.

343. Angelos quoque etiam Plato non negauit.] Locum hunc sic Minutius exprimit: Quid Plato, inquit, qui inuenire Deum negotium credidit? nonne & angelos sine negotio narrat & dæmonas? & in Symposio etiā suo naturam dæmonum exprimere conatur? Vult enim esse substantiam inter mortalem immortalēque, id est corpus & animam mediam, & c. Verba ipsa Platonis clariora sunt. Respondet enim apud illum Socrati Diotima; interpretari dæmones. Vel veterare humana ad Deos, diuina ad nos, ab hominibus quidem preces & sacrificia, à Diis vero praecipua & mercedem pro sacrificiis. & paulopost: Per Dæmones omne est commercium omnis colloquio Dei cum hominibus & vigilantibus & dormientibus. Vbi interim nominatim nusquam eos angelos nominat, sed officium tantum angelorum id est, nunciatorum tribuit, quod superius nostra nunciunt aëta. Quare id intelligens quantum apparet vbi supra D. Cypr. veluti huius loci interpretis quidam: in quo & Plato, inquit, pari ratione conuenit; & vnum Deum seruans, ceteros angelos vel dæmonas dicit. Non desuisse interim paganos, qui eos angelos nuncuparent, in quibus & Labeo, discretis verbis iradit D. Aug. lib. 9. de ciuit. Dei cap. 19. Ad quem locum citat in hanc rem Vines Euripidem in Ephigenia, Trismegistum & Martianum Capellam.

344. Vtriusque nominis testes esse vel Magos adserunt.] Zephyrus istud de magis Persarum interpretatur. Verum in genere loqui Auctorem patet tum ex cap. sequenti, tum ex Minutio & D. Cypriano. Quorum hic: Et magis, inquit, inde est ad perniciosa vel ludrica potentatus; quorum tamen praecipuus Hofthanes & formam Dei veri negat confici posse, & angelos veros sedi eius dicit adfistere. Ille vero: magi quoque non tantum sciunt dæmonas, sed etiam quicquid miraculi ludunt, per dæmones faciunt, & c. Eorum magorum & eloquio & negotio primus Hofthanes, & verum Deum merita maiestate prosequitur, & angelos id est, ministros & nuncios Dei sed veri; eius venerationi nouit adfistere, & c. idem etiam dæmonas prodidit terrenos, vagos humanitatis inimicos, pro magos asserunt, liber Puteani, magi adfunt, item pro, ordine, idem liber, ordo cognoscitur.

345. Auspicata est in hominis exitium.] Auspicata (inquit Rhenan.) passim vt & in lib. preced. sapè. Alludit autem ad primi hominis Adami exitium. Atqui pro: ad vtramque substantiam hominis adentendam censet legendum Rhenan. lædendam, sed repugnant MS. cod.

346. Praecipitat.] Ita dixit (inquit Zephyrus) ex vera Verbi derivatione, quae aliquid temere praecipere, & quasi preoccupare significat. Nos: exanimat, iterum ex MS. reposuimus, pro: examinat. Dixit etiam: Cæca ra-

tionem, id est (interprete Rhen.) quae non videtur sed latet & ignoratur. Et tentatus aër, hoc est, uti Zephyrus, levis & male affectus, sicut dicimus vino tentari caput. Pro: effundit, MS. Belgici & Gallici cod legunt: effundit; & paulopost: aut, pro: ac. Paulopost pro eo quod est: quod eos ipsos captis & circumscriptis mentibus hominum commendat, MS. Belgici & Vatic. 1. Puteani ac Vet. exc. comedit, quod placet ob haec Plinij Verba Nat. hist. lib. 30. cap. 1. Hominem occidere religiosissimum, mandis vero saluberrimum narrauit Eusthanes.

347. Pabula propria nidoris & sanguinis.] Vt tota (inquit Zephyr.) Magia testatur, spiritus mali nidore & sanguine delectantur, quod cum alij tum Homerus in suis Nekomantiis non abs re seruauit. Latius idipsum videre est apud D. August. li. 10. de ciuit. Dei c. 11. ex Porphyrij epist. ad Anebum, ac libro Responsorum.

348. Et quae illi accuratior pascua est.] in hoc consentiunt MS. cum Vet. exc. pro eo quod tanquam elegantius substitutum erat: accuratior pascua sunt; Auctor itaque usurpat singulari numero: pascua quam enuntiant, liber Puteani; adnuntiant, uti infra idem verbum repetit.

349. Dispositiones etiam Dei, &c.] similia videre est (ut recte ad marg. Gagnauis adnotauit) apud D. August. potissimum vero locis supracitatis & nominatim cap. 3. 4. 5. & 6. de diuin. demon. ac lib. 2. supra Gen. ad litteram cap. 17. & Lactant. lib. 2. cap. 15. D. Cyprianum denique & Minutium ubi supra.

350. Sciunt Cræti.] Euseb. lib. 5. de Prepar. Euang. ca. 10. ubi latè tractat de falsitate oraculorum ex Oenomai eiusdem tituli libro, etiam haec recepit tanquam Apollinem alloquentis Verba: Cræsus, inquit, imperium Lydiae à maioribus successione susceptum pietate in Deos maiores suos statuens superare, ut eorum patrocinio tutior esset, te Apollo maximè coluit, templumque tuum Delphice auro atque argento ita ornauit, ut diuissimum temporum omnium & sit & videatur. Vnde iure tua beneuolentia fretus aduersus Persas arma mouere statuit, neque id absque consilio tuo. Tu enim ea de re interroganti sic respondisti.

Intrepidus si Cræsus Halym transfuderit amnè, Imperium perdet magni, regnumque superbum. Haec responsi ambiguitate, tui numinis cultorem, qui te suis opibus ditauit, euerit, & regnum Lydiae, quod longissima successione serie in eum deuenerat, in Persas transfudit. Non sponte opinor. Non enim tam pius religiosumque Regem, & praecipue tibi amicum decipere unquam voluisset, sed futurorum ignorantia id factum arbitror. Nam si tanquam Deus futura cognosceres, non latuisset te non intellecturum oraculi ambigua Cræsum.

351. Sciunt Pythi.] Hunc locum latius explicat Minutius: De Pyrho, inquit, Emnius Apollinis Pythij responsa confinxit (alludens ad illud: Aio te Æacida Romanos vincere posse.) cum iam Apollo versus facere desisset, cuius tunc tantum illud & ambiguum defecit oraculum, cum & politiores homines & minus creduli esse ceperunt. Et Demetrius quod sciret responsa simulata φιλῶπι (ut Pythium querebatur. Similia videre est apud Cic. 2. de diuin. & D. Aug. de ciuit. Dei lib. 3. cap. 17. Erat autem idem Apollo Pythius qui Delphicus ita dictus, si Vni creditur in D. August. li. 4. de ciuit. Dei c. 11. à sacerdote virgine seu matrona Pythia quae responsa dabat ex tripode. Pythia autem oracula defecisse post Christum, comprobatur Euseb. li. 5. de Prepar. Euang. c. 8. ex Porphyrio &

Plutarcho de oraculorum silentio.

352. Ceteium testudinem decoqui.] Satis hoc explicat in Paraphrasi Zephyrus.

353. Momento apud Lydiam fuerat.] Sic fiduciat eo ipso momento quo testudo à Cræso decoquebatur in Lydia fuerat, quo id Pyrrhus renuntiabat. At qui scinti adnotas in sua Paraphrasi Zephyrus Habent, &c. sapere paraturas, Graeca dicendi figura est quam nostri etiam nō refugunt; ut: habeo multa dicere, id est possum; Et Cicero ad Lentulum: De Alexandrina re causaque regia tantum habeo polliceri, me tibi absentem, &c. Paratura vero nomen nondum memini apud alios legisse, ex analogiatamen eadem dicitur, qua scissura, commissura, & à Plinio diuisura dictum est; & Volatura pro Volatu, quod non minus nouum videri potest. Sic etiam infra cap. 47. nouitiam paraturam.

354. Fantasmata Castorum, &c.] Etiam has fallacias Castorum Victorias praemittantium & Vestalium Tusciae ac Claudiae & Domitij pauca rectè explicat Zephyrus. Rhen. addit easdem narrari à Valer. Maximo li. 8. de Vestalibus, & à Suetonio Tranquillo de Domitio. Certe etiam D. August. lib. 10. de ciuit. Dei cap. 16. Viriisque Vestalis exempla adfert. Minutius verò eadem penè ad verbum.

C A P. XXIII.

355. Porro si & Magi phantasmata edunt, &c.] Inscribitur serè hoc caput tum in MS. tum in exc. cod. De phantasmatibus Magi & demonibus. Pulcre autem locum hunc quam paucissimè interpretatur Zephyrus in sua Paraphrasi.

356. Iam defunctorum inclamant animas.] Latissimè hanc Magia speciem tractat & impugnat Auctor li. de Anima c. penult. infra T. 3. ubi & nos latius, scituri etiam & de somniis quae videntur Magi immittere. De circulariis prestigijs aliquid habet D. August. li. 10. de ciuit. Dei cap. 16. & ibidem latius Putes; de Capris ad diuinationem preparatis mentionem facit Euseb. lib. 2. de prepar. Euang. cap. 5. Porro MS. cod. quinque legunt: infament, pro: inclamant; & elidunt, pro: eliciunt; sed magis placet Vulgata lectio.

357. Ut aliter dementire, &c.] Ex MS. cod. iterum illud restitutum, pro: dementare; praesertim cum Zephyrus id interpretetur quasi de mente exire. addens verbum esse Magicum, quo Vitiur Apuleius & hoc hemistichio Lucretius:

Dementit enim delirique fatur.

Cetera satis explicat Zephyrus in Paraphrasi, & latius infra c. seq. de Archigallo. At qui pro profecit liber Puteani habet; profecit & pro: compar exitus furoris, MS. Belgici, Gallici & 1. Vatic. legunt: compara exitus; aliter Vatic. & vet. exc. cum par; eligat lector quam volet, nos plurimum lectionem edidimus, praesertim cum ad eam etiam Zephyrus alludat. Cum quo etiam & Rhen. ex MS. reposuimus: instigationis, pro: inuestigationis. maxime cum similiter penè Minutius dicat: par & in illis instigatio demonis, sed argumentum dispar furoris.

358. Edatur hic aliquis, &c.] Pulchra comparatio eius quem daemone agi constat, & eius quem dicebant de Deo aliquid pati; uti latius explicat Zephyrus in Paraphrasi. eleganter autem liber Puteani; edatur hic aliqui ibidem sub tribunalibus & postea; dominum, pro: deum. sed posterius placet.

359. Qui aris inhalantes numen de nidore concipiunt.] Aliquid de nidore sanguinis in aris immolati demonibus grato cap. praeced. diximus; quare magis placet haec

haec lectio MS. quam Vulgata: aëris maleficum numen. Ex quibus etiam castigauimus: praefantur, pro: profantur; nam & supra eadem voce non semel Vitiur.

360. Ista ipsa virgo caelestis pluuiarum pollicitrix.] Sic partim ex Rhenan. Gortienfi cod. partim ex MS. nostris, qui omnes constanter legunt: virgo Caelestis, pro eo quod Zephyrus: vis Caelestis. Ego verò existimo eum loqui de Caelesti dea quam colebant Aethi, apud quos scribebat Tertullianus (ut ante me etiam adnotauit Pitheas) de qua latius cap. sequi.

361. Æsculapius medicinarum demonstrator.] Similiter lib. de coron. Milit. infra T. 2. Primus medelas Æsculapius explorauerit. Vide Adnot. nostras supra cap. 14. num. 209.

362. Alias demorituris.] Ex Veteri exc. hoc iterum adiecit, maxime cum alludant MS. cod. & Belgici quidem tres legant: alia die morituris, Vatic. vero: alia demorituris. Leodiensis: alia demorituris.

363. Scordij & denatij & asclepiadoti subministrator.] MS. omnes scordio & denatio & asclepiadoto subministratur; sed magis illud placet eo quod praecedat: demonstrator; tum quod medicis notum sit Scordium, non: scordium; quod inter Mythridatica describit Plinius nat. hist. li. 25. c. 6. & 10. Quem admodum etiam Panacen suae Asclepion eiusdè lib. c. 4. in hac verba: Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum & Diis inuentoribus adscriptum. Vnum quippe Asclepion cognominatur, quoniam is illam Panacem appellauit, &c. Alludens haud dubie ad Æsculapium, quippe qui Graecè ἀσκληπιός vocetur; à quo proxime etiam nouam vocè deriuauit suo more Asclepiadotum Tertull. tanquam dicat ab Asclepio datum seu traditum. Vocatur eadem à Theoph. li. 9. c. 6. hist. plantarum ἀσκληπιόειον πόνικρον. Repertur & aliud herbae genus Asclepias apud Plin. li. 27. c. 6. aduersus serpentium ictus praesentaneum: quod si etiam ab Asclepio dicatur, etiam hic potest intelligi; & magis accedit vox Asclepiadoto. Iterum autem ex MS. quod habebant Vet. exc. restitutum: nisi se daemones confessi sint, Christiano mentiri non audentes, quod singulari numero expressum erat in recentioribus: & magis, pro: Magica. Paulopost pro eo quod est: in niti MS. Belgici & Gallici: iniici, Vatic. 1. in cipi, sed placet prius quod Vet. exc. legant: niti, pro; dictis non stetit: liber Puteani; dictis non dicetis.

364. Si altera parte verè Dei sunt.] sicuti hic excusati omnes legunt: Dei, plurali numero, non: dii; ita ubique MS. tum antea tum postea legunt, sicut etiam; deis, pro: diis: quod semel adnotasse sufficit. Similiter autem effert lib. 1. adu. Marc. Inuenio planè ignotis deis aras prostitutas. Paulopost Vet. exc. lectionem iterum reposuimus ex MS. daemones se dicere, pro: dici.

365. Vererentur enim abuti maiestate superiorum.] Etiam hoc pro substitutis ablatiuis, eo quod non semel uti abuti cum accusatio vsurpet, exempli gratia li. de coron. milit. infra T. 2. qui secundum idolorum ornatum quid videntur. Fieri legimus: neq; à daemoniis adfectaretur in confessione, neque à Deis negaretur. ac vtrobique iam Deos querite. & quod neq; ipsi Dei sint, neque vlli alij. Etiam illud, omisso: Sed.

366. In continentibus.] De phrasi hac Tertullianica & Cyprianica vide Adn. nostras in epist. eius 82. num. 2.

367. Si non Christianorum.] Hic quoque lectionem Rhen. cum MS. sequimur phrasi Tertullianica, pro: sed; quod habent alij excusati & liber manuscriptus doctissimi Puteani.

368. Si forte Minoem & Rhadamanthum secundum consensum Platonis & Poëtarum.] Non minus etiam hoc pro: secundum sensum. Nam Poësis in hoc consentire Platonem, in hac verba recepit D. Iustin. Mart. Apol. 2. Plato, inquit, Rhadamanthum & Minoem iudem iniustos ad se venientes plexurum esse docuit, nos autem idipsum factum tri dicimus, sed à Christo. Adde Orat. pro Christ. Athenag. Nos autem siue Minos siue Rhadamanthus sit, siue aliquis horum pater, ne eum quidem ipsum effugituum esse iudicium Dei dicimus.

369. Et impurissimis linguis.] Rursus sic ex MS. cum Vet. exc. pro eo quod Zephyrus: impurissimis; nam & Terentius in Phorm. sic loquitur: Impuratus me ille, ut etiam irideat: pro, diluerit, habet liber Puteani; debuit. Item cum Rhen. & MS. operatoribus suis, pro: operationibus legimus: est in Puteani erat; operationibus.

370. Atquin omnis haec nostra in illis dominatio, &c.] Hoc quoque ex istem in Puteani est; in illos. & paulopost addidimus: Verum. Pulchre autem locum hunc imitatur Prudent. in Apoth. contra Iud. Alludit ad Exorcismos quibus etiamnum vitiur Ecclesia, de quibus latius infra lib. ad Scapulam & de baptismo. Atqui MS. deinde legunt: Magis fides proxima est, pro: prona; sed hoc placet.

371. Quia plurimum illis credendo, in Christo Domino nostro credimus.] Imprimis miror hic omnesam particulam: in; à Zephyro & posterioribus, cum eam more loquendi Ecclesiastico habeant non modo vet. exc. sed MS. ad vnum omnes. Vt non dubitem iam tum eam formulam vsitam fuisse qua profitemur nos credere in Deo, siue ut Rufinus in Symb. & D. August. in Deum, non vero credere Deo vel Deum. Venit hic praeterea adnotandum, quod videatur hinc Tertullianus ad fidem conuersus, ex testimonio Deorum, qui dum Demones se confiterentur Christianos facere consueuerunt. Atqui pro: fiduciam, ex MS. quatuor substitutum: fidentiam, vocem Tertullianicam. pro, prona est; liber Puteani; proxima est.

C A P. XXIII.

372. Omnis ista confessio, &c.] Ob prolixitatem hic caput nouum constitutum, praesertim cum Veluti Epilogus sit totius disputationis de Deorum cultu. Potest autem inscribi: Quod Christiani non incurrant crimè laesae religionis, etsi variant in cultu veri Dei, sed ipsi potius, qui Deos colunt longè diuersissimos. Haec autem in codice Puteani longè elegantius ita leguntur: si religio non est: quia nec Dei pro certo: nec nos pro certo rei sumus laesae religionis. Notanda autem non ita multo post vox: irreligiositatis. Porro imitatur hunc locum Euseb. sub finem orationis de Laudibus Constantini.

373. Nunc ut constaret, &c.] Sic ex MS. pro Nam. Atqui de sublimiore & principe Deo à gentibus concessio imitatur Iustin. Mart. Orat. ad Gent. & Athenag. Orat. pro Christ. Lactant. verò latiss. idipsum prosequitur Inst. diuin. lib. 1. cap. 5. ex Orpheo, qui Deum Verum & magnum & πατὸρ ὄνομα appellat. Antisthene, qui summum a totius arificem; Virgilio, qui Magnum; Aristotele, qui summum; Cicero, qui supremum; & Seneca, qui Deorum omnium Deum nuncupat.

374. Vt Plato Iouem Magnum in caelo comitatum exercitu, &c.] Hunc Platonis locum sic recepit Athenag. Magnus ille Dux in caelo Jupiter, volucrum repens curram (quae ipsa verba citat Orat. ad Gentil. D. Iust.) excornans, ornans, & curans omnia. Hunc autem conse-

quitur exercitus Deorum atque Demorum. Illud vero, inquit, non ad eum qui Saturni filius esse dicitur, pertinet Ioues; nomine naque ipso conditor rerum vniuersarum designatur. Declarat id ipse Plato. Nam cum non sic lego, haberet aliud quo eum significanter appellaret, vulgari & visitato, minime autem proprio Dei nomine; euidentioris designationis gratia est Ius, adiecto in super verbo Magnus, ut discerneret celestem à terreno, ingentium à genito. Paucis idem repetitur ab Arnob. lib. 1. adu. gentes, vel ex appellatione qua Iupiter Opt. Max. dicitur & habetur. Atqui paulopost pro: suspici, legunt V at. 1. & Vet. exc. fuscipi; ac pro: operā, MS. omnes: opera. Eligat Lector quod volet.

375. Colat alius Deum, alius Iouem, &c.] Pulchre has Antistes explicat Zephyrus in Paraphrasi, quibus contrariam tradit religionem gentium, Christiana religione; & latius infra de ceremoniarum cultum diuini externis cap. 30.

376. Alius ad aram fidei.] Hanc pertinet illud D. Augusti. lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 20. Sed cur & fides Dea credita est, & accepit etiam ipsa templum & altare? Vbi latè de hac Dea Pines in Adnot. Sufficiat hoc loco quod iuxta Plin. lib. 35. & Cic. 3. Offic. Capitolio edes fidei vicina fuerit: nam quis eam primus consecravit, variant opinionones. quidam Attilio Calatino id adscribunt, alij Numæ, alij demum Eneæ ante Romulum & Remum. Atqui ara & altare iuxta Seruum in hoc differunt, quod ara essent & inferis & superis Diis consecrate, altaria vero superis diis duntaxat. Quorum hoc ab altitudine dictum putat, aram vero quasi anam commutatione litterarum interpretatur Varro.

377. Atque adeo & Egyptiis, &c.] De Egyptiorum Deorum portentijs vide Adn. nostras in D. Cyprian. lib. ad Demetr. num. 32. Meminerunt præter Alclores ibi citatos Lactant. lib. 2. cap. 13. & lib. 5. cap. 20. Euseb. de præpar. Euang. lib. 3. cap. 2. ex Porphyrio; D. Aug. denique lib. 2. de ciuit. Dei cap. 22.

378. Et capite damnandi qui aliquè huiusmodi Deum occiderit.] Nescio unde irrepserit: & pice danandis, & occiderint; cui illud legant non modo MS. omnes, sed & exc. priores. maxime cū correspondeat illud Minuti: Nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodilibus, beluis ceteris & auiibus, & piscibus; quorum aliquem Deum si quis occiderit etiam capite punitur.

379. Syriæ Astartes.] Deam hanc fuisse constat vel ex 3. lib. Reg. cap. 21. ubi sic legitur: Sed colebat Salomon Astartem Deam Sydoniorum. & sub finem. Et quod dereliquerit me & adorauerit Astartem Deam Sydoniorum. Eodem pertinet quod est 4. Reg. 23. de Iosia Rege: Excelsa quoque que erant in Hierusalem ad dexteram partem montis offensionis, que edificauerat Rex Iosia Astarte sive ut 70. legunt ἄστρα ἰδωλοῦ ἰδωλοῦ Aegyptiorum. Et quod frequenter repetitur Iud. 2. 3. 10. ac 1. Reg. 7. & 12. Idolis Balaam sive Baal & Astarte. Eo autem nomine (si Calcagno creditur lib. 5. obseru.) Venerem colebant Sydonij, cuius adeo vim atque potestatem secum admiretur Plautina Peristrata. Ponit etiam inter principes Deorum Varro de ling. Lat. li. 4. Tu autem & Astarte apud Phœnices, nec aliter Euseb. de præpar. Euang. lib. 1. ca. 7. Reperitur interim apud Petrum Crinitum li. 14. de bon. disc. ca. 8. Syriorum Dea Adagartes, sed quia MS. omnes cum excusis legunt: Astartes, & ipse quoque Minutus in Octauio; malu. illud retinere; maxime cum Phœnicia Syria pars sit. Syria enim inquit Bedali. de locis A. G. Apost. que Hebraicè Aram dicitur, regio est inter flumen Euphratem & mare magnum usque ad Aegyptium pertingens, ha-

bens maximas prouincias Comagenam, Phœniciam, & Palestinam absque Saracenis & Nabathæis, quorum gentes sunt duodecim.

380. Arabiæ Dyfares.] Sic ex MS. omnibus pro: Dyfares, eo quod apud Eusebium ubi supra sic legitur: Arabes item Dularim quendam & Obdum pro Deo colebant, Arabiæ vero regio (inquit Ven. Beda ubi supra) inter sinum maris rubri qui Persicus, & eum qui Arabicus dicitur, habet gentes multas Moabitæ, Ammonitæ, Idumæos, Saracenos, aliosque quamplurimos. Cum autem Origen. lib. 5. contra Celsum dicat Arabes Liberum tantum & Vraniam Deos coluisse, oportet ut alter illorum lingua Arabica Dyfares vocatus sit aut potius Dyfares ut habent MS. si quid diuinare liceat, liber ita ab eis est cognominatus, nam ἑβραϊκῶς Dyfares Hebraicè & Caldaicè, quibus linguis haud absimilis est Arabica, interpretate Munstero Isai. 19. significat eum qui volutatur ut ebrius; iam vero ebrietas Liberum habet patronum.

381. Norici.] Noricum (inquit Ptolom. lib. 2. cap. 14. ad Tab. 5. Europ.) terminatur ab Occasu Aeno fluuijs; à septentrione Danubij parte, que est ab Aeno usque ad Cetium montem; ab ortu vero solis ipso monte Cetio, à meridie vero parte Pannoniæ superioris que sub dicto monte est, & quod inde est super Istriam, eo monte qui Caruancas appellatur. Similia Orf. lib. 1. cap. 26. & Paulus Diac. lib. 3. cap. 25. Ex quo patet (inquit Franciscus Irenicus Germ. Exeg. lib. 1. cap. 20.) Noricam regionem non fuisse olim Baviarum ubi nunc collocatur, ultra enim Danubium porrigebatur ubi adhuc vestigium nominis est Noricæ. Eodem pertinet quod collocetur secundum Strabonem non procul à mari Adriatico iuxta Alpes, & secundum Plinium apud Aquilegiam. Recenset autem coniecturam suam vir longè eruditissimus Pithæus hunc locum castigans Adul. l. ca. 3. & 4. assit legendum Arcmorici; eo quod, ut mox dicitur Belenum Deum faciat Ausonio gentis Arcmorica; sed si Gallorum fuit Deus ille, potuit esse etiam Noricorum, immo & omnium Germanorum; quippe qui olim etiam Gallis, Galathis & Celtis contribuit fuerint, uti late deducit Franc. Jren. lib. supradicto cap. 12. maxime cum ex eiusdem lib. 2. cap. 4. constet Germanos (vel Cels. teste lib. 6.) Solem coluisse, immo Munstero in Chronogr. Augusta Vindelicorum qui Norici vicini erant, cultum fuisse scribit olim Apollinem Cranium; quidni etiam Belenum.

382. Belenus.] Antea exc. Tibelenus, quod Rhén. ad marg. confirmare videtur sua 1. edit. his verbis: Tibelenus Noricorum Deus der Teuffel, & totidem penè verbis repetit Althamorus Comm. in Taciti Germ. comment. Memorat, inquit, Tertullianus in Apologetico aduersus gentes Noricos Tibelenum Deum coluisse, id est, den Teuffel. Verum, donec certius quid Germani de suo illo Teuffel suo diabolo adtulerint, magis placet lectio Pithæi à Fr. Balduino etiam suis litteris ad me comprobata, ubi legitur Belenus, præsertim cum duo MS. Belgici & unus Vatic. & Puteani legant: Nori cibelenus, aut potius si dictiones vii oportet distinguamus: Norici Belenus. Certè ex Ausonio satis supèrque didicimus (inquit ille) Apollinem Belenum, eius vero ministros sive sacerdotes Pateras ditos. Versus Ausonij hi sunt:

Tu Baiocassi stirpe Druidarum satus
Si fama non fallit fidem
Beleni sacratum ducis è templo genus, & alibi;
Nec reticebo senem nomine Phœbicium
Qui Beleni ædituus, Stirpe satus Druidum
Gentis Arcmoricae.

Dictum

Dictum autem existimatur Belenum à iactu sive emissionem radiorum, unde Apollinis quoque nomen deductum Plato scripsit: certè apud quosdam Poëtis Sagittipotes eadem ratione dici videtur. Scaliger Lect. Apollon. lib. 1. addit, de Beleno etiam mentionem fieri apud Herodianum quem Scliv vocat, unde & Galli herbam qua sagittas inungebant Belenium vocabant. Apud eundem quoque fit mentio Abellionis Lucanorum Dei.

383. Africae Cœlestis.] Etiam hanc emendationem partim Turnebo Adul. lib. 2. 2. cap. 24. partim Pithæo ubi supra, acceptam debeo, pro eo quod irrepserat: Cœlestus. Qui similiter censet castiganda, Vlpiani fragmentum, & Capitolinum, & infra ipsum quoque Tertullianum lib. de Virg. tom. 2. & Exhort. ad Cast. tom. 5. ubi Cereis Africanæ fit mentio. Testimonij eandem comprobans Spartiani in 30. Tyr. de Celso ab Afris imperatore appellato peplo Deæ Cœlestis ornato, & Amm. Marcell. lib. 22. de Deæ Cœlesti argento breui figmento, & Apuleio Florid. lib. 4. Que autem Dea hoc nomine nuncupata fuerit nondum satis constat, Turnebus Vraniam intelligit, Philastrius Brixionensis Cat. heret. fortunam cœli quam Iudæi Cœli reginam vocabant. Magis placet, ut aut Ceres intelligatur si modo recta sit Pithæi coniectura de locis dictis Tertull. aut Venus quam Mitræ Persæ nuncupant iuxta D. Ambros. contra Symmachum & Herodotum loco per Nannium citato; aut peculiaris Dea alii ignota, eo quod cap. præced. virgo Cœlestis pluiarum pollicitatrix nuncupetur. Rectè proinde meo iudicio etiam Saluianum de Prouid. Dei cap. 8. sic castigandum ex MS. adnotauit ille, ut legitur: Habent quippe intra muros patrios intestinum scelus cœlestem illam sicut Afrorum demonem duo; cui ideo reor veteres Pagani tam speciosa appellationis titulum dederunt, ut quia in ea non erat numen, vel nomen aliquod esset. Et paulopost. Quis non eorum qui Christiani appellantur cœlestem illam aut post Christum adorauit, aut quod penus est multo antequam Christum: videtur itaque cultus huius Deæ etiam ad Saluianum usque tempora ex Africa nondum exterminatus; Nam & apud D. Augusti. comperi huius Deæ mentionem fieri lib. 2. de ciuit. Dei. cap. 4. ubi de ludis turpissimis scænis agit, qui Cœlesti virgini exhibebantur.

384. Mauritaniæ Reguli sui.] Eodem modo dixit D. Cyprianus lib. de Idol. Vanit. Mauri vero manifestè Reges suos colunt. Atqui ex MS. omnibus lego paulopost: Romanos Deos carum quia pro: dominos; & qui.

385. Crustuminiensium Beluentinus.] MS. omnes: Casianensium seu: casianensium, Deluentinus aut: Dementinus, permittit liberam lectionem Lectori, tum quod Deus ille ignotus sit, tum quod & Crustuminus ager veteris oppidi nomine & haud procul Roma Crustumium in Latio apud Plinium reperitur lib. 3. cap. 3. & itidem apud eundem lib. 5. cap. 1. Silium lib. 12. ac Parr. de ling. Lat. lib. 6. Casinum, Samnitum qui à Sabinis orti, oppidum; saltem iuxta castigationem Scaligeri, cum antea legeretur Cassinum. Quia interim magis Romæ vicinum Crustuminum, priorem retinimus.

386. Nirmienisium Viridianus.] Quod MS. quinque legunt: Viridianus eodem recidit; eo quod antiqui Sabini S. pro R. efferrent, uti pluribus locis ex Varone comprobare est. Atqui Narnia eorundem Sabinorum olim, nunc Vmbria oppidum, collocatur à Ptolom. ad Europ. Tab. 5. lib. 2. Meminit & Strabo lib. 5. & Sol. lib. 8. ita dicta à Nar

fluuijs qui præterlabitur. Leodiensis cod. peculiariter legit: Viridiana.

387. Afulanorum Ancaria.] Placet hæc coniectura Turn. Adul. lib. 17. cap. 24. pro: Afulanorum; eo quod Afulum Apuleia oppidum Plutarcho notum sit clade Pyrrhi insigne, & Barri Afulati fiat mentio apud Cicer. de claris Orat. Maxime cum sic etiam legat Leodiensis cod. MS. Ab Ancaria vero dictum putat apud Lucium eum qui Ancarius vocatur, ut de furioso loquatur, tanquam Deæ Ancariæ furore capto, aut quod magis placet ex familia Ancariæ sacra MS. legunt constanter omnes: Ancharia.

388. Volsiniensium Nerfia.] De Volsiniis supra aliquid diximus ad lib. de Pallio & infra cap. 40. Variè autem hæc Dea nuncupatur, in MS. Belg. Nerfia, in Vat. cod. & Leodiensi. Nercia, in Vet. exc. Narcia, in Puteani; Norcia.

389. Otricularum Valentia.] Sic ex MS. Belgicis, Gallicis & Vat. pro: Otricularum, seu: Otricularum. quia Ptol. ubi supra in Vmbria Otriculum, collocat. Hodie tamen vocatur: Otricoli.

390. Sutrinorum Nortia.] Sutrium in Tuscia peruijs scribit Ptol. alij adhuc exstare volunt xxxij. mil. pass. Roma distans; certè apud Silium lib. 8. Sutria testè leguntur; fortassis itaque melius legeretur: Sutriorum, in Puteani est; Norcia.

391. Faliscorum in honore est pater Curis unde accepit cognomen Iuno.] Faliscos seruum in 7. Aeneid. Virg. populos facit Hetruria; meminit & Colonia Falicæ Plinius, & ferentia Faliscorum Ptolom. Hodie vocatur monte fialcone. Atqui Curetin, inquit Festus, Iunonem appellabant, & Curiales mensam quibus illi immolabatur; Vti ipse quidem conicit à Curi hasta Sabinorum, unde & Romulus Quirinus dictus; sed potius iuxta Tertullianum à Curi patre, quem ut Deum colebat Falici, in Puteani tamen libro est; in honore patris Curis, & accepit cognomen Iuno. Ceterum paulopost iterum ex Vet. exc. cum MS. legimus: Velimus aut nolimus, in Puteani est; velimus ac nolimus.

C A P. XXX.

392. Satis mihi quidem, &c.] Caput hoc inscribitur tum in exc. Vet. tum in MS. De religiofitate seu religione Romanorum. Liber Puteani ponit caput xxxij. de religiofitate Romanorum. Expressior est hæc Vat. 1. inscriptio: Quod magna fuit præsumptio Romanorum, credentium ob religionem Deorum suorum mundi se imperium occupasse. paulopost verà iterum addidimus vocem: probatio; ex MS. Si ista merces.) Liber Puteani; Scilicet ista merces à Romanis deis pro gratia expensa est. Sterculus & Muthunus & Laurentina prouexit imperium.

393. Sterculus.] Et hic & cap. sequ. MS. Sterculus, eligat Lector quod volet, sic enim etiam variant MS. Lact. cod. qui hunc locum imitatur lib. 1. cap. 20. Sterculus, inquit, qui stercoreandi agri primus rationem inuenit. Magis interim accedit ad priorem lectionem quod à D. Augusti. Stercutius vocatur lib. 8. de ciuit. Dei. cap. 15. in hæc verba: Pici patrem Stercen potius fuisse adsecuerant; à quo, peritissimo agricola inuentum ferunt, ut simo animalium agri secum adrentur quod ab eius nomine Stercus dictum est, unde & hunc quidam Stercutium vocatum ferunt. Plin. lib. 17. cap. 9. Stercutum vocat faciens eundem Fauni filium. Ego verò puto, ioci gratia à Tertull. & Lactant. Sterculium seu Sterculum nominari à Stercore.

394. Et Mutinus.] *Ex variis lectionem hanc amplectus sum quam habent det. exc. & Vat. 1. pro eo quod substituerat Zephyrus: Mucunius, tanquam à Mucore dictus, tum quod Lactantius loco citato sic scribat: Et Mutinus in cuius sinu pudendo nubentes president, ut illarum pudicitiam prior Deum delibasse videatur; tum quod apud Festum legatur: Mutini Titini sacellum quod manserit ab urbe condita ad Principatum Augusti, & aduicula eiusdem ad sextum & vigesimum usque lapidem extra urbem ubi mulieres togis pretextis velatae illi sacrificabant. Nolo tamen improbare lectionem MS. Belgicorum, qui: Mutunus legunt; maxime cum Arnob. lib. 4. adu. gent. duobus in locis sic legat, ac D. quoque Aug. de ciuit. Dei lib. 4. cap. 11. quem ex dicto Festi loco si restituumendum puto: Ipse sit Mutunus Tutunus qui est apud Gracos Priapi.*

395. Et Larentina.] Ita legunt MS. omnes pro eo quod exc. Larentia, vide latius supra cap. 12.

396. Et patrium folium.] *sic melius meo iudicio MS. S. Bauonis quam alij; veteres solum; quia agit de imperio Romanis concessio, ut patet ex sequentibus, venit autem adnotanda vox Tertullianica transcretanis.*

397. Viderit Cybele, &c.] *satis hunc locum explicat in Paraphrasi Zephyrus; restituumus autem ex MS. urbem Romanorum pro: Romam, & Achiuorum pro eo quod irrepperat, Archiuorum; maxime cum alter Vat. cod. legat: Argiuorum.*

398. Si ad eos ultra transire prospexit quos sciebat Græciam Phrygiæ debellatricem subacturos.] *Vat. 1. si adultores, excussit ferè omnes: adulteros; & eos etiam interpretatur Zephyrus Paridem & Helenam; sed cum illi Græciam Phrygiæ debellatricem non subegerint, magis placet hæc Rhe. in 2. edit. ac Gagnei lectio; ut intelligatur Cybele prospexisse Æneæ aliorumque Phrygiæ seu Troianorum transfugam ad Romanos, quos sciebat Græciam à qua prius debellati fuerant subacturos postmodum. Liber Puteani habet; si adultores transire prospexit: quo sciebat Græciam Phrygiæ debellatorem subacturos.*

399. Itaque maiestatis suæ in urbem collata, &c.] *De Cybele & M. Aurelio (inquit Zephyrus) Herodotus accuratissime meminit. Atqui de Cybele quidem late tractat lib. 1. cuius & simulacri inuentum & Orgia apud Pessinontem, & translationem Romanam (ad quem locum Lectorem compendij gratia remitto) & obitum M. Aurelij in Pannonia paucis prosequitur; Verum Oraculi quod hic adfert Tertullianus nulla ibi mentio, fallitur idem Zephyrus cum Caracallam M. Aurelium nuncupat, ut etiam Latinius adnotauit, Onuphrius lib. 2. Fastorum; quod hic Tertullianus, etiam à Dione narrari scribit, certè verè id compertum fuisse narrat Xyphilinus in Dionis Epitome, addens M. Aurelium medicorum fraude in gratiam Commodi peremptum. Quare etiam magis placet quod paulopost legendum censuit Rhe. in terempti; quam quod legunt MS. intercepti, pro, nostra ætate, liber Puteani: nostra ætate.*

400. Apud Sirmium.] *Sirmium in Pannonia inferiori collocatur à Ptolomeo; Latinius Vennebonam etiam dicit adnotauit. Libro Puteani sexmum vocatur. Legimus autem cum MS. die decimo sexto Kalendarum Aprilium; ac paulopost: die nono, quam veram lectionem patet esse vel ex eo quod in omnibus etiam exc. legitur: quo, non: qua, in Puteani libro est; sexto decimo Kalend. Aprilium. quomodo veteres loqui solitos in Censorium annotauit Carrio.*

401. Archigallus ille sanctissimus.] *εἰρηγενεὺς inquit Rhe. in. Addens, Archigallum principem fuisse Gallorum sive exætorum sacerdotum Cybeles, cuius etiam meminit lib. de Resurr. infra To. 3. & Iulius Firmicus alicubi. Gallos autem dictos tradit Herodianus ubi supra, à Gallo fluuio, apud quem Orgia celebrabant ciuitati Deæ sacerdotes.*

402. Lacertos quoque castrando.] *De hoc ritu in hæc Verba Prudentius Peristeph. hymn. 10. in Rom. Antioch. sub finem, uti ante me quoque adnotauit Latinius:*

Sunt sacra, quando vosmet ipsi exciditis,
Votiuus & cum membra detruncat dolor,
Cultrum in Lacertos exerit fanaticus
Sectisque matrem Brachii placat Deum: &c.
que breuitatis gratia omitto. Marci iam intereunt.] Puteani; iam intercepti.

403. O fomiculosa diplomata.] *Oracula ipsa intelligit quibus nuntiabantur solita imperia; que etiam in scriptis obsequiisque codicillis nonnunquam dari solita, patet ex Macrob. lib. 1. Saturn. Consulant, inquit, hunc Deum, & absentes missis diplomatibus consignant; rescribitque ordine ad ea, qua consultatione abacta continentur. Nisi maius Auctorem loqui metaphoricis de demonum quasi diplomatibus quibusdam quibus obitus Imperatoris seruis nuntiabant. Omnino autem cum MS. & Vet. exc. legere oportet: Deam talem; pro eo quod irrepperit: Deum, cum de Cybele loquatur, pro; ne Christiani: liber Puteani; ne Christiani.*

404. Sed non statim & Iupiter, &c.] *Vide supra cap. 10. Paraphrasin Zephyri & Adnot. nostras tum ibi tum in D. Cypr. de Idol. vanit. num. 8. Politianum item Miscel. cap. 31. Vbi citat ex Lactant. Euhemeri verba ab Ennio versa in sacra hisi. item Sextum Empir. 4. lib. Tyrh. ac Timonem Phliasum, item Poëtam Callimachum, unde prouerbium illud eiusdem & Epimenidis ortum putat: Cretenses semper mendaces, ob hanc de Iouis sepulchro historiam seu vii illi existimant mendacium. Atqui cum MS. Vat. 2. & Puteani; prætermisimus: suis; nam falces Romanis, dici non possunt falces Iouis, & ex iisdem adiecimus paulopost: illum, in Puteani libro est; facibus, non facibus.*

405. Vellet Iuno Punicam urbem, &c.] *Locum hunc in hæc Verba imitatur Lactant. Fidelicet nil tunc accedit Romanis*

Fatis Iunonis iniquæ,
cum Annibal duos exercitus populi Romani & astu & virtute confecit. Nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defendere, ubi arma eius & currus fuit, aut Romanis nocere, quia:

-- Progeniem Troiano à sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces.

Sunt autem etiam hic versus Virgiliani aliquot ex Æneid. lib. 1. sub initium, quos adeo diuerso charactere excudit iussimus ut quosumque alios alibi; quod semel dixisse sufficiat. Certè etiam Poëta cuiuspiam hemistichium illud est:

Fato stat Iupiter ipse.

Atqui de fato supra latius cap. 1. num. 17. pro, genere, liber Puteani; genti. Iterum autem reposuimus: Larentina, pro: Larentia. Plures Deos. Liber Puteani ponit hic caput xxv. de regno deorum.

406. Multo antequam isti dii inciderebantur.] *Aludit ad statuas & simulacra deorum de quibus paulopost: nondum tamen templis aut simulacris res diuina apud*

apud Romanos constabat. Certè confirmatur hoc Tertullianum dictum, his Pliny verbis lib. 34. cap. 4. Roma, inquit, simulacrum ex ære factum Cereris primum reperio ex peculio Sp. Cassi, quem Regnum affectantem pater ipse interemerat. Et apertius ex Plutarcho in Vita Numæ, qui dicit ex illius præcepto annis clxxx. ab Urb. condit. nullam in templis Romanorum imaginem neque fictam neque pictam fuisse conspectam. Alludit huc etiam de templis D. August. lib. 3. de ciuit. Dei cap. 12. cum inquit: Nec his sacris tamen Roma dignata est esse contenta, que tam multa illic Pompeius statuerat, nam ipsius summum templum nondum habebat lotius, Rex quippe Tarquinius ibi Capitolium fabricauit.

407. ingenia Græcorum atque Tuscorum.] *Euisse Tuscos & Gracos insignes statuarios satis constat. Certè Gracos pictura, plastica & statuaria artis inuentores recenset Latè Athenag. Orat. pro Christ. Saurum Samium, Cratonem Syconium, Cleanthem Corinthium, Core Corinthium, Dædalum, Theodorum Milesum, artifices præterea insignes Endymum Dædali discipulum, Theodorum, Telelem, Idicteum, Angelionem, Smilidem, Phidiam, & Praxitelem. Plures alios vide apud Plinium dicto lib. 34. & Lactant. lib. 2. diuin. Instit. Tusca quoque signa Plin. ibidem cap. 7. per terras dispersa dicit, que in Hetruria factitata non sit dubium. Paulopost ex MS. restituumus: Atquin, & de religiofate, pro: ob religiofate, in libro Puteani erat; de irreligiofate, quam veram scripturam putat Carrio eo quod sic concludat: religiofem aut lætendo creuerunt, aut crescendo læferunt.*

408. Eadem strages mœnium & templorum.] *Exempla Dionysij Tyranni & Antiochi Zirycheni videre est apud Clem. Alexandr. Adhort. ad gentes, eiusdem, & Phalaridis, tum etiam Verris, in quem Cicero Orationem conscripsit, apud Lactant. lib. 2. De eodem more latius D. August. lib. de ciuit. Dei cap. 23 4. 5 & 6. & nominatum de Romanorum cap. 5. ex Salustio, de Cesare & Catilina.*

409. Capriuorum Deorum.] *De his supra aliquid adiecit cap. 10. num. 153. Latius D. August. ibidem cap. 3.*

410. Quam adulationes.] *sic ex MS. Belgicis 2. pro: adulationes; tum quod Scaliger in Festum adnotauit sic ubique legere MS. cod. eadem etiam significatione, tum quod putem alio intellectu vocem hanc veterem Tertullianicam adulationes deriuatam ab adolendo id est colendo: iuxta illud Virg. hemistichium de Dijs penatibus:*

Flammis adolere Penates.

Idque magis, eo quod præcedat adorari, & mox sequatur: coluntur. Certè illi duo MS. cod. ubique legunt: adolari.

411. Quorum regna conflata sunt in Romani Imperij summam.] *Provinciales intelligit (inquit Rhe.) id est, Regna in Prouincias redacta à Romanis, que reperire est in libro qui inscribitur: Notitia Orientis & Occidentis.*

C A P. XXXI.

412. Videte igitur ne ille regna dispenfer.] *Caput hoc 26. inscribitur plerumque in MS. & exc. omnibus: De regno Dei, dilucidius verò in altero Vat. cod. Quod solus Deus, cuius est orbis terrarum, regna contulit. Atqui cum prima editione legimus: ille regna, pro eo quod irrepperat: illa, dumtaxat. Liber Puteani illa regna. Eleganter autem statulum, corpus temporum dixit.*

413. Sub quo fuit aliquando sine ciuitatibus genus hominum.] *Quem sic legant MS. omnes cum prioribus exc. non placet quod elegantia gratia substitutum fuit genus humanum. Liber Puteani habet; gens hominum: fuisse verò illud sine ciuitatibus; vel ex lib. Genes. cap. 4. manifestum est, ubi Cayn primus legitur ciuitatem edificasse quam de suo nomine Enoch appellauit; sicuti post Diluuium primus Assur Niniuem Genes. 10. Posteriores his multo quibus alij id inuentum tribuunt, Cæcrops teste Plinio in Æticia; Phoroneus teste Strabone & Homero apud Pelagos, & Egyptij apud quos prima Diopolis.*

414. Prior est quibusdam Diis suis siluestris Roma.] *Omnino sic lego cum MS. & Vet. exc. pro eo quod irrepperit: discipulis suis. Patet autem id vel ex Numa prima superstitionum curiositate, de qua supra, qui D. August. teste lib. 3. de ciuit. Dei cap. 11. & 12. cum veretur ne Troiani dii Romanos inuare possent, Sabinis superatis & Samnitibus, etiam eorum Deos Romam introduxit, & post eum alij multo plures etiam exteros.*

415. Regnauerunt & Babylonij, &c.] *isdem prope verbis hunc locum expressit Minutius in Octauio: Deo dispensante diu regna tenuerunt Assyri, Medi, Persæ, Græci etiam & Egyptij; cum Pontifices & Aruales, & Salios, Vestales & Augures non haberent. Hoc autem indicat floruisse omnia imperia illa, priusquam Roma Numa Pompilius Rex secundus præter Deorum 60. sacerdotes à Romulo institutos, Curiones, flamines, tribunum celerum, augures, Virgines 4. Vestales, Salios Palatinos 12. Marti Graduo, faciales cum patre patrato, Pontificem denique maximum ex patriis institueret. Quod quam verum sit poterit Lector deprehendere tum ex Eusebij chronico & D. August. de ciuit. Dei lib. 18. tum Adnot. nostris in D. Cypr. de Idol. vanit. num. 39. & 40. ac supra ad lib. de Pallio num. 30. Immo verò & Amazones ante captam Troiam claruisse manifestum est. Liber Puteani; regnauerant.*

416. Pontifices.] *Pontifices, dicti (inquit Varro de ling. Lat. lib. 4. de Q. Scauola Pontifex Maximus dicebat, à posse & facere; Pontifices, ego à ponte arbitror: nam ab his publicus pons factus est primum & restitutus sæpe, quod eo sacra & vls & cis Tiberim fiant. In quem locum vide Turnebi adnot. & Latius Onuphrium in 5. lib. Fast. de Pontificatu Maximo.*

417. Ante Quindecimuiros.] *D. August. lib. 6. de ciuit. Dei cap. 4. inter quadraginta & unum Varronis Antiquitatum libros, enumerat tres qui ad homines pertineant, ut primus sit de Pontificibus, secundus de Auguribus, tertius de Quindecimuiris factorum; ad quos haud dubie Tertullianus hic alludit. Super quo loco Vives; Quum libros (inquit) Sibyllinos emisset Tarquinius Superbus, duos viros illis inspicendis præfecit; qui soli eos adirent cum esset opus: dictique sunt Duumviri factorum. Post aucto numero facti Decemviri factorum. Tege Sextilia Licinia in contentione ordinis accepta duobus annis antequam Consulatus plebi communicaretur; multo deinde post additi quinque, qui numerus postea mansit.*

418. Ante Salios.] *Salij (inquit ubi supra Varro) à saliendo dicti. quod facere in Comitio quotannis in sacris & solent & debent. Super quo loco Videatur Turnebi Adnotatio tum de Quinquatribus mense Martio in foro ubi Comitium erat, tum de ipsorum vestitu peculiari ex Dionysio.*

419. Ante Lupercos.] *Luperci (inquit eodem loco Varro) quod Lupercalibus in Lupercali idque nudis in*

honorem Panos sacra faciat. De quibus Adnot. suis Turnebus consulendos dicit Luvium, Dionysium, Plutarchum; eorumque agmina in Urbe purganda plura fuisse, quorum quidam Fabiani, alij Quintiliani, à Fabio & Quintilio præpositis suis, vocabantur. Ad Parronem vero in Urbe hæc dictione alludit Virgil. 8. *Æneid.*

Hic exultantes Salios, nudoque Lupercos.

420. Ante virgines Vestales.] De Vestalibus, sic scribit lib. 1. ad uxorem Tertullianus infra T. 2. Romæ quidem, inquit, quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auspicia penæ cum ipso dracone curantes, de virginitate censentur. Nec absimiliter D. August. Ignis etiam templo Vestæ suæ familiarissimo non peperit, ubi ei deluiti vitam perpetuam diligentissima substitutione lignorum, non tam honorata quam damnatae virgines donare consueverunt. Hinc & Tertull. lib. 1. adu. Marcion. infra T. 3. Vestam in ignem figurans; quo accedit etiam illud Ouid. Nil aliud Vestam quam vinam intellige flammam; & Cicero focum urbis perennem Vestam interpretatur lib. 2. de legib. Alioquin etiam Vestam dicebatur Deum mater, cui ignis ille perpetuus dicitur erat, ignem vero hunc illius filiam fabulabantur.

421. Communium istarum diuinitatum.] *Vat. 1.* legit; omnium, quo fit ut accipi putem hic communes diuinitates, pro: vniuersis; sicuti Cicero Orat. 4. in Verrem, communem Siciliam dixit, & Orat. in eandem 3. commune, pro: vniuersitate, seu collegio.

422. Cuius & Deum victimis, & templum donis & gentem fœderibus aliquamdiu Romani honorastis.] De fœderibus Romanorum cum Iudæa gente videre est lib. Machab. 1. cap. 8. ac lib. 2. cap. 11. & Ioseph. Antiqu. lib. 12. cap. 17. sub Iudæ Machabæo. Item lib. Mach. 1. cap. 12. ac Ioseph. Antiqu. lib. 13. cap. 8. seu 9. sub Ionatha; & Machab. 1. cap. 15. ac Ioseph. Antiqu. lib. 13. cap. 12. seu 9. sub Simone illorum fratre. Rursum apud eundem Ioseph. Antiqu. lib. 14. cap. 16. seu 17. ac 17. seu 19. reperitur Senatusconsulta Romanorum de amicitia Iudæorum sub Iulio Cesare, & Ioanne Hircano (quorum sit mentio etiam lib. 2. aduers. Apionem) ac ibidem & cap. 22. seu 20. M. Antonij litteræ ad eundem Hircanum, ac litteræ P. Dolabella ad eundem. De victimis vero Romanorum aut donariis templo Hierosolymitano factis, quia nihil hæcenus reperire licuit, Lectori diligenti id inquirendum relinquo.

C A P. XXVII.

423. Satis hæc aduersus intentionem læsæ diuinitatis.] Caput hoc 27. inscribitur communiter: De spiritu dæmoniaco, expressus vero in altero *Vat. cod. MS.* Quod dæmones incitent contra nos gentes; quia, licet Christianis subiciantur, sunt tamen ferui contumaces. Atqui *MS. Belgici & Gallici* hic & infra initio cap. 46. legunt: intentionem, sed placet aliorum lectio: intentionem, eo quod Quintiliano lib. 3. cap. 11. & Ciceroni lib. 1. de Inuent. *Vat. cod. MS.* Intentio, pro oratione crimen alicui obijciente, pro, quod non, liber Puteani; quo non. Igitur prouocati.] Liber Puteani ab his verbis incipit caput xxxij. de spiritu Dæmoniaco.

424. Obstruimus gradum pro fide conscientia nostræ.] Sic iterum legimus cum *vet. exc. & Vat. 1. cod. MS.* & altero Puteani: pro eo quod substitutum erat: obstruimus gradum perfidia. De formula illa autem prouerbiali videat lector Prolegomena.

425. Quam in primordio exorsus fumus.] Alludit ad 1. & 2. cap. huius Apolog. quibus latissime Ro-

manorum & iudicandi peruersitatem & sciendi iniquitatem prosequitur.

426. Et eiusmodi spirituum.] Recte sic *MS. pro eo* quod excus: spiritus; item paulopost: succidunt, cum prior exc. pro: succinunt. Item liber Puteani habet: vt nequam & ferui, copula adiecta.

427. Vice rebellantium ergastulorum.] Vice, pro vicissitudine, ergastula vero explicant quæ sequuntur voces carcerum & metallorum; quæ rebellantia nuncupat, quod inuiti & vincti opus facere cogentur. certi impares, libri omnes manuscripti; certi & impares.

428. Ingratis resistimus.] Ingratis, pro inuitis; nam sic etiam Donatus interpretat illud Terentij in Eunuch. Ingratus ut dormiam, quem admodum Rhen. adnotauit ad lib. adu. Valentin. ubi eadem significatione: ingratis aduerbialiter accipitur.

C A P. XXVIII.

429. Quoniam autem facile iniquum videtur, &c.] Cap. hoc *MS. Belgici & Gallici* inscribunt: De Genio Imperatoris; *Vat. 1.* Quod gentes propriam religionem parui pendunt, timentes magis Imperatorem quam Iouem. *Peteres exc. nō absimiliter.* Quod plus honoris Imperatoribus suis exhibeant quam Deis. *Esti autem latius tractetur hic titulus læsæ Augustioris maiestatis tam hoc cum sequ. cap. vsque ad 38. quam infra lib. ad Scapulam, Lectorem tamen illuc remittendum putavi in multis, ne hic sim prolixior.* pro, videtur, Liber Puteani; videretur.

430. Nam & alias diuinæ rei faciendæ libens animus indicitur.] De phrasi illa tam ethnicorum quam Iudæorum & Christi ipsius, qua facere pro sacrificare accipitur; videat lector Adnot. nostras in D. Cypr. epist. 63. ad Cecil. num. 44. & Liturgica nostra Latinorum T. 1. pag. 25. 26. 27. & 28. Neque vero est quod quis hunc locum detorqueat, pro libertate religionum, quam quidam hodie vrgent; quia adfert hic aduersariorum sententiam, suam vero contrariam satis indicat his verbis initio Scorpici infra T. 3. Ad officium hæreticos compelli, non illici, dignum est; duritia vincenda est, non suadenda, ubi de hoc latius, pauca etiam videre est Adnot. nostris in D. Cypr. lib. de Exhort. Mart. num. 27. Porro: indicitur, *vet. lectioem, ex MS. iterum restitimus, pro: inducitur, & faciendæ ex MS. legimus.*

431. Ianus iratus ex qua velit fronte.] Nam bifrons pingebatur, inquit Rhen. vide Adnot. nostras in D. Cypr. de Idol. Vanit. num. 10. 13. & 14.

432. Formati estis.] Etiam hoc ex *MS. reposuimus, pro eo quod Zephyrus tanquam elegantius: Informati, nam illud etiam alibi Tertull. vsuatum est eadem significatione.*

433. Quam de Olympo Iouem.] De Ioue & Olympo, sic Laet. lib. 1. Instit. diuin. cap. 11. Potest & mons Olympus figuram Poëris dedisse, vt Iouem dicent cæli regnum esse sortitum, quod Olympus ambiguum nomen est & montis & cæli. in Olympo autem Iouem habitasse docet historia eadem nempè Ennij sacra.

434. repræsentantæ potestatis.] Magis placet hæc *Vat. cod. lectio quam vulgata & aliorum omnium manuscriptorum: præsentantæ; vt significet eam potestatem magis timeri, quæ se coram repræsentat. Paulopost vero ponitur comparatiuus, potior, cum datiuo; quem admodum, iuxta quod Rhen. adnotat, Plinius alicubi dicit: inferius nulli. Ex MS. vero restitimus: deprehendimini; & humano dominio.*

C A P.

C A P. XXIX.

435. Conflet igitur prius, &c.] *MS. Belgici, Gallici & Vat. 1. cum vet. exc. sic inscribunt hoc cap. 29. An possint prodesse idola; apertius vero alter Vat. cod. Dij nec Cæsarem nec alium iuuare possunt, quare merito Cæsar magis honorandus quam illi. pro, impertiri, liber Puteani; impertire.*

436. Et ita nos criminum maiestatis addicite.] Cum Rhen. ex *MS. iterum legimus: maiestatis; & paulopost: in conscientia vestra; ac deinceps ex Vat. 1. excubiis suis. Item ex MS. omnibus: facit & ad causam si & propitiū, cum illis. Et post aliquot lineas cum Rhen. Sed vos irreligiosi: ac, possunt impetrare. Ideo ergo.] Liber Puteani hic ponit caput xxx. de potestate Imperatorum.*

C A P. XXX.

437. Nos enim pro salute Imperatorum, &c.] *MS. inscribunt cap. hoc 30. de potestate Imperatorū, sed placet exc. vet. inscriptio: Imperatores à Deo esse, quorum salutem Christiani à Deo vero supplices petant qui eam dare est solitus.*

438. Deum verum, Deum viuum.] Cum *MS. expuncimus: & intermedium, eo quod accedat illud magis ad communes Ecclesie Orationes & Exorcismos.*

439. Sciunt, qua homines, quis & animam.] Nempè dederit, atque ita hunc locum restitimus ex *MS. pro: quis homines quis & animas; & ex iisdem: sentiant eum esse Deum solum. Item ex MS. & vet. exc. paulopost: super omnes Deos. Quidni? cum super omnes homines, qui vtiq; viuunt & mortuis assistant. Recogitant. Atqui antistare (inquit Rhen.) pro: excellere, sicuti etiam lib. de Virg. vel. infra T. 2. & alibi sapino. Addidimus autem ex *MS. sui, & deinceps, quod vet. exc. habebant: cælo mittat excubias, cælo vestigalia imponat. Et postea legimus: cuius & cælum est; ac: vnde est & homo.**

440. Illuc suspicientes Christiani manibus expansis, &c.] Locus huiusmodi aduersus contemptores ceremoniarum Ecclesiasticarum in Oratione, cum quadam earundem explicatione; quod oremus expansis manibus, nudo capite, & de pectore; de quibus interim latius lib. de Orat. T. 2. Paulopost autè reposui ex *MS. scito, pro: sciam; & addidi ex MS. quod habebant etiam vet. exc. qui propter disciplinam eius occidit.*

441. Qui ei offero opinam & maiorem hostiam, &c.] Locus huiusmodi detorqueant Magdenburgenses aduersus sacrificium altaris, requirebat de eo tractatum latius; sed remittimus Lectorem ad lib. ad Scapulam infra, quem etiam perperam pro se allegant; quippe qui nominatim voce sacrificamus ibidem datur.

442. Non grana thuris vnus assis, Arabicæ arboris lacrymas, &c.] Etiam hic veterem lectionem secuti secundum *MS. omnes: non, intermedium; cum grana thuris sunt Arabicæ arboris lacrymæ. Sic enim Plinius lib. 11. cap. 14. Thura præter Arabiam nullis, ac ne Arabia quidem vniversæ ac paulopost: Regio eorum thurifera Saba appellatur. Attingunt & Minoi pagus alius, qui primi commercium thuris faciunt maximeque exercent. Nec præterea Arabum alij thuris arbores vident, & cetera qua compentij gratia prætermittimus. Remittentes Lectorem ad lib. Arnob. 7. adu. gentes, ubi latiss. deducit nouellam rem esse thuris usum in sacrificiis Deorum, neque Heroicis temporibus, neque Hæturicis, Albanis, Romuli aut Numæ fuisse cognitum. Neque interim improbat hic locus consuetudinem Ecclesie qua thure vi-*

tur, quia imprimis non adhibetur Dys sumigandis (vt infra loquitur cap. 41.) sed Christianis sepeliendis profingatur, & si quando in sacrificio Missæ adhibetur ex institutione Apostolica (vt constat ex *Can. Apost. 3. seu 4. & Missa S. Iacobi ac Dionys. Arcopag. Eccl. hierarch. cap. 3.*) imprimis non eodem ritu induitur nec eodem habitu (vt loquitur Tertullian. infra T. 2. lib. de Cor. milit.) nec eodem apparatu quo agitur apud idola; deinde thure non sacrificatur Deo, sed dumtaxat ad certam quandam significationem adhibetur, qua petitur, vt sicut incensum in aërem ita in cælos oratio penetret, iuxta illud Psalmi: Dirigatur ad te oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Atqui: assis, quanti sit pretij latiss. बुद्धaus lib. de Assis.

443. Nec duas meri guttas.] simile est illud Arnobij lib. 7. adu. Gentes: & quæ grauior (inquit) infligi contumelia dys potest, quam si eos credas accepto merito propitios fieri, aut honorem existimes habitum his magnum, si modo vini exigui rorem super viuidam ieteris atque instillaueris pruinam? Atqui & verba in fundendo vino vsitata recenseris: Operæpretium est (inquit) etiam verba ipsa depromere, quibus cum vinum datur, vt ac supplicare consuetudo est: Mactus hoc vino inferio esto. Inferio inquit Trebatius verbum ea de causa additum, eaque ratione profertur, ne vinum omne omnino quod in cellis atque apothecis est conditum, ex quibus illud quod effunditur promptum est, esse sacrum incipiat, & ex vsibus eripiatur humanis. Quæ ipsam pluribus irridet morem immo ipsius meri vsus, tum ante tum post ea verba, quæ potest ex illo petere diligens Lector, ne aquo prolixiores simus.

444. Nec sanguinem reprobis hominis.] *MS. omnes: reprobis bouis: sed quia sequitur: mortem optantis, quod in bouem non competit, magis placet illa lectio; maxime quum constat etiam sanguine humano Dys sacrificatum fuisse, vt supra latius cap. 9.*

445. Vngulæ fodiant, &c.] Diuersa tormentorum genera enumerat, vngulas, cruces, ignes, gladios, de quibus etiam latius lib. ad Scapulam & supra cap. 12. num. 177.

C A P. XXXI.

446. Adulati nunc sumus Imperatori, &c.] Cap. hoc 31. inscribitur De oratione pro inimicis. Legimus cum *MS. cod. sicuti habebant vet. exc. ad euadendam scilicet vim; ac paulopost: Scito, pro: Scitote, quia præcedit: putas, seu vt MS. omnes legunt: putaueris. sed Puteani; Scitote, propter eam, de qua dictum est, numerorum variationem.*

447. Conuenimur in crimem.] Phrasis Iureconsultorum vii etiam ante me adnotauit Rhen.

C A P. XXXII.

448. Sed etiam nominatim atque manifestè: Orate inquit.] Cap. hoc 32. quod hic merito præoccupandum videtur, sic inscribitur in exc. Quare etiam pro salute Romani Imperij Christiani orent, et rectius in *MS. Vat. 1.* Quod Christiani pro Imperatoribus precantur, dum orant sæculi clausulam retardari. Quia vero idem hoc argumentum non modo infra cap. 39. sed & lib. ad Scapulam tractatur, eodem Lectorem remittimus. Est & alia.] Puteani hic incipit caput xxxij. fieri pro Imperio & potestate Imperatoris.

449. Ipsamque clausulam sæculi, &c. Romani imperij commeatu scimus retardari.] Itarursum ex *MS. pro: clausuram. De voce autem Commeatu, non modo Tertulliano sed & D. Cypriano vsitata, videat lector*

Adnot. nostras in epist. illius 34. num. 2. & 52. num. 38. & lib. de Mort. num. 32. Accipit autem hic pro liberatione ab interitu sine diuturnitate ut mox loquitur sicut patet ex illis verbis lib. ad Scapulam: pro Romano imperio quousque saeculum stabit, tam diu enim stabit, sicuti & alibi comitatum vitæ dixit.

450. per salutem eorum.] Quemadmodum initio Christiane religionis fuit interdictum per genios Imperatorum deierare, ita permissum iuramentum per salutem eorum; quod tamen ipsum à Regibus Francorum Christianis prohibitum legibus, adnotavit Rhen. tum hoc loco tum lib. ad Scapulam. Certè inter leges Francorum antiquas Chlodones, Childerberti, & Chlotarij (quas MS. penes me habeo) cap. 6. sic legitur: Ut nullus presumat per vitam Regis & filiorum eius iurare.

451. Nescitis genios dæmonas dici & inde diminutiva voce dæmonia.] Pulchra dæmonij à dæmone deductio. Repetit vero eandem sententiam lib. de Anima infra To. 3. præterquam quod ibi peculiariter agat de hominis vniuersiisque genio, id est, dæmone, de quo ibi latius. Haud absimiliter vero Laetant. lib. 2. cap. 14. Hi spiritus contaminati ac perditii per omnem terram vagantur, & solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur, itaque omnia insidijs, fraudibus, dolis, erroribus complent. Adherent enim singulis hominibus, & omnes hostiatim domos occupant, ac sibi geniorum nomen adsumunt, sic enim latino sermone dæmonas interpretantur. Quo magis repudianda à Christianis illa Castalionis Bibliorum versio: qua angelos ubique genios transtulit.

452. Ideoque & saluum volumus esse quod Deus voluit.] Comma hoc integrum recens ex MS. S. Baionis Puteani & Eluonensî codicibus adiecimus, alludit autem ad iuramentum per salutem Imperatorum.

453. Dæmonas id est genios adiurare consueuimus, &c. non deierare.] Antithesis pulchra inter adiurare, & deierare; de deieratione latius lib. de Idol. infra T. 2. de adiuratione vero videat Lector Adnot. nostras in epist. 7. 6. D. Cyp. nu. 54. & in lib. de Vanit. idol. nu. 35. & 36.

CAP. XXXIII.

454. Sed quid ego amplius, &c.] Rectè hoc Cap. 33. in Vet. exc. sic inscribitur, Imperatorem hominè esse, non Deum. Liber Puteani, ponit caput xxxij. etiam pro Imperatore. Atqui ex MS. legitur: elegit, pro: elegerit. & reposui quod habebant etiam Vet. exc. cam qui potest præstare aut quod talis postulo.

455. Interest homini.] Etiam hoc restitutum, pro eo quod tanquam elegantius substituerat Zephyrus: hominis; nam phrasim illam Tertull. vstitatam adnotauit ante me Rhen. tum hic tum alibi, cum datiuo.

456. Hominem se esse etiam triumphans in illo sublimissimo curru, &c.] Facit hic locus ad intellectum eius quod habet Plin. nat. hist. lib. 28. cap. 4. (Vt me suis obseruat. monuit Latinus) ubi de curru triumphantium agit: Similis medicina lingua. Ut sit exorata à tergo fortuna, gloria carnifex. In ipso enim Imperatoris curru (inquit Onuphrius lib. 5. Fast. de Triumpho maxime ex Zonara) ponit triumphantem, quidam publicus minister id est (Vt habet Isid. Etym. lib. 18. cap. 2.) carnifex, vehebatur coronam auream geminis distinctam super eius caput tenens, qui à tergo sepe illud insurrebat: Respice post te, hominem memento te; ne illa felicitate elatus, humanae conditionis obliuisceretur, & reliquæ vitæ cursum præiudicaret, nec eo honore elatus superbiat. Rectè autem

currum sublimissimum nuncupat triumphi curulis, quia neque bellicis erat similis, neque iis quorum in Circensibus usus erat, sed instat turris rotunde confectus, quem admodum ex antiquis nummis cognosci potest. Reliqua huc pertinentia videat studiosus Antiquitatum apud Onuphrium ubi supra, ex Dionys. lib. 5. in triumpho Poplicola, Plutarcho in Vita Pauli Aemilij, Joseph. lib. 7. de Bello Iudæic. cap. 24. de triumpho Vespasiani & Titij; & dicto Ioanne Zonara hist. Tom. 2. de triumpho Camilli. Porro legitimus ex MS. Et vti que hoc magis.

CAP. XXXIII.

457. Augustus Imperij formator ne Dominum quidem dici se volebat.] Cap. hoc 34. optime in Vet. exc. sic inscribitur: Nec Dominum nisi more communi Imperatorem appellandum. in Puteani vero; de Augusto Imperatore. Atqui id ipsum de Augusto testatur Suetonius Octauij cap. 53. Domini (inquit) appellationem, ut maledictum & opprobrium semper exhorruit. Cum spectante eo Ludos, pronuntiatum esset à Mimo: O Dominum equum & bonum, & vniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent; statim manu vultuque indecoros adulationes represit, & insequenti die, grauissimè corripuit edicto, Dominumque se posthac appellari ne à liberis quidem aut nepotibus suis vel seruo vel ioco passus est.

458. Et hoc enim Dei est cognomen.] Huc alludere videtur Oros. hist. lib. 6. cap. 21. cum inquit: Eodem tempore hic ad quem rerum omnium summa concesserat Dominum se hominum appellari passus non est, immò non ausus, quo Verus Dominus totius generis humani inter homines natus est. Paulopost autem reposuimus: Sed & gratius est nomen; & ex Belgicis & Puteani MS. Tanto autem abest; & Pat. i. perniciosissima; ac ex cod. MS. S. Baionis: Define alium Deum colere vel credere. in Puteani est elegantissimè; non modo turpissima sed & perniciosa adulatione. à qua etiam abest illud; vel colere.

459. Maledictum est, ante ἀποθέσιν Deum Cæsarem nuncupare.] De causis allegendæ humanitatis in diuinitatem supra latè tractauit Auctor & impugnavit cap. 11. Αποθέσιν vero Latine Rhen. interprete relatio erat inter Diuos sine in Deorum Catalogum; quæ quibus ceremonijs apud Romanos fieri soleat, elegantè describit Herodianus princip. lib. 4. de Senero Imperatore; narrans post plurimam sumptuosissimamque pompam à supremo tabernaculo turris in modum Phari adificatæ, in campo Martio tanquam è fastigio quodam, simul cum subiecto igni aquilam dimitti solitam, quæ in caelum crederetur ipsam Principis animam deferre, sicuti etiam Latissimè describit Onuphrius Panu. Fast. lib. 2. MS. autem omnes legunt: nuncupari.

CAP. XXXV.

460. Propterea igitur publici hostes, &c.] Cap. hoc 35. inscribitur in MS. & vet. exc. De solemnibus Cæsarium; at placet magis I. V. at cod. MS. Quod Christiani maiores & veriores honores exhibent Imperatoribus quàm Gentiles.

461. Sollemnia eorum.] Sollemnia Cæsarium interpretatur Zephyrus Natales eorum & id genus alios sollemnes dies ad honorem ipsorum institutos; his addere licet tum triumphos tum Vota publica suscepta, Decennalia, Vicennalia, Tricennalia, quæ passim in nummis Veteribus & Fastis Consularibus reperuntur. Certè inter nummos veteres Euberij Golzæij nostri reperire est has inscriptiones una ex parte I. M. P. C. A. S. L. SEPT.

SEV.

SEV. PERT. AVG. I. II. III. IIII. V. VI. COSS. & ex altera VOTA PVBLICA SVSCEPTA. ad quæ sollemnia videtur alludere Auctor. Quin & illa intelligit Sollemnia, quæ se habent (ut loquitur li. 2. ad Vxor. infra T. 2.) incipiente anno, incipiente mense.

462. Focos & thoros.] Vet. exc. ac Pat. MS. I. thoros. sed illud magis placet, quia sequitur: vicatim epulari, & infra hoc eodem cap. cultissimis & superbissimis thoris forum sibi diuidebant. Atque adeo rectè thoros interpretatur Zephyrus lectisternia, in quibus epulabatur; quo etiam significatu Auctor supra lib. de Pallio cap. 4. & infra cap. 47. superbos Platonis thoros dixit.

463. Ciuitatem tabernæ habitu abolefacere.] Sic legitur cum vet. exc. & MS. cod. pro eo quod alij: abolefacere, ut sit vox composita ab abolere, pro abluere, quem admodum Titur V. argil. Georg. 4. his versibus: ---Nec viscera quisquam

Aut vndas abolere potest, aut vincere flamma. Paulopost autem item reposuimus malorum morum licentia, ex MS. & Vet. exc.

464. Cur die lato non laureis postes obumbramus, &c.] Similiter li. 2. ad Vxor. Procedit de ianua laureata & lucernata, ut de nouo consistorio publicorum libidinum; & infra hoc ipso cap. recentissimis & ramosis laureis postes præstruebant, ac clatiff. & clariff. lucernis vestibula enubilabant; ac lib. de Idol. At nunc lucent tabernæ ac ianux nostræ, plures iam ethnicorum fore sine lucernis & laureis quàm Christianorum. ac de Cor. militis: At enim Christianus nec ianua suam lauris infamabit. Die autem Natali potissimum accendebantur lucerna, ut adnotat Scaliger in Festum. Et de Lauro sic scribit Plin. lib. 15. cap. 30. Laurus triumphis proprie dicitur, vel gratissimè domibus, ianix Cæsarium Pontificumque; quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Quare magis placet vet. exc. & MS. lectio: obumbramus, quàm Zephyri: adumbramus; sicuti mox induere cum Rhen. quam: inducere. deinde Puteani habet; vti hostes, adiecta vna voce.

465. Fidem & veritatem vestram.] Fronice loqui rectè adnotauit Rhen.

466. Ipsos Quiritis, ipsam vernaculam septem collium plebem.] Romanos & Romanam ipsam alloquitur. Quiritis vero dicitur notat Varro lib. de ling. Lat. à Curetibz qui cum Tatio Rege in societatem venerant, donati ciuitate. Idem ibidem lib. 4. Roma (inquit) septem montium demissior infimus locus. & lib. 5. Dies Septimontium nominatus ab his septem montibus, in quibus sita vrbs est. De quo latius lib. de Idol. ubi etiam Septimontium inter idolorum Testis Auctor enumerat. Testis & Tyberis: Puteani; Testis est Tyberis.

467. Et scholæ bestiarum.] In quibus nempe bestiarum (inquit Rhen.) cum pugnare discebant, tum aiebantur. Eos sua cade spectantium oculos, exhibentibus aliquod munus Imperatoribus, oblectaturos, verisimile est, propriam sorte deplorantes & conuictus in ipsos Imperatores non abstulisse. Vide librum de spectaculis cap. 16. num. 144.

468. Iam si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam.] Iuxta (inquit idem Rhen.) Momis sententiam. Alludit autem ad illud Luciani Dial. de haref. ubi refert, Momum, præter alia, illud in hominis officio notasse, quod artifex non in pectore fenestras aut ostiola quædam addidisset, quo perspicui posset quid in corde lateret; quod ille speciosum alioqui multisque recessibus sinuosum sinxisset. Atqui pro eo quod est; apparet noui

ac noui Cæsaris scena, rectius meo iudicio MS. apparet scenam, hoc est conuicta aliquot in scena proferrî solita. Liber tamen Puteani; cuius non præcordia insculpta apparent noui ac noui Cæsaris scenam congiario diuidendo præfidentes.

469. In congiario diuidendo præfidentis.] Sic ex MS. & Vet. exc. pro: præfentis. Congiariarum vero munus appellabatur, quod per Principes quasi per congios, id est liberaliter distribuabatur, cuius dimissum iudicium in Nummis Veteribus erat hæc inscriptio: LIBERALITAS AVGG. Vti patet ex iis qui Senero Imp. inscribuntur Consulatu I. II. III. IIII. V. & VI.

470. De nostris annis tibi Iupiter augeat annos.] Vt sibi carmen constet, sic ex coniectura Harvissij lego. Videtur id vstitatum fuisse in Fastis Imperatorum adclamationibus; cuius verò sit Poëta, inquit Lector curiosus. Legimus vero ex MS. & Vet. exc. Christianus tam enuntiare non nouit.

471. Depostulatores Christianorum.] Depostulabat (inquit Rhen.) vulgus Christianos ad supplicium, acclamando: Christianos ad leonem, ut patet infra cap. 40. & vlt. & ex D. Cyp. epist. 15. & 55.

472. Planè ceteri ordines, &c.] Etiam hic Ironiam esse rectè adnotauit Rhen. Enumerat autem ceteros ordines Romanorum Senatam, Equites, milites, palatinos.

473. Vnde Cassij & Nigri & Albini.] De his Latinus infra lib. ad Scapulam & in Vita Auctoris nostra. Mutat autem numerum (inquit Rhen.) venustatis causa more suo.

474. Vnde qui inter duas lauros obident Cæsare.] Interpretatur hoc in sua Paraphrasi Zephyrus de Pertinace Imperatore ab irrumperibus pratorianis occiso, pro foribus ipsius palatii, inter iantrices illas lauros; quod confirmare videtur verbis his paulopost sequentibus: quam recentissimis & ramosis laureis postes præstruebant. Verum mihi id nõ satisfaciat, eo quod illis verbis: inter duas lauros, locum quempiam vrbs Romæ mihi videatur potius significare. Certè Lauretum vrbs Romæ vicum celebrat Plinius li. 15. cap. 30. & Varro de ling. Lat. inde (inquit) Lauretum ab eo quod ibi sepultus est T. Tatijs Rex, qui à Laurentibus interfectus est, ab filia Laureæ quod ibi excisa & adificatus vicus. Idque eo magis, quod de Pertinace cade postea loqui videatur, ut mox dicemus, quodque in Martyrologijs legatur expressis verbis vndecima Augusti: Romæ inter duas lauros natale S. Tyburtij Martyris. In Puteani est more antiquo; duas lauros.

475. Vnde qui faucibus eius exprimendis palestricam exercebat.] Intelligit (Vti rectè adnotauit Rhen.) Commodum Antoninum, cui inia ad occidendum eum conuentione, Alius Latus præfectus (seu potius Alius Latus cubicularius & Electus præfectus) & Martia concubina primum Venenum dederunt; quod quum minus operaretur, per Narcissum athletam cum quo exercebat, eum strangulauerunt. Auctor Alius Spartianus.

476. Vnde qui palatiū armati irrumpunt.] Rhen. istud refert ad Plautianum, quæ vita Seneri & filij eius Antonini Cæsarium insidiatum constat ex Herodoti li. 3. Per u quod (ut mox dicemus) ex sequentibus videatur liber iste conscriptus non vsque adeo diu post interfectum Albini, fortassis etiam ante coniugium Antonini cum filia Plautiani, & Consulatum illius secundum, non placet. Multò vero minus quod Zephyrus ad Domitianum hoc refert; quia planè constat Auctorem de alijs loqui hic quàm Stephanis & Partheniis. Malim itaque de Pertinace hunc locum intelligi, quem constat tum ex Herodoti lib. 2. tum ex Spar-

M

iano, Dione & alii, in foribus Palatii sui ab armatis prætorianis militibus irruptibus interfectum.

477. Omnibus Stephanis & Partheniis audacioribus. *[Hic alludit quidem ad Stephanum & Parthenium oppressores Cæsaris Domitiani secundum Suetonium, Spartianum, sextum Aurelium & alios; sed dum dicit hos illis audaciores, haud dubie de aliis loquitur. In Puteani libro est: Tot Sigexii & Partheniis. Cetera quæ sequuntur, repetuntur infra lib. ad scapulam.]*

478. Sed & qui nunc scelestarum partium focij aut plaufores quotidie reuelantur. *[Vel hinc profectio patet, scriptum hunc non multis annis post cadem Albini in prælio, quæ accidit secundum Fastos emendatores Goltzi nostri. Vt latius in vita Auctoris, quinto anno Imperij Severi, Laterano & Ruffino Consulibus. Scribit enim Herodianus Severum Albini amicos ubique perquisitos supplicio affectisse; ad quod videtur Auctor adludere, cum dicit scelestarum partium focios quotidie, adhuc cum hæc scriberet, reuelati.]*

479. Post vindemiam parricidarum racematio superstes, &c. *[Elegantissima (inquit Rhen.) translatio seu Metaphora; utpote quæ significat eos qui in Perinacis Cæsaris & ipsius Severi necem coniuauerunt: qui tamen faustissimis auspiciis Natalem Imperij Severi concelebrauerant: quos deprehensos scribit Herodianus ex aranis quibusdam Epistolis, quas apud Albinum sepositas reperisset. Pro enubilabant, in Puteani est, nebulaabant. Paulopost castigauimus ex MS. omnibus: nomen Principis in corde mutant, pro: imitantes.]*

480. Qui Astrologos & aruspices, & augures & magos consulunt. *[De his omnibus latius infra T. 2. lib. de Jdolol. & lib. de Anima, Tom. 3.]*

C A P. XXXVI.

481. Si hæc ita sunt, ut hostes deprehendantur, &c. *[Cap. hoc 36. inscribitur optimè in 1. V. at. MS. cod. cui satis consentiunt vet. exc. Quod Christiani tenentur diligere non solum Imperatores, sed & omnes homines. In Puteani; de personarum omnium æqualitate. Quia verò idem argumentum tractatur infra lib. ad Scapulam, paucis expediemus hoc & sequens capita.]*

482. Romani negamus. *[Sic ex MS. & vet. exc. scilicet etiam ex MS. & hostes esse, item: Romani habebatur; & ex Vrsique: fides Imperatoribus dedita prodebita; ac deinceps: necesse habet exhiberi, phrasè Tertullianicæ, de qua mox latius, & non ita multo post: in differentis benignitatis, pro: in differentiis, denique ex MS. Idem fumus, pro: iidem, nam & supra illud Tertullianicum esse adnotauimus.]*

C A P. XXXVII.

483. Si inimicos ut supra diximus. *[Adludit ad c. 31. Atqui cap. hoc 37. ferè sic inscribitur: Ne malum contra malum; sed apertius apertius V. at. MS. cod. Quod ad Christianos spectat neminem lædere, quamquam pro multitudine possent se vindicare.]*

484. Quem habemus odisse. *[Sic ex MS. quinque, pro habebimus. Eodem autem modo dixit li. adu. Valent. infra T. 3. habens superuolare, & D. Cypr. epist. 27. recscribere habeam. Atque hæc Græcorum phrasè (Vt adnotauit Pmh. Adu. li. 2. c. 11.) exemplis aliis multis defendi potest. Hinc Vlpianus: habere laborare, Marcell. habere operari. Cicero denique lib. 2. ad Att. epist. 38. De Rep. nihil habeo ad te scribere. Accipitur autem habeo hoc significatu, pro possum vel debeo. Paulopost ex iisdem MS. bis legimus: Quoties, pro: Quoties, quia illud etiã alibi suppat Auctor; & ex MS. ac vet. exc. præter-*

tis vobis, pro eo quod substituit Zephyrus: præteritos à vobis.

485. Ipsis Bacchanalium furiis. *[Adludit ad descriptionem Bacchi, quem poeta (inquit B. Iust. Mart. lib. de Monarch.) Iuuentem vocat. De Bacchi verò sacris quam turpia, quam furiis plena, videat Lector D. Aug. lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 21. & ibidem Adnotat. Vnius. Quid? quod ea de causa sublata testetur Auctor Liberi sacra, supra cap. 6. In eo autem differre Bacchanalia à Liberalibus, quod illa singulis mensibus, hæc verò non fierent nisi xvi. Kalend. Aprileis.]*

486. De reque sepulturæ tanquam de asylo quodam mortis. *[Locus insignis, aduersus nostræ temporis Donatistarum asseclas hereticos, qui sepulchra Christianorum, immò Regum corpora effuderunt; quum tamen asylū mortis sepultura rectè à Tertulliano vocetur. Et certè grauissima pena in sepulcorum violatores, vel ab ipsis Eihnicis Imperatoribus iam olim statuta sunt.]*

487. Si enim & hostes exortos. *[Sic ex MS. quatuor, ac si dicat hostes apertos, quia sequitur, occultos; pro eo quod alij: exortos. Nam vox exortos Tertulliano familiarissima est. Pro, vindices, liber Puteani; iudices.]*

488. Vis numerorum & copiarum. *[Intelligit (inquit Rhen.) de numeris militaribus. Eadem significatione Plin. epist. 8. lib. 3. in numeros referre dixit.]*

489. Mauri & Marcomanni, & ipsi Parthi. *[Hos populos potissimum enumerat, quia recens à Seuerio Victi, populo Romano nomen dederant, sicuti latius in vita Auctoris.]*

490. Externi fumus & vestra omnia replerimus. *[Externos vocat Christianos, quod ex Iudæa primum sunt orti; deinde adnotanda tam breui temporis spatio, tanta quam hic recenset Christianismi dilatio. Liber Puteani, Hæsterni: quod etiam contemnendum est: & pro; relinquimus: idem reliquimus.]*

491. Solius diuortij inuidia. *[Rhen. rationem adfert: quia, inquit, nos reuicimus; sed verior interpretatio est, ut diuortium pro secessione in aliquem, Vt sequitur, remoti orbis locum, accipitur.]*

492. Suffudisset vtique dominationem vestrã. *[Rectè sic MS. quatuor pro: damnationem; & mox: de institutione, pro: institutione. Rhen. adnotat suffudisset capi pro: pudefecisset. Paulopost item castigauimus ex MS. V. at. 1. quasi mortuæ vrbis quæstisset quibus in ea imperassetis. Rursus paulopost ex MS. & vet. exc. addidimus: penè omnes ciues Christianos habendo. & deinceps ex MS. potius quam erroris humani. Denique: raperet, pro: eripiet, secundum exc. vet.]*

C A P. XXXVIII.

493. Proinde nec paulò lenius inter licitas factiones. *[Cap. hoc 38. ferè inscribitur: De cætu, sed apertius V. at. ille cod. MS. Quod Christianorum cætu nullam potest proditiōis generare suspitionem. Atqui factio & factiosus (inquit Festus) initio honesta vocabula erant, vnde adhuc factiones histronum & quadrigarum dicuntur; modo autem nomine factionis seditio & arma vocatur. Hinc fit Vt Auctor ad distinctionem licitas factiones dicat. Quare cum simpliciter initio seq. cap. Christianæ factionis meminit, ex persona aduersariorum loqui vel inde patet, quod in fine eiusdem ca. dicat: non factio dicenda, sed curia. & quod mox ca. 40. factionum nomē in malam partem accipit. Atqui pro: lenius vet. exc. & V. at. 1. lenius; sed illud placet. Paulopost ex MS. legimus: ab omni. & mox cū Rhen. vnam omnium Remp. agnoscimus mundū, pro: ac modestiæ*

stia publica, liber Puteani habet; modestiæ publica.

494. Equè spectaculis vestris, &c. *[De his habes librum integrum infra T. 2. ad quæ Lectorem remittimus.]*

495. Cum ipsis rebus de quibus transiguntur prætersumus. *[Cum ita ex cod. Gorx. legeret Rhen. addens esse prætersumus Verbum nouum siue nouè compositum; mirum est vnde iterum irrepserit: præterimus. Addimus autem rursum ex MS. quod habebat exc. dictu, visu, auditu: & cum MS. legimus oblectari nouisse nolumus, & ex 1. V. at. si fortè nostra uò vestra.]*

496. Sed licuit Epicureis, &c. *[Pulcrè hunc locum ex Cicer. lib. 1. de Fin. explicat in Paraphrasi Zephyrus, ut pluribus non sit opus.]*

C A P. XXXIX.

497. Edam iam nunc ipse ego negotia Christianæ factionis, &c. *[Rectè hoc cap. 39. ab omnibus penè inscribitur; De disciplina Christianorum; in quo haud dubie non semel D. Iustinum Martyrem imitatur in fine Apol. 2. atque ad eò, Vti ex Liturgicis meis Latinorum satis patet, partim hic, partim lib. de Orat. Missam Africanam sicuti tum celebrabatur describit. Illuc itaque Lectorem, ne hic proluxius simus, remittimus.]*

498. Corpus sumus de conscientia religionis. *[Corpus (inquit Rhen.) pro Collegio Vsurpat, sicuti & supra c. 29. sæculum corpus temporum fecit, & lib. de præscript. edu. heres. T. 3. infra: quibus incunabulis institutum adu. Cor. Quo fit etiam, ut magis placeat, quod habent MS. disciplina vnitatem, quam quod alij: veritate.]*

499. Coimus in cætu, &c. *[Similiter ferè ante Tertullianum D. Iust. Martyr: Nos autem, inquit, credentem iam & nobis ascitum ad fratres qui dicuntur, eò adducimus vbi illi congregati sunt, ad communes preces & supplicationes, tum pro seipsis, tum pro illuminato & aliis vbiq; gentium omnibus animo intèto peragendas; ut digni idoneique simus, qui veritate agnita per opera etiam ipsa boni atque officiosi rerum administratores, & datorum nobis mandatorum custodes, inueniamur, atque ut saluè saluemur sempiterna. Quæ similia habet Arnob. adu. Gent. lib. 1. Et verò iam ab Apostolis vstitutum huc cætu Christianorum patet, vel ex illo Apostoli 1. Cor. 11. Conuenientibus vobis in vnum & pluribus aliis: Act. Apost. ac veterum Patrum locis, quæ videre est 1. Tom. nost. Liturgicōn, vbi Missa Apostolorum late describitur; latius infra lib. de Orat. num. 1. & aliquid diximus Adnot. in Epist. 63. D. Cypr. ad Cecil. num. 49.]*

500. Oramus etiam pro Imperatoribus, &c. *[Vide infra lib. ad Scapulam, ex quo confirmatur omnino lectio MS. & vet. exc. pro statu sæculi; quia ibi dicitur: quamdiu sæculum stabit, imperium saluum fore; & eodem pertinet illud: pro mora finis, ut idem velit quod supra dixit ca. 32. dum clausulã sæculi precamur differri, Romanæ diuturnitati fauemus. Verum de hoc infra latius. Alibi haud absimiliter lib. de Anima infra T. 2. moram finis vitæ cuiusque dicit.]*

501. Cogimur ad Diuinarum litterarum commemorationem. *[Sic iterum cum Rhen. & MS. V. at. 1. cod. pro: Coimus. nam cogere etiam in vnum colligere est. Atqui quod Diuinarum scripturarum commemoratio initio sacrificij Christiani vstituta fuerit, repetitur his verbis infra T. 2. lib. 2. ad V. xorem, vbi fomenta fidei de scripturarum interlectione; & supra etiam adludetur cap. 22. & nunc etiam Læctionibus resonantibus. & confirmatur tum ex verbis hinc D. Iustini: Et commentaria (inquit) Apostolorum aut scripta Pro-*

phetarum quoad tempus fert leguntur; tum ex nostris Liturg. Latin. T. 1. p. 72. & 73. 90. 98. 118. 124. 126. 177. & 195. Vbi in hanc rem adferuntur testimonia, ex Can. Apost. 9. seu 10. Constit. Apost. D. Clem. lib. 7. cap. 61. & 63. ac lib. 8. cap. 4. & 21. D. Iacobi Apostoli Litur. Albino de Diuin. offic. & Erab. de Institut. cler. li. 1. c. 32. Philone de Therapeutis; item ex D. Dionys. Areop. Eccl. Hierarch. c. 3. & 9. Hippol. Port. Orat. de Antichristo. D. Cypr. epist. 24. 33. & 34. D. Optat. adu. Parmen. li. 6. D. Ambros. epist. 33. ad Marcell. soror. Eodem & D. Aug. ac Maximo Fulgentio, Petro Chrysol. in multis sermonibus. His addantur Græcorum quoque testimonia Dionysij Corimbij apud Euseb. lib. 4. Eccl. hist. cap. 23. & Niceph. lib. 4. ca. 8. Liturgicæ denique SS. Basilij & Chrysostomi. Quum autem flaccescente prima illa fidelium deuotione Missa proluxior videretur, loco integri alicuius libri Veteris ac noui Testamenti, ceperunt dumtaxat quadam Lectiones Epistolularum & Evangeliorum in vsu esse; quas olim à D. Hieron. in librum, quem Comitum inscripsit, qui exstat 2. Tom. nostr. Liturgicōn, iussu D. Damasi collectas, in hunc vsque diem Ecclesia frequentat.]

502. Et Cenfura diuina, &c. *[Locus insignis aduersus contemptores Excommunicationis Ecclesiasticæ à Christo institutæ, & à primis Apostolorum temporibus vstitutæ, de qua legat Lector Adnot. nostras in Epist. 38. D. Cypr. num. 10. ac epist. 62. ad Pomponium, num. 15. Pulcrè autem eam circumloquitur Auctor, quod ea quis relegeretur à communicatione orationis & conuentus & omnis sancti commercij; quibus verbis etiam sacrificij Christiani periphrafi haud dubie continetur, Vti infra latius adu. Magd. lib. ad Scapulam.]*

503. Præfident probati quique feniores, &c. *[Quandoquidem etiam ipsi Magdenburgenses hunc locum citant pro summa Episcoporum (non presbyterorum) diutaxat Vti Zephyrus) auctoritate etiã excommunicandi, nolumus diutius immorari, præsertim cum late hanc materiã tractauerimus A. du. nostris in D. Cypr. ad epist. 55. nu. 8. & 29. ac ad epist. 72. nu. 13. & 15. D. Iustini Præpositus vocat.]*

504. Etiam si quod arcæ genus est, &c. *[Veterem hanc consuetudinem eleemosynæ colligendæ, etiam Apostolorum ætate vstitutam, cõstat ex illo Apost. 1. Cor. 16. De Collectis, inquit, quæ sunt in sanctos, sicuti ordinari Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam sabbati vnusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit. Iterum autem cum vet. exc. & MS. legimus: congregatur; item addidimus ex MS. & si modo velit; quia haud absimiliter D. Iustinus Vti supra; quem ad verbum ferè imitatur. Ceterum, inquit, qui copiosiores sunt & volunt pro arbitrio quisque suo quod visum est contribuunt, & quod ita colligitur, apud Præpositum depositur. Atque ille inde opulatur pupillis & viduis, & his qui propter morbum aut aliam causam egent, quique in vinculis sunt; & peregrè aduenientibus hospitibus; & ut simpliciter dicam, in agnitum is omnium curator est. Atqui pro: onerata summa, V. at. 1. cod. MS. ordinaria Puteani; honoraria. Item pro: ætatèque domitis senibus; MS. quinque, iamq; domesticis: ac si dicat domi manere coactis, quod adeo tanquam elegantius retinendum duximus. Sicuti & paulopost cum Rhen. ex MS. & vt pro alterutro mori sint parati.]*

505. Sed & quod fratres nos vocamus, &c. *[Item hoc ex MS. pro, infamant, liber Puteani; infamant. ac paulopost: fratres autem etiam vestri fumus. & cum vet. exc. ad vnam lucem expauerint veritatis; pro: expirauerunt. & post aliquot lineas: Ita que quia, &*

deinceps: in isto loco. Porro Fratrum appellationem inter Christianos, tum ex Evangelio, tum ex Epistolis Paulinis ortam constat, cuius nominis Etymologiam pulcrè & latè Auctor hic explicat. Certè D. Iustinus ubi supra, & Athenag. Orat. pro Christianis, eius quoque mentionem faciunt, quorum iste tamen aliam rationem reddit. Quamobrem fit, inquit, ut pro aetatis gradu alios quidem filios & filias agnoscamus, alios autem fratrum & sororum loco habeamus, tum autem aetate profectionibus patrum matrumque tribuamus honorem. Eodem pertinet quod habet Clemens Alexandr. lib. 5. Stromat. Fratres nos esse de ipse vnus Dei & vnus magistris, alibi Plato dicere videtur hoc modo: Qui in ciuitate estis, omnino fratres estis. Minutius in Octauio proponit eandem Cecily calumniam, sed & respondet istdem penè verbis quibus Tertullianus: Fratres vocamur, ut vnus Dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes. Similes sunt loci lib. de Cor. milit. cap. 1. ceteris constantior fratribus; ac: inter tot fratres commilitones solus Christianus. Item lib. 3. adu. Marc. tunc fratris, dehinc apostatae.

506. Omnia indiffereta sunt inter nos, praeter vxores. Athenagoras haud absimiliter: In quibus fratrum, inquit, aut sororum nomina esse nouimus, nihil nobis est, quam ut eorum ab omni iniuria & contumelia libera & incorrupta permaneant corpora, prius & antiquius. Ac mox: Vxorem namque suam vnusquisque nostrum eam esse reputat, quam legibus nostris duxit, atque illam quidem ad prolificationis praescriptum. Locis elegantibus, aduersus promiscuam Anabaptistarum quorundam libidinem.

507. Graeci Socratis. Socratis factum Zephyrus paucis explicat; Latine vero insit. diuin. li. 3. cap. 21. & 22. hanc sententiam Socratis de vxorum communiōne etiam Platoni adscribit, sicut etiam Theodor. lib. de Graec. affect. curat.

508. Et Romani Catonis. Dissentire (inquit Zephyrus) videtur Auctor à Plutarcho, qui hoc de Puteansi, non de Censorio Catone refert. D. August. epi. lib. de Fide & Oper. cap. 7. simpliciter id Catoni adscribat, lib. de bon. cōiug. c. 19. etiam Catonē Romanū huius Auctorem vocat, Zephyrus factum ipsum narrat in Paraphrasi.

509. Megarense obsonant quasi craftina die morituri, aedificant verò quasi numquam morituri. Posterior hoc membrum, recens ex 4. MS. adieci. Diogenem vero sic luisse in Megarensum voracitatem & luxum adnotauit Zephyrus, quod confirmatur ex illo Diogenis Laërtij in Vita Diogenis: Ad eum qui pretiosa parabat obsonia, inquit, Nate mihi haud longum erit.

510. Sed stipulam quis in alieno oculo, &c. Prolegomena inter Prouerbiales formulas.

511. Tot tribubus & cutiis, & decutiis ructatibus accescit aër. Elegans (inquit Rhen.) Hyperbole. Cuias autè interpretatur Turneb. Aduersar. li. 12. c. 13. Curiales, qui cum rem diuinam facerent, hilariter operabantur, quorum epulas describunt Dionys. li. 2. Athenaeus li. 5. Mibi magis placet, eo quod de tribubus quoque, agat & decutiis, ut intelligatur Curia, in quas 30. numero popululum Romanum à Romulo distinctum esse scribit Festus.

512. Saliis cœnaturis, &c. De Saliis supra diximus cap. 10. & 26. quorum luxus ad quem hic alludit, prouerbio occasionem dedit: Saliare cœnae suae dapes.

513. Herculanarum decimarum polluctorum sumtus. Jsa ex coniectura Rhen. & Latini, pro eo quod alij: pollinctorum. Loquitur enim (inquit ille) de di-

uitibus, qui decimam partem bonorum suorum Herculi pollucebant epulo uotiuo: cuius lautitiam impensarum arguit magnitudo. Putabatur ea res homines fortunatos reddere. Proinde L. Sylla, M. Crassus, & L. Lucullus patrimonia sua polluxerunt. Confirmat autem hanc lectionem Varro de ling. Lat. lib. 4. agens de Decuma Herculis. Polluctum (inquit iuxta castigationem Turnebi) quod à porriciōne est factum; cum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in ara, tum polluctum est. Et apertius Plautus in Rudente: Vt decumam pariem ex voto Herculi polluceam.

514. Tabularij supputabunt. Etiam hoc ex Rhen. & Latini castigatione, pro: Stabularij, cum liber Puteansi habeat expresse; tabularij. In huiusmodi enim (inquit Rhen.) Herculanarum decimarum sacrificio epuloque supra quam dici possit lauto, maximis sumptibus opus erat; quos Tabularij, id est, qui erant à Tabulis domesticis, cuiusque in diarium domini sui referebant ad expensu titulum supputabantque. Confirmatur ea à Latino tum ex illo Seneca epist. 13. cuius patrimonium Tabularios lassat, tum quod Arcad. D. de mun. & honor. & Theod. cod. lib. 8. cap. vnico. de Tabulariis holographis, id est censu libus scribis scribant. Item Theod. cod. lib. 12. tit. 6. cap. 2. & lib. 10. tit. 24. cap. 1.

515. Apaturis Dionysiis mysteriis Atticis. Apaturia (inquit Rhen.) Dionysij sacra quatuor diebus continuis durabant, quibus sacrificabant & epulabantur Athenienses publice & priuatum; nomine deducto ab ἀποτύ, quod fraudem significat, quam passi sunt Athenienses à Bacchi.

516. Ad fumum cœnae Serapicae sparteoli excitabuntur. Refert hoc Zephyrus ad Serapidis Aegyptia sacra, quae quanto, inquit, luxu frequententur, admonet vs illa Sparteolorum & Filcellarum quae undique concurrunt. MS. omnes: Sarapiace, non male, quia à Graecis, ut ex Suida patet, Sarapis dicebatur Aegyptiorum Deus, primò tamen dictus Soropis. Nominis autè huius (inquit D. Aug. li. 18. de ciuit. Dei c. 5.) cur Rex Argiuorum Apis post mortem non Apis, sed Serapis appellatus sit, facillimam rationem Varro reddidit. Quia enim arca in qua mortuus ponitur, quod omnes iam σαραπίδος vocant, σαράπις dicitur Graecè, & ibi eum venerari sepulchrum ceperunt, priusquam templum eius esset exstructum; velut, Soropis Sorapis primò, deinde vna litera vii fieri afolet cōmutata, Serapis dicta est. Eodem verò pertinere puto quod Sparteoli & Filcellae in arce formam huius sacris frequentes in vsu essent; immò quantum ex hoc loco apparet, igni contraderentur, atque adeo fumū excitarent. Vide plura in Adnot. Lud. Pius in eum D. August. librum.

517. Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit, vocatur enim ἀγάπη. Legimus ex MS. sui, pro: suam. De Agape autem pauperum videat Lector Adn. nostras in D. Cyr. Testim. li. 3. n. 11. & infra in li. ad Mart. T. 2. Hoc vnum hic dicam, non dubiè significare Tertullianum hoc loco Cœnam istam aliam fuisse (contra quā videtur sentire Magdenburgenses, & in lib. de Corona milit. Rhenan.) à sacrificio quod initio huius capituli, & expressius lib. de Orat. infra T. 2. describitur. In illo enim cœtum dicit fieri ad orationē, sacrarum litterarum cōmemorationem, exhortationes, castigationes, & celsuram diuinam, ad communicationem denique orationis & omnis sancti cōmercij. Itē li. 2. ad vxor. conuiuium Dominicum & sacrificia nūcupat, vbi Christi inuocatio, vbi diuina benedictio. Nec dissimiliter li. de Cultu fem. lib. de Orat. Stationē ad aram Dei

Dei in qua Dominus adoratur & sacrificiorum orationes fiunt. Itē lib. 1. adu. Marc. Gratiarum actiones, ac li. 3. Mundicias sacrificiorum, & lib. de Cor. milit. sic describit, quod in eo Eucharistia etiam antelucanis cœtibus de manu praesidentium fumatur. Hanc verò Cœnam li. ad Mart. Agapen fratrum nūcupat, & hic refrigerium inopum, conuiuium denique in quo editur quantum esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est vitale, & ita saturantur, ut meminerint etiam per noctem adorandum Deum. Quae vel ipsa postrema verba differentiam indicant; utpote quod Deus in hac cœna; vti in sacrificio tum nocturnum tum diurnis, non adoretur, sed inuocetur & laudetur dicitur, pro: inopes quoque, liber Puteansi; inopes quoque.

518. Ordinem disciplinae de causa aestimate. Adidimus denuo ex MS. & vet. exc. de causa, & admittit, legimus cum Rhen. pro: admittitur.

519. Post manualem aquam. Manualem (inquit Zephyrus) dixit, quia manibus ablendis effundebatur, ad discrimen balnearium quibus ante cœnam utebantur; quae forma manuale quoque obediētia Iureconsulti dicitur & manuarium argentū à Gellio ex eodē nomine deriuatum.

520. Prouocatur in medium Deo canere. Jstud aut ad Lucernales orationes & Psalmos seu matutinos hymnos ab Apostolis institutos referri debet, quorum meminuit Epiph. sub finē lib. 3. adu. haeres. aut certe ad antelucanos cœtus, quorum Auctor infra T. 2. sub finem lib. de Fel. Virgini. & lib. de Cor. milit. & supra cap. 2. huius Apologetici meminuit, in quibus vel Plinio secundo teste epist. 2. lib. 10. canebant Deo & Christo. Quod cum ille, & ipse ethnicus scripserit disertis verbis ad Traianum Imperatorem; tam seculo amplius ante Tertullianum; mera est calumnia Magdenburgensium, dum adserunt hac tempestate & hymno diuino primam institutam, forte (vbi loquuntur) à Nepote Episcopo Aegyptio iuxta Euseb. lib. 7. c. 22. Meminit eos oportebat. (vbi omittam interpretationem D. Chryf. & Hilarij in illud Matt. 26. ac Marc. 14. de Christo: & hymno dicto Excit foras) quid Euseb. hist. li. 2. c. 16. de hymnis & canticis trimetri generis Therapeutarum ex Philone descripserit; quid de idem li. 5. c. 28. ex libro adducat incerti Auctoris aduersus Armonem hereticum de Palmis & ceteris quae ab initio à fidelibus scripta sunt. Qui plura desiderat, cōsulat Adn. nostras in D. Cyr. Testim. de Orat. Dom. n. 6. & Leiturgia nostra Latinorum T. 1. p. 70. 71. 72. 90. 93. 94. 95. 124. 126. 133. vbi reperire est veterum testimonia qui ante Tertullianum in Ecclesia floruerunt, media item aetatis p. 139. 141. 177. 179. 224. 237. 250. 251. 252. 258. 259. 260. 273. 274. & 275. idque non modo Romanorum Poeticum quos hac in re excelsisse calumniantur Magdenburgenses auctoritate, sed vel maxime D. Hilarij in Gallis, ac D. Ambrosij apud Mediolanum; quo ex partibus Orientalibus Hymnorum & Psalmorum cantum translatum esse, ipse D. Aug. Conf. lib. 9. c. 6. & 7. narrat. Recentiora ibidem reperiet etiam studiosus Lector ne hic proluxiores simus. Graecorum item aliquot eadem de re exempla à nobis omissa indicasse sufficiat; nempe D. Ignat. epist. 12. ad Romanos, D. Basilij apud Rufinum li. 2. hist. Eccl. c. 9. D. Athanasij; tum in Apol. tum apud Socratem li. 2. cap. 11. & Theod. li. 2. cap. 13. s. Publia & virginum Antiochenum apud Theodor. lib. 3. c. 19. D. Chryostomi apud Socratem lib. 6. cap. 8. Theodosij Imperat. apud Socratem li. 7. cap. 22. ac 23. & Niceph. lib. 14. cap. 46. Flavianij Antioch. apud eundem Niceph. lib. 18. cap. 51. ac Gemadij Constantinop. apud eundem lib. 15. cap. 23. His licet addere D. Gregorium Nazianzenum in

fin. orat. ad sanctum Lauac. & D. Basilium epist. 63. ad clerum Neocaf. & ipsas Leiturgas DD. Iacobi, Basilij, & Chryostomi; in quibus expressa cantus fit mentio.

521. Non est factio dicenda sed curia. Curia paulò alia significatione hic accipi videtur; quam aut paulò prius vbi pro tribu, aut etiam supra li. de Pallio, vbi pro loco in quo curas publicas gerebant, accipitur; nempe pro Senatu; nam id quoque Curiam significare adnotauit iam olim Cicero lib. 3. de Oratore.

C A P. X L.

522. At è contrario illis nomen factionis accomodandum, &c. Cap. 40. hic rectius auspicantur MS. cod. quam exc. infra eo loco: Et benè quod siquid aduerli, &c. quia hic incipit Tractatus, qui tam in exc. quam MS. intulatur: De aduersis vrbium; quem titulum paulò magis expressit 1. v. at. cod. Quod post Christi aduētū pauciores clades Deo parcente euenirent. Quo in argumento (quod etiam tractat infra lib. ad Scapulam) secuti sunt Tertullianum tum D. Cyr. li. ad Demetr. (Arnob. initio li. 1. adu. gent. & tribus verbis Origen. Tract. 28. in Matth. tum D. Aug. libris 20. de ciuit. Dei, & Orontius hist. libris 7. multo copiosius, ad suam quisque aetatem vsque in Puteani libro hic est initium capituli x. Etiam contra Ethnicam rationem. Atqui magis placet MS. quinque lectio: factionis, quam excus. factionum. Ex istdem & vet. exc. legimus: conclamant, nem: Christianos esse causam. est in Puteani est; in causam.

523. Si caelum stetit. Eodem modo (vbi rectè adnotauit suis ad me missis Scholius Harrisius) dixit lib. de Ieiun. cum stupere caelum. Stare itaque & stupere caelum, idem valere videntur, quod dicit paulopost Tertull. ab imbribus aetiuua hiberna suspendunt, & post eum D. Cyr. apertius & planius exulit: Imbres & pluuies serenā longā suspendunt.

524. Tantos ad vnum? Dissertica (inquit Zephyrus) exclamatio cum admiratione pronuntiada, quasi dicat: Quae vestra mens est, ut vni leoni tanta Christianorum multitudo obijciatur? temerarium dictum qui fieri poterit ut conficiantur: proinde alia ratio vobis inuenda, quae odi cœtate deposita, vestrae melius iniquitati cōsulat. in Puteani libro est, adclamarur: Tantos ad vnum?

525. Hierapolim. MS. Belgici & Gallici Hieranapean; v. at. 1. Hieramapeam, alter: Hieramiapæan. Sed retinui: Hierapolim, eo quod iuxta Eusebij chronicon & Oros. lib. 7. cap. 7. tres vrbes Asia anno Neronis 3. nempe Hierapolis, Laodicia & Colosse terrae motu conciderint; quamquam interim illud scrupulum moueat quod loqui videatur Auctor solum de cladibus quae ante Tiberium & Christi aduentum contigere.

526. Et Delon & Rhodon. Aliquando pessimum abiisse has insulas & postea denuo alibi apparuisse, vel ex Plinio constat li. 2. c. 88. & 89. in haec verba. Nescuntur & alio modo terra ac repente in aliquo mari emergunt, veluti parua secum faciente natura, quaeque hauserit huius alio loco reddente. Clara iam pridem insula Delos & Rhodos memoriae produntur enata. Atqui de Delo idipsum testatur Aristoteles alicubi cum dicat ita dictam eo quod cum mersa esset, subito apparuerit. De Rhodo in haec verba scribit Oros. lib. 4. c. 13. & Paulus Diaconus hist. lib. 3. Anno, inquit, ab vrbe condita D. xvii. magno terremoto Caria & Rhodus insulae adeo concussae sunt; ut libentibus vulgò rectis ingens quoque ille colossus rueret.

527. Et Coon. Sic ex MS. v. at. 1. cod. pro eo quod exc. Con; & ceteri MS. Cho. nā rectè Eus. in chron. anno Aug. Caesaris 38. in insula Coon terrae motu plurima conciderunt.

528. Memorat & Plato maiorem Asiae & Africae terram Atlantico mari creptam.] Similiter supra li. de Pallio cap. 2. &c. (si ille non mendax) Aeon in Atlantico, &c. Quæritur nunc. Meminit etiam his verbis Arnob. li. 1. adu. Gent. Et ante (inquit) milia annorum decem, ab insula quæ perhibetur Atlantica Neptuni, sicut Plato demonstrat, magna erumperet vis hominum ut innumeras funditus deleverit atque extirparet nationes, nos fuimus causa: Et Plinius nat. hist. lib. 2. cap. 92. In totum abstulit mare terras, primum omnium, ubi Atlanticum mare est: Platonem credimus, in medio spatio. Platonis verò in Timæo verba sunt ista ad Athenienses. Traditur vestra civitas restituisse olim innumeris hostium copiis, quæ eo Atlantico mari profecta propè iax: cunctam Europam Asiâque obsederant. Tunc enim erat fretum illud columnarum Hercules navigabile, habens in ore quasi vestibulo eius insulam Lybia simul & Asia maiorem; per quam ad alias proximas insulas patebat aditus, atque ex illis ad omnem continentem è conspectu iacentem vero mari vicinam. Pelagus illud verum mare, terra quoque illa verè erat continens. Verum posthæc ingenti terræ motu iugique unius diei noctisque illuione factum est, ut terra debescens omnes illos vestros bellicosos homines absorberet, & Atlantis insula sub vasto gurgite mergeretur. Quamobrem inuicibile pelagus illud propter absorptæ insule limum relictum fuit. Hæc tamen ille. Eodem pertinet quod Aristoteles alicubi Oceanum Atlanticum navigationi ineptum dicit, putans insulam submersam maris vadis causas dedisse. Quam narrationem partim veram esse partim fabulam, sicut ipsa verba Platonis satis indicare videntur, nostra ætate didicimus. Christophorus enim Columbus anno Domini 1492. 3. Non. August. ex Hispaniis soluens, est in mari illo per iter dierum aliquot tantam graminis ubertatem classis occurrentem inuenerit, ut tandem tota circumseptâ, tanquam in pratis herba virentibus navigare videretur; nullo tamen scopulo aut vada offendit, ut nulla videatur inquam submersa fuisse illic insula. Sed mare illud gramineum tandem superans, post multa pericula, duram famem passus, non nisi 11. die in incognitum orbem quem nouum vocant adpulsus est. Cuius orbis cum immensa ab uno ad alterum polum spatia necdum penitus sint explorata, semper se noua aliqua regione prodente, patet saltem illud verum esse, quod de insula Atlantica magnitudine non modo Plato sed & post eum Auctor libri Mirabilium Auditionum qui perperam Aristoteli adscribitur; ac Diodorus Siculus, memorie prodiderunt. Quorum prior eam longa multorum dierum navigatione tandem à Carthaginiensibus inuentam tradit, Diodorus vero præcis incognitam, à Phœnicibus primò inuentam. Tyrrenos itaque fama tantæ regionis illectos Coloniam eo deducere molitos esse, verum Carthaginienses obstiisse; partim ne sui eò ciues commigrarent, partim ut in irreparabili aliqua clade refugium haberent, in quo locorum ignorantia à potentiorum visua uerentur. Hæc paulò latius, ad noui seu potius antiqui sed incogniti orbis notitiam maiorem; quæ interim pro maiori parte Eugonii Blotto in Orat. Quor. & 1. Becano Orig. Antuerp. lib. 3. accepta referimus. Siquis comiecturæ locus, potius crediderim discussum hunc nouum orbem à reliqua Europa, quam insulam fuisse intermediam. Porro MS. legunt: vel Africa, sed cum constet nouum hunc orbem æqualem esse magnitudine & Asia, & Africa, malui retinere: &c.

529. Sed & mare Corinthium terræmotus

ebibit.] Plinius lib. 2. cap. 4. Videmus, inquit, hodie merissam Scarnaniam Ambracio sinu Achaïam Corinthio. Et cap. 94. Helicem & Euram sinu Corinthius abstulit, quarum in alto vestigia apparent. Quod etiam narrat Euf. Olymp. 100. & Orof. lib. 3. cap. 3. qui terræmotus expressam mentionem faciunt. An ad illum hic adludat Tertullianus nescio, quippe qui potius videtur de tali terræmotu loqui qui ipsum mare absorbit.

530. Et vis vndarum Lucaniam Italiae abscissam in Sicilia nomen relegauit.] Sicilia (inquit Plinius) lib. 3. cap. 8. quondam Bruttio agro coherens mox interfuso mari auulsa xlii. milium in longitudinem freto. Hinc autem dictam Siciliam quasi Scythiam id est abscissam, cum abj recentiores tum disertis verbis indicat Suidas in voce σιχελίαν. Lucaniam vero prius dictam ut Auctor adserit vel hinc sit verisimile, quod scribat Strabo lib. 6. Bruttios à quibus Sicilia abscissa est, Lucanorum fuisse transfugas, & Iustinus hist. lib. 23. Lucanos Bruttiorum auctores dicit.

531. Cataclysmus.] Similiter Varro de re rustica lib. 1. & τὸ κατὰ τὸν Ὀγγυγί dixit pro diluuiio quod tempore Ogygis contigit.

532. Vel ut Plato putauit campestre solummodo.] Eodem pertinet illud lib. de Pallio cap. 2. Cupientes Platonem probare etiam ardua fluitasse. Adhuc etiâ D. August. lib. 12. de ciuit. Dei cap. 11. cum dicit illos (Platonem interprete Vire & Aristotelem intelligens) putasse alluiones incendiâque terrarum toto prorsus orbe contingere. pro; ac fines eius. Liber Puteani; ac fines eius.

533. Olet adhuc incendio terra, &c.] Simile est illud supra lib. de Pallio cap. 2. Hæc tamen Sodoma & nulla, Gomorra & ciuis omnia, & propinquitas maris iuxta cum solo mortem bibit.

534. Et siqua illic arborum poma conantur.] Ita recens legimus ex 2. Belgicis & Pat. 1. pro eo quod ex. oriantur, & Pat. alter: cernantur; maximè cum etiam carmine de Sodoma (quod est in D. Cypriani edit. nostra exstat, Tertulliani tamen esse censetur) similiter loquatur in hæc verba.

Tota rogas regio est, hinc atro horrore fauillæ, Hincque situ cauo cineris incendia signant. Semiperempta etiam siqua illic iugera lætas Autumni conantur opes, facilè optima queque Promittunt oculis, pira, persica, & omnia mala, Donec carpantur; nam protinus indice tactum Soluitur in cinerem, sit vana fauillæque pomû.

Desumpta sunt autem hæc ex Ioseph. de Bell. Iudæ. lib. 5. cap. 5. & repetuntur à D. August. de ciuit. Dei lib. 21. cap. 8. Idem scribitur Iulius Solinus cap. 48. Tacitus lib. 8. & Egeppus lib. 4. Sed nec Tusciam.] addit Puteani; Sed nec Tusciam iam tunc atque Campania de Christianis querebantur.

535. Vulfinios de cælo.] Hæc hanc cladem describit Iulius obsequens lib. de Prodig. C. Valerio & M. Herennio consulibus, Vulfinius, inquit, prima luce flamma cælo emicare visa, cum in conium coisset, os flammæ ferrugineum ostendit, cælum visum descendere, cuius hiatus flammæ Vertices apparuerunt. Eodem pertinet quod est & supra lib. de Pallio: deusta Vulfinius; quod oppidum Tusciae fuisse notius est quam ut pluribus sit opus.

536. Pompeios de suo monte perfudit ignis.] Sic ex MS. loco profudit. Atqui Pompeios Campania oppidum fuisse constat ex Pomponio Mela li. 2. quod quo tempore incendio suo perierit, hæc tamen reperire non potui. Eodem pertinet illud lib. de Pallio supra: crepta Pompeios.

537. Cum

537. Cum Annibal apud Cannas, &c.] Latè hanc describunt pugnam D. August. lib. 3. de ciuit. Dei cap. 19. & Orof. lib. 4. hist. cap. 16. & post eum Paulus Diaconus, & in D. August. Vites. Contigit ea clades anno ab Vrbe condita v. xli. l. Emilio Paulo & P. Terentio Varrone secundo bello Punico: nam alioqui (inquit) non potuissent trimodia illa annulorum Carthagem mitti ab Annibale. Liuis interim famam Veriorem esse adfirmat de unico modio. Auctor noster ita hoc loco ambigue loquitur, ut neutri contradicat sententia.

538. Cum ipsum Capitolium Senones occuparunt.] Etiam hanc cladem gentibus obijciunt D. August. lib. 2. de ciuit. Dei cap. 22. & Orof. lib. 2. cap. 19. quorum ille interim Capitolium quo minus caperetur anseres impediuisset scribit; hic obsidione conclusam quidem in monte Capitolino inuenerunt reliquam iuuentutem, sed mille libris auri discessionis precium pactos Romanos. oportet itaque ut occupare hic accipiat ab Auctore pro præuenire, siue non opinantem opprimere phrasî Plautina, qui dixit in Rydente: occupas præloqui; quale est & illud Varronis Ephæbum apud Nonium: si Actæon occupasset, & Curtij lib. 3. Cum Darium Regem occupare statuisset. Facit autem ad laudem Belgij quod Paulus Diaconus lib. 1. hanc recensens Romanam cladem: Debinc, inquit, irruptio Belgicorum, Gallorum & incensium Vrbs sequitur; ita explicans, cuius fuerint Galli illi Senones, qui duce Brenno Romam occuparunt. Pro quo etiam facit, quod Suidas in voce: κελτοί, nuncupet Senones Rheni accolæ; sic & Plutarchus in Vita ni fallor Camilli illos Senones Celtas vocat.

539. Et bene, &c.] Hic Puteani ponit caput xlii. de aduersis vrbium. Sic iterum ex MS. & prioribus exc. pro: Est; ex quibus cum Rhenan, in schol. etiam legimus: inofficiosa eius, quem, cum intelligeret ex parte, non requirit; pro eo quod circa Zephyri editionem legebatur: in officia eius quemcunque intelligeret. Pro: commentata est, legunt quidam MS. codices: commenta, sed perinde est.

540. Nocentia iudicem & exactorem, &c.] Nocentia vocabulum (inquit Rhen.) usurpat etiam lib. 3. Adu. Marc. Exactorem punitorem nuncupat. Legimus vero cum MS. omnibus vitiiis & criminibus inoleuit, pro eo quod erat: omnibus se vitiiis & ceremoniis inuoluit. Et ceterum si requisisset (id enim desiderabatur) sequeretur vt cognosceret. breuius & elegantius Puteani. si requisisset sequebatur vt cognosceret requisitum & recognitum obseruaret. Notanda autem phrasî: cuius ingrata, pro: cui.

541. Cum ab imbribus æstiuâ, hyberna suspendunt, &c.] Sic dicit hic: æstiuâ hyberna (inquit Rhen.) quemadmodum de Resurr. carn. Verna & autumnâ. Subauditur tempora. Reuoluunt, inquit, hyemes & æstates & verna, & autumnâ, cû suis viribus, moribus, & fructibus. Sic & lib. de Spect. cap. 9. verno & autumnâ neutro genere. Imitatur autè hunc locum D. Cypri. lib. ad Demet. & de Mortalit. Cum eodem Rhen. iterum legimus: caponiis & lupanaribus operati, pro eo quod alij: caponiis & lupanaribus operantibus. Liber Puteani, caponiis & lupanaribus operantibus, & supra: pransuri, pro pransi.

542. Aquilicia Ioui immolatis.] Aquilicia (in-

quit Rhen.) dicta ab aquis eliciendis, quod fiebat in magna siccitate. Aquilices siue Aquileges scrutandorum fontium artifices, ab elicibus dicti, qui sunt capita fontium & scaturigines. Seneca lib. 3. Nat. quæst. sæpè colligitur, inquit, rovis modo, tenuis & dispersus liquor, qui ex multis in vnum locis confluit, sudorem aquileges vocant. Nudipedalia autem nuncupat, quod nudis pedibus iuberetur in publicis supplicationibus pluiam invocare populus. Alludens fortassis ad sacra Nudipedalia Iudeorum apud Ioseph. li. 2. de bello Iudaico, sed quæ in honorem Dei fiebant non idolorum, sicut & apud Christianos nonnunquam in usu sunt. Atqui pro: inuidia cælum tundimus, adnotata est in prima editione ad marginem alia lectio: inedia; sed magis placet vulgata cum MS. consentiens, fortè autem sic dictum (inquit Rhen.) ut illud de fuga in persecut. Malo inuidiam ei facere per voluntatem ipsius percundo, quàm bilem per meam euadendo.

C A P. XLII.

543. Vos igitur importuni, &c.] Optima est hæc MS. Vatic. cod. inscriptio: Quod merito Deus in genus humanum irasci debuit, cum spernatur, & itarua adorentur. Liber Puteani ponit caput xliij. Quod Deus spernitur & statuæ adorantur.

544. Et indulgens & increpitans, &c.] Vatic. cod. 2. & Puteani, increpans, elogat Lector quod volet. Ex iisdem & aliis MS. & vet. exc. legimus max: quia aequitatem, pro: qui, est liber Puteani habet, quia hæc ita didicimus, & vtramque, pro: vtrumque; & pro: etiam. Atquin, pro: Atqui; vestris meritis, pro: veris. Addidimus item denuo: quoque; & restitimus: prædicationum, pro eo quod Zephyrus tanquam elegantius: prædictionum, ac: Sin vero, pro: Si; in dolore, pro dolore. Itemque: quos separare deberent, pro eo quod mendosissime substitutum erat: quàm nos.

C A P. XLIII.

545. Sed alio quoque iniuriarum titulo postulamur, &c.] Placet maximè excusorum veterum huius 4. 2. cap. inscriptio: Contra eos qui infructuosos dicebant Christianos; maximè cum alia MS. in idem recidant inscriptiones. Iterum autem reposuimus ex MS. quod habebant illi: infructuosi in negotiis, pro: negotio.

546. Brachmanæ.] Philosophorum Iudeorum qui Brachmanæ dicebantur, vitam & instituta describit Philostratus in Vita Apollonij, Strabo in India descriptione, & Q. Curtius, alijque qui res gestas Alexandri Magni memoria prodiderunt. Quos licet Strabo in Vrbus subinde versari scribat, in syluis tamen pernoctabant, vnde rectè: syluicolæ hic nuncupantur.

547. Indorum Gymnosophistæ.] Eorundem sit mentio infra T. 3. lib. 1. adu. Marcionem. De iisdem in hæc verba D. August. lib. 14. de ciuit. Dei cap. 16. Per opacas quoque Indiae solitudines, cum quidam nudi philosophentur, vnde Gymnosophistæ nominantur, adhibent tamen genitalibus tegumenta, quibus per cetera membrorum carent. Super quo loco latè de his Iud. Vites concordat faciens Diodorum Siculum lib. 4. Philostratum loco citato, & D. Hieronymum epist. ad Paulinum, qui in Æthiopia Gymnosophistas repertos scribit; & Plinium, Solinum, Strabonem, ac Porphyrium (quibus adicere est nostrum hunc Auctorem & D. August.) qui in India illos collocant, quod origo quidem illorum sit Indica, sed cum reliquis accolis Indi fluminis in Æthiopia postea commigrarint, ibique iuxta Nilum sedibus positus eam quoque regionem Indiam nuncuparint.

M iij

548. Stabulis.] Stabula, pro diuersis accipi, & hic Luc. 11. ac apud D. Cyr. diximus in Adnot. nostris ad epist. eius 67. nu. 14.

549. Et militamus.] Adnotandus hic locus contra Erasimum, & Rhenanum ad lib. de Coron. milit. (ubi de hoc latius) qui omnem militiam illicitam Christianis contendunt.

550. Saturnalibus.] Saturnalia diebus quinque, aut septem iuxta alios, celebrabantur Decembri mense; quibus frequens lotio in usu fuisse videtur. Atqui: calorem, lego ex MS. Belgici Puteani & 1. Pat. pro eo quod alij: colorem.

551. Rigere & pallere post lauacrum mortuorum possim.] Interpretatur hoc Rhen. de more Christianorum quo lauacrum defunctorum corpora, de quo aliquid etiam diximus Adnot. nostris in D. Cyprianum.

552. Non in publico liberalibus discumbo, &c.] Infra T. 2. lib. de Spect. Liberalia appellat ludos quosdam scenicos; hic accipi videntur, pro die Libero sacro qui celebrabatur xvj. Kal. Aprilis. De quibus vide Varonem lib. 5. de ling. Lat. & Festum. Atqui placet coniectura Latini, ut legatur: attamen ubi ubi de copiis tuis ceno. Imitatur autem hunc locum Minutius in fine Orationis. De bestiariis vero satis dictum est supra cap. 9. nu. 127. Lego autem: suprema conantibus, secundum Pat. i. cod. stylo Tertulliano, pro: supremam. Puteani sub primam.

553. Non emo capiti coronam, &c.] Sic ex MS. & Vet. exc. pro: capite; & mox ex Pat. 2. & Puteani coronam naribus nouimus, pro eo quod alij: admouemus. Reliqua qua de corona hic adferri possent, differimus ad lib. de Corn. militis infra T. 2. scuti & de spectaculis ad eiusdem argumenti librum; hoc vno addito, quod magis placet lectio MS. Libetius de propriis locis sumantur; quam Rhenani: fumo. Atqui de Thuris vsu vide supra Adnot. nostras in cap. 30. nu. 442.

554. Sciant Sabæi pluris & carioris suas merces sepeliendis Christianis profligari.] Sic ex MS. & Vet. exc. pro: carius. Atqui ritus is mortuos aromatibus condendi, ab Aegyptiis per Patriarcham Ioseph Gen. 50. ad Iudæos translatus est, deinde à Christo adprobatus, qui id de se futurum prædixit. his verbis: Bonum opus operata est in me. Mittens enim hoc inuentum in corpus meum ad sepeliendum me fecit. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 11. Atque iam inde à Christianis obseruatus, maxime in sepeliendis sanctorum virorum corporibus.

555. Deis vestris mendicantibus, &c.] Ad intellectum huius faciunt qua diximus supra cap. 13. nu. 195. Quibus adde quod habet Varro sub finem lib. 4. de ling. Lat. Diis cum thesauris asses dant, stipem dicunt, ubi pulchre deducitur à stipando stipem dici, & latius in coniecturis Turnebi & Iosephi Scalgeri.

556. Mendacio vestrarum professionum.] De Professionibus mercium recte hoc interpretatur Rhen. que fiebant apud Aethi. quorum etiam meminit Auctor initio lib. 5. adu. Marc. Vbi latius ex eiusdem Adnotationibus.

C A P. XLIII.

557. Planè confitebor qui conqueruntur, &c.] Omnium optima hæc est huius cap. 43. inscriptio: Qui de Christianis conquerantur. Ex MS. vero legimus: possunt, pro: possunt; & erunt, pro: sunt. In Puteani est cap. xliij. de lenocinio.

558. Perductores.] Intelligit Rhen. in Scholis puell-

larum productores & stuprorum & adulteriorum conciliatores.

559. Aquarioli.] Lenonum famuli (eodem interprete ex Festo) dicebantur aquarii, nomen adepti ab aqua petenda ad balneum necessaria. Hinc Lampridius de Commodo: Aquam, inquit, gessit, ut lenonum minister; hinc & illud Iuuenalis: Venet conductus aquarius. Aquarioli autem (ut adnotauit Turneb. Aduersar. lib. 14. c. 12.) per diminutionem, ad contemptum, tanquam omnium vilissimi dicuntur.

560. Dispensium.] Pat. i. cod. i. dispensium. quantos habetis, liber Puteani caput xlv. de exorcismate. & quanti, pro: quantos.

561. Qui iam de vobis dæmonia excutiant.] Alludit ad Exorcismos Ecclesiasticos, de quibus in Adnot. nostris ad epist. D. Cypri. ad Donatum, nu. 19. & latius ad epist. 76. ad Magnum nu. 55.

C A P. XLIII.

562. At enim illud detrimentum, &c.] Præ aliis placet etiam hic Vet. exc. cod. hæc inscriptio: Quantum incómodi Respub. patiat ex morte innocentium Christianorum, liber Puteani ponit caput xlv. de custodiis ethnicorum. Atqui: impendi & rogari, pro: iisdem, Vbi sæpe alias, accipit Tertull. nempe pro: occidi.

563. Qui sententis elogia dispungitis.] Vel ex hoc loco confirmatur nostra opinio supra cap. 1. quod elogiis legendum sit, non: eulogiis aut: eclogiis.

564. quis manticularius?] Manticulari (ut adnotat Rhen.) scribit Festus Pompeius esse dolose agere, deductum à menticulis qua peras significans, quas quidam adirebant ut furentur. Ergo Manticularius fur erit aut nebulosus. Vide Ioseph. Scalig. in Festum.

565. Aut lauantium prædo.] Furem balnearum intelligit idem Rhen. eo quod ita loquatur Auctor lib. de fuga in persecut. infra T. 5. Inter tabernarios & fures balnearum & aleones, & lenones, ubi additur à Rhen. huiusmodi furibus grauiorem infligi penam legibus, cuius ipsius causam reddidit Aristoteles in Problematibus.

566. Nisi planè tantum Christianus.] Ac si dicat, nisi in quantum Christianus, Vbi rectè interpretatur in paraphrasi Zephyrus.

C A P. XLV.

567. Nos ergo soli innocentes, &c.] Optima hæc est vnus Pat. i. cod. huius cap. 45. inscriptio: Quod innocentia solum in Christianis reperiri potest. Puteani, caput xlvj. de innocencia Christianorum. Atqui pro: dispensatore legunt MS. Belgici & Pat. i. & Puteani dispeptore; & quibus etiam reposuimus quod habebant Vet. exc. æstimatio, pro: existimatio; & paulopost: ab oculorum solitaria concupiscentia arcere, ex MS. pro eo quod ex coniectura Rhen. legebatur: ab oculis solitariam concupiscentiam. Cum quo & 1. Pat. i. cod. legimus deinde: de diuina lege, ut antiquioris formæ, pro: antiquiore forma. Quod tamen habent manuscripti.

568. Diximus iam de Moyfi ætate.] Alludit ad cap. 19. supra. Reposuimus autem ex MS. Moyfi, pro: Moysis. & partim ex Rhen. partim ex 2. Pat. ad cod. suppluimus: illas etfi euadere homini contingat. Reliqua satis explicat Zephyrus in paraphrasi.

569. Sic & Epicurus omnem cruciatum dolo-remque depreciat.] Huc pertinet illud Epicuri Diog. Laërtij li. 10. sub finem: Non moratur diuini in carne quod dolet, sed summus dolor minimū durat. Deprecia- re autem (inquit Zephyrus) pro: negligere atque in nullo precio

rum quidam habent: scientia, pro: conscientia, sed istud placet.

576. Quid enim Thales ille princeps Physicorum, &c.] Thales Milesius princeps Physicorum vocatur, quod primus (iuxta Laët. lib. 3. cap. 14.) de natura rerum disputasse traditur; & Cræsi eum vixisse temporibus testatur Diog. Laërtius. De voce autem: commæatus, alibi latius. Rhen. adnotat hic intelligi concessas dilaciones. Frustratus, vero, magis placet, quam quod habet MS. S. Bau. frustratur. A Deo. Puteani; in Deum.

577. Licet Plato affirmet, facilitatorem vniuersitatis.] Verba Platonis (qua etiam ut Socratis apud D. Iustinum Mart. recensentur Orat. ad gentil.) in Timæo hæc sunt. Parentem & Opificem vniuersorum neque inuenire facile, neque inuentum in vulgus promulgare tutum est, qua etiam videre est sub nomine Platonis tum apud Ciceronem lib. de vniuerso, tum apud Laët. lib. 1. Institut. diuinar.

578. Ceterum si de pudicitia prouocemus.] Sic ex MS. pro: prouocemus. Atqui de sententia in Socratem lata videantur Adnot. nostra infra Tom. 3. ad initium lib. de Anima.

579. Noui & Phrynem meretricæ Diogenis, &c.] Phrynem Diogeni familiarem fuisse vel inde constat, quod Laërtius scribat auream Venerem Delphis ab illa oblatam ab eo inscriptam: ex intemperantia Græcorum. Ex quo confirmatur illud Arnoby lib. 6. adu. Gentes: Phryne illa Thespiaca cum in acumine ipso esset pudicitudinis, exemplum fuisse perhibetur cunctarum Venerum.

580. Audio & quendam Pseusippum de Platonis schola, &c.] Pseusippum D. August. lib. 8. de ciuit. Dei cap. 11. Platonis sororis filium dicit: aliud interim eius mortis genus recenset Laërtius.

581. Democritus excæcando semetipsum, &c.] Ut certius (inquit idem Laërtius) subtiliusque secreta nature inquireret, seipsum occæcavit.

582. Diogenes superbos Platonis thoros, &c.] De hoc vide Laërtius. Calcans aliquando Platonis stratum, dixit: Calcio Platonis inane studium; ad quem Plato: Quanto, inquit, ô Diogenes, fastu tumes, dum superbiaris te calcare putas.

583. Ecce Pythagoras apud Thyrios, Zeno apud Priennenses, &c.] Sic ex MS. pro: Thyrios, maxime cum Laërtio teste Tyrrenum fuisse tradat Aristoxenus; qui etiam addit, à Crotonatis tyrannidis susti- cione in domo Milonis incensum periisse, quo periret etiam illud D. Athenagora. Pythagoras vna cum alijs 30. (ut legendum putat Langus) vniuerso igne vsulatus est. Quod vero Zeno (seu ut MS. legunt: Zenon) apud Priennenses tyrannidem affectarit, reperire hætenus non licuit. Apud Laërtium reperiuntur duo Zenones Philosophi, Criticus & Eleates, de quorum isto infra latius cap. 50. Erat autem Priene Thebanorum colonia Laërtio teste in Bione. Atqui pro: Aedilitatem (qua vox Ciceroni etiam vsitata est, pro Aedilium magistratu) legebant Vet. exc. & vnus Pat. ciuitatem.

584. Lycurgus ἀποκατεργεσθαι optauit.] Eodem modo dixit lib. 1. adu. Marc. ut ἀποκατεργεσθαι probes te; & quid sibi velit supra cap. 4. explicat Auctor his verbis: Nōnne & ipsius Lycurgi leges à Lacedæmoniis emendatæ tantum auctori suo dolori incusserunt, ut in secessu inedia de semetipso iudicaret? Alibi (ut adigit etiam post Rhen. Zephyrus) ἀποκατεργεσθαι & ἀποκατεργεσθαι non solum de eo intelliguntur qui

precio habere. Verbum nouum est; quod à Ciceroniani nostris non admitteretur. Similiter tamen dixit Auctor li. 4. adu. Marc. infra T. 3. Et non erit iam depreciator operum creatoris.

570. Et pro scientiæ plenitudine.] MS. Belgici, Gallici & Pat. i. & pro: plenitudinis; Verum qua bis adhuc in eadem periodo: pro, ponitur, vulgata lectio placet magis. Vox autè plenitudine (ut adnotat Zephyrus) est plerisque doctioribus noua fugiendaque videatur, non ea tamen forma est que à Plinio repudietur. Ille enim li. 6. Homo, inquit, crescit in longitudinem ad annos vsque ter sexagenos, tum deinde ad plenitudinem.

C A P. XLVI.

571. Constitimus ut opinor aduersus omnium criminum intimationem.] Est ab initio cap. præcedentis ad finem vsque, & exc. Vet. & MS. nullam amplius distinctionem capitum faciant; nos pro maiori intellectu, & ut Hyperbaton quoddam enitetur, in capita sex vnicum capitum dissectimus; maxime cum (uti ex nostris inscriptionibus colligere non est difficile) varia in iis materia tractentur. Hoc itaque caput 46. hoc modo inscribimus: Quod Christiani debeant licentia disciplina Philosophis adæquari, maxime cum illi veritatem integrè præstent, quam hi Mimicè affectant. Ex MS. autem Belgici, Gallici & 1. Pat. legimus: possimus, pro: possimus. Finitur autem Athenagora Orat. pro Christi. Libri manuscripti, intimationem, pro: intimationem. quo etiam supra varia adnotauimus.

572. Dum de bono sectæ huius obducitur, &c.] Obduci pro conuinci (ut adnotat in Schol. Rhen.) sepius videtur. Sic & infra T. 3. lib. de carn. Christi. quum adulteratores eius obduxero; & de Resurr. carn. obduci dehinc de Deo carnis auctore. Rursus etiam hic: secta in bonam partem. Cum eodem ex MS. Belgici & Puteani, iterum reposuimus: vsui, ac Vocem Tertullianicam: proinde; ac addidimus: nos.

573. Aut lucernas meridie vanas profferre?] Alludit ad id quod supra dixit c. 35. nec lucernis diem infringimus. Vbi latius in Adnot. nostris nu. 464.

574. Quinimmo & Deos vestros, &c.] Quinimmo, vtpurimum, intantum (inquit Zephyrus) & alia id genus sunt qui dicant à sacris nostris Doctoribus in latinitatem inculcata, parum caute. quandoquidem in lectionibus antiquorum eiusmodi lectio, eiusmodi dictiones occurrant, si modo Plinius auctor iis videtur clausum. Ille igitur lib. 16. Quinimmo melior & copiosior fructu in plures dispersa ramos, Idem de oleo. Tribus bonitatibus vtpurimum distat. Intantum vero, & intantum, & in integrum, ita passim occurrit, ut in re manifesta vterer testibus non necessariis, si Ciceronis & aliorum auctoritatem concitarem. Atqui qua hic adfert de contumelijs Philosophorum in Deos, satis supra probauit cap. 14. Quod vero ait, in Principes larant, videantur Plutarchus & Diogenes Laërtius, pro quo Pat. i. non malè legit: Principes lacerant.

575. Socratis vox est: Si dæmonium permittat, &c.] Vide supra Adnot. nostras cap. 14. nu. 211. & c. 22. nu. 340. & ipsum Tertull. latissime initio libri de Anima, ac ibidem Adnot. nostras. Atqui pro eo quod mox sequitur: odio flagrat veritas, MS. Belgici & Puteani legunt odium. eligit Lector quod dolet. Notat etiam Rhen. phrasim Tertullianicam, qua vsurpat curare & procurare cum datino, ex verbis hisce: qui salutem suam curant, cum quo iterum legimus ex MS. neque de disciplina; quo-

inedia, sed & de eo qui laqueo vitam finit, maxime apud Suidam & Quintil. Instit. Orat. lib. 9. Atqui quod Anaxagoras depositum hostibus denegauerit, etiam apud Laertium non inuenitur: an alibi nescio.

585. Aristoteles familiarem suam Hermiam, &c.] Sic ex MS. & vet. exc. pro Hermiam, quis illud legitur apud Laertium: Vbi Latius videre est, quomodo Hermiam Acarnensem tyrannum Eunuchum pretextu familiaritatis interfecerit, cuius adeo postea accusatus, seipsum aconito consecerit.

586. Plato à Dionysio ventris gratia venditur.] De Platone vendito à Dionysio tyranno etiam, videatur Laertius, & Laet. lib. 3. Diuin. instit. cap. 2. 4.

587. Aristippus in purpura.] Eius Aristippi purpuram & luxum celebrat Laertius, & improperat quoque Tertull. supra lib. de Pallio cap. 4. ac Laet. instit. diuin. lib. 3. cap. 15. de Laide ipsius sorto.

588. Et Hippias, &c.] MS. Belgici legunt: Ichthydias, & Hidas, alter: Ichthydias, ut & Puteani. Verum illud seruauit, eo quod Cicero & Quintiliano notus fuerit Hippias Eleus Philosophus; quorum tamen Cicero lib. 9. epist. ad Attic. 181. Hippia Pissirati filio adscribit arma in patriam.

589. Definunt tum Christiani haberi penes nos.] Ex MS. addidimus: haberi; & ex iisdem: veritatis interpolator & integrator, pro: & expressor. Puteani; & integrator & expressor. Atqui locum hunc imitatur D. Hieronym. dum Philosophum vocat gloria animal & venale rumorum mancipium, epist. ad Pammach. de obitu Paulinae, ac consol. ad Iulian.

CAP. XLVII.

590. Antiquior omnibus veritas ni fallor, &c.] Hoc caput ita ex rei argumento inscribendum duximus: Quod nemo non Poëtarum & Sophistarum de diuinæ literaturæ fonte potauerit. Atqui hic ex MS. suppleuimus Vocem: veritas. Imitatur autem Iust. Mart. Orat. ad Gentiles, ac Clem. Alexandr. 1. & 5. Stromatum. Auctorem vero similiter D. August. lib. 8. de ciuit. Dei cap. 11. & Euseb. de prepar. Euang. initio lib. 11. & lausimè de Platone, toto lib. 12. ac ad verbum serè Minutius in Octauio.

591. Inde opinor à quibusdam quoque Philosophia eiecta est, &c.] De Philosophia à Thebanis seu Thebæis, ut habet MS. Spartiatis, & Argiuis eiecta locus insignis. Certè etiam Roma bis pulsus sunt cum Mathematicis Philosophi (Euseb. teste in Choro.) à Domitiano Cesare. Puteani liber; Thebæis, Sparciacis & Argiuis. Ex MS. autem & partim cum Rhen. in schol. Legimus: nostra conantur; pro: contaminantur, esse in lib. Puteani est; ad nostra conantur, & in eodem; digestis ex pro instituto, pro quo in alijs est; ex instituto. & mox: ad propria opera verterunt, adiecta Voce: opera ex MS. è quibus etiam subnubila, pro: sublimia.

592. Vt de qualitate & de natura eius & de sede disceptent.] Ex iisdem MS. & vet. exc. addidimus iterum: & de sede; nam hic non solum recenset opiniones Varias Philosophorum de Dei qualitate & natura, sed etiam de sede eius extra aut intra mundum. Imitatur autem D. Iustinum Mart. Apol. 1. adu. gentiles, & Iren. lib. 2. cap. 19. Eodem etiam pertinet illud Auctoris lib. 1. adu. Marc. Indignas substantias Deum (ita lego pro: Deos) pronunciauerunt, ut Thales aquam, ut Heraclides ignem, ut Anaximenes aërem, ut Anaximander viuicera cœlestia, ut Strato cœlum

& terram, ut Zeno aërem & atherem, ut Plato sidera. Tertullianum imitantur Arnob. lib. 2. aduers. gentes, Laet. lib. 1. Diuin. instit. cap. 5. Euseb. de prepar. Euang. lib. 14. cap. 6. Pro, sicut Epicurus, liber Puteani; quam Epicurus, Voce Tertullianica, & infra; alius ex igni. 593. Platonici quidem curantem rerum, &c.] Id ipsum hic verbis repetiuit Arnob. Alij, inquit, Deos existere neque humana curare (quod etiam Epicuro adscribit Laet. Instit. diuin. lib. 3. cap. 17.) immo alij perhibent (quod Platonici hic adtribuitur) & rebus interesse mortalium, & terrenas administrare rationes.

594. Sic & de ipso mundo natus innatusve sit, &c.] Similiter lib. de Resurrect. carn. infra Tom. 3. Plane apud Philosophos habes, qui mundum hunc innatum infectumque defendant; cui similia Arnob. ubi supra: Mundum, inquit, quidam ex sapientibus existimant neque esse natum, neque vilo esse in tempore periturum: immortalem nonnulli, quamuis eum conscribant esse natum & genitum; tertius vero collibitum est dicere, & esse natum & genitum, & ordinaria necessitate periturum.

595. Sic & animæ startu, &c.] Varias de anima Philosophorum opiniones tractat lausimè Auctor, tum lib. hunc sequente de Testimonio animæ adu. idola, tum lib. de Anima T. 3.

596. Ex horum semine & nostram hanc nouitiolam paraturam, &c.] Sic alibi dixit Auctor: de Philosophorum ingenijs omnem hæresim animari; & adu. Herm. Hæreticorum Patriarchæ Philosophi; ubi lausimè hac de re aduersus Magdenburgenses. Legimus autem ex MS. Belgicis & Puteani: iudicet veritatem, pro: vindicet.

597. Transmissa per comites eius, &c.] Locus pro traditionibus Apostolicis; & de quibus vide Adnot. nostras in lib. de Coro. milit. infra T. 2. cap. 3. Pro, suborta elegantiss. liber Puteani; subornata. Item: de similitudine, pro: dissimilitudine.

598. Vel eam sibi potius euincerent.] Sic iterum ex Gort. & nostris MS. iudicibus, pro: vel etiam si possent; quia illud requirit membrum huius periodi secundum: vel ideò magis, &c. Pro, & Philosophis; Puteani: nec Philosophis.

599. Tribunal apud inferos ponunt.] Alludit ad Minoem, Eacum & Rhadamantum, de quibus pulchre ex Platone, Euseb. de prepar. Euang. lib. 12. cap. 3. & Laet. quoque lib. 7. cap. 22. quò pertinet etiam illud eiusdem Laet. de Socrate: Timuit ne apud Rhadamantum receptorem voti reus fieret ab Asculapio.

600. Sic enim & Pyriphæton, &c.] Igneum inferni fluminem intelligit, de quo multa fabulantur Poëtae, & tractat etiam Minutius Felice verbis infra citatis num. 614.

601. Paradisum, &c. recipiendis sanctorum spiritibus destinatum.] De hoc Tertull. errore, quem etiam lausimè deducit lib. de Anima infra T. 3. inter Prolegomena. Legimus autem iterum: materia igneæ illius zonæ, cum MS. & Rhen. pro: materia; agit enim de flammeo gladio Cherubin quem collocauit ante paradisum Deum, quem zonam igneam vocat ad similitudinem zonæ flammeæ cœli torridæ cœli.

602. Elysijs campi.] Notiora sunt quæ de Elysijs campis fabulantur Poëtae, quam ut repetitione sit opus.

603. Oro vos.] Phrasis Tertullianica: atqui ex MS. Belgicis & Puteani adiecit, si de nostris sacramentis.

CAP.

CAP. XLVIII.

604. Age iam si quis Philoſophus, &c.] Caput hoc inscripsimus: De resurrectione seu restauratione corporum, quæ materia cum peculiari libro tractatur infra T. 3. De resurrectione, carnis, breues esse nos hic oportuit. Tertull. autem ad verbum serè imitatur Minutius in Octauio.

605. Vt ait Laberius.] Laberius Poëta fuit Mimographus, cuius meminit Auctor etiam supra lib. de Pallio cap. 1. & Macrobi. Satur. lib. 2. ac Gell. lib. 11. cap. 9. de quo plura apud Crinitum in Decio Laberio. Alludit ad eundem Minutius his verbis. Mimi officio digna ista sententia est. Atqui locum ipsum Laberij his verbis expressit idem Crinitus de honest. discipl. lib. 11. cap. 3.

Et audio mala multa etiam ex bonis; Par illud, ut nos olim mutant philoſophi. Et nunc de mulo hominem, de muliere colubrū faciunt, & ex diuersis diuersa alia.

606. De sententia Pythagoræ, &c.] Ad Metempsychosin Pythagoræ alludit, de qua lausimè & ex proposito lib. de Anima, infra T. 3. ad quem Lectorem remittimus. Pro, colubrū habet liber Puteani; colubram. Porro ex MS. legimus: distorterit, pro: detorserit; ac, consensum mouebit, pro: consensum, & omisit cum iisdem ac vet. exc. & preandat.

607. ipsūque de Caio Caium. De hac Inreconsultorum phrasi vide supra cap. 3. nu. 37. Legimus autem: Multis etiam locis ex ocio, cum MS. & Rhen. in schol. pro: & ocio. Item: inquam, pro: vnquam, ex MS. & vet. exc. Pro vidit, Puteani; quis in quam bestiam reformari videtur.

608. Vt eadem qualitas animæ in eandem reseruetur conditionem, et si non effigiem.] Etiam de hoc inter Tertull. errores, quod videatur animæ effigiem adtribuere, aut si de hominis effigie agat, etiam caute legendum sit, ac si videatur non satis intellexisse eundem hominem in eadem effigie reseruetur. Seipsum autem explicat paulopost dicit: sed erimus iidem qui & nunc, nec alij post. Eo quod omnino de iudicio Dei pati debent, hæc verba absunt à libro Puteani.

609. Quia neque pati quicquam debet anima sola sine stabili materia, id est, carne.] Manifestum etiam hic esse errorem rectè adnotauit Zephyrus, quare & de hoc in Prolegomenis lausimè; maxime cum & Magdenburgenses non inter errores, sed inter dogmata Tertulliani contra disertam aliorum Patrum sententiam collocent. Iterum autè legimus ex MS. quod habebant vet. exc. & quod omnino de iudicio Dei pati debent animæ, non sine carne meruerunt, &c. & paulopost: ô homo.

610. Idem nihil factus cum esse desieris.] Caute etiam legi hic debet & Auctor & Minutius; neque enim nihil finis aut esse desimus post obitum, sed ad illud videtur alludere quod mortuus homo non sit homo. Legimus autem bis cum Minutio: de nihilo, ac: eiusdem ipsius; suppleuimus etiam quod omisit erat citra editionem Zephyri: Redde si potes rationem qua factus es, & tunc, require qua fies; & rursus legimus: omnium animarum animatore; pro: animantem; item ex MS. reposuimus: in testimonium vobis, pro: nobis.

611. Si intelligas te vel de titulo Pythiæ discens.] Sic iterum ex MS. & Rhen. Qui autem hic Pythia; initio lib. de Anima, Pythius dæmon, & supra cap. 46. Apollo vocatur. Apud alios Apollo, Pythius, & Vates Apollinis apud Delphos in tripode Pythia nuncupatur, eo quod femina esset, quæ quidem Cui adnotat Pines in c. 11.

lib. 4. de ciuit. Dei D. August.) initio virgo fuerit, sed postea in illarum violata, quæcunque mulier non minor natu annis 50. in virginali habitu. Idque à Pythio dracone qui (Clem. Alexandr. teste Orat. ad gent.) in Pythone celebratur. Atqui quod Rhen. refert ad illud γῶδ ὁ ὄρασκον, rectius Zephyrus ad illud oraculum refert, quo homo pronuntiat est ab Apolline Dominus omnium morientium & resurgentium.

612. Ad expungendum quod in isto tuo boni seu mali meruit.] Rectè adnotauit Rhen. hanc veram esse lectionem, pro eo quod priores exc. & postea iterum Zephyrus: persoluendum; nam vox illa est Tertullianica expungere, pro: persoluere. Sic legimus secundum eundem ex Gort. & nostris MS. pendendum, pro eo quod vet. exc. deprehendendum, ac Zephyrus, tametsi elegantius:prehendendum. Est autem hic locus adnotandus pro meritis operum, quales multos in Indice tum huius Auctoris, tum D. Cypriani nostri reperiet Lector. Paulopost ex MS. legimus: & qui non integri. Puteani; integrè.

613. Nouerunt & Philosophi, &c.] iisdem penè verbis Minutius. Et tamen admonentur, inquit, doctissimi hominum libris illius ignei fluminis, & de Stygia palude sepius ambientis ardoris, quæ cruciatibus æternis preparata, &c. quæ compendij gratia omittimus. Atqui: apparet, interpretatur rectè Rhen. ministrat. Vox est Tertullianica.

614. Non enim absument, &c.] Ex MS. iterum illud restitimus iuxta Rhen. cod. pro: adsumit. Nam confirmatur etiam his Minutij verbis: Illic sapiens ignis membra vrit & reficit, carpit & nutrit; sicut ignes fulminum corpora tantum tangunt, nec absument, sicut ignes Ethne montis & Vesuij & ardentium vbique terrarum flagrant nec erogantur: ita penale illud incendium nõ damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Quæ lausimè descripsimus, quod locum hunc pulchre explicent; sicut etiam Laet. lib. 7. cap. 21. & Pacianus de Penit. pag. 188. Vt ante me quoque adnotauit Latinius.

CAP. XLIX.

615. Hæc sunt quæ in nobis solis, &c.] Caput hoc pro rei materia inscripsimus: Quòd in Christianis præsumptiones vocentur, quæ in Philosophis summæ sciētia. In Puteani est; hæc sunt quæ tuentur, & præsumtio.

616. Sed in eiusmodi error, si vti que, irrisioni iudicandum est, non gladiis, &c.] Sic hunc locum restitimus, partim ex exc. partim ex MS. (omissa Voce: vindicandus, quæ superflue adiecit videtur Zephyrus) pro eo quod erat: adiudicandus est; ut cum Datuso construat iudicandi vox, more Tertulliano. liber Puteani; sed in eiusmodi enim si vti que irrisui iudicandum est. & ; elegimus: pro, eligimus.

CAP. L.

617. Ergo, inquit, cur quærimini, &c.] Postremo capiti huic titulum dedimus: De victoria Christianorum in supplicijs, quam etiam paucis prosequitur Minutius in calce sui Octauij. Nemo quippè: liber Puteani; nemo quidem.

618. Sed obducimur, &c.] Rhen. obducimur, hoc est vincimur, quum videlicet pro nomine Christi trucidamur. Zephyrus in Paraph. sic. Illi abicuntur trahunturque captiui, si victoriam non obtinuerint, nos cum obtinimus. Neuter interim mihi satisfacit, eo quod sequitur: denique euadimus, cum obducimur. Magis itaque placet ea Rhen. interpretatio quam habet in lib. de carn. Christi,

qua obducere interpretatur inter cetera, pro profiga- re atque delere, ac si dicat: profigamur & delentur cum obduntur; & rursus euadimus, in celum nempe, cum profigamur.

619. Sarmentitios & semaxios.] Cur ita vocentur Christiani, explicat verbis sequentibus: quia ad stipitem dimidij axis reuincit sarmentorum ambitu exurimur. Ita enim constanter legunt MS. omnes tam Belgici, Gallici, quam Vaticanæ, & accessit ex coniectura quamproximè Latinus legendum putans: semiaxarios, & axis; pro eo quod hactenus exc. semiffarios, & Crinitus iam olim de hon. dist. lib. 1. cap. 13. semiffios, ac uterque dimidij afflis. Confirmat nostram lectionem Latinus, tum his verbis Scorpiæ. infra T. 3. & eculeus, axis, & apertioribus sub fine lib. de Pudicit. T. 5. puta in axe iam incendio adstricto. Quare non est recurrendum ad interpretationem Criniti de Semiffibus hominibus ex Cicer. ad Vatinius. Vt etiam non placet quod ille legit sarmentarios; ita memoria dignum quod adnotat de simili suppli- cij genere loqui Eusebium ac D. August. Certè de D. Polycarpo tale quid reperitur hist. illius Eccl. lib. 4. c. 15. seu 14. tum de sarmentis in eius combustionem coacturatis, & adparatu clauorum quibus adfigeretur, cui dubium quin stipiti alicui.

620. Hæc palmata vestis.] Palmata tunica ita dicta, quod palma illi essent intertia: quæ etiam Liusio lib. 10. nota est, in triumphis.

621. Mutius, &c.] Eadem penè omnia reperire est exempla lib. ad Mart. quæ hic recenset Ethnicorum virorum & mulierum. Iisdem penè verbis etiam Minutius: Vos ipsi calamitosos viros fertis in celum. Mutium Scauolam, qui cum errasset in Regem, perisset in hostibus nisi dexteram perdidisset. Et quot ex nostris non dexteram, sed totum corpus vni pertulerunt? Viros cum Mutio vel cum Attilio Regulo (de quo paulopost etiam Auctor) comparo. Pueri & muliercula nostræ omnes suppliciorum ter- rículas inspirata patientia doloris illudunt. Nulla autem est historia (inquit Zephyrus) quæ Scauolæ dexteram Regulique cruciatum non celebret. De Empedocle vide supra Adnot. nostras in lib. de Pallio cap. 4. nu. 83.

622. Aliqua Carthaginis conditrix, &c. secundum matrimonium, &c.] Figura (inquit Rhen.) Græca, qui & exclamations hic omnes rectè ironicas interpre- tandas censet. Historiam ipsam his verbis explicat Tertull. infra T. 5. lib. de Monoga. Regina Carthaginis profu- ga, & in alieno solo & tantæ ciuitatis cum maximè formatrix, cum Regis nuptias vltro optare debuisset, ne tamen secundas eas experiretur, maluit ec- cōtrario vri quàm nubere. Exstant etiam (teste Zephyro) in laudem Didonis Epigrammata, quæ, ne Hiarba coniun- geretur, se suo gladio confecit. Fabulum itaque de ea texiit Virgil. 4. Æneid.

623. Anaxarchus, &c.] Anaxarchi (inquit idem Zephyrus) patientiam, cum à Nicocreonte tyranno in Cy- prum mala fortuna delatus, pistillis in mortario tunderetur, mirantur omnes; & celebrat eandem Laërtius iisdem penè verbis quibus Auctor. Ex quo etiam intelligitur ad quid alludat Auctor cum dicit: cum ptilianæ, (quod vet. excus. magis placet quàm Zephyri, ptilianæ) pilo tunderetur. Pro eo enim quod habet Auctor: Tunde, tunde Anaxarchi follem, id est vitem; Græcè est τσίλας τσίλας, &c.

624. Attica meretrix, &c.] Etiam hoc repetitur in- fra T. 2. lib. ad Mart. & narratur Zephyro teste à Valerio Maximo, ac Cicerone in Tuscul. Rhen. in schol. hac adfert

ex Plin. hist. nat. lib. 2. 4. Et Iphicratis (inquit) leana cele- bratur. Scortum hæc lyre cantu familiaris Harmodio & Aristogitoni, consilia eorum de tyrannicidio, ad mortem usque excruciatà à tyrannis, non prodidit. Quamobrem Athenienses eam in honore habere volentes, ne tamen scortum celebrasse viderentur, animal nominis eius fecerunt; atque ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Hippium autem tyrannum vocat Zephyrus. Pro comestam, liber Puseani; come- sam, elegantius & venustius item: expellit, pro expuit. Sic etiam apud Martialem expulit veteres libros haberes; pro: expuit, monuit Carrio. Expulit vna duos tuffis & vna duos.

625. Zeno Eleates.] Quid Zeno Eleates in tyran- num Dionysium ausus sit; Zephyro teste, etiam videre est apud eosdem. Quibus adde & Laërtium, qui interim non Dionysij, sed Nearchi, seu ut alij, Diomedontis tyranni meminit, & simile prorsus præcedenti de lingua præcise exemplum illius adfert. Cicero Tuscul. qu. lib. 5. non aliud habet, quàm quod perpeffus sit omnia potius quàm consilios delende tyrannidis indicaret. Legimus autem ex MS. im- passibilis; pro eo quod habebant vet. excusij, impassibili- bus, quod omiserat Zephyrus.

626. Certè Laconum flagella, &c.] Vide de hoc latius dictum lib. ad Martyras, & nostras ibidem Adno- tationes. Pro acerbata putat Latinus legendum: acerua- ta; sed placet vulgata lectio ob illud Claud. lib. 1. Et exi- guum simulando vulnus acerbat; ut accipiatur acer- bata pro atrocius insidiosa; maxime cum etiam MS. omnes cod. apud D. Cyr. epist. 42. ad Cornel. acerbationibus legant, pro eo quod ante exc. aceruationibus.

627. Statuas defunditis, &c.] Sic ex MS. pro: dif- funditis, ut loquatur de statujs fustibus. Ex iisdem cum Rhen. & Latino: præstatis & ipsi, pro: ipsi.

628. Ad lenonem damnando Christianam.] Rhen. ex Gorx. cod. clamando. sed illud aliorum MS. & exc. magis placet, eo quod Præfides alloquitur.

629. Nec quicquam tamen proficit exquisitor, &c.] Etiam hoc ex MS. pro: profuit. Similia autem vi- dere est & apud D. D. Eularium & Hieron. alicubi, & infra lib. ad Scapulam; latissime vero apud D. Iustin. Mart. lib. de Verit. relig. Christi. ut verissimum sit illud Epiphonema Auctoris nostri: Semen est sanguis Chri- stianorum.

630. Cicero in Tusculanis, &c.] Ciceronis Tuscu- lana & Seneca liber ad Gallionem de remedijs fortuitorum passim exstant.

631. Diogenes.] Diogenicam tolerantiam interprete Rhen. sub nomine caninæ æquanimitatis celebrat etiam Auctor initio lib. de Patient. infra T. 2. & latius Laër- tius in eius Vita, qui etiam conscriptum refert ab eo librum de morte.

632. Pyrrhon.] Pyrrho (qui Græcè πυρρόων) Ci- cer. teste Acad. qu. lib. 2. ne sentire quidem ea sensu sa- pientem quæ ceteros. Æti nominantur. Fuit autem is Philo- sophus primò pictor, deinde Anaxarchi discipulus, quem Clemens Alexandr. Strom. lib. 7. contentiosum nuncupat; à quo Pyrrhonij quos Scepticos nuncupant, quibus, inquit idem Clemens Stromat. lib. 8. nihil est firmissimum aut stabile. Citatur autem Pyrrhon iste Eliensis ab Athenæo & Suida.

633. Callinicus.] Celebratur à Suida Sophistes Pe- treus, qui inter cetera scripsit Orationes aliquot, inter quas vti hinc colligitur, vna ad tolerantiam doloris & mortis adhortatoria.

634. vt omnem veniam ab eo compensatione sanguinis sui expediat.] Simile est illud D. Cyr. epist. 52. ad Antonian. Vbi Martyres dicit statim ad gloriam peruenire, fidei statim & virtutis accipere mercedem, statim

à Domino coronari. Atque adeo hic locus adnotandus est contra eorum errorem, qui coronam iustitiæ, atque adeo & martyrii, ad diem usque iudicij differendam dicere non verentur.

LIBRI DE TESTIMONIO ANIMÆ ADVERSVS GENTES ARGVMENTVM, PER Iacobum Pamelium.

QVVM videret Tertullianus opusculis, quamquam probatissimis atque lectissimis, pro Christiana fidei defensione editis, fidem non inclinare humanam de incredulitate duritiæ: nouum Testimonium Animæ aduersus Gentes aduocat; latius prosequutus, quod Apo- logetici cap. XVII. paucis adtigerat.

Imprimis per prosopopœiam ab anima adhuc rudi, impolita & idiotica Christianorum nomine testimonium flagitans.

Deinde plures loquendi formulas in medium adducit, quæ omnibus in ore sunt etiam non Chri- stianis exempli gratia: Quod Deus dederit; Si Deus voluerit; Deus bonus est; Deus benefacit; Benedicat te Deus; Deus videt omnia; Deo commendo; Deus reddet; Deus inter nos iudicabit. quibus manifestè Deum vnicum & solum, confitentur.

Porrò & dæmonia, quamuis Chryssippi aliquis assentator illudat, esse ea tamen, & abominationem sustinere, execrationes publicas testatum facere; per quas & dæmonium & satanam pronuntiare solent.

Quin etiam animæ statum, post vitæ disunctionem vel inde agnosci; quod quosdam misellos, alios securos nuncupent, dum alicuius defuncti recordantur; quod defunctis parentent; quod cineri terram grauem & penes inferos tormentum imprecentur; aut econtrario refrigerium comprecantur, & ut bene apud inferos requiescant; quod postremam famam post mortem affectent; quod denique de iam pridem defunctis occurrat dicere: Abiit iam & reuertit debet.

Atque omnia animæ Testimonia tanto communia, quanto naturalia; quanto naturalia, tanto di- uina; frivola cuiquam non debere videri; cum sit natura magistra, anima discipula, maxime cum prior anima quàm littera; sermo quàm liber, sensus quàm stylus, & homo quàm philosophus aut poëta; & si hæc eloquia de litteris vsurparit, anima potius de diuinis quàm secularibus; quippè quæ has ætate aliqua antecedant, ut suo loco edocuit Auctor, nempe Apologet. cap. XIX.

Credendum itaque animæ, atque adeo naturæ & Dei ipsius testimonio; eamque conueniendam cum Christianis quis timet fieri; præsertim cum omnium gentium nomen sic vnus homo, vna sit anima; varia vox, vnus spiritus; varius sonus, sed loquelæ communis mater. Deus & Dei boni- tas vbiq; & dæmonium & maledictio eius vbiq; & atque adeo animæ in die iudicij exprobran- dum fore: Deum prædicabas, & non requirebas; dæmonia abominabaris, & illa ado- rabas; iudicium Dei appellabas, nec esse credebas; Christianum nomen sapiebas, & persequeris.

Ceterum primus hunc librum edidit Gagnæus anno 1545. cum titulo dumtaxat: DE TESTI- MONIO ANIMÆ, qui quum satis obscurus esset, adieci, ADVERSVS GENTES. Eundem deinde castigauit compluribus in locis Gelenius, ad Britannicum Lelandi exemplar. Ter- tulliani autem esse eum stylus difficilis ac sententiis creber, tum dictum Libri argumentum satis con- uincunt; ita ut demiver quosdam alioqui eruditos viros contrariam de stylo tenere sententiam: præ- fertim quum D. Hieronymus plures libros aduersus Gentes conscriptos memoret Epistola ad Ma- gnum; quorum vnus hunc esse censeo. His adde verba ipsius Auctoris libro de carne Christi, infra Tom. 3. Plenius hæc profequitur libellus, quem scripsimus de Testimonio Animæ. Vtinam superisset exemplar MS. ut licuisset emendatiorem in lucem emittere. sed nolui ex solis coniecturis, nisi vs locis, quos Latinus Latinus indicauit, quicquam castigare; & cuius notis non parum etiam confirmatur mea de hoc libro tanquam Tertullianico censura. Nos autem tunc primùm Adnotationes addimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS^D

TERTVLLIANI DE TESTIMONIO ANIMÆ

LIBER ADVERSVS GENTES.

CAP. I.



MAGNA curiositate & maiore longè memoria opus est ad studendum, si quis velit ex litteris receptissimis quibusque philosophorum vel poetarum vel quorumlibet doctrina sapientiæ secularis magistrorum testimonia excerpta Christianæ veritatis; ut æmuli perëcutorésque eius de suo proprio instrumento, & erroris in se, & iniquitatis in nos rei reuincantur. ² Nonnulli quidem, quibus de pristina litteratura & curiositatis labor & memoriæ tenor perseverauit, ad eum modum opuscula penes nos condiderunt, commemorantes & contestificantes in suggillationem & originem & traditionem & sententiarum argumenta, per quæ recognosci possit, nihil nos aut nouum aut portentosum suscepisse; de quo non etiam communes & publicæ litteræ ad suffragium nobis patrocinentur, si quid aut erroris cieimus, aut æquitatis admisimus. Sed ne suis quidem magistris, aliàs probatissimis atque lectissimis, fidẽ inclinauit humana de incredulitate duritia, sicubi in argumenta Christianæ defensionis impingunt: tunc vani poetæ, cum deos humanis passionibus & fabulis designant: tunc philosophi duri, cum veritatis fores pulsant. Hactenus sapiens & prudens habebitur, qui propè Christianum pronunciarit, cum si quid prudentiæ aut sapientiæ affectauerit, seu ceremonias despuens, seu seculum reuincens, pro Christiano denotetur. Iam igitur nihil nobis erit cum litteris & doctrina peruersæ felicitatis, cui in falso potius creditur, quàm in vero. Viderint si qui de vnico & solo Deo pronunciauerunt. Imò nihil omninò relatum sit, quod agnoscat Christianus, ne exprobrare possit. Nam & quod relatum est, neque omnes sciunt: neque qui sciunt, constare cõfidunt. Tanto abest ut nostris litteris annuant homines, ad quas nemo venit nisi iam Christianus. Nouum testimonium aduoco, imò omni litteratura notius, omni doctrina agitatius, omni editione vulgatius, toto homine maius, id est totum quod est hominis. ³ Consiſte in medio anima, seu diuina & æterna res es secundum plures philosophos, eo magis non mentiens: Seu minimè diuina, quoniam quidem mortalis, ut Epicuro soli videtur, eo magis mentiri non debebis, seu de cœlo exciperis, seu de terra conciperis, seu numeris, seu atomis concinnaris, seu cum corpore inncæperis, seu post corpus induceris, vnde vnde & quoquo modo hominem facis animal rationale, sensus & scientiæ capacissimum. Sed non eam te aduoco, quæ scholis formata, bibliothecis exercitata, ⁴ academiis & porticibus Atticis partam sapientiam ructas. Te simplicem & rudem & impolitam & idioticam compello, qualem habent qui te solam habent, illam ipsam de compito, de triuio, de tetrino totam. Imperitia tua mihi opus est, quoniam aliquantulæ peritiæ tuæ nemo credit. Ea exoptulo, quæ tecum in hominẽ infers, quæ aut ex temetipsa, aut ex quocunque auctore tuo sentire didicisti. Non es, quod sciam, Christiana. fieri enim, non nasci solet Christiana. Tamen nunc à te testimonium flagitant Christiani, ab extranea aduersus tuos, ut vel tibi erubescant, quòd nos ob ea oderint & inrideant, quæ te nunc consciam detineant. [¹ Non placemus, Dominum prædicantes hoc nomine vnico vnicum, à quo omnia, & sub quo vniuersa. Dic testimonium si ita scis. Nam te quoque palam & tota libertate, qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronunciaré, Quod Deus dederit, & Si Deus voluerit. ea voce & aliquem esse significas, & omnem illi confiteris potestatem, ad cuius spectas voluntatem, simul & ceteros negas deos esse, dum suis vocabulis nuncupas, Saturnum, Iouem, Martem, Mineruã. Nam solum Deum confirmas, quem tantum Deum nominas, ut & cum illos interdum deos appellas, de alieno & quasi pro mutuo vfa videaris. De natura quoque Dei quem prædicamus, nec te latet: Deus bonus est, Deus benefacit, tua vox est. Planè ea dicis, sed homo malus scilicet, contraria propositione obliquè & figuraliter exprobrans, idè malum hominem, quia à Deo bono abscefferit. Etiam quòd penes Deum bonitatis & benigni

Anignitatis ⁶ omnis benedictio inter nos summum sit disciplinæ & cõuerſationis sacramentum, Benedicat te Deus, tam facillè pronuncias, quàm Christiano necesse est. At cum id maledictum conuertis in benedictionem Dei, perinde dicto omnem super nos potestatem eius consistere secundum nos confiteris. Sunt qui etsi Deum non negent, dispectorem planè & arbitrum, & iudicem non putent: in quo utique nos maximè reiciunt, qui ad istam disciplinam metu prædicati iudicij transuolamus: sic Deum honorantes, dum curis obseruationis, & molestiis animaduersionis absoluunt, ⁷ cui ne iram quidem adscribunt. Nam si Deus (inquiunt) irascitur, corruptibilis & passionalis est. Porro quòd patitur, quòdque corrumpitur, etiam interitum potest capere, quem Deus non capit. At idem alibi animam diuinam & à Deo conlatam confitentes, cadunt in testimonium ipsius animæ retorquendum aduersus opinionem superiorem. Si enim anima aut diuina aut à Deo data est, sine dubio datorem suum nouit. Et si nouit, utique & timeret, ut tantum postremò auctorem. An non timeret, quem magis propitium velit quàm iratum? Vnde igitur naturalis timor animæ in Deum, si Deus non nouit irasci? Quomodo timeatur, qui nescit offendi? Quid timeatur, nisi ira? Vnde ira, nisi ex animaduersione? Vnde animaduersio, nisi de Dei iudicio? Vnde iudiciũ, nisi de potestate? Cuius potestas summa, nisi Dei solius? Hinc ergo tibi anima de conscientia suppetit domi ac foris, nullo irridente vel prohibente prædicare, Deus videt omnia, & Deo commendo, & Deus reddet, & Deus inter nos iudicabit. ⁸ Vnde hoc tibi non Christiana? Atque id plerumque & ⁹ vitta Cereis redimita, & pallio Saturni coccinata, & deæ Iſidis linteata. In ipsis denique templis Deum iudicem imploras, sub Æsculapio stans, Iunonem in aère exorans, Mineruæ calceans furuis galeam formis, & neminem de præsentibus deis contestaris, in tuo foro aliunde iudicem appellas, in tuis templis alium Deum pateris. O testimonium veritatis, quæ apud ipsa dæmonia testem efficit Christianorum. [¹⁰ Enimue- ¹¹¹ rò cur dæmonia adfirmamus esse? sanè quasi non & probemus, qui ea soli de corporibus exigimus. ¹² Aliqui Chryſippi adſentator inludit ea, & esse, & abominationem sustinere, execrationes tuæ respondent. ¹³ Dæmonium vocas, hominem aut immunditia, aut malitia, aut insolètia, aut quacũque macula, quam nos dæmoniis deputamus, aut ad necessitatem odij opportunam. Satanam denique in omni auerſatione & aspernatione & detestatione pronuncias, quem nos dicimus malitiæ Angelum, totius erroris artificem, totius seculi interpolatorem, per quem homo à primordio circumuentus, ut præceptum Dei excederet, & propterea in mortem datus, exinde totum genus de suo semine infectum, suæ etiam damnationis traducem fecit. Sentis igitur perditorem tuum. Et licet soli illum nouerint Christiani, vel quæcunque apud dominum secta, & tu tamen eum nosti dum odisti. [¹⁴ Iam nunc quòd ad necessariorem sententiam tuam spectet, ¹¹² quantũ & ad ipsum statum tuum tendit, affirmamus te manere post vitæ disſunctionem, & expectare diem iudicij, ¹⁵ pròque meritis aut cruciatui destinari, aut refrigerio, utroque sempiterno. Quibus sustinendis necessariò tibi substantiam pristinam, eiusdemque hominis materiam, & memoriam reuersuram, quòd & nihil mali ac boni sentire possis sine carnis passionis facultate, & nulla ratio sit iudicij sine ipsius exhibitione, qui meruit iudicij passionem. Ea opinio Christiana etsi ¹⁶ honestior multò Pythagorica, quæ te non in bestias transfert, etsi ¹⁷ plenior Platonica, quæ tibi etiam dotem corporis reddit, etsi ¹⁸ Epicurea gratior, quæ te ab interitu defendit: ¹⁹ tamen propter suum nomen soli vanitati & stupori, & ut dicitur, præsumptioni deputatur. Sed non erubescimus, si tecum erit nostra præsumptio. Primò enim cum alicuius defuncti recordaris, misellum vocas eum: non utique quòd de bono vitæ ereptum, sed ut pœnæ & iudicio iam ascriptum. Ceterum aliàs securos vocas defunctos: Profiteris & vitæ incommodum, & mortis beneficium. Vocas porro securos, si ²⁰ quando extra portam cum ²¹ obsoniis & mattæis tibi potius parentans ad buſta recedis, aut à buſtis diluſior redis. At ego sobriam tuam sententiam exigo: misellos vocas mortuos, cum de tuo loqueris, cum ab eis longè es. Nam in conuiuio eorum quasi præsentibus & concumbentibus fortem suam exprobrare non possis, debes adulari propter quod lætius viuis. Misellum ergo vocas qui nihil sentit, quid quòd ut sentienti maledicis, cuius memoriam cum alicuius offensæ morſu facis. ²² Terram grauem imprecaris, & cineri penes inferos tormentum: æquè ex bona parte, cui gratiam debes, ossibus & cineribus eius refrigerium comprecaris, & ut benè requiescat apud inferos cupis.

Si nihil passionis est tibi post mortem, si nulla sensus perseverantia, si denique nihil es ipse ubi corpus reliquisti: cur mentiris in te, quasi aliquid ultra pati possis? Imò cur in totum times mortem, si nihil est tibi timendum post mortem, quàm nec experiendum post mortem? Nam etsi dicere potes, idem mortem timeri, non ut aliquid minantem, sed ut commodum vitæ amputantem: atquin cum & incommoda longè plura vitæ pariter excedas, & luctatione grauioris partis metum diluis, nec iam timenda est amissio bonorum, quæ altero bono, id est incommodorum pace, pensatur. Non est timendum quod nos liberat ab omni timendo. Si times vita decedere, quia optimam nosti: certè mortem timere non debes, quam malam nescis. At cum times, scis malam. Non scires autem malam, quia nec timeres, si non scires aliquid esse post mortem, quod eam malam faciat, ut timeas. Omittamus nunc naturalem formam timendi mortem. Nemo timeat quod euadere non potest. Ex altera parte congregior lætioris spei post mortem. Nam omnibus ferè ingenua est fama post mortem cupido.²² Longum est retexere Curtios & Regulos, vel Græcos viros, quorum innumera elogia sunt contemptæ mortis propter postumam famam. Quis non hodie memoriæ post mortem frequentandæ ista studet, ut vel litteraturæ operibus, vel simplici laude morum, vel ipsorum sepulchrorum ambitione nomen suum seruet? Vnde anima hodie affectaret aliquid, quod velit post mortem, & tantoperè præpararet quo sit vsura post obitum, si nihil de postero sciret? Sed forsitan de sensu post excessum tui certiores, quàm de resurrectione quandoque, cuius nos præsumptores denotamur. Atquin hoc quoque ab anima prædicatur. Nam si de aliquo iam pridem defuncto tanquam viuo quis requirat, præ manu occurrit dicere, Abiit iam, & reueri debet.

v.

[²³ Hæc testimonia animæ quanto vera, tanto simplicia: quanto simplicia, tanto vulgaria: quanto vulgaria, tanto communia: quanto communia, tanto naturalia: quanto naturalia, tanto diuina, non putem cuiquam friuolum & frigidum videri posse, si recogitet naturæ maiestatem, ex qua censetur auctoritas animæ. Quantum dederis magistræ, tantum adiudicabis discipulæ. Magistra natura, anima discipula. Quicquid aut illa edocuit, aut ista perdidit, à Deo traditum est, magistro scilicet ipsius magistræ. Quid anima possit de principali institutore præsumere, in te est æstimare de ea quæ in te est. Senti illam, quæ ut sentias efficit: recogita in præfugiis vatem, in omnibus augurem, in euentibus prospicem. Mirum si à Deo data homini nouit diuinare. Tam mirum, si eum à quo data est, nouit. Etiam circumuenta ab aduersario meminit sui auctoris, & bonitatis, & decreti eius, & exitus sui, & aduersarij ipsius. Sic mirum, si à Deo data, eadem canit, quæ Deus suis dedit nosse. Sed qui eiusmodi eruptiones animæ non putauit doctrinam esse naturæ & congenitæ & ingentæ conscientiæ tacita commissâ, decet potius de ventilatis in vulgus opinionibus publicatarum litterarum vsum iam & quasi vitium corroboratum taliter fermocinandi.²⁴ Certè prior anima quàm littera, & prior fermo quàm liber, & prior sensus quàm stylus, & prior homo ipse quàm philosophus & poëta. Nunquid ergo credendum est ante litteraturam & diuulgationem eius mutos absque huiusmodi pronuntiationibus homines vixisse? Nemo Deum & bonitatem eius, nemo mortem, nemo inferos loquebatur: mendicabat fermo, opinor, immò nec vllus esse poterat, cessantibus etiam tunc, sine quibus hodie iam beator, & locupletior, & prudentior esse non potest, si ea quæ tam facilia, tam assidua, tam proxima hodie sunt, in ipsis quodammodo labiis parta, retrò non fuerunt, antequam litteræ in seculo germinassent,²⁵ antequam Mercurius (opinor) natus fuisset. Et vnde ordo ipsis litteris contigit, nosse, & in vsum loquelæ diffeminare, quæ nulla vnquam mens conceperat, aut lingua protulerat, aut auris exceperat? At enim cum diuinæ scripturæ, quæ penes nos vel Iudæos sunt, in quorum oleastro insiti sumus, multo secularibus litteris non modica tatum ætate aliqua antecedant,²⁶ ut loco suo edocuiamus, ad fidem earum demonstrandam: & si hæc eloquia de litteris vsurpauit anima, utique de nostris credendum erit, non de vestris: quia potiora sunt ad instruendam animam priora, quàm postera, quæ & ipsa à prioribus instrui sustinebant; cum etsi de vestris instructam concedamus, ad originem tamen principalem traditio pertineat, nostrumque omnino sit, quodcumque de nostris sumpsisse & tradidisse contigit vobis. Quod cum ita sit; non multum refert, an à Deo formata sit animæ conscientia, an litteris Dei. Quid igitur vis homo, de humanis sententiis litteratarum tuarum exisse hæc in vsum communis callositatem? [²⁷ Crede itaque tuis, & de commentarijs nostris tanto magis crede diuinis, sed de animæ ipsius arbitrio perinde crede natura

Rem. II.

v. r.

ræ

A ræ. Elige quam ex his fidelius sororem obserues veritatis. Si de tuis litteris dubitas; neque Deus, neque natura mentitur: ut & naturæ & Deo credas; crede animæ, ita fiet ut & tibi credas. Illa certè est, quæ tanti facis, quantum illa te facit, cuius es totus; quæ tibi omnia est; sine qua nec viuere potes nec mori; propter quam Deum negligis. cum enim times fieri Christianus, eam conueni: cur aliud colens, Deum nominat? cur, cum maledicendos spiritus denotat, dæmonia pronuntiat? cur ad cælum contestatur, & ad terram detestatur? cur alibi seruit, alibi vindicem conueni: cur de mortuis iudicat? cur verba habet Christianorum, quos ne auditos visosque vult? cur aut nobis dedit ea verba, aut accepit à nobis? cur aut docuit, aut didicit? Suspectam habe conuenientiam prædicationis in tanta disconuenientia cõuerfationis. Vanus es, si huic linguæ soli aut Græcæ, aut propinquæ inter se habentur, reputabis eiusmodi, ut neget naturæ vniuersitatem. Non Latinis nec Argiuis solis anima de cælo cadit. omnium gentium vnus homo nomē est; vna anima, varia vox; vnus spiritus, varius sonus; propria cuique genti loquela, sed loquelæ materia cõmunis. Deus vbique, & bonitas Dei vbique; dæmonium vbique, & maledictio dæmonij vbique; iudicij diuini inuocatio vbique, mors vbique, & cõscientia mortis vbique, & testimonij vbique. omnis anima suo iure proclamat, quæ nobis ne mutire cõceditur. Meritò igitur omnis anima rea & testis est; intatū & rea erroris, inquatū testis veritatis; & stabit ante aulas Dei die iudicij, nihil habes dicere. Deū prædicabas, & nõ requirebas; dæmonia abominabaris, & illa adorabas; iudiciū Dei appellabas, nec esse credebas; inferna supplicia præsumebas, & non præcauebas; Christianum nomen sapiebas, & Christianum persequebaris.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE TESTIMONIO ANIMÆ.

CAP. I.

AGNA curiositate, &c.] Posit inscribi caput hoc primū. Præfatio. neque enim aliud quam benevolentia captata, totius libri argumentū paucis complectitur. Atqui adnotanda sunt phrasæ Vocesque Tertullianicæ: de suo proprio instrumento, ac reuincantur, pro conuincantur.

2. Nonnulli quidē, &c.] Alludit ad eos, qui ante se aduersus Gentes scripserūt, Græcos præsertim (nam secūdis ab Apollonio Latinorū scriptorū à D. Hier. in Catalogo recensetur) Quadratiū dico, Aristidē, Iustinū philosophū, Anaxagoram, Melitonē, Theophilū Antiochenū, Apollinariū, Tatianum, Irenæum, Clemenē Alexandrinū, & Militiadē: quorū quædā ad verbum penè suo Apologetico inspersit, ad quæ tacito nomine etiā hic videtur adludere. Adnotatu autē digna hic Tertullianicæ phrasæ: pristina litteratura; cõtestificatōes, in suggillatione; si quid erroris eiecimus; fidē inclinauit; humana de incredulitate duritia; propè pronuntiat; pro Christiano denotetur; viderint si qui; neque constare confidunt; pro, credunt; Tāto abest; & omni editione vulgatus.

3. Cõsiste in medio anima, &c.] Prologopœia ad Animā, à qua testimonij aduersus Gentes deposit; in qua persistit ad finem vsque capitis quarti. Varias autem de quibus hic paucis, Epicuri aliorumque Philosophorum de Anima opiniones latissime recitet infra Tom. 3. lib. de Anima. Hoc vnum hic dicam: nondum, quum hæc scriberet, fuisse Auctorem in errore de Anima traduce aut corporea: quem postea incurrit, uti in Prolegomenis nostris latius, maxime quum sub finem dicat: anima de cælo cadit.

4. Academicis & porticibus Articis, &c.] Ita castigauit Latinus, pro Academicis, ex iam dicto libro de Anima, ubi isdem prorsus verbus vitur, quò proinde etiā Lectorem ad Adnotationes nostras remittimus. Rursum autē vide phrasin Auctoris: de compito, de triuio, de textino (Vox Ciceroniana) totam; & isdem verbis quibus in dicto Apologetico: fieri enim non nasci solet Christiana. Item: ut tibi erubescant, quem admodum &

Q. Curtius l. 5. erubescere fortunæ.

CAP. II.

5. Nõ placemus Dominū (seu potius meo iudicio: Deū) prædicātes, &c.] Inscribi merito debet hoc caput: de vni-co & solo iudice Deo. Certè vel hinc patet hunc esse germanū Tertulliani factum, quādoquidē & supra Apol. c. 17. & infra T. 3. aduersus Marcionē, & de Res. carnijf-dem verbis, quāquā paucioribus, idem inculcet, & idipsum faciēs l. de Carne Christi, nominatim, ut supra in argumento, hunc librum citet. Imitantur autem Auctorem & Minutius in Octauio, & D. Cyr. l. Quod idola non sint Di. & Lactā. cum l. 2. c. 1. scribit Ethnicos Deū potius quàm Iouē iurasse. Est verò etiā dura vox: figuratim, pro: figuratē.

6. omnis benedictio inter nos summum sit disciplinæ & cõuerfationis sacramentū, &c.] Eodem modo dixit l. de Pudicitia: ut sacramēto benedictionis exau-toraretur, de quo ibi latius, sufficiat addidisse ibi loqui videri Auctore de Eucharistia Sacramēto, hic verò de omnis generis benedictionibus, quib. Ecclesia vitur. Locis proinde notandis aduersus eos, qui eas calumniantur, quum eas hic appelles summū disciplinæ Christianæ sacramentū. Neq; verò de benedictione loqui, quæ laus Dei est, patet ex verbis illic aduictis: Benedicat te Dē, quæ aut ad hominē aut ad creaturas quæ benedicuntur, referre necesse est, et (viti liquet ex T. 2. nostrorū Leturgicā) Latimorū in l. Sacra. D. Gregorij, à p. 259. vsque ad 264. & lib. Sacra. Grimoldi Abbatis c. 1. & à c. 102. vsque ad finē) aut eadē ipsa aut similia benedictionibus Ecclesiasticis continētur. Neque etiā recentioribus dicitur seculis in vsum venerunt, sed ante Legē, & in lege Moysi (ut naturæ ethnicis inditā omniū cuius hic quoque sit mentio) & noui Testamētū tempore semper vsuata fuerūt. Exeplū gratia: Sic benedixerūt Abrahæ Melchisedech, Gen. 14. Heb. 7. Pharaoni Iacob, Gen. 47. Sarō plebi, Leu. 9. David Bersillai Galaditæ, 2. Reg. 19. Simōi Mariæ & Ioseph, Lucæ 2. in cuius locum successit Episcopalis benedictio. Sic Noë, Isaac, Iacob, & Mathathias iā morturi filijs suis, Gen. 14. 47. 48. Heb. 11. & 1. Mach. 2. item Moyses, Aaron, filij eius, & Ioseph populo Israēl, post

completas hostias, Leuit. 9. etiã formula prescripta, Num. 6. & ante obitum, Deut. 28. In fine 8. David & Salomõ cum compleissent sacrificium eidem populo, 2. Reg. 6. & 3. Reg. 8. Christus demique eleuatis manibus benedicens discipulos suos, in celum ferebatur, Marc. 19. Luc. 24. Act. 1. ad quoru exemplum sub finem sacrificij iam inde ab ætate Apostoloru datur benedictio. Sic spose Isaac, & Tobie, Rebecca & Sara, pariter benedictione imperiti sunt, Gẽ. 24. Tob. 7. & 9. vnde mutata nuptiaru, quas etiã Christus sua presentia benedixit in Cana Galilee, benedictio. Sic benedixit Elcana & uxori, filioq; Samueli Elii sacerdos, 1. Reg. 2. & pueros Christus cõplexas, imponensq; manus super illos, benedicebat eos, Mat. 19. Luc. 10. ex quo orta infantu in baptismo benedictio. Sic Christus panẽ & pisces benedixit, Matth. 14. Marc. 6. Ioan. 6. ac Matth. 15. Marc. 8. quem mortẽ Ecclesia imitatur in benedictione panis, quẽ benedictu nicipant, de quo in Lecturgias, ac ante cibi aut potus sumptionem, Apostolo teste, quã sanctificari dicit creaturã per verbu & orationẽ, 1. Tim. 4. de quo vide Adn. nostras in D. Cyprian. epist. 63. ad Cecilium, n. 39. Sic aqua aspersio nis, quã iuxta Alexandri P. P. 1. institutionem benedicitur, successit in aspersione sanguinis & aqua, quã tũ Aaron & filij eius tũ vestimenta sacerdotalia & tabernaculu, altare & sanctuarium aspersit Moyses, Leuit. 7. 16. & Exo. 24. Sic fit cineris benedictio seria quarta in capite quadragesimã ad imitationẽ Moysi, qui cinere vitula asperso omnẽ sanctificauit congregationẽ Israẽl, Leuit. 16. Heb. 9. De reliquis quoque Ecclesiasticis benedictionibus, ne hic sim prolixior, idẽ esse iudicium, vel orationes ipsas, quibus cerei, palma, oleu, chrisma benedicuntur, quas in Ordine Romano reperire est, & dicto Lecturgicã nostroru T. 2. testatu faciunt. De benedictionibus itẽ sacramentoru, ut potẽ aqua in baptismo, chrisma in cõfirmatione, panis & vini in Eucharistia, personaru per manuum impositionem, & alias, in Pœnitentiã, Ordinis, & Matrimonij, olei deniq; extremæ vnctionis sacramentis, alibi latius. Lego autem rur sus ex 1. edit. Gagnai dispectorẽ, pro eo quod Gelenius: de dispectorẽ, eo quod adiungatur: arbitru & iudicẽ, quibus cum magis conuenit dispector, qui diligẽter in omnẽ partẽ omnia videat & cõsideret, quã dispector qui deorsum videat, maxime cum sequatur: sic Deu honorantes, dũ curis obseruationis, & molestiis animaduersionis absoluit. Malo etiam legi, At idẽ, vti erat prius, quã iudem: quia etiam alibi idẽ plurali numero vsurpat.

7. Cui ne iram quidem adscribunt, &c.] Fortassis hoc ad errorem Tertulliani vergit, quo Deum corporeum alicubi facit, & proinde passionibus obnoxium, vti latius in Prolegomenis, nisi iram Dei improprie accipiamus, sicuti alij Patres, pro vindicta Dei. Ad quod videtur spectare illud: vnde ira nisi ex animaduersione: vnde animaduersio nisi de Dei iudicio?

8. Vnde hoc tibi non Christiana? ita castigauit Latinus, pro Christiane. alloquitur enim animam, & manifeste id conuincunt quã sequuntur.

9. & vitta Cereris, &c.] Vel hinc patet librum huic Tertulliani esse. Nam sicuti lib. de Pall. c. 4. vitta Cereris, Palliu cocineu Saturni sacerdotibus adtribuit, & quod ibi dixit de tenebrica veste, & capite retrici Velleris Bellone, hinc Mineruã (inquit) calceas furuis galeã formis. Illud explicari potest ex Clem. Alexandrino adu. Gẽtes, qui ex quinque Mineruis (sicuti & Arnob. l. 3.) vltimã facit filia Pallatis & Titandis, filia Oceani, quã patre impie ab ipsa sacrificato, ornata fuit patris pelle tãquã vellere. Istud obscurus est, nisi ex mea coniectura legatur, Mineruã calceas furuis galeã formis: vti calceare accipitur si-

cuti illud. Act. 12. Calceate caligas tuas; pro, induere; & alludat ad Velus furuum sive tenebricosum, quo tanquã galea caput tegebant Minerua sacrorum ministri.

C A P. III.

10. Enimuerõ cur damonia, &c.] Inscriptimus caput hoc: De demonijs, quod eius planẽ est argumẽti cũ 22. & 23. c. Apologetici, ad quã Lectore remittimus, hoc addito, quod ex istis aliquot verbis vtrouique patet Tert. esse hunc libru. Vide eadẽ apud D. August. l. 9. de ciuit. Dei c. 19. ¶

11. Aliqui Chryssippi adferuntur inluditi ea. At esse, &c.] Sic recte Gelenius. est verõ planẽ Tertullianicu, Aliqui, pro, aliquis. Videtur autẽ Chryssipus Philosophus (de quo latius l. de Anima, infra T. 3.) demonia illussisse, libro, quãtu apparet, de diuinatione, quẽ citat Lactantius lib. 1.

12. Demonium vocas, hominẽ, &c.] Oratio imperfecta, quia dicere oporteret: hominẽ affectu immuditia, aut simile quid. Reposuimus etiã ex margine editionis Gagnei, auerlatione; pro, vexatione. Et adnotãda vox phrasissq; Tertullianice: interpolatorẽ, ac dãnationis traducẽ, nã similiter l. de Resurr. car. substantia traducem dixit, vti etiam adnotauit Latinus: & secta in bonam partem.

C A P. IIII.

13. Iam nũc quod ad necessariõ sententiã, &c.] Caput hoc De statu animã post mortẽ tractatum continet. Atqui similiter infra T. 2. l. de habitu muliebri (quod nõ reticuit etiam Latinus) operas necessariõs dixit: & T. 3. l. de car. Christi: necessariõs aliquid. Itẽ dis punctio vitæ pro, morte. Aut frequẽssis est, vti alibi latius.

14. proque meritis, &c.] Locus pro operum meritis, quales alibi complures. En verõ rursus vocem obsoletam: passionalis, pro, passioni obnoxia.

15. et si honestior multo Pythagorica, &c.] De hac opinione Pythagora latius supra Apolog. c. 48. num. 606. & infra T. 3. lib. de Resurr. carn. ac lib. de Anima.

16. et si plenior Platonica, &c.] De hac sic apertius initio l. de Resurr. carn. Platonici (inquit) immortalem animam econtrario reclamant, immõ adhuc proximẽ etiam in corpora remeabilem.

17. et si Epicurea gratior, &c.] Nihil enim esse post mortẽ (inquit ibidẽ) Epicuri schola est. Et proinde magis placet, gratior, quod ex margine in contextum inseruit Gelenius, quã, grauior, vti habebat 1. editio.

18. tamen propter suum nomen, &c.] Resurrectionis nomen intelligit Gentibus non nouum modõ, sed & ridiculum, vti videre est Act. 17. cum Epicurei & Stoici Philosophi cum Paulo differentes, Nonorum (inquiebant) demoniorum videtur hic aduantiator esse; quia Iesum & resurrectionem aduantiabat eis.

19. si quando extra portam.] Adnotanda consuetudo extra portam busta, seu sepulchra condendi, primum apud Ethnicos, deinde apud Iudæos, vti patet ex Christi sepulchro. Io. 19. & mortuo elato adolescente extra ciuitatem Naim, Luc. 7. Quã etiam num seruatur multis in locis apud Gallias: vbi cœmeteria extra ciuitates plerumque videre est.

20. cum obsonijs & mattæis tibi potius parētās ad busta, &c.] similiter initio l. de Resurr. car. et tamẽ (inquit) defũctis parētāt, & quidẽ impẽssis officio, &c. At ego magis ridebo vulgus, tũc quoq; cũ ipsos defũctos atrociss. exurit (hinc busta appellata) quos postmodũ gulo c. nutrit. Mattea enim (Athenao interprete) dicta pretiosa edulia omnia. hinc Mastelicus Caldorino gulosus dicitur. Improbãt autẽ eã consuetudinem adhuc ad id vsque temporis in Africa, etiã Christianis vsitata, DD. Ambrosius in illud Luca: Sine mortuos sepelire mortuos

suos, ac Aug. lib. 6. Conf. c. 2. De mor. Eccl. cathol. lib. 1. c. 34. Epist. 64. ad Auclium, & Conc. 1. in Psal. 48. Hodie in locum illarum epularum apud sepulchra successit Agape seu mensa pauperum.

21. Terram grauem imprecaris, &c.] De prouerbiali hac formula: Sit tibi terra grauis: & altera sub huius capitis finem: Abiit iam, & reuerti debet. quã etiamnum vulgo quoque Teutonico in ore est, vide nostra Prolegomena. Sunt autẽ Tertullianica: qua nec; atquin, congredior, lætioris spei.

22. Longu est retexere Curtios & Regulos, &c.] Notior est Curtiorum & Reguli, qui pro patria mortẽ oppeterunt, historia, quam vti pluribus sit opus. Meminit autem Auctor Regulij, tum c. Apol. supra, tum T. 2. l. ad Mart. Atqui quã Auctori Elogia, parum supra diximus c. 2. Apol. nu. 22. & max ex Rhen. latius l. seq. ad Scapulam. Postquam famam verõ Metaphoricis dixit, eam quã post mortem perdurat.

C A P. V.

23. Hęc testimonia animæ, &c.] Titulu dedimus huic capiti: De auctoritate testimoniorum Animæ. Vide autem rursus phrasin vocẽque Auctoris: rãto, quãto; prospicem; prouidum: ac exitus sui aduersarij ipsius: quamquam ibi mendium subesse videatur, vti legendum sit, & aduersarij, vti referatur exitus sui ad statum animæ post mortem, & aduersarij ad Satanam, vti supra latius cap. 2.

24. Certẽ prior anima quam littera, &c.] Locus iste, quandoquidẽ paulopost hanc animæ loquelã, Traditionem nuncupat, optimẽ possit adaptari ad Traditionem Eccl. auctoritatẽ; quippẽ quã libris omnibus & stylo, id est, litteratura omni priores sunt. Quã voces etiam sunt Tertullianicæ.

25. antequam Mercurius (opinor) natus fuisset.] Mirum esset, quod hic & l. de Cor. mil. c. 8. Mercurium litterarum inuentorem faciat, cum Apol. c. 10. Saturno id inuentum nuncupat, optimẽ possit adaptari ad Traditionem Eccl. auctoritatẽ; quippẽ quã libris omnibus & stylo, id est, litteratura omni priores sunt. Quã voces etiam sunt Tertullianicæ.

26. vt suo loco edocuemus.] Alludit haud dubie ad c. 19. Apol. quo Lectore ad Adn. nostras remittimus. Est verõ etiam Tertullianicum multo sæcularibus litteris antecedit: quod vti contradictionem in se non includat, videtur legi debere: nõ modica tantum ætate: pro, vel modica. callostatem autem pro vetustate accipit, nõ aliter atque Cicero l. 3. Tuscul. qu. callum vetustatis dixit.

C A P. VI.

27. Crede iraque tuis, &c.] Caput hoc merito Epilogus inscribitur. Atqui pulcra est paulopost Antithesis: Cur ad celum cõreclatur, & ad terram dereclatur? Ac si dicat: Deum in celum suspiciens testem aduocat, & vultu in terram depresso demonia execrat? 28. cur alibi seruit, alibi vindicẽ conuenit? Alludit ad id quod supra cap. 2. dixit: In ipsis denique templis Deum iudicem imploras; præterquam quod hic non solum vti iudicem, sed & vti vindicem inuocari ab ipsis Deum insinuat, id est, vti redemptorem & adserorẽ, quem admodum ad leges 12. Tabul. hunc locum citans Latinus interpretatur Reynardus noster cap. 8. & 9.

29. quã propinquã inter se habentur, &c.] Veteres enim Græcæ litteras easdem penẽ fuisse, quã nunc Latine sunt, iudicio esse scribit Plinius, vbi supra, Delphicam tabulam æneam quã Romæ in palatio Mineruæ adhuc conspiciebatur eius temporibus. Deinde de conuenientia Latine & Græcæ linguæ complures scripserunt, nominatim verõ Adolphus Meethkerchus noster, l. 1. de vet. & recte promitt. linguæ Græcæ.

ARGVMENTVM LIBRI AD SCAPVLAM
PER IACOBVM PAMELIUM.

QVVM sub ipsis initijs adhuc quintæ persecutionis, suo Apologetico Romam misso vsque adeo nihil se profecisse videret Tertullianus, vti Scapula Prouinciæ Africae Præses, Carthagini ceteris crudelius in Christianos grassaretur, hunc libellum velut deprecatorium ad illum misit.

Non quod Christiani tormenta expauescerent, qui magis damnari gaudeant quã absoluti, sed quod ipsi timeverent qui se persequebantur, quos diligere, & pro quibus orare iubentur.

Quare (principio & sub finem) paucis inculcat suorum innocentia, quam latẽ profecutus est dicto I. I. Apologetico à c. 28. ad vsque 46. quippẽ quum nullius hostes sint, nedum Imperatoris, quem scientes à Deo suo constitui, saluum velint cum toto Romano Imperio, quousque sæculum stabit: tam diu enim stabit; pro cuius salute Deo suo & ipsius Imperatoris non orent modõ, sed & sacrificent.

Verum dolere se, quod neque ipse Scapula, neque vlla ciuitas impune latura sit sanguinis nostri effusionem; maxime quum signa imminentis iræ Dei portenta aliquot præcessissent, tum mensis nulla, & imbec nimius, tum ignes qui super moenia Carthaginis proximẽ pependerant, & solis penẽ lumen extinctum in conuentu Vicensij; in super etiam quorundam Præsidentum, qui Christianos vexassent, vitæ exitus id adtestarentur.

Proinde monet cum μη θεομαχῆν, qui possit & officio iurisdictionis suæ fungi, & humanitatis meminisse, ad instar aliorum multoru, & nominatim ipsius Seneri Imperatoris, patris Antonini; qui Pro-

calum Christianum, qui se per oleum aliquando curauerat; quem & Antoninus Christiano lacte educatus optime nouerat, in palatio suo usque ad mortem eius habuerit, ac clarissimas foeminas & viros sciens huius sectae esse, testimonio exornauit, & populo furenti in os restiterit.

v. Illorum igitur exemplum secutus, parcat Carthagini, quae aliqui decimanda foret; parcat propinquis suis, & propinquorum amicis; parcat denique Prouincia, quae obnoxia iam facta erit concussionibus militum, maximè quum tunc adificetur magis haec Christianorum secta, cum cedi videtur.

Ceterum hic unus etiam eorum est librorum Tertulliani, quos plures D. Hieronymus Epist. ad Magnam aduersus Gentes commemorat; & eundem imitatur D. Cyprianus ad Demetrianum, Africae itidem Proconsulem. Recensent eundem Trithemius Abbas script. Catalogo, & Politianus antequam in lucem ederetur: neque quisquam unquam, quin huius sit Auctoris, dubitauit. Editus est autem primum à Rhenano, repurgatus ab eodem ex cod. Gorziensi, additis secunda vice Adnotationibus, & deinde ad exemplar Anglicum castigatus à Gelenio: à nobis denique ad Romana tria Vaticana recognitus, & Adnotationibus auctus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI AD SCAPVLAM LIBER.

CAP. I.



Nos quidem neque expauescimus, neque pertimescimus ea quae ab ignorantibus patimur: cum ad hanc sectam utique suscepta conditione eius, pacti venerimus, ut etiam animas nostras autorari in has pugnas accedamus, ea quae Deus repromittit, consequi optantes, & ea quae diuersae vitae cominatur, pati timentes. Denique cum omni saeuitia vestra concertamus, etiam vltro erumpentes: magisque damnati quam absoluti gaudemus. Itaque hunc libellum non nobis timentes misimus, sed vobis & omnibus inimicis nostris, nedum amicis: Ita enim disciplina iubemur diligere inimicos quoque, & orare pro eis qui nos persequuntur: ut haec sit perfecta & propria bonitas nostra, non communis. Amicos enim diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum. Qui ergo dolemus de ignorantia vestra, & miseremur erroris humani, & futura prospicimus, & signa eorum cotidie intetari videmus, necesse est vel hoc modo erupere ad proponenda vobis ea, quae palam non vultis audire. [6 Nos vnum Deum colimus, quem omnes naturaliter nostis: ad cuius fulgura & tonitrua contremiscitis, ad cuius beneficia gaudetis. Ceteros & ipsi putatis deos esse, quos nos daemones scimus. Tamen humani iuris & naturalis potestatis est unicuique quod putauerit colere: nec alij obest, aut prodest alterius religio. Sed nec religionis est cogere religionem, quae sponte suscipi debeat, non vi: cum & hostiae ab animo libenti expostulentur. Ita etiam nos compuleritis ad sacrificandum, nihil praestabitis diis vestris: ab inuitis enim sacrificia non desiderabunt, nisi si contentiosi sunt. contentiosus autem Deus non est. Denique qui est verus, omnia sua ex aequo, & prophanis, & suis praestat. Ideoque & iudicium constituit aternum de gratis & ingratas. Tamen nos, quos sacrilegos existimatis, nec in furto unquam deprehendistis, nedum in sacrilegio. Omnes autem qui templa despoliunt, & per deos iurant, & eosdem colunt, & Christiani non sunt, & sacrilegi tamen deprehenduntur. Longum est, si retexamus quibus aliis modis & derideantur & contemnantur oes dii ab ipsis cultoribus suis. Sic & circa maiestatem Imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani, nec Nigriani, vel Cassiani inueniri potuerunt Christiani: sed idem ipsi, qui per Genios eorum in pridie usque iurauerant, qui pro salute eorum hostias & fecerant & vouerant, qui Christianos saepe damnauerant, hostes eorum sunt reperti. Christianus nullius est hostis, nedum Imperatoris: quem scies a Deo suo constitui, necesse est ut & ipsum diligat, & reuereatur, & honoret, & saluum velit, cum toto Romano Imperio, quousque seculum stabit: totum tamen stabit. Colimus ergo & Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem a Deo secundum, & quicquid est, a Deo consecutum, & solo Deo minorem. Hoc & ipse volet. Sic enim omnibus maior est, dum solo vero Deo minor est. Sic & ipsis diis maior est, dum & ipsi in potestate sunt eius. Itaque & sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius: sed quomodo praecipit Deus, pura prece. Non enim eget Deus conditor vniuersitatis odoris, aut sanguinis alicuius. Haec enim demoniorum pabula sunt. Demones autem non tantum respuimus, verum & reuincimus, & cotidie traducimus, & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est. Ita nos magis oramus pro salute Imperatoris, ab eo eam postulantes, qui praestare potest. Et utique ex disciplina patientiae

II.
Deut. 6.
Psal. 113.

2. Thess. 2.

1. Tim. 2.

Atiae diuinæ agere nos satis manifestum esse vobis potest, cum tanta hominum multitudo pars penè maior ciuitatis cuiusque in silentio & modestia agimus, singuli fortè noti magis quam omnes, nec aliunde noscibiles quam de emendatione vitiorum pristinorum. Abiit enim ut indignè feramus ea nos pati quae optamus, aut vltionem a nobis aliquam machinemur, quam a Deo expectamus. [12 Tamen (sicut supra diximus) dolemus necesse est, quod nulla ciuitas impunè latura sit sanguinis nostri effusione: Sicut & sub 15 Hilario Praefide, cum de areis sepulcrarum nostrarum adclamassent: Aerae non sunt: aerae ipsorum non fuerunt. Messes enim suas non egerunt. Ceterum & imbre anni praeteriti, quid commeruerit genus humanum, apparuit, cataclysmum scilicet & retrò fuisse, propter incredulitates & iniquitates hominum: & 14 ignes qui super moenia Carthaginis proximè pependerunt per noctem quid minati sint, sciunt qui viderunt, & pristina tonitrua quid sonauerint, sciunt qui obduruerunt. Omnia haec signa sunt imminentis irae Dei, quae necesse est quoquo modo possumus, ut & annunciemus, & praedicemus, & deprecemur, interim localem esse. Vniuersalem enim & supremam suo tempore sentient, qui exempla eius aliter interpretantur. 15 Nam & sol ille in conuentu Vicesi extincto penè lumine adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati 16 positus in suo hypsomate & domicilio. Habetis Astrologos. Possumus aequè & exitus quorundam Praefidum tibi proponere, qui in fine vitae suae recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos. 17 Vigellius Saturninus qui primus hic gladium in nos egit, lumina amisit. 18 Claudius Herminianus in Cappadocia, cum indignè ferens uxorem suam ad hanc sectam transisse, Christianos crudeliter tractasset, solusque in 19 praetorio suo vastatus peste cum viuus vermicibus ebullisset: Nemo sciat, aiebat, ne spe gaudeat Christiani. Postea cognito errore suo, quod tormentis quosdam a proposito suo excidere fecisset, penè Christianus decessit. 20 Caecilius Capella in illo exitu Byzantino, Christiani gaudere, exclamauit. Sed & qui videtur sibi impunè tulisse, venient in diem diuini iudicij. Tibi quoque optamus admonitionem solam fuisse, quod cum 21 Adumeticum Mauilum ad bestias damnasses, & statim haec vexatio subsecuta est, & nunc ex eadem causa interpellatio sanguinis. Sed memeto de cetero. [22 Non te terremus, qui nec timemus: sed velim ut omnes saluos facere possimus III.
monendo, μη θεομαχῆτε. Potes & officio iurisdictionis tuae fungi, & humanitatis meminisse: vel quia & vos sub gladio estis. Quid enim amplius tibi mandatur, quam nocentes confessos damnare, negantes autem ad tormenta reuocare? Videtis ergo quomodo ipsi vos contra mandata faciatis, ut confessos negare cogatis. Adeo confitemini innocentes esse nos, quos damnare statim ex confessione non vultis. Si autem contenditis ad elidendos nos, iam ergo innocentiam expugnatis. Quanti autem Praefides & constantiores & crudeliores, dissimulauerunt ab huiusmodi causis? ut 23 Cincius Seuerus, qui 24 Thistri ipse dedit remedium quomodo responderent Christiani ut dimitti possent: ut 25 Vespronius Candidus, qui Christianum quasi tumultuosum ciuibus suis satisfacere dimisit: ut 26 Asper, qui modicè vexatū hominem, & statim deiectum, nec sacrificium compulit facere, antè professus inter Aduocatos & Adfessores, dolere se incidisse in hanc causam. 27 Pudens etiam missum ad se Christianum, in 28 elogio concussionem eius intellecta, dimisit, scisso eodem elogio, sine accusatore negans se auditurum hominem, 29 secundum mandatum. Haec omnia tibi & de officio suggeri possunt, & ab eisdem Aduocatis, qui & ipsi beneficia habent Christianorum, licet adclament quae volunt. Nam & cuiusdam Notarius cum a daemone precipitaretur, liberatus est: & quorundam propinquus & puerulus. Et 30 quanti honesti viri (de vulgaribus enim non dicimus) aut a daemone, aut valetudinibus 31 remediati sunt. Ipse 32 etiam Seuerus pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam & 33 Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, 34 Euhodæ procuratorem, qui 35 eum per oleum aliquando curauerat, requisit, & in palatio suo habuit usque ad mortem eius: 36 quem & Antoninus optime nouerat, lacte Christiano educatus. 37 Sed & Clarissimas foeminas, & Clarissimos viros 38 Seuerus sciens huius sectae esse, non modo non laesit, verum & testimonio exornauit, & populo furenti in os palam restitit. 39 Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione Christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in siti illa impetrauit. Quando non geniculationibus & ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsae? Tunc & populus adclamans Deo deorum, Et qui solus potens, in Iouis nomine Deo nostro testimonium reddidit. Praeter haec, Deposuit non abnegamus, Matrimonium nullius adulteramus, Pupillos pie tractamus, Indi-

gentibus refrigeramus, Nulli malum pro malo reddimus. Viderint qui sectam mentiuntur, quos & ipsi recusamus. Quis denique de nobis alio nomine queritur? Quod aliud negotium patitur Christianus, nisi suae sectae? ⁴⁰ quam incœstam, quam crudelem, tanto tempore nemo probavit. Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro Deo viuo, ⁴¹ cremamur. quod nec sacrilegi, nec ⁴² hostes publici veri, nec tot maiestatis rei pati solent. ⁴³ Nam & nunc à Præfide Legionis, & à ⁴⁴ Præfide Mauritanæ vexatur hoc nomen, sed ⁴⁵ gladiotenus, sicut & à primordio mandatum est animaduerti in huiusmodi. Sed maiora certamina, maiora sequuntur præmia. ⁴⁶ Crudelitas vestra gloria est nostra. Vide tantum ne hoc ipso, quod talia sustinemus, ad hoc solum videamur erumpere, vt hoc ipsum probemus, nos hæc non timere, sed vltro vocare. ⁴⁷ Arrius Antoninus in Asia cum persequeretur instanter, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius se manu facta obtulerunt: cum ille paucis duci iussis, reliquis ait, ⁴⁸ ὁ θεὸς οὐκ ἐθέλει τὸ σπυριτικὸν κρημνίσαι ἢ βρόχους ἐξέτε. Hoc si placuerit & hic fieri, quid facies de tantis millibus hominum, tot viris ac foeminis, omnis sexus, omnis ætatis, omnis dignitatis, offerentibus se tibi? Quantis ignibus, quãtis gladiis opus erit? ⁴⁹ Quid ipsa Carthago passura est? decimanda à te, cum propinquos, cum contubernales suos illic vnufquisque cognouerit, cum viderit illic fortasse & tui ordinis viros & matronas, & Principales quasque personas, & amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? Parce ergo tibi, si non nobis. Parce Carthagini, si non tibi. ⁵⁰ Parce Prouinciæ, quæ visâ intentione tua obnoxia facta est concussionibus & militum & inimicorum fuorum cuiusque. Magistrum neminem habemus, nisi Deum solum. Hic ante te est, nec abscondi potest, sed cui nihil facere possis. Ceterum quos putas tibi magistrum, homines sunt & ipsi morituri quandoque. ⁵¹ Nec tamen deficiet hæc secta, quam tunc magis ædificari scias, cum cædi videretur. Quisque enim tantam tolerantiam spectans, vt aliquo scrupulo percussus, & inquirere accenditur, quid sit in causa, & vbi cognouerit veritatem, & ipse statim sequitur.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM AD SCAPVLAM.

Ad Scapulam.] Hunc de genere Patrio ex familia Corneliorum Scipionum fuisse constat. Anno enim Urb. cond. CCCXII. & vnusum C D III. P. Cornelius Scipio Scapula primum rei gerendæ causa cum Appio Claudio Dictatore, deinde comitorum habendorum causa cum Lucio Camillo Dictatore Magister Equitum creatus Anno v. c. CDXXI. primus antequam sellam curulem sedisset Pontifex Maximus iuxta Luuim, denique anno v. c. CDXXV. Consulatum gessit cum Plautio Proculo; Liusio & Cassiodoro testibus, quibus facti consulares consentiunt iam Omphrij quam Goltzj.

C A P. I.

2. Nos quidem neque expauescimus, &c.] Caput hoc nihil aliud quam Præfatio est.

3. Cum ad sectam hanc, &c. pacti venerimus, &c.] Alludit ad pacta in baptismo, de quibus latius infra Tom. sequenti, libro de Corona militis.

4. Animas nostras autorati.] Ac si dicat, obligati, quemadmodum libro ad Martyres: Ad ignes quidam se autorauerunt: vnde (vt illic adnotauit Rhen.) Autoramentum, & milites autorati.

5. Quæ palam non vultis audire.] Hinc patet non porrectum hunc librum supplicem, sed missum potius. Est autem similis locus de dilectione inimicorum, tum Apolog. c. 31. tum apud Athenag. orat. pro Christianis.

C A P. II.

6. Nos vnum Deum colimus, &c.] Caput hoc in-

scripsimus: De Christianorum innocentia: quippe quam hic proponit isdem penè verbis, quibus latius eandem prosecutus est Apologeticis capitibus, in Argumento nostro supra citatis.

7. Sed nec religionis est cogere religionem, &c.] Nequis forte locum hunc detorqueat ad sectarum licentiam, adnotanda venit Auctoris sententia earundem libertati prorsus contraria in libro de Scorpici Tom. 3. infra. Ad officium hæreticos compelli, non illici, dignum est. Duritia vincenda est, non suadenda. Neque verò nudè eam proponit, sed scripturis isdem confirmat, quibus probat D. Cypri. De exhortat. Mart. c. 5. Quod sic idololatriæ indignetur Deus, vt præceperit eos etiam interfici, qui sacrificare & seruire idolis iusserint. Quo loco vide Adnot. nostras num. 27. & latius in Epist. eiusdem § 2. ad Antonianum nu. 78. Videtur itaque ita Auctor hic intelligendus, quemadmodum loquuntur Doctores Scholastici, dum docent Iudeos aut Turcas ad suscipiendam religionem Christianam violenter & directè cogendos non esse, constanter interim asserentes, hæreticos ad officium debere compelli, & similiter Apostatas ad Iudaismum aut Mahometismum declinantes, non secus atque religionis suæ desertores. Eodem certè pertinent hæc verba Auctoris, vbi supra: Nec putem (inquit) disceptandum, an dignè Deus quos ab errore superstitionis auulserit, rursus in Ægyptum regredi nolit, an dignè à se non patiat abfistere, quos sibi elegit. Ita nec illud expectabit retractari à nobis, an obseruari voluerit disciplinam quam voluit instituire, & an meritò vl-

cificatur

cificatur desertam, quam voluit obseruatam, quando frustra instituitur, si obseruari eam noluerit, & frustra obseruari voluerit, si vindicare noluerit. Atqui paulopost, siue legamus: despoliant cum exc. & vno Vaticano, siue despoliant cum 2. V. at. perinde est.

8. Nunquam Albiniani, nec Nigriani, vel Cassiani, &c.] Similiter Apolog. c. 35. Vnde Cassij, & Nigri, & Albini. Et qui (quemadmodum adnotauit Rhen. partim ad hunc, partim ad librum de Pallio) hinc patet & Apologeticum, & hunc tractatum posteriorem esse libro de Pallio, cum illic c. 2. plurimum Augustorum, quorum Clodius Albinus vnus fuit, concordia celebraretur. Qui postea Spartiano teste, aduersus Seuerum Imperatorem rebellis in Gallia victus est die undecimo Kal. Mart. apud Tiurium, & cadaver ante domum eius propriam iam diuisum, in Rhodanum fluiuum abiectum est. Non dissimili fato Pescennius Niger à Syriacis legionibus Imperator appellatus contra Seuerum, tandem apud Cyricum ab eodem est interemptus. At Auidius Cassius ex familia Cassiorum, qui in C. Iulium conspirauerant, L. Vero Imperatori insidias struxit, occisus tandem non iubente illo, sed tamen non vetante. Hinc Albinianus, Nigrianus, & Cassianus vocat Tertullianus, defensionum istorum consocios. Plura de his in Vita Auctoris, ne hic prolixiores simus.

9. Sed idem ipsi, qui per Genios eorum iurauerant, &c.] Ex MS. iterum, idem legimus cum vet. exc. pro iudem. De iuramento verò per Genios Cæsarium, latius Apolog. c. 32. nu. 450.

10. Tandem enim stabit.] Hoc colligitur (inquit Rhen.) ex verbis illis Apostoli, 2. Thess. 2. Qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Non aliter autem dixit Auctor Apolog. c. 32. Est & alia necessitas nobis orandi pro Imperatoribus, etiam pro omni statu Imperij rebuque Romanis, quòd vim maximam vniuerso orbi imminentem, ipsamque clausulam seculi acerbitates horrendas comminantem Romani Imperij comœtu scimus retardari. Et Laurentianus l. 7. c. 25. Incolumi Roma nihil videtur metuendum: at verò cum caput illud orbis occiderit, & orbem esse ceperit, quod Sybilla fore aiunt, quis dubitet Venisse iam finem rebu humanis orbique terrarum? Quod miror ab Antonio Reuidens inter errores deridendos adnotatum. Neque enim ipse tam de vrbe quam de Romano Imperio loquitur, & dictam scripturam sic interpretantur tum Greci omnes, & D. Ambrosius in Comment. tum etiam D. D. Hieron. qu. 11. ad Algasiam, & August. c. 19. l. 20. de ciuit. Dei. Legimus autem ex MS. & solo Deo minorem.

11. Itaque & sacrificamus pro salute Imperatoris, &c.] Cum Apolog. c. 30. non nisi inuocationis & orationis meminerit, hic verò etiam sacrificij pro Imperatoribus, videtur hunc librum scribens Presbyter fuisse; quantumvis hunc locum contra Missæ sacrificium detorqueant Magdenburgenses ob verba adiuncta: sed quomodo Deus præcepit pura prece: inde colligentes non nisi precum sacrificium debere intelligi. Verum quid sibi velit, satis colligitur ex eo quod addit: Non enim eget Deus conditor vniuersitatis (sive immensitatis, vt habent 3. V. at. MS.) odoris aut sanguinis alicuius. Opponit enim precem puram odori aut sanguini: & vero nos Deo non sacrificamus aut odore aut sanguine, sed prece pura. nam sacrificium non nisi per preces & per inuocationem sacrificatur aut offertur. Verum de hoc latius tum lib. sequ. de Iudais, & lib. 3. aduersus Marcionem, T. 3.

Vbi similes loci ab illis in calumniam rapiuntur, tum positum l. de Cultu femina. c. 11. vbi verbis disertis: aut sacrificium offertur (inquiri) aut Dei verbum administratur. & l. de Orat. Tom. 2. qui totam rationem Missæ, vti celebrabatur in Africa, continet, in quo ter quaterve nomine sacrificij nominatum videtur.

C A P. III.

12. Tamen (sicut supra diximus) doleamus, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quòd nulla ciuitas impunè laura sit Christiani sanguinis effusionem. Quam ipsam sententiam isdem penè verbis persequitur D. Cypri. ad Demetrianum, vt adnotauit quoque Rhenianus.

13. Sub Hilariano Præfide, cum de areis sepulcrarum nostrarum, &c.] Hilarianus Præfex Africae videtur fuisse vnus decessorum Scapule. De areis verò sepulcrarum, seu cœmeterijs Christianorum, vide Adnot. nostras in D. Cypri. epist. 68. nu. 25. Cataclysmus autem & supra in Apolog. & infra de hab. vrb. accipitur pro generali diluio: & exstat libellus de Cataclysmo inter D. August. opera, T. 9.

14. Ignis qui super mœnia Carthaginis, &c.] Portentum simile describitur à Josepho ante excidium Hierosolymitanum, de bello Iudaico l. 7. c. 12. Hinc etiam constat Carthagini habitasse Tertullianum.

15. Nam & sol ille in conuentu Vticensi, &c.] De Vtica Africa oppido Carthagini vicino vide Adnot. nostras in Concil. Carthag. sub D. Cypriano, ad sent. 41. Apparet autem (inquit Rhen.) distinctam fuisse in conuentus, instar Hispaniæ. Quam citiorem in conuentus septem diuisam fuisse Plinius auctor est, sicut Beticam in quatuor. Eos idem vocat Iuridicos, quòd illic suo quique oppido finitimi disceptarent. Istiusmodi conuentus hodie referunt apud Christianos oppida Episcopis insignia, quantum ad causas adinet Ecclesiasticas. Fertur conuentum Vticensem accipere pro toto tractu, qui Iurisdictioni Vticensium subiectus erat. Quæ Rhenani interpretatio confirmatur his verbis Orosij lib. 1. cap. 2. Zeugis prius non vnus conuentus, sed totius Prouinciæ nomen fuisse inuenitur, vbi Carthago magna. Vnde patet Prouinciæ Africa, seu Carthaginis, conuentum Vticensem fuisse.

16. Positrus in suo hypsomate, &c.] Positrus (inquit idem Rhen.) vocabulis astrologorum, loquens de Eclipsi quadam solis non ordinaria, sed prodigiosa. Vulgus astrologorum hodie vocat aliuudinem & domum. Si autem certum quid ex alijs scriptoribus aut Ephemericibus haberi posset de hoc prodigio, certius liceret iudicare de tempore quo scriptus est hic liber.

17. Vigellius Saturninus.] Vaticani tres codices, M. Gellius. Ego ex coniectura, quam tamen nolui in textum inducere Valgij Saturninus. Quum enim sub Augusto, anno vrbs condita 741. Consul Romæ fuerit in locum Messalæ substitutus C. Valgij. C. F. Q. N. Saturninus Rufus (cuius etiam A. Gellius meminit) quidni alter aliquis Saturninus ex eadem familia potuerit Carthagini Præsdem agere, qui primus illic persecutionem mouerit? Certè anno Seueri Cæsaris VI. anno Urb. Cond. 930. Consul fuit T. Haterius Saturninus, qui an alius, an idem, alijs disputandum relinquo.

18. Claudius Herminianus in Cappadocia, &c.] Veteres exc. Lucius Hieronimianus. 3. V. aticani, Lucius Gerominianus. Sed placet, Herminianus, aut potius, Herminius: quòd Herminia familia Romæ Consularis fuerit. Vide alicubi hac de re Franc. Balduinum, quippe qui suis ad me literis meminerit se scripsisse ali-

quando de Claudio Herminiano, quem locum habentis reperire non licuit. Colligitur autem hinc iam tum fidem Christianam in Cappadocia viguisse: de quo latius lib. sequenti *Aduersus Iudaeos*.

19. in pratorio.] Pratorium (inquit Rhenan.) Villa est urbana, quae differt à rustica, propter elegantiam & nitorem. Suetonius in Caio Cesare; in extructionibus (inquit) villarum & pratoriorum, omni ratione posthabita nihil tam efficere cupiebat, quam quod effici posse negaretur. Proinde D. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 2. Quinque, inquit, se contorquet in dolio, volubilem se habere domum iocabatur, & se cum temporibus immutantem. Frigore enim, dolio os vertebat in meridiem; aestate, ad septentrionem; & utcumque sol se inclinauerat, Diogenis simul pratorium vertebatur. Porro res ista accidit ruri; alioqui latere non potuisset. Adidit autem ex cod. Vat. MS. spe, ad illud: ne spe gaudeant.

20. Cæcilius Capella in illo exitu Byzantino, &c.] Cæcilius Capella in Fastis Consularibus non reperitur: fortassis fuit de familia C. Cæcilij Q. F. Q. N. Metelli Caprarij Consulis, anno vrb. cond. 638. Quisquis tandem fuerit, Praefes fuit Byzantij, & Christianorum persecutor; in Byzantino exitu, id est, exilio (sicuti iudicium, teste Festo) olim usurparunt pro exitu. Quod ipsum ille in vindictam fieri interpretatus: Christiani gaudente, exclamauit. Contigit id scribitur Hierodotus, Michael Glycas, & Cyprianus, regnante Severo Imperatore post triennij obsidionem, eo quod partes fouisset Pescennij Nigri, manibus dirutis, & Iuribus ademptis, denique loco ipso iurisdictioni Perimbiurum adsignato. Vnde deinceps (inquit Glycas) vsus obtinuit, ut Episcopi Byzantini confirmatio ad Heraclia seu Perimbiu spectaret Antistitem. Addens Constantinum Magnum, instaurato castro, quod olim à Byzō Thracum Rege extructum fuerat, magnum loci spatium adiecisse, vrbique cognomen Nouae Romae dedisse. Hac ciuitatis ac Imperij Constantinopolitani initia etiam Nicephorus commemorat Ecd. hist. l. 7. c. 47. qui etiam lib. 8. c. 6. recenset omnes Episcopos Byzantinos à D. Andrea Apostolo ad Constantinum vsque, quorum primi xi. propter infidelium incursionem in oratorio quodam synaxes celebrarunt, ut non mirum sit, persecutionem ibi quoque deservisse in Christianos.

21. Adrumeticum Mauilium.] Vatic. 3. MS. cod. Adrumeticum Mauilium, sed magis illud placet. Regionem habes in Adnot. nostris ad Concil. Carthag. sub D. Cypr. Sem. 16. Atqui interpellatio sanguinis pro persecutione ponitur.

C A P. VIII.

22. Non te terremus, &c.] Huic capiti titulum datus: Quod possit Iudex officio iurisdictionis suae fungi, & humanitatis meminisse. Porro de Prouerbiali formula, ἡν θεομαχεῖν, vide nostra Prolegomena. Quod verò ait, Confessos negare, hoc amplius (inquit Rhen.) Tertullianus deplorat in Apologetico, & Cyprianus martyr aduersus Demetrianum. Si crimen est (inquit) cur non interficis consentientem? Si crimen non est, quid persequeris innocentem? Torqueri enim debui, si negarem, &c.

23. Cincius Seuerus.] Vati. 1. Cincius, sed illud placet, eo quod reperitur apud Romanos familia Cincia plebeia, fortasse idem fuit Cn. Claudius Seuerus, qui Seueri praeceptor & Philosophus Consulatum gessit anno vrb. cond. 925.

24. Thistri.] Vati. 1. Thrifti. Vnde colligere mihi vi-

deor veram huius loci lectionem Tiristri, aut Tirifti. nam apud Ptolomaeum Tab. 9. Euxora in Mysia inferiori reperitur, & Tiriftre, Graecè Τριστην, promontorium, & Tirifti ciuitas, Graecè Τριστη πόλις, de qua interim Lectori censuram relinquo.

25. Vespronius Candidus.] Anno v. c. 931. cum Imperatore Commodo hic Consulatus functus legitur, cognomento Verus, cuius etiam Spartianus meminit in Iuliano, ac Cassiodorus, Fasti Graeci & Lampridius in Commodo, quemadmodum ante me adnotauit Onuphrius in secundum lib. Fastorum.

26. Asper.] Verisimile est hunc fuisse alterum duorum, qui postea anno vrb. cond. 964. primo post obitum Seueri, Consules memorantur à Cassiodoro, Fastis Graecis & Latinis: ad quos addit Onuphrius, vbi supra, hanc inscriptionem: M. Pompeio M. F. Ani. ASPRO. 7. leg. xv. Apollin. 7. Cos. III. PR. primog. l. III. CYREN. Praef. Castr. leg. xx. Victr. Alimotus Libertus Pulchrius fecit. Atqui deiectum rectè interpretatur Rhenan. deiecto animo.

27. Pudens.] Seruilus Pudens Consul fuit in bello Marcomannico, sub Caesaribus Antonino & Vero. Anno vrb. cond. 917. & 918. vii patet ex Cassiodoro, & Fastis Graecis ac Latinis.

28. In elogio, &c.] Elogium (inquit idem Rhen.) testificationem de aliquo significat. hic accipit pro charta, qua huiusmodi testimonium continetur. sicut & Suet. in Caligula. Et custodiarum (inquit) seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum median, à caluo ad caluum duci imperauit. Spartianus in Severo: Fustibus eum sub elogio eiusdem praecoris cecidit. Legatum P. R. homo plebeius temerè amplecti noli. Sensus est, Ex litteris quas simul cum Christiano captiuo acceperat, intellexisse Praefidem quòd ille prius à delatore suae militie fuisset spoliatus; & sic misericordia motum, dimisisset hominem, velut antea satis afflictum. Hoc Iuriconsulti vocant, cum elogio mittere reum, quemadmodum Martianus in L. diuis. De custodia & exhibitione reorum. De quo etiam aliquid diximus Apolog. c. 2. nu. 22.

29. Secundum mandatum.] Hoc est (inquit Rhenan.) seculum rescriptum Imperiale. Vt ante, Quid enim amplius tibi mandatur; & Videtis ergo quomodo ipsi vos contra mandata faciatis. Atqui pro, eisdem aduocatis, &c. Vati. 3. eiusdem, sed quia antea non nisi sub Aipro Aduocatorum facta est mentio, illud placet magis. Notatus autem digna miracula de Notario & puerulo.

30. & quanti viri, &c.] Quanti, pro, quot (inquit idem) & honesti, pro honoratis. sic paulo ante, Quanti autem praefides & constantiores & crudeliores. Item infra: Quantis ignibus, quantis gladiis opus erit?

31. remediati sunt.] Hoc verbo (inquit idem) vsus est & in de Resurr. car. Vitorum (inquit) à domino remediatorum. Item in Praescriptionibus. Vel transmutatione remediaremur. Hinc illud Hieronymi in Vita Hilariis: Igitur post annum doctus ab Esculapij Vatis, non remediatis animas, sed perentis. Eodem vitur rursus in Iouinianum. Quibus adde illud l. 2. adu. Marcion. T. 3. ad remediandos eos. & l. de bapt. c. 10. Item aqua remediatur; & aquas baptismi ex sese remediatis.

32. ipse etiam Seuerus.] Seuerus Imperator intelligitur, cui ad distinctionem Cincij Seueri, addit, Antonini patet, què eundem vocat Apolog. c. 4. Con-

stantif

stantissimum Principum. Hinc autem confirmatur lectio nostra ibidem c. 5. nullus Seuerus, quippe qui initio sui Imperij Christianos non sit persecutus, vti ex Orofio & alijs latius in Vita Auctoris.

33. Proculus Christianum, qui Torpacion cognominabatur, &c.] Proculus iste haud dubiè alius est, quam ille cuius meminit initio libri adu. Valent. infra Tom. 3. quemadmodum ibi latius: quo fit vti illius cognomen Torpacion hic adiciatur. In Martyrologijs fit mentio Kalendis Decembris. Ciuitate Narnia. S. Proculi presbyteri, quod oppidum haud procul Roma distat, & à Severo frequentatum, quemadmodum ex quibusdam inscriptionibus patet. an idem sit nescio. Videtur interim ex curatione pro oleum presbyter etiam iste Proculus fuisse.

34. euhodeæ procuratorem.] Quum neque Ptolomaeo, neque alicui Geographo nota sit aliqua prouincia aut ciuitas hoc nomine euhodeæ, conicio Graecè scriptum fuisse à Terulliano euhodæ, aut potius in dative euhodæ, aut si maius secundum dialecton Atticam. Vti legitur adnotat euhodeæ, cod. Gorziensem Rhenan. euhodæ. Significat enim euhodæ, & prosperum iter, & prosperitatem. Vnde illud Esdr. 8. ἡντι καὶ εὐδοκίαν, aut potius in dative euhodæ, pro quo nos ter interpretes vertit, petere viam rectam. Quare non placet coniectura in margine i. edit. qua legitur, euhodæ. maxime propter phrasin Auctoris peculiarem, qua etiam alibi frequenter vitur vocibus: procuratio, procurare, procurari, & procurans in dative: ac si dicat, procuratorem prosperitati, quippe qui Severo prosperitatem procurant, reddita pro oleum sanitate. Adnotat eiusmodi Rhenanus: homini procurat. lib. 1. adu. Marc. cui procurant: & procurantis Euangelio, lib. 4. adu. Marc. cui procurant, de Resurr. car. Tom. 3. de Coron. milit. T. 2. sibi procurauerunt. & de Cult. sem. affectioni procurans. ac l. 1. ad Vxor. cap. 8. quæ pudori procurat, & lib. adu. Valent. non semel, ac alibi frequentissimè.

35. qui cum per oleum aliquando curauerat.] Moris huius Christianorum, qui morbo oleo curabant, meminit etiam B. Hieronymus in Vita B. Hilariis, quod Agricola à serpente, & venenatis animalibus percussus, accepto oleo ab illo benedicto vulnera sua vngente, pristinae sanitati fuerint restituti. Idem refert Rufinus hist. Eccl. lib. 2. cap. 4. de discipulis B. Antoni, & Sulpitius Seuerus in Vita S. Martini, de muta & paralytica oleo benedicto ab eo curatis, & Palladius de duobus Maccariis similia. Vt praetermittam plures alios, quorum miracula per oleum recensentur 6. Voluminibus Vitarum Sanctorum Suri, quos ex Indicibus licebit petere.

36. quem & Antoninus optime nouerat lacte Christiano educatus.] Quum plures fuerint Antonini Caesares (de quibus late Iacobus Reuardus noster Var. lib. 3. cap. 10.) loquitur hic, vti & Rhenanus ad marginem adnotauit, de Antonino Caracalla Seueri filio, de quo plura in Vita Auctoris. Peculiare autem est Auctori, quod eum scribat lacte Christiano, id est à nutrice Christiana educatum. Hinc adeò factum puto, ut missior in Christianos fuerit, quum econtrario Neroni tanta crudelitas adscribitur à quibusdam, quòd eam à nutrice hausserit.

37. Sed & Clariff. foeminas, & Clariff. viros.] Clariffimorum virorum (inquit Rhenanus) Vxoribus clariffimæ erant: nam foeminae nupte mariti dignitate censentur, ut est apud Vlpian. Iureconsul. Senatores quibusdam clariffimi fuerunt. Nonnullis hic ordo disponitur, illustrium, Spectabilium, Clariffimorum, & Perfe-

ctissimorum. Vide autem formulam Clariffimatus apud Cassiodorum, Variarum l. 7. epist. 63.

38. Seuerus sciens huius sectæ esse, non modò non læsit, &c.] De hac Seueri in Christianos initio sui Imperij indulgentia latius in Vita Auctoris. Atqui pro & populo furenti in os palam restitit, legunt 3. MS. Vati. populo furenti in nos, non male. Eligit Lector quod volet. vnus eorum, restitit; sed illud magis placet.

39. Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione.] Vide hac de re Adnot. nostras in Apologet. cap. 5. n. 64. Quibus adde, quòd hac historia contigerit Pifone & Iuliano Cos. anno Vrb. Cond. 926. aut iuxta alios, anno 927. Gallo & Flacco Cos.

40. quam incoestam, quam crudelem, &c.] Incoestam (inquit Rhenan.) propter mendacium Gentilium de promiscuo cum matribus & sororibus concubitus; crudelem, propter insanitium, de quo etiam Christianos calumniabantur. Verum de hoc latius Apolog. c. 17. & 8.

41. cremamur, &c.] De supplicij Christianorum varijs, & nominatum summa ignium poena, vide infra lib. ad Martyr. c. 4. & Adm. ibidem nostras n. 46. item & Apolog. c. Vlt. n. 619.

42. nec hostes publici veri.] Intelligit (inquit Rhenan.) hostes Imperatorum Romanorum & populi Romani, qui insidiarentur salutem eorum. Nam vulgus ipsos quoque Christianos appellabat hostes publicos: sed hi veri hostes non erant, immò potius amici.

43. Nam & nunc à Præfide Legionis.] De Legionis regno in Hispanijs quàm late se olim extenderit, vide Adnot. nostras in Epist. B. Cypriani 68. n. 2. Adidit autem lib. adu. Iudaeos supra, Hispaniarum omnes terminos iam tum ad Christum conuersos. Neque mirum, quum ante Auctorem B. Irenaeus l. 1. c. 3. celebret Eccl. celsus quæ in Hiberio sunt; vbi vide in eadem sententiam Adn. Feuardenij nostri, cap. 4. & nostras in supradictum l. n. 41.

44. & à Præfide Mauritanie.] Quòd Maurorū etiā multi fines iam tum fidem Christi susceperant, testatus est Auctor vbi supra: quo loco vide Adnot. nostras n. 40. Adnotandum autem, quòd Præfides vocantur Legionis & Mauritanie, quum Africa Praefecti & aharum Prouinciarum Proconsoles, nuncuparentur.

45. sed gladiotenus, &c.] Eadem phrasin dixit infra T. 2. lib. de velan. Virg. c. Vlt. cerebrotenus. Atqui quòd gladio mandatum fuerit à primordio animaduerti in Christianos, saltem in Africa, patet & ex Vita B. Cypriani. De Voce autem, animaduerti, pro morte puniri, Iureconsul. Vtata, vide Adnot. nostras in eiusdem Cypr. Epist. 69. n. 25. Quòd ipsum patet ex epist. eiusdem 82. ad Successum, vbi legit: Xistum in commiterio animaduertum sciatis. qui quum crucis supplicio martyrium passus sit, patet generale esse animaduertionis nomen, quòd eo loco mibi in mentem quum non venisset, putavi potius crucem pro omni supplicio accipiendam.

C A P. V.

46. Crudelitas vestra glotia est nostra, &c.] Titulum huic postremo capiti dedimus: Quòd Christianis parcendum vel ob nimiam multitudinem. Paucis autem hoc hic deprecatur Auctor; quòd latius fuit profectus Apolog. c. 44. & 50.

47. Arrius Antoninus in Asia.] Fortassis hic idem fuit, qui à Lampridio Arrius Praefens, ab alijs Brutius Praefens appellatur. Consul Romanus anno vrb. cond. 932.

Atqui ibi, manu facta, manus pro multitudine accipitur: & ibi, paucis duci iussis, duci, pro abduci: alludens fortassis ad illud Actuum 12. inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci.

48. Ὁ Δεῖλοι, εἰθέλετε ἀποθνῆσκειν, κρημνὸς ἢ ἔσθλας ἔχετε. Ad verbum sonant hæc Latine: O miser, si cupitis perire, precipitia aut restes habetis. MS. interrim 3. V. aut. legunt, Ὁ λοιποὶ; quod quum sonet ὁ restidui, etiam retineri posset. Rhenano magis placuit Ὁ Δεῖλοι, eo quod Praefes quasi miserans (non dico insaniam, ut ille neque enim Christianæ fidei zelus insaniam est) vulgari nimiram multitudinem hoc dixerit. Græcè autem dicere maluit, utpotè Græcis Ἀστικός.

49. Quid ipsa Carthago.] Vel hinc patet Carthagini egisse Tertullianum, & scapulam Carthagini

fuisse præfectum, utpotè Prouinciæ Carthaginensis Proconsulem: nam mox sequitur Parce Carthagini, si non tibi. Parce Prouinciæ. De Carthagine porro vide lib. de Pall. n. 1.

50. Decimanda à te.] Quid sit decimare, indicat his verbis Linius l. 2. ab Urb. condita 254. Cetera (inquit) multitudo, fortè decimus quisque ad supplicium lectus.

51. Parce Prouinciæ.] De Prouincia Proconsulari haud dubiè loquitur, de qua & B. Cypri. epist. 45. Sed quoniam Latini diffusa est Prouincia nostra. Vbi plura de prouinciis sex Africæ Adno. nostris n. 7.

52. Nec tamen deficiat hæc secta, &c.] Latius id ipsum hoc tractauit supra c. 11. Apologetici.

ARGUMENTVM LIBRI ADVERSVS IVDÆOS PER IACOBVM PAMELIVM.

DISPUTATIONE habita inter Christianum & profelytum Iudæum (de se, quantum apparet, in tertia persona sermonem faciens) Tertullianus, quod per concentum obstrepentium sctatorum minus plenè potuit dilucidari, stylo retrahat, pugnant aduersus Iudæos solidiss. rationibus, & ex sacra scriptura fundamentis: idque pace Ecclesiæ adhuc durante ante bellum Britannicum, eo tempore quo Mauri à Romanis obsidebantur.

- I. Primum autem etiam Gentibus gratiam Dei vindicat, posse eus ad Dei legem admitti comprobans.
 - II. Quippe quum lex primordialis matris omnium præceptorum Adæ & Eue in paradyso data sit; ac legem Moysi scriptam, legis naturalis iustitia in Noë & Abraham, quin & sacerdotium in Melchisedech, præcesserit.
 - III. Et datam quidem Abrahæ circuncisionem carnalem ad tempus, sed in signum, vnde Israël in nouiss. tempore dinoscetur, quando secundam suam meritam in sanctam civitatem ingredi prohiberetur; nunc verò spiritalem circuncisionem in salutem esse populo obedienti.
 - III. Sabbati quoque obseruationem temporalem fuisse, Sabbati æterni figuram; utpotè quòd neque à prædictis Patriarchis ante legem Moysi, neque post eandem ab omnibus perpetuò obseruatam, exemplis constat Iesu Naue & Machabæorum.
 - V. Quid quòd etiam ipsa sacrificia terrenarum oblationum Abel & Cain, in Leuitico conscripta; spiritualium sacrificiorum prædicta fuisse ex Malachia & Psalmis manifestum sit.
 - VI. Atque adeò ex prædictis concludi, legem nouam superuenturam; id itaque quærendum, an expectetur nouæ legis lator, an verò iam venerit.
 - VII. Venisse autem, primum ex prophetis demonstrari de regno eius super Gentes, eoque æterno.
 - VIII. Deinde ex temporibus natiuitatis, Ducis Christi, & Passionis, & exterminij Hierusalem à Daniele prædictis.
 - IX. Quinetiam prædictionibus variis, quibus à Prophetis nunciata est Christi natiuitas.
 - X. Item ex iis quæ de Passione Christi in cruce prædicta sunt & figuris eiusdem.
 - XI. Rursum ex cladis Hierusalem prædictione, non modò per Daniele, sed & per Ezechielem prophetam.
 - XII. Insuper & repetitione quorundam scripturæ sacræ locorum de Gentium ad Christum conuersione.
 - XIII. Denique præscriptione aliarum scripturarum, è quibus iam venisse conuincitur.
 - XIII. Postremo ex abundantia erroris Iudæorum conuinci, ex secundo Christi aduentu in sublimitate post priorem illum in humilitate; circa quem illi decepti sunt, quia non in sublimitate venerit, dum ignorant in humilitate fuisse venturum.
- Ceterum præterquam quòd libro tertio aduersus Marcionem iisdem penè verbis repetit Tertullianus nõnihil fusiùs, quæ hic contra Erius tractet, vnde eiusdem utrūque Auctoris nemo dubitare possit; & quod B. Cypri. libris duobus prioribus Testimoniorum ad Quirinum aduersus Iudæos, hunc ita sit imitatus librum, ut multa decerpserit, similiter Iulianus Pomerius lib. tribus contra Iudæos. Certe Eusebius in Chronico sententiã Tertulliani de Natiuitate Christi ex hoc libro nominatim recenset, & Pomerius in librum suum pri-

A primum, ac B. Hieronymus bonam 9. capituli partem suo in Daniele Commentario transcripserunt. Disertis item verbis scripti huius meminerunt Vincentius Lirinensis, Abbas Trithemius, & Politianus, locis supra citatis, antequam prælo committeretur à Rhenano. Qui & secundam castigationem edidit ex Gorziensi codice, additis aliquot scholiis; verum quod quum in Britannico codice Lelandi non haberetur, à Gelenio non sit recognitus, nondum pristinam faciem receperat. Quare & nobis in eo recurando laborandum fuit, ad quod subsidio fuerunt MS. Vaticanum unum libri istius, & duo libri terij aduersus Marcionem exemplaria; item dictus B. Hieronymi Commentarius, & loci aliquot à Latino utrobique obseruati; uti ex nostris Adnotationibus videre est.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI ADVERSVS IVDÆOS LIBER.

ROXIME accidit, disputatio habita est Christiano & profelyto Iudæo. Alternis vicibus contentioso fune vterque diem in vesperam traxerunt. Obstrepentibus etiam quibusdam spectantibus singulorum, nubilo quodam veritas obumbrabatur. Placuit ergo quòd per concentum disputationis minus plenè potuit dilucidari, inspici curiosius, & lectionis stylo quæstiones retractatas terminare. Nam occasio defendendi etiam gentibus sibi diuinam gratiam, habuit hinc prærogatiuam, quòd sibi vindicare Dei legem instituerit homo ex gentibus, nec de profapia Israëlitarum Iudæus. Hoc enim fat esse, posse gentes admitti ad Dei legem, ne Israël ad huc superbiat, quòd gentes velut fillicidium situlæ, aut puluis ex area deponentur. Quamquam habeamus ipsum Deum idoneum pollicitatorem, & fidelem sponforem, qui Abrahæ promiserat, quòd in femine eius benedicerentur nationes terræ, & quòd ex vtero Rebeckæ duo populi & duæ gentes essent processuræ: utique Iudæorum, id est Israël, & gentium, id est noster. Vterque ergo populus & gens est appellatus, ne de nominis appellatione priuilegium gratiæ sibi quis audeat defendere. Duos etenim populos & duas gentes processuras ex vnius foeminae vtero Deus destinauit, nec discreuit gratiam in nominis appellatione, sed in partus editione: ut qui prior esset de vtero processurus, minori subiiceretur, id est posteriori. Sic namque ad Rebeckam Deus locutus est, dicens: Duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Itaque cum populus seu gens Iudæorum anterior sit tempore, & maior per gratiam primæ dignationis in lege, noster verò minor ætate temporum de Rebecka, de duobus populis, intelligitur id posse in vltimo seculi spatio adeptus notitiam diuinæ miserationis, proculdubio secundum edictum diuinæ locutionis, prior maior populus, id est Iudæus, seruiat necesse est minori, & minor populus, id est Christianus, superet maiorem. Nam & secundum memorias populus Iudæorum, id est antiquior, derelicto Deo, idolis seruiuit, & diuinitate abrelicta simulachris fuit deditus, dicente populo ad Aaron: Fac nobis deos qui nos antecedant. Quod cum ex monilibus foeminarum & anulis virorum aurum fuisset igne conflatum, & processisset eis bubulum caput, huic figmento vniuersus Israël abrelicto Deo honorem dederunt, dicentes: Hi sunt Dei qui nos eiecerunt de terra Ægypti. Sic namque posterioribus temporibus, quibus reges eis imperabant, & cum Hieroboam vacas aureas & lucos colebant, & Bahali se mancipabant: vnde probatur eos semper idololatriæ crimine reos designatos ex instrumento diuinarum scripturarum. Noster verò populus minor, id est posterior, relicto idolis quibus antè deseruiebat, ad eundem Deum conuersus est, à quo Israël, ut supra memorauimus, abscesserat. sic namque populus minor, id est posterior, populum maiorem superauit, dum gratiã diuinæ dignationis consequitur, à qua Israël est repudiatus. Igitur gradum conferamus, & summam quæstionis ipsius certis lineis determinemus. Cur etenim Deus vniuersitatis conditor, mundi totius gubernator, hominis plasfator, vniuersarum gentium fator, legem per Moysen vni populo dedisse credatur, & non omnibus gentibus.

attribuisse dicitur? Nisi enim omnibus eam dedisset, nullo pacto ad eam etiam profelytos D ex gentibus accessum habere permitteret. sed ut congruit bonitati Dei & æquitati ipsius, utpotè plasmatōris generis humani, omnibus gentibus eandem legem dedit, quam certis & statutis temporibus obseruari præcepit, quando voluit, & per quos voluit, & sicut voluit. Namque in principio mundi, ipsi Adæ & Eux legem dedit, ne de fructu arboris plantatæ in medio paradisi ederent: quod si contrà fecissent, morte morerentur. quæ lex eis sufficeret, si esset custodita. In hac enim lege Adæ data, omnia præcepta cõdita recognoscimus, quæ postea pullulauerunt data per Moysen, id est, Diliges dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua. & 7 Diliges proximum tibi tanquam te. & Non occides, non mæchaberis, non fraudaueris, falsum testimonium non dices. Honora patrem tuum & matrem, & alienum non concupisces. Primordialis lex est enim data Adæ & Eux in paradiso, quasi matrix omnium præceptorum Dei. Denique si dominum Deum suum dilexissent, contra præceptum eius non fecissent: si proximum diligenter, id est semetipsum, persuasione serpentis non credidissent, atque ita in semetipsum homicidium non commisissent, excidendo de immortalitate, facièdo contra Dei præceptum. à furto quoque abstinuissent, & de fructu arboris clam non degustassent, nec à cõspectu domini Dei nostri sub arbore delitescere gestissent. Nec falsum asseueranti diabolo participes efficerentur, credendo ei quod similes Deo essent futuri. Atque ita nec Deum offendissent ut patrem, qui eos de limo terræ quasi ex utero matris figurauerat. Si alienum non concupissent, de fructu illicito non gustassent. Igitur hac generali & primordiali Dei lege, quæ in arboris fructu obseruari Deus sanxerat, omnia præcepta legis posterioris specialiter indita fuisse cognoscimus, quæ suis temporibus ædita germinauerunt: Eiusdè est enim postea docere legem, qui antè præmiserat præceptum: quoniam & ipse est erudire postea, qui antè iustos formare instituerat. Quid enim mirum, si is auget disciplinam qui instituit, si is perficit qui cõcepit? Denique ante legem Moyfi scriptam in tabulis lapideis, legem fuisse contendo non scriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & à partibus custodiebatur. Nam vnde Noë iustus inuentus, si non illum naturalis legis iustitia præcedebat? vnde Abraham amicus Dei deputatus, si non de æquitate & iustitia legis naturalis? vnde Melchisedech sacerdos Dei summi nuncupatus, si non ante Leuiticæ legis sacerdotium Leuitæ fuerunt, qui sacrificia Deo offerebant? sic enim post superscriptos patriarchas data lex est Moyfi, eo tempore posteaquam ab Ægypto excefferunt, post interuallum multorum temporum & spacia. Denique post quadragintos & triginta annos Abraham data est lex. Vnde intelligimus Dei legem etiam ante Moysen, nec in Coreb tantum, aut in Sina & in eremo primum, sed antiquiorem primum in paradiso, post patriarchas, atque ita & Iudæis certis temporibus reformatam, ut non iam ad Moyfi legem ita attedamus; quasi ad principalem legem, sed ad subsequenter, quam certo tempore Deus & gentibus exhibuit, & repromissam per prophetas in melius reformauit, & præmonuit futuram, ut sicuti certo tempore data est lex per Moysen, ita temporaliter obseruata & custodita cre-

formantem, in hominis salutem. Denique, qui contendit & sabbatum adhuc obseruandum quasi salutis medelam, & circuncisionem octauæ diei propter mortis comminationem; doceat in præteritum iustos sabbatizasse, aut circuncidisse, & sic amicos Dei effectos. Nam si circuncisio purgat hominem, Deus Adam incircuncisum cum faceret, cur eum non circuncidit, vel postea quam deliquit, si purgat circuncisio? Certè in paradiso constituens eum incircuncisum, colonum paradisi præfecit. Igitur cum neque circuncisum, neque sabbatizantem Deus Adam instituerit, consequenter quoque sobolem eius Abel offerentem sibi sacrificia, incircuncisum, nec sabbatizantem laudauit, accepto ferens quæ offerebat in simplicitate cordis, & reprobans sacrificium fratris Cain, eius qui quod offerebat, non rectè diuidebat. Noë quoque incircuncisum Deus, sed & non sabbatizantem de diluio liberauit. nam & Enoch iustissimum non circuncisum, nec sabbatizantem de hoc mundo transtulit, qui necdum mortem gustauit, ut eternitatis candidatus, iam nobis ostenderet, nos quoque sine legis onere Moyfi, Deo posse placere. Melchisedech quoque summi Dei sacerdos incircuncisus, & non sabbatizans, ad sacerdotium Dei allectus est. Et probatus, Loth frater Abraham, quod pro meritis iustitiæ sine legis obseruatione de Sodomitarum incendio sit liberatus. [9 Sed Abraham, inquit, circuncisus est. Sed antè Deo placuit quam circuncideretur, nec tamen sabbatizauit. Acceperat enim circuncisionem, sed quæ esset

Gen. 2.

Deut. 6.

Leuit. 19.

Exod. 20.

Gen. 2.

Gen. 3.

Gen. 6.

Jac. 2.

Gen. 14.

Hebr. 9.

Exod. 20.

Gal. 3.

Exod. 33.

Exod. 20.

Gen. 3.

Gen. 4.

Gen. 6. 7.

Gen. 8.

Gen. 5.

Gen. 14.

Gen. 19.

III.

Gen. 17.

A esset in signum temporis illius, non in salutis prærogatiuâ. Denique sequentes patriarchæ incircuncisus fuerunt, ut Melchisedech, ut qui ipsi Abraham iam circuncisus reuertenti de prælio, panem & vinum obtulit incircuncisus. Sed & filius, inquit, Moyfi tum ab angelo præfocatus fuisset, si non Seffora mater eius calculo præputium infantis circuncidisset. Vnde, inquit, circuncisionis maximum periculum est, si præputium carnis quis non circunciderit. Et idè si salutem circuncisio omni modo adfert, etiam ipse Moyses in filio suo non intermisisset, quo minus octaua die circuncideret eum, quando conset Seffora coacta ab Angelo id fecisse in itinere. Consideremus itaque quod non potuerit vnus infantis coacta circuncisio omni populo præscribere, & quasi legem huius præcepti cõdere in salutem. Nam prouidens Deus quod hæc circuncisionem in signum, non in salutem esset daturus populo Israël, idcirco filium Moyfi ducis futuri instigat circuncidi, ut quum cõpisset per eum populo dare præceptum circuncisionis, non aspernaretur populus, videns exemplum istud in ducis filium iam celebratum. Dari enim habebat circuncisio, sed in signum: vnde Israël in nouissimo tempore dinosci haberet, quando secundum sua merita in sanctam ciuitatem ingredi prohiberetur, secundum verba prophetarum dicentium: Terra vestra deserta, ciuitates vestre igni exustæ, regionem vestram in conspectu vestro alieni comedent, & deserta & subuersa à populis extraneis, derelinquetur filia Sion sicut casa in vinea, & sicut custodiariū in cucumerario, & quasi ciuitas quæ expugnatur. Et idè subsequens sermo prophetæ exprobrat eis dicens: Filios generavi, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Et iterum: Et si extenderitis manus, auertam faciem meam à vobis; & si multiplicaueritis preces, non exaudiam vos. Manus enim vestre sanguine plenæ sunt. Et iterum: Vngens peccatrix, populus plenus peccatis, filij scelerati, dereliquistis Deum, & in indignationem misistis sanctum Israël. Hæc igitur Dei prouidentia fuit, dandi circuncisionem Israël in signum, vnde dinosci posset, cum adueniret tempus, quo meritis suis supra dictis in Hierusalem admitti prohiberetur: quod & quia futurum erat, nunciabatur, & quia factum videmus, cognoscimus. Sicut ergo circuncisio carnalis, quæ temporalis erat, imbuta est in signum populo contumaci, ita spiritalis circuncisio est in salutem populo obaudienti, dicente propheta Hieremia: Innouate vobis nouitatem, & nolite seminare in spinis. Circuncidimini Deo, & circuncidite præputium cordis vestri. Et alio loco dicit: Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus, & dispo nam domui Iudæ, & domui Iacob testamentum nouum, non tale quale iam dedi patribus eorum, in die quo eos eduxi de terra Ægypti. Vnde intelligimus & priorem circuncisionem tunc datam cessaturam, & nouam legem non talem qualem iam dederat patribus processuram, annunciari, sicut Esaias prædicauit dicens: Quod in nouissimis diebus manifestus futurus esset mons Domini, & domus Dei super vertices montium: & exaltabitur, inquit, super colles, & veniet super illum omnes gentes, & ambulabunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Iacob; non in Esau prioris filij, sed in Iacob sequentis, id est populi nostri, cuius mons Christus est sine manibus concidentium præcisus, implens omnem terram, apud Danielem ostensus. Denique ex hac domo Dei Iacob, etiam legem nouam processuram sequentibus verbis annunciat Esaias dicens: De Sion enim exiet lex, & verbum Domini ex Hierusalem, & iudicabit inter gentes, id est inter eos qui ex gentibus sumus vocati: & concident, inquit, gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces, & non accipiet gens super gentem gladium, & iam non discant præliari. Igitur intelliguntur alij quam nos, qui noua lege edocti ista obseruamus, obliterata veteri lege, cuius abolitionem futuram actus ipse demonstrat. Nam vetus lex ultione gladij se vindicabat, & oculo pro oculo eruebat, & vindictam iniuriæ retribuebat. Noua autem lex clementiam designabat, & pristinam ferocitatem gladiatorum & lancearum ad tranquillitatem conuertebat, & belli pristina in æmulos legis, & hostis executionem in pacificos actus arandæ & colendæ terræ reformabat. Igitur, sicut supra ostendimus, quod vetus lex & circuncisio carnalis cessatura pronuntiata est, ita & nouæ legis, & spiritalis circuncisionis obseruantia, in pacis obsequia eluxit. Populus enim, inquit, quem non noueram, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, prophetæ annunciauerunt. Quis autem populus qui Deum ignorabat, nisi noster, qui retrò Deum nesciebamus? & quis in auditu auris obediuit ei, nisi nos, qui relictis idolis ad Deum conuersi sumus? Nam Israël qui Deo fuerat cognitus, quique ab eo in Ægypto exaltatus fuerat, & per Erythræum pelagum transuectus est, quique in eremo manna cibatus quadraginta annis, ad instar æ-

Gen. 14.

Exod. 4.

Gen. 14.

Exod. 4.

Isai. 1.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Hierem. 4.

Isai. 2.

Daniel. 2.

Isai. 2.

Een. 24.

Isai. 17.

Exod. 14.

Exod. 16.

Psal. 77. ternitatis redactus, nec humanis passionibus contaminatus, aut seculi huius cibis pastus, D
Exod. 32. fed Angelorum panibus manna cibatus, satisque beneficiis Deo obligatus, Domini & Dei
 I I I. sui oblitus est, dicens ad Aaron: Fac nobis deos qui nos precedant. Moyses enim ille, qui
 nos eiecit de terra Ægypti, dereliquit nos, & quid illi acciderit, nescimus. Et ideò nos,
 qui non populus Dei retrò, facti sumus populus eius, accipiendo nouam legem supra di-
 ctam, & nouam circuncisionem antè prædictam. [¹⁴ Sequitur itaque, vt quatenus circ-
 uncisionis carnalis, & legis veteris abolitio ¹⁵ expuncta suis temporibus demonstratur,
 ita sabbati quoque obseruatio temporalis fuisse demonstratur. Dicunt enim Iudæi, quòd
 à primordio sanctificauerit Deus diem septimum, requiescendo in eo ab omnibus operi-
 bus suis quæ fecit, & inde etiã Moysen dixisse ad populum: Mementote diem sabbatorum
 sanctificare eum. Omne opus seruale non facietis in eo, præterquam quod ad animã per-
 tinet. Vnde nos intelligimus magis sabbatizare nos ab omni opere seruali semper debere,
 & non tantum septimo quoque die, sed per omne tempus. Ac per hoc quærédum nobis,
 quòd sabbatum nos Deus velle custodire. Nam sabbatum æternum, & sabbatum tempo-
 rale scripturæ designant. Dicit enim Esaias propheta: Sabbata vestra odit anima mea. Et
 alio loco dicit: Sabbata mea profanastis. Vnde dinoscimus, sabbatum temporale esse hu-
 manum, & sabbatum æternum censei diuinum, de quo per Esaiam prædicat: Et erit, in-
 quit, mensis ex mense, & dies de die, & sabbatum de sabbato, & veniet omnis caro adora-
 re in Hierusalem, dicit Dominus. Quod intelligimus adimpletum temporibus Christi, E
 quando omnis caro, id est omnis gens, adorare in Hierusalem venit Deum patrem, per
 Iesum Christum filium eius, ¹⁶ sicut per Prophetam prædicatum est: Ecce profelyti per
 me ad te ibunt. Sic igitur ante hoc sabbatum temporale, erat & sabbatum æternum præ-
 ostensum & prædictum, quomodo & ante circuncisionem carnalem fuit & spiritalis cir-
 cuncisio præostensa. Denique doceant, sicut iam præloquuti sumus, Adam sabbatizasse,
 aut Abel hostiam Deo sanctam offerentem, sabbati religione placuisse, aut Enoch trãlla-
 tum, sabbati cultorem fuisse, aut Noë arca fabricatorem propter diluuiũ immensum, sab-
 batum obseruasse, aut Abraham in obseruatione sabbati, Isaac filium suum obtulisse, aut
 Melchisedech in suo sacerdotio legem sabbati accepisse. Sed dicturi sunt Iudæi, ex quo
 hoc præceptum datum est per Moysen, exinde obseruãdũ fuisse. Manifestũ est itaque nõ
 æternũ, nec spiritalis, sed tẽporale fuisse præceptum, quod quandoque cessaret. Denique
 ad eò non in vacatione sabbati, id est, diei septimi, hæc solennitas celebranda est, vt Iesus
 Naue suo tempore, quo Hiericho ciuitatem debellabat, præceptũ sibi à Deo diceret, vt
 populo mandaret, vt sacerdotes arcam testamenti Dei septem diebus circumferrent in
 circuitu ciuitatis: atque ita septimi diei circuitu peracto, sponte rueret muri ciuitatis. Quod
 ita factum est, & finito spatio diei septimi, sicut prædictum erat, ruerunt muri ciuitatis. Ex
 quo manifestè ostenditur, in numero istorum dierum septem incurrisse diem sabbati. Sep-
 tem enim dies vndecunque initium acceperint, sabbati diem secum concludant necesse
 est, quo die non tantum sacerdotes sint operati, sed & in ore gladij præda facta sit ciuitas. F
 ab omni populo Israëli. Nec dubium est opus seruale eos operatos, cum prædas belli age-
 rent ex Dei præcepto. ¹⁷ Nam & temporibus Machabæorum sabbatis pugnando fortiter
 fecerunt, & ¹⁸ hostes Allophylos expugnauerunt, legemque paternam ad pristinum vitæ
 statum pugnando sabbatis reuocauerunt. Nec putem aliam legem eos defendisse, nisi in
 qua de die sabbatorum meminerant esse præscriptum. Vnde manifestum est ad tempus &
 præsentis causæ necessitatem conualuisse, vt nõ ad perpetui tẽporis obseruationem hu-
 iusmodi legem eis Deus antè dedisset. [¹⁹ Sic & sacrificia terrenarum oblationum, &
 spiritalium sacrificiorum prædicta ostendimus. Et quidem à primordio maioris filij, id est
 Israëli, terrena fuisse in Cain præostensa sacrificia: & minoris filij Abel, id est populi nostri,
 sacrificia diuersa demonstrata. Namque maior natu Cain de fructu terræ obtulit munera
 Deo: minor verò filius Abel de fructu ouium suarum. Respexit Deus in Abel & in mune-
 ra eius: in Cain autem & in munera eius non respexit. & dixit Deus ad Cain: quare con-
 cidit vultus tuus, quoniam si rectè quidem offeras, non rectè autem diuidas, peccasti, quies-
 ce. Ad te enim conuersio eius, & tu dominaberis eius. Et tunc dixit Cain ad Abel fra-
 trem suum: Eamus in capum. & abiit cum eo illic, & interfecit eum. Et tunc dixit Iesus ad
 Cain: Vbi est Abel frater tuus? Et dixit: Nescio. Nũquid custos fratris mei sum ego? Et di-
 xit ei Deus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Propter quod maledicta terra
 quæ aperuit os suũ ad excipiendũ sanguinẽ fratris tui. ²⁰ Gemēs & tremens eris super terrã.
 Et

A Et dixit Cain ad Dominum: Maius delictum meũ, quàm vt remittatur mihi, & eicies me
 hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero gemēs & tremens super terram, & om-
 nis qui me inuenerit, occidet. Ex hoc igitur duplicia duorum populorum sacrificia præ-
 ostensa iam nunc à primordio animaduertimus. ²¹ Denique quũ per Moysen in Leuitico *Deut.* 12.
 lex sacerdotalis conscriberetur, inuenimus præscriptum populo Israëli, vt sacrificia nullo
 in loco offerrentur Deo, quàm in terra repromissionis, quã dominus Deus daturus esset
 populo Israëli & patribus eorum: Et introducto Israëli, illic celebrarentur sacrificia & ho-
 locausta tam pro peccatis quàm pro animabus, & nusquam alibi nisi in terra sancta. Cur
 itaque postea per prophetas prædicat spiritus futurum, vt in omni terra, aut in omni loco
 offeratur sacrificia Deo, sicut ipse per Malachiã angelum vnum ex duodecim prophetis
 dicit: Non recipiam sacrificium de manibus vestris, quoniam ab oriente sole vsque ad oc- *Malach.* 1.
 cidentem nomen meum clarificatum est in omnibus gentibus, dicit Dominus omnipo-
 tens. ²² Et in omni loco offeruntur sacrificia munda nomini meo. Item in Psalmis Dauid
 dicit: Adferre Deo patriæ gentium: Indubitatè quòd in omni terra exire habebat prædi- *Psal.* 99.
 catio Apostolorum. Adferre Deo claritatem & honorem, adferre Deo sacrificia nominis
 eius. Tollite hostias, & introite in atria eius. Namque quòd nõ terrenis sacrificiis, sed spi-
 ritualibus Deo litandum sit, ita legimus vt scriptum est: Cor contribulatum hostia est Dei. *Psal.* 50.
 Et alibi: Sacrifica Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Sic itaque sacrificia *Psal.* 49.
 spiritalia laudis designantur, & cor contribulatum acceptabile sacrificium Deo demon-
 stratur. Itaque, quomodo carnalia sacrificia reprobata intelliguntur, de quibus & Esaias
 loquitur, dicens: Quòd mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Ita *Isai.* 1.
 sacrificia spiritalia accepta prædicantur, vt propheta annunciat: ²³ Quoniam etsi adu- *Ibid.*
 leritis, inquit, mihi similes, vanum est: incensum abominatio est mihi. Et alibi dicit: Ho- *Ibid.*
 locaustomata & sacrificia vestra, & adipẽ hircoium, & sanguinẽ taurorum nolo. ²⁴ nec si
 veniatis videri mihi. quis enim exquisiuit hæc de manibus vestris? Spiritalia verò sacrifi-
 cia de quibus prædictũ est, & sicut supra dicit: Non est mihi volũtas in vobis, dicit Domi-
 nus. Sacrificia nõ accipiam de manibus vestris: quoniã ab oriente sole vsque in occiden-
 tem nomen meum clarificatum est in omnibus gentibus, dicit Dominus. De spiritalibus
 verò sacrificiis, addit dicens: Et in omni loco sacrificia munda offerentur nomini meo,
 dicit Dominus. [²⁵ Igitur cum manifestum sit, & sabbatum temporale ostensum, & sab- *VI.*
 batum æternum prædicatum: circuncisionem carnalem prædictam, & circuncisionẽ spi- *De Sab-*
 ritalem prædicatã: legem quoque temporalem, & legem æternalem denunciãtam: sa- *batho &*
 crificia carnalia, & sacrificia spiritalia præostensa: sequitur, vt præcedeti tempori datis om- *circunci-*
 nibus istis præceptis carnaliter populo Israëli, superueniret tempus, quo legis antiquæ & *sione, &*
 ceremoniarum veterum præcepta cessarent, & nouæ legis promissio, & spiritalium sacri- *legis vere-*
 ficiorum agnitio, & noui Testamenti pollicitatio superueniret, fulgente nobis lumine ex *ris & no-*
 alto, qui sedebamus in tenebris, & in vmbra mortis detinẽbamur. Itaque necessitas nobis *uæ obser-*
 uatione, *Luc.* 1.
 C incumbit, vt quoniam prædicatam nouam legem à prophetis prædiximus, & non talem
 qualis iam data esset patribus eorum, eo tempore quo eos de terra Ægypti produxit,
 ostendere & probare debeamus, tam legem illam veterem cessasse, quàm legem nouam
 promissam nũc operari. Et quidem in primis quærédum, an expectetur nouæ legis lator,
 & noui testamenti hæres, & nouorum sacrificiorum sacerdos, & nouæ circuncisionis pur-
 gator, & æterni sabbati cultor: qui legem veterem compescat, & nouum testamentum
 statuat, noua sacrificia offerat, & ceremonias antiquas reprimat, & circuncisionem vete-
 rem cum suo sibi sabbato compescat, & nouum regnum quod non corrumpatur, adnunciet.
²⁶ Nam etiam nouæ legis lator, sabbati spiritalis cultor, sacrificiorum æternorum anti-
 stes, regni æterni æternus dominator, quærendum an iam venerit, necne. Et si iam venit,
 feruendum est illi: si necdum venit, sustinendus est, dummodò manifestus sit aduentus
 eius, comprimere legis veteris præcepta, & operari debere nouæ legis exordia: & in pri-
 mis definiendum est non potuisse cessare legem antiquam & prophetas, nisi venisset is,
 qui per eandem legem, & per eosdem prophetas venturus annunciabatur. [²⁷ Igitur in *VII.*
 isto gradum conferamus, an, qui venturus Christus annunciabatur, iam venerit, an ven-
 turus adhuc speretur. quod ipsum vt probari possit, etiam tempora sunt nobis requiren-
 da, quando venturum Christum prophetæ annunciauerunt: vt si in ista tempora reco-
 gnouerimus venisse eum, sine dubio ipsum esse credamus, quem venturum prophetæ can-
 nebant, in quem nos gentes scilicet credituri annunciabamur: & cum constiterit venisse,
 O iij

indubitè etiam legem nouam ab ipso datam esse credamus, & Testamentum nouum ab ipso, & per ipsum nobis dispositum nõ diffiteamur. Venturum enim Christum nec Iudæos refutare scimus, utpotè qui in aduentum eius spem suam porrigant. Nec de isto pluribus quærendum, cum retrò omnes Prophetæ de eo præcanuerint, ut Esaias dicit: ³⁸ Sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino, cuius tenui dexteram, ut exaudiant illum gentes: fortitudines regum disrumpam, aperiã ante illum portas, & ciuitates non claudentur illi. Quod ipsum adimpletum videmus. ³⁹ Cui enim dexteram tenet pater Deus, nisi Christo filio suo? quem exaudierunt omnes gentes, id est cui omnes gentes crediderunt; cuius & prædicatores Apostoli in Psalmis Dauid ostenduntur; In vniuersa, inquit, terra exiit sonus eorum, & usque ad terminos terræ verba eorum. In quem enim alium vniuersæ gentes crediderunt, nisi in Christum qui iam venit? Cui enim & aliæ gentes crediderunt; ⁴⁰ Parthi, Medi, Ælamitæ; & ⁴¹ qui inhabitant Mesopotamiam, ⁴² Armeniam, ⁴³ Phrygiam, ⁴⁴ Cappadociam; & incolentes Pontum, & ⁴⁵ Asiam & Pamphyliam; ⁴⁶ immorantes Ægyptum, ⁴⁷ & regionem Africæ quæ est trans Cyrenen inhabitantes; ⁴⁸ Romani & incolæ; tunc & in Hierusalem Iudæi, & ceteræ gentes, ⁴⁹ ut iam Getulorum varietates, & ⁵⁰ Maurorum multi fines; ⁵¹ Hispaniarum omnes termini, & ⁵² Galliarum diuersæ nationes, & ⁵³ Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo verò subdita; & ⁵⁴ Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum; & abditarum multarum gentium; & prouinciarum & insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus: In quibus omnibus locis Christi nomen, qui iam venit, regnat: utpotè ante quem omnium ciuitatum portæ sunt apertæ, & cui nullæ sunt clausæ: ante quæ feræ feræ sunt comminutæ, & valuæ aræ sunt apertæ. quamquã & ista spiritaliter sint intelligenda, quo præcordia singulorum variis modis à diabolo obsessa, fide Christi sint referata: attamè perspicuè sunt adimpleta, utpotè in quibus omnibus locis populus nominis Christi inhabitet. Quis enim omnibus regnare potuisset, nisi Christus Dei filius? qui ⁵⁵ omnibus in æternum gentibus regnaturus nunciabatur. Nam si Salomon regnauit, sed in finibus Iudæ tantum, à Bersabe usque; Dan termini eius regni signantur. Si verò ⁵⁶ Babylonis & Parthis regnauit Darius, non habuit potestatem ulterius, ultra fines regni sui: non habuit in omnibus gentibus potestatem. Si Ægyptiis Pharaos, ⁵⁷ vel quisque; ei in hæreditate regni successit: illic tantum potitus est regni sui domini. Si Nabuchodonosor cum suis regulis ab ⁵⁸ India usque Æthiopiam habuit regni sui terminos. Si ⁵⁹ Alexander Macedo nunquam Asiam vniuersam & ceteras regiones postea quã deuicerat, tenuit. Si ⁶⁰ Germani adhuc usque limites transgredi non sinuntur. Britannia intra Oceani ambitum conclusa sunt. ⁶¹ Maurorum gens, & Getulorum barbaries à Rom. obsidentur, ne regionum suarum fines excedant. Quid de Rom. dicam, qui de legionum suarum præsiidiis imperium suum muniunt, ⁶² nec trans istas gentes porrigere vires regni sui possunt? Christi autem regnum & nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus supra enumeratis colitur, vbique regnat, vbique adoratur, omnibus vbique tribuitur æqualiter; nõ regis apud illum maior gratia, nõ Barbari alicuius imperiosi lætitia, nõ dignitatum aut natalium cuiusquam discreta merita, omnibus æqualis, omnibus rex, omnibus iudex, omnibus Deus & Dominus est. Nec dubites credere quod asseueres, cum videamus fieri. [⁶³ Itaque requirenda tempora prædicta & futuræ natiuitatis Christi, & passionis eius, & exterminij ciuitatis Hierusalæ, id est, vastationis eius. Dicit enim Daniel: & ciuitatem sanctam, & sanctum terminari cum duce venturo, & destri pinnaculum usque ad interitum. Venturi itaque Christi ducis sunt tempora requirenda, quæ inuestigauimus in Daniele, quibus cõputatis probabimus, rennisse eum, etiam ex temporibus præscriptis, & ex signis competentibus, & ex operationibus eius. Quæ probamus, & ex consequentibus quæ post aduentum eius futura adnunciabantur, ut tam adimpleta omnia, quàm perspecta credamus. Sic igitur de eo Daniel prædicauit, ut & quando, & quo in tempore gentes esset liberaturus, ostenderet, & quoniam post passionem Christi ista ciuitas exterminari haberet. Dicit enim sic: In primo anno sub Dario filio Assueri ex femine Medorum, qui regnauit super regnum Chaldaeorum, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum. Et adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel quæ vidi in visione in principio, volans, & tetigit me, quasi hera sacrificij vespertini, & intelligere fecit me, & locutus est mecum, & dixit: Daniel, nunc exiui imbueri te intelligentia, ⁶⁴ in principio obsecrationis tuæ exiuit sermo. Et ego veni ut adnunciem tibi, quia vir desideriorum tu es, & cogita in verbo & intellige in visione. Lxx. hebdomadæ breuiatæ

A breuiatæ sunt super plebem tuam, & super ciuitatem sanctam, ⁶⁵ quoad usque inueteretur delictum, & signentur peccata, & exorentur iniustitiæ, & inducatur iustitia æterna, & ut ⁶⁶ signetur visio & prophetes, & ut vngatur sanctus sanctorum. Et scies & perspicies & intelliges à profectioe sermonis, ⁶⁷ integrando & reedificando Hierusalem usque ad Christum ducem, hebdomadas septem & dimidiam, & lxxi. & dimidiam. & ⁶⁸ conuertet & ædificabitur in ⁶⁹ lætitiã, & ⁷⁰ conuallatione, & ⁷¹ innouabuntur tempora. & post hebdomadas has lxxi. & exterminabitur vnctio, & ⁷² non erit, & ⁷³ ciuitatem & sanctum exterminabit cum duce adueniente, & concidentur quomodo in cataclysmo usque ⁷⁴ ad finem belli, quod concidetur usque ad interitum. Et ⁷⁵ confirmabit testamentum multis. Hebdomada vna, & dimidia hebdomadis ⁷⁶ auferetur meum sacrificium & libatio, & in sancto execratio vastationis, & usque ad finem temporis consummatio dabitur super hac vastatione. Animaduertamus igitur terminum, quomodo in verbo quas dixit lxx. hebdomadas futuras, in quibus si receperint eum, ædificabitur in latitudinem, & in longitudinem, & innouabuntur tempora. Prouidens autè Deus quid esset futurum, & quoniam non tantum non recipient eum, verum & insequentur, & tradent eum morti, & recapitulauit, & dixit: In ⁷⁷ sexaginta duabus hebdomadibus nasci illum, & vngi sanctum sanctorum. Hebdomades autem vii. & dimidia cum implerentur, pati habere, & ciuitatem exterminari post vnam & dimidiam hebdomadam, quo scilicet septem & dimidia hebdomadæ completæ sunt. Dicit enim sic: Et ciuitatem & sanctum exterminari cum duce venturo, & concidentur sicut in cataclysmo, & destruet pinnaculum usque ad interitum.

B Vnde igitur ostendimus quoniam venit Christus intra lxxi. & dimidiam hebdomadas? Numerabimus autem à primo anno Darij, quomodo in ipso tempore ostenditur Danieli visio ipsa. Dicit enim: Et intellige, & conice à profectioe sermonis, respondere me tibi hæc. Vnde ⁷⁸ à primo anno Darij debemus computare, quando hanc visionem vidit Daniel. Videamus igitur anni quoniam impleantur usque ad aduentum Christi. ⁷⁹ Darius enim regnauit annis lxx. Artaxerxes regnauit annis xl. Deinde rex Ochus, qui & Cyrus, regnauit an. xxxiiii. ⁸⁰ Argus anno vno. Alius Darius, qui & Melas nominatus est, annis lxxi. ⁸¹ Alexander Macedo annis duodecim. Deinde post Alexandrum, qui & Medis & Persis regnauit, quos reuicerat, & in Alexandria regnum suum firmauerat, quando & nomine suo eam appellauit. Post eum regnauit illic in Alexandria Soter annis xxxv. ⁸² cui succedens Philadelphus, regnauit annis triginta nouem. Huic succedit Euergetes, annis xxv. Deinde Philopator annis xv. ⁸³ Post hunc Epiphanes, annis xxxiiii. Item ⁸⁴ alius Euergetes, an. xxxi. Soter ⁸⁵ an. xxxviii. ⁸⁶ Ptolemæus an. xxxviii. Cleopatra annis xx. ⁸⁷ mensibus vi. Item adhuc Cleopatra conregnauit sub Augusto annis lxxi. Post Cleopatram Augustus aliis annis xlvi. Nam omnes anni imperij Augusti, fuerunt anni lxxi. ⁸⁸ Videmus autem quoniam quadragesimo & primo anno imperij Augusti, quo post mortem Cleopatrarum imperauit, nascitur Christus. Et superuixit idem Augustus, ex quo nascitur Christus, annis xv. Et erunt reliqua tempora annorum in diem natiuitatis Christi & in annum Augusti lxxi. post mortem Cleopatrarum, anni ccccxxxvii. menses vi. Vnde adimplentur lxxi. hebdomadæ & dimidia, quæ efficiunt annos ccccxxxvii. menses vi. in diem natiuitatis Christi. Et manifestata est iustitia æterna, & vnctus est sanctus sanctorum, id est, Christus, & signata est visio & prophetes, & dimissa sunt peccata, quæ per fidem nominis Christi, omnibus in eum credentibus remittuntur. Quid est autem quod dicit, signari visum & prophetiam? Quoniam omnes prophetæ nunciabant de ipso, quod esset venturus, & pati haberet: igitur quoniam adimpleta est prophetia per aduentum eius, propterea signari visionem & prophetiam dicebat, quoniam ipse est signaculum omnium prophetarum, adimplens omnia quæ retrò de eo prophetæ nunciauerant. Post enim aduentum Christi & passionem ipsius, iam nõ visio, neque prophetes est, qui Christum nunciet venturum. Denique hoc si non ita est, exhibeant Iudæi prophetarum post Christum aliqua volumina, angelorum aliquorum visibilia miracula, quæ retrò patriarchæ viderunt usque ad aduentum Christi, qui iam venit, ex quo signata est visio & prophetia, id est, statuta. Et meritò Euangelista: Lex & prophetæ usque ad Ioannem baptizatorem. Baptizato enim Christo, id est, ⁸⁹ sanctificante aquas in suo baptisinate, omnis ⁹⁰ plenitudo spiritualium retrò charismatum in Christo cesserunt, signante visionem & prophetias omnes, quas aduentu suo adimpleuit. Vnde firmissimè dicit aduentum eius signare visum & prophetas. Itaque ostendentes & numerum annorum & tempus, lxx. duarum &

dimidia hebdomadarum adimpletarum, tunc venisse Christum, id est, natum, videamus D
 alia v i i . & dimidia hebdomades, quæ sunt subdivisæ, in abscisione priorum hebdoma-
 darum, in quo actu sint adimpletæ. ⁸⁰ Post enim Augustum, qui superuixit post natiuita-
 tem Christi, anni x v . efficiuntur ⁸¹ cui successit Tiberius Cæsar, & imperium habuit an-
 nis xxii . mensibus septem, diebus viginti. ⁸² huius quintodecimo anno imperij passus est
 Christus, annos habens quasi xxx . quæ pateretur. ⁸³ & ⁸⁴ Itæ Caius Cæsar, qui & Caligula,
 annis iii . mensibus viii . diebus xiiii . ⁸⁵ Nero Cæsar annis ix . mensibus ix . diebus xiiii .
⁸⁶ Galba mensibus vii . diebus vi . Orho ⁸⁷ mensibus i i i . diebus v . ⁸⁸ Vitellius mensi-
 bus viii . diebus x . ⁸⁹ Vespasianus anno primo imperij sui debellauit Iudæos, ⁹⁰ & fiunt
 anni numero quinquaginta duo, menses vi . ⁹¹ Nam imperauit annis nouem: atque ita
 in diem expugnationis suæ Iudæi impleuerunt hebdomadas lxx . prædictas à Daniele.
 Igitur expletis his quoque temporibus, & debellatis Iudæis, postea cessauerunt illic liba-
 mina & sacrificia, quæ exinde illic celebrari non potuerunt. Nam & vnctio illic exterminata
 est post passionem Christi. Erat enim prædictum exterminari illic vnctioem, sicut
 est in Psalms prophetarum: Exterminauerunt manus meas & pedes. ⁹² Quæ passio huius ex-
 terminij intra tempora lxx . hebdomadarum perfecta est sub Tiberio Cæsare c o s s .
 Rubellio Gemino, & ⁹³ Rufio Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die ⁹⁴ v i i i .
 Calendarum Aprilium, die prima azymorum, quo agnum vt occiderent ad vesperam, à
 Moyse fuerat præceptum. Itaque omnis synagoga filiorum Israël eum interfecit, dicen-
 tes ad Pilatum, quæ vellet eum dimittere: Sanguis huius super nos, & super filios nostros.
 & Si huc dimiseris, non es amicus Cæsaris: vt adimpleri possent omnia quæ de eo fuerant
 scripta. [⁹⁵ Incipiamus igitur probare natiuitatem Christi, à prophetis esse nunciatam.
 Sic Esaias dicit: Audite domus Dauid, ⁹⁶ non pusillum vobis certamen cum hominibus,
 quoniam Deus præstat certamen; propter hoc ipse Deus dabit vobis signum: ⁹⁷ Ecce
 virgo concipiet in vtero, & pariet filium, & vocabitis nomē eius Emmanuel, quod inter-
 pretatur, Nobiscum Deus. Butyrum & mel manducabit. ⁹⁸ Quoniam prius quàm co-
 gnoscat infans vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ
 aduersus regem Assyriorum. Itaque dicunt Iudæi, Prouocemus istam prædicationē Esaiæ,
 & faciamus comparisonem, an Christo qui iam venit, competat illi primò nomen quod
 Esaias prædicauit, & insignia eius quæ de eo nunciauit. Equidē Esaias prædicat eum Em-
 manuelem vocari oportere, dehinc virtutem sumpturum Damasci, & spolia Samariæ ad-
 uersus regem Assyriorum. Porro, inquit, iste qui venit, neque sub eiusmodi nomine est
 dictus, neque re bellica functus. At nos e contrario, admonēdos eos existimauimus, vt co-
 hærentia quoque huius capituli recognoscant: subiuncta est enim & interpretatio Emma-
 nuel, Nobiscum Deus, vt non solum sonum nominis expectes, sed & sensum. ⁹⁹ Sonus
 enim Hebraicus, quod est Emmanuel, suæ gentis est. Sensus autem eius, quod est, Deus
 nobiscum, ex interpretatione communis est. ¹⁰⁰ Quæro ergo an ista vox, Nobiscum Deus,
 quod est Emmanuel, exinde quo Christus inluxit, agitur in Christo: & puto ex toto non
 negabis. Nam qui ex Iudaismo credunt Christo, ex quo in eum credunt, Emmanuel cum
 volent dicere, nobiscum Deum esse significant. Atque ita constat iam venisse illum qui
 prædicabatur Emmanuel, quia quod significat Emmanuel, venit, id est, Nobiscum Deus.
 Equè & sono nominis inducuntur, cum virtutem Damasci & spolia Samariæ aduersus
 regem Assyriorum, sic accipiunt, quasi bellatorem portendant Christum, non animad-
 uertentes quid scriptura præmittat: quoniam prius quàm cognoscat puer vocare patrem
 aut matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem Assyriorum.
 Antè est enim inspicias ætatis demonstrationem, an virum iam Christum exhibere ista
 ætas possit, nedum Imperatorem. Scilicet vagitu ad arma esset conuocaturus infans, & si-
 gnum belli non tuba, sed ¹⁰¹ crepitacillo daturus: nec ex equo vel de muro, sed de nutricis
 & gerulæ suæ dorso siue collo hostem designaturus; atque ita Damascum & Samariam pro
 mammis subacturus. Aliud est, si penes vos infantes in præliū erumpunt, credo ad solem
 vncti prius, dehinc pannis armati, & butyro stipendiati, qui antè norint lanciare quàm
 lancinare. Enimvero si nusquam hoc natura concedit, antè militare quàm virum facere,
 antè virtutem Damasci sumere quàm patrem nosse, sequitur vt figuratè pronunciatum
 videatur. Sed & virginem, inquit, parere natura non patitur, & tamen credendum est
 prophetæ. Et merito. Præstruxit enim fidem incredibili rei, dicendo, quod signum esset
 futurum: Propterea, inquit, dabitur vobis signum, Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet
 filium.

Psal. 21.

Matth. 26.

Marc. 14.

Exod. 12.

Matth. 27.

Ioan. 19.

Act. 13.

1 x.

Item pro-

batio Na-

tiuitatis

Christi ex

Prophe-

tis:

Isai. 7.

A filium. Signum autè à Deo, nisi nouitas aliqua monstruosa fuisset, signum non videretur:
 Denique si quando ad deiiciendos aliquos ab hac diuina prædicatione, vel conuertere
 singulos simplices quosque gestitis, mentiri audetis quasi non virginem, sed iuuenulam
 concepturam & parituram scriptura contineat. Hinc quoque reuincimini, quod nihil si-
 gni videri possit res quotidiana, ¹⁰² iuuenulæ scilicet prægnatus & partus. In signū ergo
 nobis posita virgo mater merito creditur, infans verò bellator non æquè. Non enim &
 hinc signi ratio versatur, sed signo natiuitatis nouæ adscripto, exinde post signum alius iam
 ordo infantis edicitur, mel & butyrum manducaturi. Nec hoc vti que in signū est, & hoc
 enim infantia est; sed accepturam virtutem Damasci, & spolia Samariæ aduersus regem
 Assyriorum, hoc est mirabile signum. Seruate modum ætatis, & querite sensum prædica-
 tionis: immò reddite veritati, quæ credere non vultis, & tam intelligitur propheta, quàm
 renuntiat expuncta. Accepit Christus infans virtutem Damasci, & spolia Samariæ.
¹⁰³ Maneant enim orientales illi Magi infantiam Christi, vt regem auro, thure, & myrrha
 remunerantes, & accepit infans virtutē Damasci sine prælio & armis. Nam præter quod
 omnibus notum est, Oriētis virtutem, id est vires, auro & odoribus pollere solitam, certè
 est creatoris, & ex diuinis scripturis virtutem quoque ceterarum gentium aurum consti-
 tuere. Sicut per Zachariam dicit: ¹⁰⁴ Et Iudas pertendet Hierusalem, & congregabit om-
 nem ¹⁰⁵ valentiam populorum per circuitum aurum & argentum. Nam de hoc auri mu-
 nere etiam Dauid dixit: Et dabitur illi de auro Arabiæ. Et iterum: Reges Arabum & Saba
 deputabatur, antequàm transcrita esset in Syrophœnicen ex distinctione Syriarū, cuius
 tunc virtutem Christus accepit, accipiendo insignia eius, aurum scilicet & odores: spolia
 autem Samariæ, ipsos Magos, qui cum illum cognouissent, & muneribus honorassent, &
 genu posito adorassent, quasi Deum & regem sub testimonio indicis & ducis stellæ spolia
 sunt facti Samariæ, id est, idololatriæ, credentes videlicet in Christo. Idololatriam enim
 Samariæ nomine notauit, vt ignominiosæ ob idololatriam, qua descuerat tunc à Deo
 sub rege Hieroboam. nec hoc enim nouum scripturis diuinis, figuratè vt translatione
 nominum ex comparatione criminum. Nam & ἀπορροια Sodomorum appellat archōtas
 vestros, & populum vestrū populum Gomorraæ vocat: cum iam olim essent ciuitates istæ
 extinctæ. Et alibi per prophetam ad populum Israël dicit: Pater, inquit, tuus Amorreus,
 & mater tua Cethea. Quorum ex genere procreati non sunt, sed ob consimilem impiera-
 tem: quos aliquando etiam filios suos dixerat per Esaiam prophetam: Filios generavi &
 exaltaui. ¹⁰⁶ Sic & Ægyptus nonnunquam totus orbis intelligitur apud illum, supersti-
 tionis & maledictionis elogio. ¹⁰⁷ Sic & Babylon apud Ioannem nostrum, Romanæ vr-
 bis figuram portat, proinde & magnæ, & regno superbæ, & sanctorum debellatricis. Hoc
 itaque modo Magos quoque Samaritanorum appellatione titulauit, & despoliatos quod
 habuerant cum Samaritis, vt diximus, idololatriam. Aduersus regem autem Assyriorum,
 aduersus diabolū, qui ad hoc se regnare putat, si sanctos à religione Dei deturbat. Adiu-
 uabitur autem hæc nostra interpretatio, dum & alibi bellatorem Christum scripturæ de-
 signant, ob armorum quorundam vocabula & eiusmodi verba. Sed ex reliquorum sen-
 suū comparatione conuincuntur Iudæi: ¹⁰⁸ Accingere, inquit Dauid, ensē supra femur.
 Sed quid supra legis de Christo, ἀραγος τῶ χελλῆ, ¹⁰⁹ Tempestiuus decore super filios ho-
 minum, diffusa est gratia in labiis tuis. Valde autem absurdum est, si quem ad bellum ense
 cingebat, ei de tempestiuitate decoris, & labiorū gratia blandiebatur, de quo subiungens,
 dicebat: Extende, & prosperare, propera & regna. Et adiecit: Propter lenitatem & iusti-
 tiam tuam. Quis ensē accingitur, & non contraria lenitati & iustitiæ exercet: id est, do-
 lum & asperitatem & iniustitiam, propria scilicet negocia præliorum. Videamus ergo an
 alius sit ensis ille, cuius est alius actus, ¹¹⁰ id est Dei sermo diuinus, bis acutus duobus te-
 stamentis, legis antiquæ, & legis nouæ; acutus sapientiæ suæ æquitate, reddens vnique
 secundum actum suū. Licuit ergo & Christo Dei in Psalms sine bellicis rebus ensē ser-
 monis Dei præcingi figuratè, cui prædicta tempestiuitas cōgruat cū gratia labiorū, quem
 tunc cingebatur super femur apud Dauid, quādo venturus in terras ex Dei patris decre-
 to nūciabatur: ¹¹¹ Et deducet, inquit, te magnitudo dextere tuæ, virtus scilicet gratiæ spiri-
 talis, de qua Christi agnitio deducitur. ¹¹² Sagittæ tuæ, inquit, acutæ, per volentia vbi que
 Dei præcepta, minantes traductionem vniuscuiusque cordis, compungentes & transi-
 gentes conscientiam quamque; populi sub te cadent, vti que adorantes. Sic bellipo-

Zach. 14.

Psal. 71.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

tens & armiger Christus accipiet spolia non folius Samariæ, verum & omnium gentium. D
 Agnosce & spolia figurata, cuius & arma allegorica didicisti. Atq; ita in tantum Christus
 qui venit, non fuit bellator, quia nō talis ab Esaiâ prædicabatur. Sed si Christus, inquit,
 qui venturus creditur à Iudæis & dicitur, non est Iesus, quare is qui venit, Iesus Christus
 appellatur? ¹²³ Constat autem vtrumque nomen in Christo Dei, in quo inuenitur etiam
 Iesus appellatus. Disce erroris tui morē. Dum Moyfi successor destinaretur Aufes filius
 Naue, trāsferitur certē de pristino nomine, & ¹²⁴ incipit vocari Iesus? Certē, inquis. Hanc
 prius dicimus figuram futuri fuisse. Nam quia Iesus Christus secundum populum, quod
 sumus nos nationes in sæculi deserto commorantes antea, introducturus esset in terram
 repromissionis, melle & lacte manantem, id est, in vitæ æternæ possessionem, qua nihil
 dulcius: idque non per Moysem, id est, non per legis disciplinam, sed per Iesum, id est, per
 nouæ legis gratiâ prouenire habebat circumcisus nobis petrina acie, id est, Christi præce-
 ptis (petra enim Christus multis modis & figuris prædicatus est) idē is vir qui in huius
 sacramenti imagine parabatur, etiam nominis dominici inauguratus est figura, vt Iesus
 nominaretur. ¹²⁴ Nam qui ad Moysem loquebatur, ipse erat Dei filius, ¹²⁵ qui & semper
 videbatur. Deum enim patrem nemo vidit vnquam, & vixit: & idē constat ipsum Dei
 filium Moyfi esse locutum, & dixisse ad populum: Ecce ego ¹²⁶ mitto angelum meum
 ante faciem tuam, id est, populi, qui te cūstodiat in itinere, & introducat in terram quam
 præparavi tibi: Intende illi, & audi eum, & ne inobediens fueris ei: ¹²⁷ non enim cælauit
 te, quoniam nomen meum super illum est. Populum enim introducturus erat Iesus in
 terram repromissionis, non Moyfes. Angelum quidem dixit eum ob magnitudinem vir-
 tutum, quas erat æditurus (quas virtutes fecit Iesus Naue, & ipsi legitis) & officium pro-
 phetæ, nunciantis scilicet diuinam voluntatem, sicuti & præcursores Christi Ioannem
 futurum angelum appellat, per prophetam spiritus dicens, ex persona patris: ¹²⁸ Ecce ego
 mitto angelum meum ante faciem tuam, id est, Christi, qui præparabit viam tuam ante
 te. Nec nouum est spiritui sancto, angelos appellare eos, quos ministros suæ virtutis Deus
 præfecit. Idem enim Ioannes non tantum angelus Christi vocatus est, sed & lucerna lu-
 cens ante Christum. Parauit enim, inquit, lucernam Christo meo, Dauid prædicat: quare
 ipse Christus veniens adimplere prophetas, dicit ad Iudæos: Ille fuit, inquit, lucerna ar-
 dens & lucens: vtpotē, qui non tantum vias eius parabat in eremo, sed & agnum Dei
 demonstrando, illuminabat mentes hominum, præconio suo; vt eum esse intelligerent
 agnum, quem Moyfes passurū nominabat. Sic & Iesus ob nominis sui futurum sacramē-
 tum: id enim nomen suum confirmavit, quod ipse ei indiderat, quia non angelū, nec Au-
 sen, sed Iesum eum iusserat exinde vocari. Sic igitur vtrumque nomen competit Christo
 Dei, vt & Iesus appellaretur. Et quoniam ex semine Dauid, genus trahere deberet virgo,
 ex qua nasci oportuit Christum, vt supra memorauimus, euidenter Esaias propheta in se-
 quentibus dixit: Et nascetur, inquit, virga de radice Iesse, quod est Maria, & ¹²⁹ flos de
 radice eius ascendet. Et requiescet super illum spiritus Dei, & spiritus sapientiæ & intel-
 lectus, spiritus consilij & virtutis, spiritus agnitionis & pietatis, spiritus Dei timoris im-
 plebit illum. Neque enim vlli hominū vniuersitas spiritualium documentorum compete-
 bat, nisi in Christum, flori quidem ob gratiam adæquatam, ex stirpe autem Iesse deputa-
 tum, per Mariam scilicet inde censendum. Fuit enim de patria Bethlehem & de domo
 Dauid, sicut apud Romanos in censu descripta est Maria, ex qua nascitur Christus. Ex-
 postulo etiam & quia à prophetis prædicabatur ex Iesse genere venturus, & omnem hu-
 militatē & patientiam, & tranquillitatem esset exhibiturus, an venerit, atque ita is homo
 qui talis ostenditur, ipse erit Christus, qui venit. De hoc enim propheta Esaias dicit: Ho-
 mo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem: qui tanquam ouis ad victimam ductus
 est, & sicut agnus coram tōdente se, non aperuit os suum. Sic neque contendit, neque
 clamauit, neque audita est foris vox eius, ¹³⁰ qui arundinem contusam, id est, quassam Is-
 raelis fidem, non comminuit: qui linum ardens, id est, momentaneum ardorem gentium
 non extinxit, sed lucernam magis fecit ortu luminis sui. Non potest alius esse quàm qui
 prædicebatur. Oporteret itaque actum Christi eius qui venit, ad scripturarum regulam re-
 cognosci. Duplici enim, nisi fallor, operatione distinctum eum legimus, prædicationis &
 virtutis, sed de vtroque titulo sic disponam: itaq; specialiter ¹³¹ dispungamus ordinē cœ-
 prum, docētes prædicatorem adnūciatum Christum, vt per Esaiam dixit: Exclama, in-
 quit, in vigore, & ne peperceris; exalta vt tuba vocem tuā, adnūcia plebi meæ facinora
 ipforum,

A ipforum, & domui Iacob delicta eorum. Me de die in diem quærunt, & cognoscere vias
 meas cupiunt. Quasi populus qui iustitiā fecerit, & iudicium Dei nō dereliquerit, & re-
 liqua. Virtutes autem facturum à patre, Esaias dicit: ¹³² Ecce Deus noster iudicium retri-
 buit, ipse veniet, & saluos faciet nos. Tunc infirmi curabuntur, & oculi cæcorū videbunt,
 & aures surdorum audient, & claudus saliet velut ceruus, & multorum linguæ soluentur
 & cetera quæ operatum Christum nec vos diffitemini, vtpotē qui dicebatis; quod pro-
 pter opera eum non lapidaretis, sed quoniam ista sabbatis faciebat. [¹³³ De exitu planē x.
 passionis eius ambigitis, negātes passionem crucis in Christum prædicatam, & argumen-
 tantes insuper non esse credendum, vt ad id genus mortis exposuerit Deus filium suum,
 quod ipse dixit: Maledictus omnis homo qui pendit in ligno. Sed huius maledictionis
 sensum antecedit erum probatio. Dicit enim in Deuteronomio: ¹³⁴ Si autē fuerit in ali-
 quo delicto, ita vt iudicium mortis sit, & morietur, & suspendetis eum in ligno. Sed & se-
 pultura sepelietis eum ipsa die: quoniam maledictus à Deo est omnis qui suspensus fuerit in
 ligno, & non inquinabitis terram quam dominus Deus tuus dabit tibi in sorte. Igitur nō
 in hanc passionem Christum maledixit, sed distinctionē fecit, vt qui in aliquo delicto iu-
 dicio mortis habuisset, & moreretur suspensus in ligno, hic maledictus à Deo esset, quia
 propter merita delictorum suorum suspenderetur in ligno. Alioquin Christus, qui dolū
 de ore locutus non est, quique omnē iustitiā & humilitatē exhibuit, & vt supra de
 eo prædictum memorauimus, non pro meritis suis in id genus mortis expositus est: sed vt
 ea quæ prædicta sunt à prophetis, per vos ei obuentura implerētur, sicut in Psalmis ipse
 spiritus Christi iam canebat, dicens: Retribuebāt mihi mala pro bonis; & ¹³⁵ Quæ non ra-
 pueram, tunc exfoluebam. Exterminauerunt manus meas & pedes; & : Miserunt in potū
 meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto; & : Super vestem meam miserunt formem:
 sicuti cetera quæ in illum commissuri essetis, prædicta sunt. Quæ quidem omnia ista per-
 pessus, non pro actu suo aliquo malo passus est, sed vt scripturæ implerentur de ore pro-
 phetarum. Et vtique sacramentum passionis ipsius figurari in prædicationibus oportue-
 rat: quantoque incredibile, tantō magis scandalum futurum, si nudè prædicaretur: quan-
 tōque magnificum, tanto magis obumbrandum, vt difficultas intellectus gratiam Dei
 quæreret. [¹³⁷ Itaque in primis Isaac quum à patre hostia duceretur, & lignum ipse sibi
 portaret, Christi exitum iam tunc denotabat, in victimam concessi à patre, lignum pas-
 sionis suæ baiulantis. Ioseph & ipse Christum figuratus, vel hoc solo, ne cursum demo-
 straret ipse, quod persequutionem à fratribus passus est, & venundatus est in Ægyptum; ob figuram
 Dei gratiam, sicut & Christus à Iudæis carnalibus fratribus venundatus, à Iuda quū tra-
 ditur. ¹³⁸ Nam & benedicatur in hæc verba Ioseph: Tauri decor eius, cornua vnicornis
 cornua eius, in eis nationes ventilabit pariter ad summum vsque terræ. Nō vtique ¹³⁹ rhi-
 noceros destinabatur vnicornis, vel ¹⁴⁰ minotaurus bicornis, sed Christus in illo signifi-
 cabatur; taurus ob vtranque dispositionem, aliis ferus vt iudex, aliis mansuetus vt salua-
 tor: ¹⁴¹ cuius cornua essent crucis extima. Nā & in antenna nauis, quæ crucis pars est, hoc
 extremitates huius cornua vocantur: vnicornis autem media stipitis palus. Hac denique
 virtute crucis, & hoc more cornutus, vniuersas gentes & nunc ventilat per fidē, auferens
 à terra in cœlum, & tunc ventilabit per iudicium, deiiciēs de cœlo in terram. Idem erit &
 alibi taurus apud eandem scripturam, cum Iacob Simeon & Leui exporrigit benedictio-
 nem, de scribis & pharisæis propheta: ex illis enim deducitur census illorū. Interpretatur
 enim spiritualiter sic, ¹⁴² Simeon & Leui perfecerunt iniquitatem ex sua secta, qua scilicet
 Christum sunt persecuti. In conciliū eorū ne venerit anima mea, & in stationem eorū ne
 incubuerit iecora mea: quoniam in indignatione sua interfecerunt homines, id est, pro-
 phetas, in concupiscentia sua subneruauerūt taurū, id est, Christum, quem post necē pro-
 phetarum interfecerunt, & neruus eius suffigendo clauis defæuierunt. Ceterum vanū, si
 post homicidium iam ab eis commissum alicuius bouis ipsis exprobrat carnificinam. Iam
 verò Moyfes, qui d vtique tunc tantū quum Iesus aduersus Amalech præliabatur, exten-
 sis manibus orabat residens; quando in rebus tā attonitis magis vtique genibus positus, &
 manibus cædentibus pectus, & facie humi volutata, orationem commendare debuisset:
 nisi quia illic vbi nomen Iesu dimicabat, dimicaturi quandoque aduersus diabolum, eru-
 cis habitus quoque erat necessarius, per quam Iesus victoriam esset relaturus. Idem rur-
 sus Moyfes post interdictam omnis rei similitudinem, cur æneum serpentem ligno im-
 positum, pendens habitu in spectaculum Israël salutare proposuit, eo tempore quo à
 p

serpentibus post idololatriam exterminabantur? nisi quod hic dominicam crucem intē-
tabat, qua serpens diabolus publicabatur, & laeso cuique ab eiusmodi colubris, id est, **D**
angelis eius, à delictorum peccantia ad Christi crucis sacramenta intento, salus efficiebatur.
Nam qui in illam tunc respiciebat, à morsu serpētium liberabatur. Age nunc, si legisti pe-
Psal. 95. nes prophetam in Psalmis, ¹³ Dominus regnauit à ligno, exspecto quid intelligas, ne forte
Isai. 9. lignarium aliquem regem significari putetis, & non Christū, qui exinde à passione Chri-
sti superata morte regnauit. Proinde & Esaias: Quoniam puer, inquit, natus est nobis,
& datus est nobis filius. Quid nouum, si non de filio Dei dicit? & natus est nobis, cuius
imperium factum est super humerum ipsius. Quis omnino regum insigne potestati suæ
humero præfert, & non aut capite diadema, aut in manu sceptrum, aut aliquam propriæ
vestis notam? Sed solus nouus rex seculorum, Christus Iesus nouæ gloriæ & potestatem
& sublimitatem suam in humero extulit, crucem scilicet, vt secundum superiorem pro-
phetiam exinde Dominus regnaret à ligno. De hoc enim ligno etiam Deus insinuat per
Hier. 11. Hieremiam quod essetis dicturi: Venite, mittamus in panem eius lignum, & conteramus
eum à terra viuorum, & nomen illius non memorabitur amplius. Vtique in corpus eius
lignum missum est. Sic enim Christus reuelauit, ¹³⁴ panem corpus suum appellans, cuius
retrò corpus in pane prophetes figurauit. Si adhuc quæres dominicæ crucis prædicatio-
Psal. 21. nem, satis iam poterit tibi facere **xxi.** Psalmus totam Christi cōtinens passionem, canen-
Ibidem. tis iam tunc gloriam suam, ¹³ Foderunt, inquit, manus meas & pedes: quæ propria est
atrocitas crucis. Et rursus cum auxilium patris imploraret: Saluum me fac, inquit, ex ore
leonis, vtique mortis, & de cornibus vnicornuorum humilitatem meam: de apicibus sci-
licet Christi crucis, vt supra ostēdimus: quam crucem nec ipse Dauid passus est, nec vllus
regum Iudæorum, ne putetis alterius prophetari passionē, quam eius qui solus à populo
tam insigniter crucifixus est. Nunc & si omnes interpretationes istas respuerit, & inriferit
duritia cordis vestri, probauimus sufficere posse mortem Christi prophetatam, vt ex hoc
quod non esset edita qualitas mortis, intelligatur per crucem euenisse, nec alij deputan-
Isai. 53. dam fuisse passionem crucis, quàm cuius mors prædicabatur. Nam mortem eius & pas-
sionem eius, & sepulturam vna voce Esaias dicit: A facinoribus, inquit, populi mei per-
ductus est ad mortem, & dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius: quia
scelus non fecit, nec dolus in ore eius inuentus est, & ¹³⁶ Deus voluit eximere à morte a-
nimam eius, &c. Dicit etiam adhuc: Sepultura eius sublata est è medio, nisi per resurrectionē. Quomodo
nisi per resurrectionē? Denique subiūgit idem Esaias: Propterea ipse multos in hæredita-
tatem habebit, & multorum diuidet spolia. Quis enim alius, nisi qui natus est, vt supra o-
stendimus, pro eo quod tradita est in mortem anima eius? Ostensa enim causa gratiæ eius
pro iniuria scilicet mortis repensandæ, pariter ostensum est hæc illum propter mortem
consecuturum; post mortem vtique per resurrectionem consecuturum. Nam quod in
Amos 8. passione eius accidit, vt media dies tenebresceret, Amos propheta annunciat, dicens: Et
erit, inquit, in die illa, dicit Dominus, occidet sol media die, ¹³⁷ tenebrescet super terram
dies luminis, & conuertam dies festos vestros in luctum, & omnia cātica vestra in lamen-
tationem, & imponam super lumbos vestros sacco, & super omne caput caluitium, &
ponam eum quasi luctum delicti, & eos qui cum illo quasi diem mœroris. Hoc enim &
Exod. 12. Moyses initio primi mēsis nouorum facturos vos prophetauit, cum omne vulgus filiorū
Israël ad vesperam agnum esset immolaturum: & hanc solennitatem diei huius, id est,
Math. 26. Paschæ azymorum, cum amaritudine manducatuos præcanebat: & adiecit ¹³⁸ Pascha
esse Domini, id est, passionem Christi. Quod ita quoque adimpletum est, vt prima die a-
zymorum interficeretis Christum, & vt prophetiæ adimplerentur, properauit dies vesper-
ram facere, id est, tenebras efficere: quæ media die factæ sunt: atque ita dies festos vestros
conuertit Deus in luctum, & cantica vestra in lamentationem. Post passionē enim Chri-
x i. sti etiam captiuitas vobis & dispersio obuēnit, prædicata per spiritum sanctum. [Nam
¹³⁹ De va- statione & pro istis meritis vestris, cladem vestram futuram Ezechiel nunciat: & nō solum in isto
Hierusalē seculo quæ iam euenit, sed in die tribulationis quæ subsequetur. Qua clade nemo libera-
post pas- bitur, nisi qui passione Christi, quam respuitis, fuerit ob signatus. Sic enim scriptum est:
sionem Et dixit Dominus ad me, Fili hominis, vidisti quæ seniores Israël faciūt vnusquisque eo-
Christi rum in tenebris, vnusquisque in cubiculo absconso. quoniam dixerunt: Non videt nos
Ezech. 8. Dominus, dereliquit Dominus terram. & dixit ad me: Adhuc conuersus videbis facino-
ra maiora

Ara maiora quæ isti faciunt. Et introduxit me ad limina ianuæ domus Domini quæ aspicit
ad Aquilonem, & ecce illic mulieres sedentes & ¹⁴⁰ plangentes Thāmus. & dixit Domi-
nus ad me: Fili hominis, vidisti? Nunquid modica domus Iuda, vt faciāt facinora quæ fe-
cerunt: & adhuc visurus es adfectiones maiores eorum. Et introduxit me in ædem domus
Domini interiorē, & ecce in liminibus templi Domini inter mediū elam & inter mediū
altaris, quasi viginquique viri posteriora sua dederunt ad templum Domini, & facies
suas contra orientem, hi adorabant solem. & dixit ad me: Vides fili hominis? Nūquid pu-
silla domus Iuda, vt faciāt facinora quæ fecerunt hīc? Quoniam impleuerunt impietates
suas, & ecce ipsi quasi subānantes. Ego faciam cum indignatione mea, non parcet ocu-
lus meus, neque miserebor. Et exclamabunt ad aures meas voce magna, non exaudiam
eos, sed neque miserebor. ¹⁴¹ Et clamauit in aures meas voce magna dicens: Adproxima-
uit vindicta ciuitatis huius, & vnusquisque habuit vasa exterminij in manu sua. Et ecce sex
viri veniebant à via portæ altæ, quæ respiciebat ad Aquilonem, & vnus cuiusque bipēnis
dispersionis erat in manu eius. Et vnus vir in medio eorū indutus podere, & zona saphiri
in lumbis eius. Et introierunt in proximis altaris ærei, & claritas Dei Israël a-
scendit à Cherubin, quæ fuit super eam in subdual domus. Et vocauit hunc minem qui in-
dutus erat podere, qui habuit super lumbos suos zonā, & dixit ad eum Dominus: ¹⁴² Trāsi
mediam Hierusalem, & scribe signum Tau in frontibus virorum qui gemunt, & dolent
super omnia facinora quæ fiunt in medio eorum. Et in his dixit ad audientē: Ite post eum
in ciuitatem & concidite, & nolite parcere oculis vestris, & ne misereamini senioris aut
B iuuenis, aut virginis, & paruulos & mulieres interficite omnes, vt perdeantur. Omnes
autem super quos est Tau signum, ne accesseritis. Et à sanctis meis incipite. Huius autem
signi sacramentum variis modis prædicatum est, in quo vita hominibus præstruebatur, in
quod Iudæi non essent credituri. ¹⁴³ Sicut Moyses antè nunciabat in Exodo dicens: Eii-
ciemini de terra in quam introibitis, & in nationibus illis non eritis in requiem. Et non
Deut. 28. erit stabilitas vestigio pedis tui, & dabit tibi Deus cor tædians, & tabescentem animam,
& oculos deficientes, vt non videant, & erit vita tua pendens in ligno ante oculos tuos,
& non credes vitæ tuæ. Itaque quoniam impleta est prophetia per aduentum eius, id est,
per natiuitatem, quam supra memorauimus, & passionem quam euidenter ediximus, pro-
pterea & Daniel signari visionem, & prophetem dicebat, quoniam Christus est signacu-
lum omnium prophetarum, adimplens omnia quæ retrò erant de eo nunciata: post enim
Mat. 9. aduentum eius & passionem ipsius iam non visio, neque prophetes. Vnde firmissimè di-
cit aduentum eius signare visum & prophetiam. Itaque ostendentes & numerum anno-
rum, & tempus **LXXI.** & dimidiæ hebdomadarum adimpletarū, probauimus tunc venisse
Christum, id est, natum: ¹⁴⁴ & septem & dimidiæ hebdomadarum, quæ sunt subdiuisæ in
absconsum priorum hebdomadarum, intra quæ tempora passum ostēdimus Christum:
atque ita **LXX.** hebdomadibus conclusis, & ciuitate exterminata, & sacrificium & vnctio-
nem exinde cessare. Sufficit huc vsque de his interim ordinem Christi decurrissē, quo
talis probatur qualis adnunciabatur, non alius haberi debeat quàm qui illic adnunciaba-
C tur, etiam ex ista consonantia scripturarum, qua ex præiudicio maioris partis aduersum
Iudæos, elocuti sumus. Neque enim in dubium deducant vel negent, quæ scripta profes-
rimus: vt ex hoc quoque paria esse scripturis diuinis negare nō possint: vt quæ post Chri-
stum futura præcanebantur, adimpleta cognoscantur. Neque enim dispositio expuncta
inueniretur, nisi ille venisset post quem habebant expungi, quæ nunciabantur, quæ com-
pleta esse etiam probarentur. [¹⁴⁵ Aspice vniuersas nationes, de voragine erroris huma-
ni exinde emergentes ad dominum Deum creatorem, ¹⁴⁶ & ad Deum Christum eius. Et **x i i.**
si audes, nega prophetatū, statim tibi promissio patris occurrit in Psalmis dicens: Filius claritate
meus es tu, ego hodie genui te. Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & pos-
Gentium sionem tuam terminos terræ. Nec poteris eum magis Dauid filium dicere, quàm in Christo
Christum: aut terminos terræ Dauid potius promissos, qui intra vnicam Iudæam re-
Iesu gnauit, quàm Christo, qui totum iam orbem Euangelij sui fide cepit, sicut per E-
Psal. 2. saiam dicit: ¹⁴⁷ Ecce dedi te in dispositionem generis mei in lucem gentium, apéri-
Isa. 42. re oculos cæcorum, vtique errantium, exsoluere de vinculis vnctos, id est, de delictis
liberare, & de domo carceris, id est, mortis, sedentes in tenebris, ignorantia scilicet.
Quæ si per Christum eueniunt, non in alium erunt prophetata quàm per quem expuncta
consideramus. [¹⁴⁸ Igitur quoniam filij Israël adfirmāt nos errare recipiendo Christum, **x i i i.**

qui iam venit: præferibamus eis ex ipsis scripturis, iam venisse Christum qui prædicabatur. **D** Quamvis ex temporibus Danielis prædicantis probauerimus iam venisse Christum, qui nunciabatur. Nasci enim cum oportuit in Bethlehem Iudæ. sic enim scriptum est in propheta: Et tu Bethlehem non minima es in ducibus Iudæ. Ex te enim exiet dux qui paciscat populum meum Israël. Si autem adhuc natus non est qui processurus dux de tribu Iudæ ex Bethlechem nunciabatur, oportet enim eum de tribu Iudæ & à Bethlechem procedere: animaduertimus autem tunc neminem de genere Israël in ciuitate Bethlechem remansisse, & exinde quod interdictum est, ne in cõfinitio ipsius regionis demoretur quisquã Iudæorum, ut hoc quoque esset adimpletum per prophetam: Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igni exustæ, id est, quod belli tempore eis euenerit, regionem vestram in conspectu vestro exteri comedet, & deserta & subuersa erit à populis alienis. Et alio loco sic per prophetam dicitur: Regem cum claritate videbitis, id est, Christum facientem virtutes in gloria Dei patris, & oculi vestri videbunt terram de longinquo: quod vobis pro meritis vestris post expugnationem Hierusalem, prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam oculis tantum videre permillum est. Anima, inquit, vestra meditabitur timorẽ, scilicet quo tempore excidium sui passi sunt. Quomodo igitur nascetur dux de Iudæa, & quatenus procedet de Bethlechem, sicuti diuina prophetarum volumina nunciant, cum nullus omnino sit illic in hodiernum derelictus ex Israël, cuius ex stirpe possit nasci Christus? Secundum Iudæos adhuc non venit: Cum venire cœperit, vnde vngetur? Lex enim præcepit, in captiuitate non licere vnctionem chrisimatis regalis confici. Si autem iam nec vnctio est illis, ut Daniel prophetauit: dicit enim; exterminabitur vnctio: ergo iam non est vnctio; quia nec templum, vbi erat cornu de quo reges vngebantur. Si ergo non est vnctio, vnde vngetur dux qui nascetur in Bethlehem? aut quomodo procedet de Bethlehem, cum de germine Israël nullus omnino sit in Bethlehem? Iterato denique ostendimus, & venisse iam Christum secundum prophetas, & passum, & in cœlis iam receptum, & inde venturum secundum prædicationes prophetarum. Nam post aduentum eius secundum Danielem, quod ipsa ciuitas exterminari haberet legimus, & ita factum recognoscimus. Dicit enim scriptura: Sic & ciuitatem & sanctum simul exterminari cum duce, indubitate, qui de Bethlehem & de tribu Iudæ esset processurus. Vnde & manifestum est quod ciuitas simul eo tempore exterminari deberet, cum ducator eius in ea pati haberet, secundum scripturas prophetarum dicentium: Expandi manus meas tota die ad populum contumacem contradicentem mihi. Qui ambulat viam non bonam, sed post peccata sua. Et in Psalmis dicit: Exterminauerunt manus meas & pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem contemplati sunt & viderunt me, & in siti mea potauerunt me aceto. Hæc David passus non est, ut de se merito dixisse videatur, sed Christus qui crucifixus est. Manus autem & pedes non exterminantur, nisi eius qui à ligno suspenditur. Vnde & ipse David regnaturus ex ligno Dominum dicebat: nã & alibi propheta ligni huius fructum prædicat dicens: Terra dedit benedictiones suas. Vtique illa terra virgo nondum pluuiis rigata, nec imbribus fecundata, ex qua homo tunc primum plasmatus est, ex qua nunc Christus secundum carnem ex virgine natus est. Et lignum, inquit, attulit fructum suum. Non illud lignum in paradiso, quod mortem dedit protoplastis, sed lignum passionis Christi, vnde vita pendens à vobis credita non est: Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moyses aquam amaram indulsit: vnde populus qui siti peribat in eremo, bibendo reuixit: sicuti nos qui de seculi calamitatibus extracti, in quo commorabamur siti perentes, id est, verbo diuino propinati, ligno passionis Christi aquam baptismatis potantes, fide quæ est in eum reuiximus, à qua fide Israël excidit, secundum Hieremiam dicentem: Mittite, & interrogate nimis, si facta sunt talia. Si murabunt gentes deos suos, & isti non sunt dii. Populus autem meus mutauit gloriam suam, ex quo nihil proderit eis. Expauit cœlam super isto. Et quomodo & quando expauit? Indubitate quando passus est Christus. Et horruit, inquit, plurimum nimis, & sol media die tenebricauit. Et quando horruit nimis, nisi in passione Christi, cum terra quoque contremuit, & velum templi scissum est, & monumenta dirupta sunt? Quoniam duo hæc mala fecit populus. Me, inquit, dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non poterant aquam continere. indubitate non recipiendo Christum, fontem aquæ vitæ, lacus contribulatos cœperunt habere, id est, synagogas in dispersiones gentium, in quibus iam spiritus sanctus non immoratur, ut in præteritum in templo

A in templo commorabatur ante aduentum Christi, qui est verum Dei templum. Nam & istam sitim diuini spiritus eos passuros dixerat propheta Esaias dicens: Ecce qui seruiunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis. Seruientes mihi potabuntur, vos autem sitiētis, & à tribulatione spiritus vlulabitis. Remitteris enim nomen vestrum, in satiētem electis meis, vos autem interficiet Dominus. Eis autem qui seruiunt mihi, nomē nominabitur nouum, quod benedicetur in terris. Adhuc huius ligni sacramentum in Regnorum legimus celebratum. Nam cum filij prophetarum super flumē Iordanem lignum securibus caderent, exiliit ferrum, & mersum est in flumine, atque ita Heliseo propheta superueniente petunt ab eo filij prophetarum, ut ferrum flumini quod mersum fuerat erueret. Atque ita Heliseus accepto ligno, & misso in eum locum vbi submersum fuerat ferrum, statim supernatauit, & lignum mersum est, quod receperunt filij prophetarum. Ex quo intellexerunt quod Heliseus spiritus in eum sit representatus. Quid manifestius huius ligni sacramento? quod duritia huius seculi mersa in profundo erroris, & à ligno Christi, id est passionis eius, in baptismo liberatur, ut quod perierat olim per lignum in Adam, id restitueretur per lignum Christi. Nobis igitur qui successimus in loco prophetarum, ea sustinentibus hodie in seculo quæ semper passi sunt prophetae propter diuinam religionem. Alios enim lapidauerunt, alios fugauerunt, plures verò ad mortis necē tradiderunt, quod negare non possunt. Hoc lignum sibi & Isaac filius Abraham ad sacrificium ipse portabat, cum sibi eum Deus hostiam fieri præcepisset. Sed quoniam hæc fuerant sacramenta, quæ temporibus Christi perficienda seruabantur: & Isaac cum ligno referuatus est, ariete oblato in vepe cornibus hærente: & Christus suis temporibus lignum humeris suis portauit, inhærens cornibus crucis corona spinea in capite eius circumdata. Huc enim oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium, qui tanquam ovis ad victimam ductus est, & velut agnus coram tonde te sine voce, sic non aperuit os suum. Hic enim Pilato interrogante nihil locutus est: in humilitate enim iudicium eius sublatum est. Natiuitatem autem eius quis enarrabit? quia nullus omnino hominum natiuitatis Christi fuit conficius, in conceptu, quum virgo Maria verbo Dei prægnans inueniretur. Et quia tolleretur à terra vita eius. Cum vtiq; post resurrectionem eius à mortuis, quæ die tertia effecta est, cœlum eum receperunt, secundum prophetiam Osee emissam huiusmodi: Ante lucem surgēt ad me dicentes, Eamus & reuertamur ad Dominum Deum, quoniam ipse eripiet, & liberabit nos. Post biduum, die tertia, quæ est resurrectio eius gloriosa, de terra in cœlos eum recepit, vnde & venerat ipse spiritus ad virginem: cuius neque natiuitatem, neque passionem Iudæi agnouerunt. Igitur quoniam adhuc contendunt Iudæi, necdum venisse Christum eorum quem tot modis adprobauimus venisse, recognoscant Iudæi exitum suum, quem post aduentum Christi relaturi præcinebantur ob impietatem, qua eum & despexerunt, & interfecerunt. Primum enim ex qua die, secundum illud dictum Esaiæ, proiecit homo abominamenta sua aurea & argentea, quæ fecerunt adorandis vanis & noctuis: id est, ex quo gentes nos dilucidata per Christum veritate, proiecerunt idola (videant Iudæi) & quod sequitur, expunctum est. Tulit enim Dominus sabaoth à Iudæis, & ab Hierusalem, inter cetera, & sapientem architectum, qui ædificat ecclesiam Dei templum, & ciuitatem sanctam & domum Domini. Nam exinde destitit apud illos Dei gratia. Et mandatum est nubibus ne pluerent imbrem super vineam Sorech, id est, cœlestibus beneficiis ne proueniret domui Israël. Fecerat enim spinas, ex quibus Christum coronauerat: & non iustitiam, sed clamorem, quo in crucem eum extorserat: & ita subtractis charismatis prioribus, lex & propheta vsque ad Ioannem fuerunt: & piscina Bethsaida vsque ad aduentum Christi, curando inualitudo ab Israël, desit à beneficiis deinde, ex perseverantia furoris sui nomen Domini per ipsos blasphemaretur. Sicut scriptum est: Propter vos nomen Dei blasphematur in gentibus. Ab illis enim incepit infamia, & tempus medium à Tiberio vsque ad Vespasianum. Quæ cum ita commisissent, nec intellexissent Christum in tempore suæ visitationis inueniendum, facta est terra eorum deserta, & ciuitates eorum igni exustæ. Regionem ipsorum in conspectu eorum extranei deuorantes: derelicta est filia Sion tanquam specula in vinea velut in cucumerario casula: ex quo scilicet Israël Dominum non cognouit, & populus eum non intellexit, sed dereliquit magis, & ad indignationem prouocauit sanctum Israël. Sic & macharæ conditionalis comminatio: Si nolueritis, nec obaudieritis, gladius vos comedet. probauit Christum fuisse, quem non audiendo perierunt. Qui & in Psalmo dispersionem eius postulat à

patre dicens: Disperge illos in virtute tua. Qui & rursum per Esaiam exustionem eorum orat: Propter me, inquit, hæc facta sunt vobis, in anxietate dormietis. Hæc igitur cum patri prædicarentur Iudæi propter Christum, & passos eos esse inueniamus, & in dispersione demorari cernamus, manifestum est propter Christum Iudæis ista accidisse, conspirante sensu scripturarum cum exitu rerum, & ordinis temporum. Aut si nõdum venit Christus, propter quem hæc passuri prædicabantur, quum venerit ergo, patientur. Et vbi tunc filia Sion relinquenda, quæ nulla hodie est? vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis exustæ sunt? vbi dispersio gentis, quæ iam extorris? Redde statum Iudææ quem Christus inueniat, & alium cõtende venire. [Discite¹⁶¹ nunc ex abũdantia erroris vestri ducatum. Duos dicimus Christi habitus à prophetis demonstratos, totidem aduentus eius prænotasse. Vnum in humilitate vtique primum, cum tanquam ouis ad victimam duci habebat, & tanquam agnus ante tondentem sine voce, sic non aperuit os suum. Nec¹⁶² aspectu quidem honestus. Annunciauimus enim, inquit, de illo, sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, & non erat ei species, neque gloria. Et vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem, sed species eius inhonorata, deficiens citra filios hominũ, homo in plaga, & sciens ferre infirmitatem: scilicet vt positus à patre in lapidem offensionis; & minoratus ab eo modicum citra angelos: vermem se pronũciat, & non hominem, ignominiam hominis, & abiectiõnem populi. Quæ ignobilitatis argumenta, primo aduentui competunt: sicut sublimitatis secundo; cum fiet, iam non lapis offensionis, nec petra scandali; sed lapis summus angularis, post reprobationem adsumptus, & sublimatus in cõsummationem: & petra sanè illa apud Daniele de monte præcisa, quæ imaginem seculariũ regnorum comminuet & conteret. De quo secundo aduentu idẽ Daniel dixit: Et ecce cũ nubibus cœli tanquam filius hominis veniens, venit vsque ad veterem dierum, & aderat in conspectu eius. Et qui adfitebatur, adduxerunt illum, & data est ei potestas regia, & omnes nationes terræ secundum genus, & omnis gloria seruient illi, & potestas illius aeterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrũpetur. Tunc scilicet speciem honorabilem, & decorem habiturus est indeficientem supra filios hominum: tempestius enim decore citra filios hominũ. Effusa est gratia, inquit, in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in secula. Accingere ensẽ tuũ circa femur tuum potens tempestiuitate & pulchritudine tua. cum & pater postea cum diminuit illum modicum quid citra angelos, gloria & honore coronauit illum, & subiecit omnia sub pedibus eius. Et tunc cognoscent eum quem pupugerunt. Et cædent pectora sua tribus ad tribum, vtique quod retrò non agnouerint eum, in humilitate conditionis humanæ cõstitutũ. Hieremias inquit: ¹⁶⁵ Et homo est, & quis cognoscat illum? quia & Natiuitatem eius, inquit Esaias, quis enarrabit? Sic & apud Zacha. in persona ipsius, imò & in ipsius nominis sacramento, verus summus sacerdos patris Christus Iesus duplici habitu in duos aduẽtus deliniatur. Primò fordidis indutus est, id est, carnis passibilis & mortalis indignitate, cum & diabolus aduersabatur ei, auctor scilicet Iudæ traditoris, qui eum etiam post baptismum tentauerat. Dehinc spoliatus pristinas fordes, exornatus podere & mitra, & cidari munda, id est, secũdi aduentus: quoniam gloriam & honorem adeptus demonstratur. Nec poteritis eum Iosedech filiũ dicere, qui nulla omninõ veste fordida, sed semper sacerdotali fuit exornatus, nec vnquam sacerdotali munere priuatus. Sed Iesus iste Christus dei patris summus sacerdos, qui primo aduentu suo humana forma & passibilis venit in humilitate vsque ad passionem; ipse etiã effectus hostia per omnia pro omnibus nobis; qui post resurrectionem suam indutus podere, sacerdos in æternum Dei patris nuncupatus est. Sic enim & duorum hircorum, qui ieiunio offerebantur, faciam interpretationem. Nõne & illi vtunque ordinem nominis Christi qui iam venit, ostendunt: pares quidem atque cõsimiles, propter eundẽ Domini conspectum, quia nõ in alia vterus est forma, vt qui agnosci habet à quibus & læsus est. Vnus autem eorum circumdatus coccino, maledictus & cõspuatus, & conuulsus, & cõpunctus, à populo extra ciuitatem abiiciebatur in perditionem, manifestis notatus insignibus Christi passionis; qui coccinea circumdatus veste, & conspuatus, & omnibus cõtumeliis affictus; extra ciuitatem crucifixus est. Alter verò pro delictis oblati, & sacerdotibus tantum templi in pabulum datus, secundæ repræsentationis argumenta signabat: qua delictis omnibus expiatus, sacerdotes templi spiritualis, id est, ecclesiæ, dominicæ gratiæ¹⁶⁴ quasi visceratione quadã fruerentur, ieiunãtibz ceteris à salute. Igitur quoniam primus aduentus & plurimis figuris obscuratus, & ¹⁶⁵ omni inhonestate prostratus canebatur,

Psal. 58.
Isai. 50.

xiiii.

Isai. 53.

Isai. 28.

Psal. 8.

Psal. 21.

Isai. 28.

Psal. 118.

Dan. 2.

Dan. 7.

Psal. 4.

Psal. 8.

Zach. 12.

Hier. 17.

Isai. 55.

Zach. 3.

Ioan. 13.

Matth. 4.

Hebr. 7.

Ezech. 9.

Psal. 109.

Leuit. 16.

Matth. 26.

Hebr. 13.

A canebatur, secundus verò & manifestus & Deo condignus: idcirco quem facillè & intelligere & credere potuerunt, cum solum intuentes, id est, secundum qui est in honore & gloria, non immeritò decepti sunt circa indigniorem, certè obscuriorem, id est, primum. Atque ita in hodiernum negant venisse Christum suum, quia nõ in sublimitate venerit, dum ign orant in humilitate primò fuisse venturum. Sufficit huc vsque de his, interim ordinem Christi decurrissè, quo talis probatur, qualis annunciabatur: vt iam ex ista consonantia scripturarum diuinam intelligamus, & quæ post Christum futura prædicabantur, ex dispositione diuina credantur expuncta. Nisi enim ille venisset post quem habebant expungi, nullo modo euenissent quæ in aduentum eius futura prædicabantur. Igitur si vniuersas nationes de profundo erroris humani exinde emergentes ad Deum creatorem & Christum eius cernitis, prophetatum non audetis negare: quia etsi negaretis, statim vobis in psalmis, sicuti iam prælocuti sumus, promisso patris occurreret, dicens: Filius meus es tu, ego hodie genui te, Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: nec poteritis in istam prædicationem magis Dauid filium Salomonem vindicare, quàm Christum Dei filium dicere: nec terminos terræ, Dauid filio promissos, qui intra vnicam Iudæã regnauit, quàm Christo filio Dei, qui totum iam orbem Euangelij sui radiis illuminauit. Denique & thronus in æuum magis Christo Dei filio competit, quàm Salomoni, temporali scilicet regi, qui soli Israël regnauit. Christum enim hodie inuocant nationes, quæ eum non sciebant, & populi hodie ad Christum confugiunt, quem retrò ignorabant. non potes futurum cõtendere, quod vides fieri. Hæc autè prophetata nega, quum coram videtur, aut adimpleta quum leguntur: aut si non negas vtunque, in eo erunt adimpleta, in quem sunt prophetata.

Psal. 21.

Psal. 44.

Isai. 55.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM ADVERSVS IVDÆOS.

C A P. I.

Roximè accidit, disputatio habita est Christiano & profelyto Iudæo.] Caput primum inscriptissimus (vt omittimus initium quod Prologum continet) De Gentibus ad gratiam & legem Dei admittendis. quod imitatur B. Cyprian. lib. 1. Testim. aduersus Iudæos, cap. 1. & 19. Atqui τὸ ποσὸν ἄλλος apud Iudæos nuncupabatur ex gentibus, nec de profapia Israëlitarum Iudæus, id est, qui ex gentibus ad ipsorum legem accessisset; voce etiam scripturis vsitata, 1. Paral. 22. & 2. Paral. 2. ac 3. Tob. 1. Isai. 52. sicuti iuxta 70. infra citatur Ezechiel. 14. Matth. 23. & Act. 2. De prouerbiali autem formula: contentioso fune diem in vespere trahere, videat Lector nostra Prolegomena. Spectantes denique; pro spectatoribus accipi, ad marginem adnotauit Rhenan. Ego verò ex Vaticano cod. lego lectionis stylo, pro: lectionibus.

2. sibi vindicare Dei legem.] Vaticano cod. vindicare perinde est. nam & vindicare, quod à vindicijs derivatur, est rem controuersam sibi adserere. Ex quo etiam reposuimus paulopost: Israël, pro: Israëlitis, & adiecimus: dicens.

3. de duobus populis intelligitur, &c.] Hyperbaton est locus iste, aut corruptus, cui ex MS. mederi non licuit. Sine autem legamus edictum, sive dictum, vt habebat 1. editio, non refert.

4. Nam & secundum memorias, &c.] Memorias vsurpat pro scripturis sacris, & abrelicta (vt adnotauit Rhen.) hic & postea, pro: derelicta. Paulopost MS. legit: deseruiuit, pro: seruiuit, quorum vtrumque placet.

5. & anulis virorum, &c.] similiter B. Ambros.

epist. 56. ad Romulum: Coactus igitur Aaron petit anulos eorum, & mures mulierum. Quum autem istud neque Græcè hodie legatur, neque Latine in editione B. Hieronymi reperitur, oportet diuersam fuisse 70. editionem quibusdam in locis, ab ea quæ nunc existat: quod confirmatur ex verbis quæ mox ab Authore citantur: Hij sunt dii qui nos eiecerunt de terra Egypti, pro eo quod alibi est: Dij tui qui te, &c. quod semel adnotasse sufficit, quando id ex Indice scripturarum colligere possit Lector. Porro etiam B. Cyprianus loco priori citato vsurpat: eicere, pro: educere. Nos verò ex Vaticano cod. restituumus: probatur, pro: putabatur, & addidimus paulopost: Deum.

C A P. II.

6. Igitur gradum conferamus, & summam quæstionis ipsius certis lineis determinemus.] secundum huic capiti titulum imposuimus: Quod lex naturalis lege Mosi sit antiquior, qua vigente neque Sabbathum neque circumcisio obseruata sunt. Atqui de duabus hic formulis prouerbialibus, vide nostra supra citata Prolegomena. Legit verò MS. cod. terminemus: sed illud placet.

7. Diliges proximum tibi.] In MS. est: tuum, quæ admodum & in communi edit. 70. sed illud: tibi, ad mutationem est eius quod Græcè est: τὸν πλησίον σου. Legimus autem ex MS. non concupissent, pro: concupiscerent.

8. nec in Choreb tantum.] Ita hunc locum restituumus, pro: Oreb. ex vestigijs cod. MS. qui habebat: Chores, quum 70. legant constanter Græcè Χορὴ, & Hebraicum ח, Græco exprimentes. Restè autem addit Auther aut in Syna & in eremo primum, quia priores legis tabula Mosi tradita sunt in monte Syna, postea

riores, ut constat Exod. 33. in monte Choreb, de quo la- tius B. Hieronymi lib. de A. mansoniibus. Ex eodem legi- mus: futuram, pro: futurum. Et paulopost ex MS. adie- citus: eius. De Enoch vide Adnot. nostras ad lib. de Resurr. carn. ubi sicut hic, ipsum & Heliam aternitatis candidatos nominat.

C A P. III.

9. Sed Abraham, inquit, circumcisus est, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod circumcisio in si- gnum data sit spiritalis circumcissionis, seu ut B. Cy- prianum imitemur lib. 1. supracitato cap. 8. Quod cir- cumcisio prima carnalis euacuata sit, & secunda spiritalis repromissa. Tertullianus, dum cap. precedenti negat circumcissione hominem purgari, & hic in signum datam dicit, non in salutis prerogatiuam, differentiam insinuat inter circumcissionem & bap- tismum, aliaque noua legis sacramenta, quod quamquam in circumcissione dabatur salus, & remittebatur originale peccatum, non tamen per circumcissionem sicuti per ba- ptismum, sed solum ex vi pacti a Deo cum Iudaeis ini- ti. Atque adeo intelligendus Auctor adinstar illius ad quod aludat Apostolus Rom. 4. Et signum accepit circumcissionis, signaculum iustitiae fidei, quae est in preputio. Atqui illud: inquit, hic & postea refertur ad Iudaeum profelytum. Legimus autem ipsi Abraham ex MS. ac pau- lopost: in ducis filium, cum 1. editione, pro: iudicis. Per- inde verò est, siue legatur: scelerati, ut excuss, siue: sceler- sti, ut B. Cyprianus & MS.

10. Et alio loco dicit, &c.] Nempè scriptura. Interim hoc ex MS. recens adiecit, nam alibi reperitur quod se- quitur: Ecce dies veniunt, quod ipsum & Hebraeo & Graeco textui, ac B. Cyprian. ubi supra cap. 11. conforme est, pro quo malè excuss: venient.

11. super vertices montium.] MS. verticem: sed quia infra lib. 3. aduers. Marcionem transferi super sum- mos montes, magis illud placet, maxime quum Graeca Regia Dn. Aria Montani Bibliorum editio ουραυ legat, quamquam interim hoc respondeat Hebraeo, & editioni Graeca Argenteratensi, quae ουραυ habet. Atqui rectè Rhen. castigauit ex Gorziensi cod. prioris filij, pro: po- puli, ac: dicitur, pro: dicentur, demique: abolitionem, pro: obolitionem. Addidimus autem: Lex, ex MS.

12. & hostis executionem.] Executionem, inquit Rhenan. pro persecutione, sicut lib. 1. adu. Marc. Quid denique adulantius quam delicta non exequi, id est, non persequi. & ibidem paulo ante: executione mali, ac postea: executore delicti, id est, iudice. Qui addit in illius loci commentario; non aliter Pomponium Iurecon- sultum D. lib. 48. tit. de accus. & inscripi. dixisse: mortem exequi, pro, instigare actionem de parricidio perpetrato.

13. per Erythraeum pelagum.] Plinium, vii solet, imitatur, qui Erythraeum mare nuncupat lib. 6. cap. 23. quod nos Rubrum dicimus, sicuti & Dionys. de situ orbis, ερυθραϊον πελαγος.

C A P. IIII.

14. Sequitur itaque, &c.] Inscriptionem huic capi- ti dedimus: Quod & Sabbati obseruatio tempora- lis fuerit. Tractatur autem idem argumentum iisdem pe- nè verbis lib. 3. & 4. aduers. Marc. T. 3.

15. expuncta.] Id est (inquit Rhenan.) praestita, per- fecta, adimpleta. sic infra: renuntiat expuncta. item: expuncta consideramus. rursus: quod sequitur exp- unctum est. Similiter T. 2. lib. de Patientia: omnem

patientia speciem expunxit. & lib. ad Mart. expun- cti contumelia. Item T. 3. lib. de Resurr. carnis: iudicium resurrectio expungeat lib. 3. ad Marciam expunctum. & expungendam putauit. lib. 4. adu. eundem: inue- niatur expuncta. ac lib. 5. aduers. eundem: expunxerit- mus. Metaphoram denique expressit T. 2. lib. de Cor. mili- tis, quum dicit: Expungebantur in castris milites, de qua laius Adnot. nostris in Epist. 38. B. Cyprian. nu. 5. hoc vno addito ex Rhen. in dictum locum lib. de Patient. quod Veteres in Calendariis, quae cera ut plurimum constabant, verso stylo expungebant nomina seu diuina dissoluta. Addidimus autem paulopost ex MS. ab.

16. sicut per prophetam praedicatum est: Ecce profelyti per me ad te ibunt.] Ex MS. Vocem Terul- lianicam: praedicatum, substitutum, pro: dictum. Citat autem eandem scripturam infra dicto lib. 3. adu. Marc. & paulo post explicat, nominatim Isaie adscribens, apud quem reperiri iuxta 70. cap. 52. adnotarunt quidam, sed ibidem haecenus non reperi. Legimus autem paulopost: Sab- bati religione, pro: religione.

17. Nam & temporibus Machabeorum, &c.] Quandoquidem Machabeorum hic historiam citet in re fidei, non dubium quin illam pro Canonica scriptura co- gnouerit. Verum de hoc laius Adnot. nostris in B. Cypria- ni c. 18. lib. 3. Testimoniorum. quibus addè, quod non sit mi- rum, si in Canone Hebraeorum libri illi non habeantur, quandoquidem plusquam seculo post illum ab Esdra edi- tum conscripti sint. Nam inter Cyrum Darij successorem, sub quo Esdras claruit, & Antiochum Epiphanem, sub quo Machabei, anni intercesserunt ut minimum 180.

18. & hostes Allophylos.] Αλλοφύλος Graeci Bi- bliorum interpretes (inquit B. Hieron. in Isaie c. 2.) sunt in- terpretati, pro Philistinum, quae est hodie gens Palestina: quod ipsum comprobatur & in editione Latina 70. ex titulo P. sal. 55. Verum hic id refert Tertullianus ad Graecos, con- tra quos Machabei dimicabant, eo quod vox Graeca alie- nigenas significet in genere.

C A P. V.

19. Sic & sacrificia, &c.] Istud caput hoc titulo insi- gnimus: Quod & sacrificia terrenarum oblatio- num figurae fuerint spiritualium. Cui respondet in- scriptio, qua Auctorem imitatur c. 16. lib. 1. Testim. B. Cypri. Quod sacrificium vetus euacuaretur, & nouum celebra- retur. Atqui cum MS. legimus conformiter Hebraico, Graeco, & Latino exemplaribus: Vbi est Abel frater tuus? & nunquid custos fratris mei sum ego?

20. Gemens & tremens eris super terram, & omnis qui te inuenerit occidet.] Secundum scripturae veritatem non sunt haec Dei verba: quipotius ille posito in Cain signo cauet, ut non occidat eum omnis qui inuenerit eum; cui correspondet & Iosephus Antiq. lib. 1. cap. 3. quin & ipse Tertull. infra T. 3. lib. 2. aduers. Marc. in hac verba: Cain & maledixit, & cupidum morte luere deli- ctum moti interim vetuit. Videtur itaque mutilus iste locus vitio librariorum, qui inter bis repetitum Gemens & tremens super terram, media transilierunt, atque adeo sic supplendus & emendandus: Gemens, & tre- mens eris super terram. Et dixit Cain ad Domi- num: Maius delictum meum, quam ut remittatur mihi, & euicies me hodie à facie terre, & à facie tua abscondat, & ero gemens & tremens super ter- ram, & omnis qui me inuenerit, occidet.

21. Denique quum per Moysen in Leuitico, &c.] Vel ex hoc loco patet subinde memoria lapsam Aucto- rem in citandis scripturarum locis, quum hoc prescri- ptum

ptum nusquam in Leuitico reperitur, sed Deuter. 13. Eo- dem perimet quod supra c. 3. dixit: Et idè subsequens sermo prophetae, &c. quum praecedat ea scriptura illam quae prius citata est, non subsequatur: & infra: Et alibi dicit, quum eodem capite conimeatur, quod semel adno- tasse sufficiat contra sciolos quosdam, qui nolunt admittere in Patribus ἀμαρτημα ἠμαρτων. Restituimus au- tem ex MS. repromissionis, pro: promissionis; & terra sancta, pro: terram sanctam.

22. Et in omni loco offeruntur, &c.] Sic ex MS. & hic, & sub finem capitis, conformiter Latino, Graeco, & Hebraico textui, pro: offerentur, maxime quum sic legat etiam B. Cyprianus ubi supra, & ipse Auctor infra à Tom. 3. lib. 3. aduersus Marc. ubi paulo laius explicat sacrificia munda seu spiritalia, non modo ut intelligan- tur quemadmodum hic loquitur, sacrificia laudis, & cor contribulatum, sed etiam Gloriae relatio, & be- nedictio, & laus, & hymni; denique: Ecclesiarum sa- cramenta, & munditiae sacrificiorum. Quare valeant Magdenburgenses, qui ex hoc Tertulliani loco & simili, sub initium lib. 4. aduers. Marc. argumentum sumunt ad- uersus Ecclesiae sacrificium, quum illud maxime ab Au- ctore confirmetur verbis illis modo citatis. P. omittam lo- cos, de quibus supra. ad Scapulam, c. 2. n. 11. & infra la- tius lib. de Orat. nu. 1. ubi disertis verbis sacrificij Ecclesiae memini. Certe ex Lecturae Latinae nostrae T. 1. pag. 9. & se- qu. Videre est conformem Patrum loci huius Malachiae in- tellectum de Ecclesiae sacrificio: & nominatim SS. Iustini Mart. Irenaei, Cypriani, Eusebij Casariensis, Chrysost. Hie- ron. August. Theodoret, & Damasceni.

23. Quoniam etiam aduleritis mihi simillam.] Sic veritè quod Graecè est σμιδάλω. pro qua Latinus inter- pres: sacrificium transiit.

24. nec si veniatis videri mihi.] Videri pro: appa- rere, quod legit dicta Latina editio 70. & haud absimili- ter veritè noster interpres ex Hebraeo: cum veneritis an- te conspectum meum.

C A P. VI.

25. De Sabbato & circumcissione, & legis vete- ris & nouae obseruatione.] Quemadmodum haud du- bie titulus hic ex margine (sicuti & sequentes aliquot) in textum irrepserunt, ita putavi iterum in marginem re- iiciendum, idque eo magis, quod cum hoc caput quaedam sit conclusio ex praecedentibus, hic potius titulus conueniat: Ex praecedentibus concludi legem nouam super- uenturam, atque adeo quaerendum, an iam nouae legis lator venerit necne. Legimus autem praecedenti tempori, pro: tempore; & iuxta MS. cod. omisimus illud: oriiretur lumen, utpote superfluum, quandoqui- dem praecedat: fulgente nobis lumine.

26. De natiuitate Christi, & aduentu primo.] Hunc titulum ne quidem ad marginem transcriptimus, quod huic loco non conueniat. Restituimus etiam quod habebat prima editio: Nam etiam, phrasi Tertullianica, pro eo quod tanquam elegantius substitutum fuit. Hic in- quam, & omisimus: an, ubi legebatur: an necne.

C A P. VII.

27. Igitur in isto gradum conferamus, an, qui venturus Christus adnunciabatur, iam venerit.] Ita ex MS. & 1. edit. pro eo quod erat: an qui venturus est Christus. Titulum autem huic capiti dedimus: Quod nouae legis lator non expectetur, sed iam venerit, ex Prophetis de regno eius inter Gentes aeterno manifestum fieri. Atqui de Prouerbiali formula: Gra- dum conferre, videantur nostra Prolegomena. Legimus

verò ex MS. praecauerint vocem Tertullianicam, pro: praecinerint.

28. Sic dicit Dominus Deus Christo meo Do- mino.] De erronea hac lectione, & tamen iam olim in- ueterata, vide Adnot. nostras in S. Cyprian. lib. 1. Testim. adu. Iud. cap. 21. nu. 60.

29. Cui enim dexteram tenet pater, &c.] Allu- dit haud dubie ad locum scripturae praecedentem, sicuti etiam in illo: quem exaudierunt omnes gentes.

30. Parthi, Medi, Elamitae.] Comprobans Auctor, quod iam tum omnes Gentes in Christum crediderant, pri- mum dicitur verbis scripturae Act. 2. de iis qui, ubi in se- sto Pentecostes audierant Apostolos suis quibusque linguis loquentes, ad Christum conuersi sunt. Vbi ex instituto vi- dentur coniuncti Parthi, Medi, & Elamitae, (non Ela- mitae) id est Persae, sic ab Elam filio Sem (teste Iosepho Antiq. lib. 1. cap. 7.) nuncupati, eo quod sibi inuicem dicit si- sint. Atqui confirmatur Auctoris sententia à B. Sophro- nio Catal. Graecor. Vir. illustrium inter opera Hieronymi, qui B. Thomam Apostolum praedicasse dicit Euangelium Christi, Parthis, Medis, & Persis; Carmanis quoque, Elricanis, Bactris, & Magis; Indis denique, apud quos in ciuitate Calamina martyrum passus sit.


31. Et qui inhabitant Mesopotamiam.] Apud Mesopotamiam primi Doctores recensentur ab Epipha- nio, Arbelamus & Marcellus; quam tamen sua cepit he- resis inficere Bardesanes Valentinus sectator, etiam ante Ter- tullianum.

32. Armeniam.] Huius quidem in Actis Apostolo- rum provincia non sit mentio: sed iam tum etiam Christi fidem apud eos viguisse vel inde manifestum est, quod non ita multo post Armenij bellum Maximino tyranno in- dixerint, antea socij Romanorum, Christiana fidei & reli- gionis ergo, à qua illos ad idololatriam conbatur abdu- cere. Testis est eius rei Niceph. Ecl. hist. lib. 7. cap. 28.

33. Phrygiam.] Quum Phrygia Asiae minoris sit prouincia, rectius Act. 2. coniungitur cum Asia & Pam- phylia, quippe quae, ut est Act. 16. & 18. etiam peragraue- rit B. Apostolus Paulus. Hierapolis autem Phrygiae op- pido sepulchri fuit, teste Sophronio, ubi supra, B. Philippus Apostolus cum filiabus. Insuper eadem hac ferè aetate ce- lebrata narrat Iconij & Synaede Concilia de baptisma hereticorum, Firmilianus, de quo infra Epist. lxx. quam edidimus inter B. Cypri. opera, & Dionys. Alexandr. Epi- scopus ad Philemonem apud Euseb. lib. 25. cap. 6. & Ni- ceph. lib. 3. cap. 9.

34. Cappadociam, & incolentes Pontum.] Ad electos aduenas dispersionis Ponti, Galatiae, Cappado- ciae, Asiae, & Bythiniae suam priorem scripsit Epistolam Canonicam B. Petrus Apostolorum princeps. Deinde per- secutionis Christianorum in Cappadocia meminit supra Auctor lib. ad Scapulam cap. 3. Cuius sedes Episcopales, Ce- sareae, in qua dictus Firmilianus paulopost Episcopus, Ama- sia, in qua quondam Phedimus & Laranus, iuxta Euse- bium & Niceph. qui etiam Miconij mentionem faciunt.

35. Asiam & Pamphyliam.] In Asia Apostolicas Ecclesias recenset laus Auctor noster lib. de Praescript. ha- retic. Claruerunt autem in ea praeter BB. Paulum & Bar- nabam Apostolos, qui Asiam & Pamphyliam peragrauerunt Act. 13. 14. 15. & 27. scriptores Ecclesiastici iux- ta B. Hieron. Catal. Vir. illustrium, iam ante Tertullianum Apollinaris & Papias Hierapolitani, Quadratus, Aristides Athenienses, Melito Sardenis, Dionysius & Bacchilus Corinthij, Rhodon Asianus, ac Polycrates Ephesum.



36. immorantes Ægyptum.] *Vel sola Alexandria Ægypti metropolis Ecclesia à B. Marco Evangelista institutio, de qua Latini in nostris Leturgicis Latin. pag. 88. sequent. omnibus, usque adeo nota est, ut pluribus non sit opus. His adde antiquiores Hermopolitanam, Nili, Arsenoiten, & Tingitanam.*

37. Et regionem Africam, quæ est trans Cyrenem.] *Pentapolim Cyrenaicam (de qua Plin. lib. 5. cap. 5. Pompon. Mela lib. 1. Strabo lib. 17. & Ann. Marcell. lib. 22.) ita periphrasi quadam post B. Lucam delimitatur. Erant autem in ea civitates quinque, Berenice, Apollonia, Ptolemæis, quæ & Barce, Arsinoe, & ipsa à qua denominatio Cyrene.*

38. Romani & incolæ, tunc & in Hierusalem Iudæi.] *Ita profus distinguo, ut incolæ iidem sint Auctori qui Act. 2. aduenæ, quandoquidem & Cicero lib. Offic. eadem significatione dixerit: Peregrini atque incolæ officium est nihil præter suum negotium agere. Addit autem: tunc, ut indicet id temporis quidem Iudæos credidisse, sed non sua ætate. Porro de Romana Ecclesia vide Adnot. nostras in B. Cypr. epist. 45. nu. 6. & 55. nu. 90. ac 91. & in Symbolum nu. 17. infra quoque T. 3. ad libros Auctoris de Prescript. adu. hereticos.*

39. ut iam Getulorum varietates.] *Getuli, qui & Libyes, Africa populi prope tractum inhabitabilem iuxta Melam Pomponium, qui primi omnium (teste Sallustio in Iugurtha) eam regionem tenuerunt, asperi incultique, quibus cibus caro ferina atque humi pabulum uti pecoribus, qui neque moribus neque lege neque imperio cuiquam recebantur, & vagi palantes quo nox coegerat, sedes habebant. Unde & paulopost Auctor, Getulorum barbaries dixit.*

40. & Maurorum multi fines.] *Mauritania Ecclesiarum persecutionis meminit Auctor supra lib. ad Scapulam cap. 4. Atqui Maurorum multi fines, id est: Gentes multa, à Plinio recensentur hist. natur. lib. 5. cap. 2. & 3. & de Mauritaniis duabus aliquid diximus Adnot. nostris in B. Cypr. epist. 45. nu. 7. & 8.*

41. Hispaniarum omnes termini.] *Videntur hinc Hispaniæ regna omnia iam tum Christi fidem suscepisse, inter quæ Præfex Legionis Christianorum hostis recensetur à Tertulliano loco citato, & eiusdem ac Africæ B. Cypr. epist. 68. Vbi vide Adnot. nostras num. 2. Atqui Hispaniarum Apostolus celebratur iuxta B. Isidorum B. Iacobus maior. Testis est etiam B. Ioan. Chrysost. profectio- nis B. Pauli Apostoli in Hispanias, ubi locum tractat 2. Tim. 4. cui satis consentit B. Hieron. loco supracitato, dum scribit post primam sub Nerone captiuitatem predicasse illum in partibus Occidentis. Et expressè adstantur Dorotheus in Synopsi, Athanas. ad Dracont. & Epiphani. alicubi.*

42. Galliarum diuersæ nationes.] *Ut ne sim prolixior in commemorandis Galliarum diuersis nationibus, Lectori sufficiat hoc loco, quod primus Galatarum (vix patet ex Epist. ad Titum cap. 4.) atque adeo Gallorum, præsertim Viennensium, Apostolus fuerit B. Crescens, B. Pauli Apostoli discipulus, deinde B. Marialis Lemouicensis, Burdegalsis, Agenensis, Cadurcorum, Ruthbensis, Amiciensis, Engolsimensis & Mimiatensis, Saturninus Tolosanus, Austronomus Aruernensis, Paulus Narbonensis, Fronto Petragoricorum, Eutropius Xantiensis, Gaius Turonensis, Iulianus Cenomannorum, Benignus Lingonensis, B. Dionysius Areopagita Parisiorum, Aphrodisius & Priscus Bituricum, Saunianus*

& Potentianus Senonensis, Clemens Metensium, & Belgarum, Valerius Treurensum, Maternus Coloniensium & Tungrorum, Regulus ac Trophimus Arelatensis, & Sanctinus Carnotensium, Meldensium & Viridunensium Episcopi. Sicuti late deducit primo Centenario suo Isengrenius, & multorum meminit B. Petrus Cluniacensis adu. heres. de templis, de quorum adeo Leturgicis testimonia reperire est inter nostra Latinorum Leturgica, pag. 93. & sequentibus.

43. & Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo verò subdita.] *Gesserunt quidem cum Britannis bella Iulius Cæsar & Claudius Imperator, teste Beda hist. Angl. lib. 1. cap. 2. & inde Britannicus dictus; sed & plurimam Insula partem occuparunt. Deinde & Vespasianus, alique Romani præfecti eam administrarunt. Quinetiam Adrianus, Pertinax, & Albinus Imperatores in eam transferunt, teste Polydoro Vergilio Angl. hist. lib. 2. Nemo tamen ante Sæverum integram Insulam obtinuit, & Pictones ab eo primum in montana compulsi sunt, usque adeo ut verè asserat Polydorus ad Septentrionales Britannicæ partes priores Cæsares non peruenisse. Atqui adeo rectè Romanis inaccessa loca nuncupat Auctor, utpote quum liber iste diu ante expeditionem Sæveri Britannicam, sub finem Vitæ ab eo susceptam, in qua etiam perit, scriptus sit. Et tamen (quod illa aduersatiua particula: verò, subindicat) Christo subdita, quippe quum (iuxta Bedam & Polydorum) sub Marco Antonino Vero Britannia omnium Prouinciarum prima, rogatu Lucij Regis, & auspiciis Eleutherij Papa Romani, opera S. Fugati & Damiani, publicè tota Euangelium receperit. Imò si Polydoro credatur, iam antea illic fidei fundamenta iacta fuerint à B. Iosepho ab Arimatia: quod confirmat Gildas Britannus, asserens iam inde ab ortu Euangelij Britannos Christi Religionem suscepisse; quare non placet lectio MS. cod. in accessu Romanorum loca Christo vero subdita.*

44. & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum.] *De his in hac verba Plin. ubi supra lib. 4. cap. 12. Ab eo in plenum quidem omnes Scythæ, variè tamè littori apposta tenere; aliàs Getæ, Daci Romanis dicti; aliàs Sarmatæ Græci Sauromate, &c. Superiora verò inter Danubium & Hercynium saltum usque ad Pannonicam Hyberna Carnuti; Germanorumque ibi confinium campos & plana laxos Sarmatæ, montes verò pulsi ab his Daci. Quare rectè Auctor tum hic, tum libro de Anima infra T. 3. Gentes has coniungit, eisdem paulopost vno Germanorum nomine comprehendens. Et de parte aliquâ singularum harum Prouinciarum intelligendum Auctorem non malè adnotauit Rhenanus. Atqui Titum profectum in Dalmatiam testis est ipse B. Paulus sua 2. ad Tim. Epist. cap. 4. Deinde traditur B. Apollinaris B. Petri Apostoli discipulus, primus Rauenna Episcopus, etiam Dalmatæ & dicti Danubij ac colis Euangelium predicasse. Sunt qui & B. Thomam Germanorum Apostolum faciunt. Scythias autem, Sogdianis & Soccis fidem Christi tradidisse B. Andream Apostolum scribit, ubi supra, Sophronius; inde profectum in Sebastopolim magnam, ubi interiores incolunt, Ethiopes. Ad quos fortassis alludit Auctor adiciens: & abditarum multarum gentium. Ceterum legimus paulopost cum MS. populus nominis Christi inhabitet, pro: Christiani habitet.*

45. qui omnibus in æternum gentibus regnaturus nunciabatur.] *Addidimus: gentibus, ex MS. quia alludere eum ad aliquod scripturæ testimonium de regno Christi*

Christi æterni in omnibus gentibus patet ex aduersatiua illa de regno Salomonis. Sed in finibus Iudææ (sic enim lego, pro: Iudææ) tantum, & similibus aliquot, maxime autem illa: non habuit in omnibus gentibus potestatem. Videtur autem alludere ad illud Danielis 7. quod infra citatur cap. 11. & lib. 4. adu. Marc. T. 3. Et data est ei potestas regni, & omnes nationes terræ secundum genus, & omnis gloria feruent ei, & potestas illius æterna, &c. Atqui etiam hic illud: De regno Christi æterni, ad marginem reiecit.

46. Si Babylonis & Parthis regnauit Darius.] *Agit de Dario primo, qui occupauit Babylonem, & interfecit Balchazar regem, qui quum rex Persarum fuerit, confirmatur nostra sententia in cap. 2. lib. de Paliio, quod Parthi Auctori nostro iudem sint qui Persæ, & contrariò.*

47. vel quisque.] *Quisque, pro: quisquis, familiare esse Tertulliano etiam alibi adnotauimus.*

48. ab India usque Athiopiam.] *Huc pertinet imprimis illud Plinij lib. 6. cap. 26. Babylon Chaldaicarum gentium caput diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæq; Babylonia appellata est. Item quod habet 24. cap. Plura sunt segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauerunt, Græci parallelos. Principium habet India pars versus austrum. Patet usque Arabiam & rubri maris incolæ. Continentur Gedrosi, Persæ, Carmani, Elymnei, (qui supra Elamitæ) Parthiæ, Aria, Susiana, Mesopotamia, Seleucia cognominata Babylonia, Arabia ad Petram usque, Syria Cæle, Pelusium Ægypti. Quibus posterioribus prouinciis à Mesopotamia ad Pelusium usque, & post debellatam Ægyptum ad Ethiopes usque Ægypto conterminos Nabuchodonosor cum suis Regibus habuit regni sui terminos. Deinde etiam sub secundo circulo post excidium Hierosolymitanum amplectebatur (ut eiusdem verbis utar) Babylonem, Idumæam, Samariam, Hierosolymam, & reliquas Syria prouincias ac oppida. Si autem Assyriam coniungas, quæ Sogdianos & Sacas complectitur, à meridie terminatur India intra Gangem parte Imas montis, quæ sub illa est. Vide de his Tabulam apud Ptolomeum lib. 4. 5. & 10.*

49. Alexander Macedo, &c.] *Vide Q. Curtium.*

50. Si Germani, adhuc usque limites transgredi non sinuntur.] *Germani à Romanis potius bellum in ætatem usque Tertulliani passî sunt quam intulerunt, quod metuerent illi ne fines suos transgredirentur, utpote uaticinantes, quanta postea mala Italia intulerunt Longobardi, Gothi, Hunni, Vandali, Squadi, & id genus Germani.*

51. Maurorū gens, & Getulorum barbaries, &c.] *Barbaries & Barbariæ & Barbaria pro regione seu regionibus Barbaris usurpata Tertulliano, tum hic, tum Tom. 2. de Fel. Virg. & Tom. 3. lib. 1. aduers. Marcion. & alibi.*

52. nec trans istas gentes porrigere vires regni sui possunt.] *Causam huius rei tradit Iosephus oratione sua ad Iudæos, lib. 6. de bello Iudæico cap. 11. Quid Romanos effugit, nisi quod propter æstus & frigora esset inuile? Paulopost verò rectè castigauit Rhen. ex Gorziens. codice: Barbari, pro: Barbara.*

CAP. VIII.

53. Itaque requirenda tempora, &c.] *Titulus huius capituli, quem ad marginem etiam reiecit, hæc tenens excusus erat: De Passione Christi, & visitatione Hierusalem. sed iste Auctori magis conformis est: De*

temporibus aduentus ac passionis Christi, & terminij ciuitatis Hierusalem. Restitimus autem ex MS. operationibus, Vocem Tertullianicam, pro: operibus. Citant porro Auctor Glossæ ordinariæ, Hugo, ac B. Hieron. Comment. in Daniele, magnam huius capituli partem ab eo loco qui incipit: Unde ergo ostendimus, &c. usque ad illud: Igitur expletis his. Hieronymum autem citat, & hunc locum imitatur B. Prosper, aut quisquis est Auctor librorum de Promiss. & Predict. Dei, part. 2. cap. 35. Imitatur etiam Iulianus Pomerius contra Iud. lib. 1. editus in Bibl. SS. Patrum T. 5. immò nominatim citat, cuius verba ipsa adserimus, quia multum lucis adferunt: Alij (inquit) à primo Darij anno, quando & Daniel hanc visionem vidit, usque ad aduentum Christi euolutas fuisse sexaginta duas & dimidiam hebdomadas docuerunt, pro eo quod & in ipsa Prophetia Danielis sic subditise monstrantur. Reliquas autem septem hebdomadas & dimidiam in Passione Christi, & expugnatione Iudæorum, quæ per Vespasianum deuicti sunt, completas esse definiunt. Alium vitæ ordinem regnorum (sic lego, pro: regnum) & supputationem sequentes amouit, quam illi quos præmissimus, tenuerunt. Sicut Tertullianus in libro quem contra Iudæos scripsit, præloquitur, cuius iam breuiter verba ponenda sunt. Sic enim ait: Unde igitur ostendimus, &c. Si ergo secundum Tertullianum has hebdomadas supputare velis, in earum euolutione & natiuitatem, & Passionem Christi, excidiumque Hierosolymorum (sicut à Prophetia prædictum est) completum fuisse videbis. Atqui scio (ut B. Hieron. verbis utar, qui diuersas adfert sententias Africani, Eusebij, Clementis Alexandr. Apollinarij & Hebræorum) de hac questione variè ab eruditiss. Viris disputatum, & unumquemque pro captiui ingenij sui dixisse quod senserat. Sed quia periculosum est de Magistrorum Ecclesie iudicare sententias, & alteram præferre alteri, Lectoris arbitrio derelinquo, cuius expositionem sequi debent, dummodo (iuxta veteres omnes) aduentu Christi adierimus tempora à Daniele prædicta, & perspicua sit Auctoris nostri, prima facie subobscura, sententia; in qua non parum nos laborasse, ex Adnot. nostris sequentibus colligi poterit.

54. In principio obsecrationis tuæ.] *Sic restitui hunc locum, pro: obsecrationis, ex originalibus fontibus huius scripturæ Danielis, non solum Hebræis, sed & Græcis, si non 70. saltem Theodotionis editione. Græcè enim est ἐν τῆ ἀρχῇ τῆς δεήσεως σου. quæ vox deprecationem vel obsecrationem significat.*

55. quoadusque inueteretur delictum, & fignentur peccata, & exorentur iniustitiæ.] *Tria etiã membra hæc dumtaxat reperire est in Africano apud B. Hieron. similiter & apud B. Prosperum locis citatis; neque verò etiam plura in editione Latina B. Hieron. ex Hebræo. Clemens tamen Alexandrinus Strom. lib. 1. quartum membrum interponit: & deleat iniquitates. & Græcè item additur: καὶ ἀπολεῖται τὰς ἀνομίας, quod Latine translatum est: & ad delendum iniquitates. Verum videtur id aliquando ex margine in textum irrepisse ad interpretationem secundi membri, καὶ τὰς φερούσας ἀμαρτίας, quod ut signentur peccata, veteres omnes vertentur, phrasi scripturæ, quæ signari seu obfignari accipit, pro adimpleri, sinem accipere, & proinde etiam deleri.*

56. & ut signetur visio & prophetes.] *Id est, adimpleatur, quod B. Prosper translulit, & B. Hieron. ex Hebræo, iuxta illud: Lex & propheta usque ad Ioannem, quemadmodum etiam infra interpretatur ipse Auctor:*

Quum autem etiam variant Graeci cod. legentes aut: πο-
φαιτω, aut: ποφαιτω, & illud etiam disertis verbis
Africanus & Clemens; perinde est, siue hic legatur:
Prophetes, siue: Prophetia, maxime quum postea Au-
thor tam in MS. cod. quam apud Iulianum Pomerium &
alios, modo hoc, modo illud legat. Idem etiam est siue legas hic
& postea: a profectioe sermonis, quod Graeco &
Hebraeo textu magis conforme est, siue: prophetatione,
sicut legunt MS. & Iulianus. Lego vero ex MS. & vt
vngatur.

57. integrando & reardificando. Quum paulopost
haec verba repetens vertat istud hoc modo: respondere me
tibi, ad verbum ex Graeco: τὸ ἀποκριθῆναι, puto legi de-
bere in respondendo, maxime quum Africanus, Clemens,
Eusebius, Prosper constanter legant: vt respondeatur, seu:
vt respondeas, siue: in respondendo. Nolui tamen in
textu immutare ob nimiam litterarum distantiam; eo quod
MS. etiam illud legat. Interpretatur autem illud Glossa in-
terlinearis, intelliges, a profectioe sermonis, quo responde-
bitur vt adificetur Hierusalem, computationem incipi de-
bere hebdomadarum. Auctor vero noster paulo aliter, ac
si dicat angelus, ab exitu sermonis quo tibi respondeo.

58. Hebdomadas septem & dimidiam & LXII.
& dimidiam. Illud septem & dimidiam adiecit,
tum quod hoc disertis verbis interpretetur & hoc capite,
& iterum sub finem 11. c. tum quod illud: hebdomadas
septem legant Hebraei, Graeci & Latini codices, & Pa-
tres omnes; immo Glossa interlinearis, vbi apud Vulga-
tum interpretetur Latinum paulopost habetur: Et post lxxij.
hebd. occidetur Christus, addit: & septem, sicut etiam Ly-
ranus. Neque vero obstat quod primum interpretetur seor-
sum lxxij. hebdom. & dimidiam, & postea: septem
& dimidiam, vt supradictum est m. 53. quia etsi pleriq;
Patrum prius putent adimpletas septem, & postea lxxij.
certe Hebraei, etsi in reliquo absurde, postremo tamen etiam
loco septē hebdom. complendas sentiunt, addentes (apud
B. Hier. in comment.) Nec moueat quod primum numeren-
tur vij. hebdom. & postea lxxij. & rursus vna qua in
duas partes diuiditur. Est enim hoc idioma sermonis He-
braici & antiquorum sermonis Latini, vt ante minorem
numerum supputent, & postea maiorem; vt verbi gratia:
Abraham vixit annos quinque & septuaginta & centij.

59. & conuertet & adificabitur. Clemens Ale-
xandr. conuertetur, sed magis illud placet, eo quod Grae-
ce sit: ἐπιστρέψῃ, quare etiam ille sic castigandus videtur.
Quod Periphrasticos sic vertit vetus interpretes edit. 70.
(suū Theodotionis, secundum cuius editionem editum scri-
bit hunc librum B. Hieron.) & rursus adificabitur,
sicut & Latina ex Hebraica editione.

60. in latitudinem. Certē si vsquam alibi, tum ex prae-
cedent. tum ex sequentibus in hoc capite, constat verum esse
quod scribit B. Ambros. & in vita Auctoris a nobis ci-
tatum est, etiam ipsos Graecos diuersos habuisse scripturæ
sacrae codices, atque hinc quæ in Latinis reprehenduntur,
inueniri tamen posita à Tertulliano, Victorino, & Cypria-
no. Est enim prorsus peculiaris hæc lectio, & quæ cum Grae-
ca voce πλατεια, quam legunt Patres reliqui, & inter-
pretantur ex Hebr. eo Latini, minime conueniat, & quæ adeo
vt legisse debeat eis τὴν πλατεια, hoc est, vt paulopost
translulit: in latitudinem; quo fit vt suspicauer nouam
uocem hic legendam: latitiam, non: latitiam, nisi ex
Varone scirem lib. 5. de Lat. ling. etiam à latitudine lati-
tiam dici. Latari enim (inquit) ab eo quod latius gau-
dium propter magni boni opinionem diffusum.

61. & conuallationem. Hoc uicissim Graeca uari-

περίτειχος magis correspondet, quam quod alij mu-
rum vertunt: quandoquidem Isai. 16. vertatur: circum-
murale.

62. & innouabuntur tempora. Sic etiam Clemens
Alexandrinus, pro eo quod Graece est in edit. Basilienfi,
καὶ ἐκκαινοθησονται οἱ καιροί. quæ adeo lectio magis
placet, quam illa edit. Complut. & Regia: ἐν νενοχαισθη-
σονται χρόνοι, mutata quantum apparet ex Hebraico La-
tina editione, quæ habet: in angustia temporum, maxime
quum eadem etiam in hoc mendosa sit quod habet:
καὶ μὴ τὰς ἐκατομύχας ἐξήκοντα πένταχας, id
est: sexaginta quatuor, sicuti uicissim est etiam Latina in-
terpretatio, pro eo quod omnino legendum est cum Patri-
bus omnibus, tam Graecis quam Latinis, sicuti habet edit.
Basil. 63. id est sexaginta duas.

63. & non erit. Etiam hic uariat ab omnibus aliis,
quum Graece sit καὶ οὐκ ἔσται ἐν αὐτῷ. quod ver-
terunt: & iudicium non est in eo. & Latini ex Hebr. eo:
& non erit eius populus qui eum negaturus est.

64. & ciuitatem & sanctum. Omnino sic legen-
dum, non autem: ciuitatem sanctam, patet tum ex logi-
ca dem uerbis supra, & infra, quæ etiam sic olim leguntur
à B. Hieron. Pomerio, & Glossa ordinaria, tum ex cod.
Graecis, Hebraeis, & Latinis omnibus. Et sanctum pro
templo accipitur. Quod autem hic dicit: cum duce adue-
niente, sicut & Clem. Alexandr. antea & postea dicit
conformis Graeco & Hebraeo textui: uenturo. Latine
etiam expressit uocem Graecam: κατακλυσμός, pro eo
quod alij: diluuiio.

65. vsque ad finem belli, &c. Variam etiam le-
ctionem Graecorum codicum monstrat, quum hic uertit
vsque ad finem belli, quod concidetur, iuxta id
quod Graece nunc est: ἕως τῆς κατακλιῆς κατακλιῆς
κατακλιῆς, huius uero cap. initio ac infra uerbis bis supra citatis:
& destrui pinnaculum, ac si legerit: κατακλιῆς, pro:
πολέμους. Paraphrasticos etiam extulit: vsque ad inter-
itum initio & hoc loco Graecum illud: τὰς ἐπὶ ἀφρα-
νισμοῖς, seu ἀφρανισμῶς. quod ipsum repetitum postea
à Daniele uertit paulopost: dabitur super vastatione.
Nec mirum, quum etiam ibi uariet Graecorum lectio;
quam utramque, vt mox dicemus, habet editio Basi-
liensis.

66. Et confirmabit testamentum multis. Omni-
simus in, uti legebatur: in multis, quod neutra illa lectio
neque Hebraea id habeat, neque illi ueteres aut Graeci aut
Latini interpretes.

67. auferetur meum sacrificium & libatio, &
in sancto execratio vastationis, & vsque ad finem
temporis consummatio dabitur super vastatione. Illud:
meum, habet etiam Clemens Alexandr. Ad uer-
bum autem reliqua transfert, sicuti Graece est in Complut.
& Regia edit. & Basilienfi posteriori. loco: ἀφρανοθησονται
δυσία καὶ ἀφρανοθησονται, καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα
τῶν ἐρημώσεων ἐσται, καὶ ἕως κατακλιῆς καὶ ἀφρα-
νοθησονται ἀφρανοθησονται ἐπὶ τῷ ἐρημώσῳ. Cui etiam con-
forme est quod legit Latina communis titulo 70. & pri-
mo loco Clemens Alexandr. Verum in edit. Basilienfi pri-
mo loco habetur hæc lectio: κατακλιῆς καὶ ἀφρανοθησονται
καὶ ἀφρανοθησονται. Quod uertit in Chro. Eusebij, & Com. in Da-
niel. B. Hier. cessabit hostia & sacrificiū: & ad uerbum
est: cessare faciet, seu destruet altare & sacrificiū; deinde
sequitur καὶ ἀφρανοθησονται ἀφρανοθησονται καὶ ἕως κατα-
κλιῆς, id est (ad quod, uti modo dictum est, alludit Au-
thor) & pinnaculū, nempe destruet, vsque ad interitū
& vsque ad finē seu cōsummationem, καὶ ἀφρανοθησονται

ταῖς

ταῖς ἐπὶ ἀφρανοθησονται. quod uertere licet: & ordinabit
super interitu seu desolatione. Aiqui Clemens Ale-
xandrinus posteriori loco addit lectionem hanc nonnihil à
precedentibus diuersam: καὶ ἡμισίον ἐβδωμάδος ἀφρα-
νοθησονται θυμίαμα θυσίας, καὶ ἀφρανοθησονται ἀφρα-
νοθησονται ἕως κατακλιῆς, καὶ ἀφρανοθησονται ἀφρα-
νοθησονται. quæ sic interpretatur eius interpres. In medio
hebdomadæ cessare faciet thymia sacrificij, &
expansio destructionis vsque ad consummationem,
& instar destructionis libaminis. Aiqui uel
hinc patet uerissimum esse quod prestat in Comment. Da-
niel asserit B. Hieron. tres fuisse editiones huius Prophete,
nempe Aquile, Theodotionis, ac Symmachi, sed tamen
iuxta Theodotionem Ecclesias legere.

68. In sexaginta duabus hebdomadibus. Men-
dum apertissimum ita correximus, quo legebatur, contra
& scripturæ sacrae, & Auctoris sententiam, lxx i i. Siue
autem legas: ostendimus, sicut ex hac tenent, Pomerius
& Glossa Ordin. siue: ostendimus, uti B. Hieron. per-
inde est; & similiter, an legas: Numerabimus, uti
Vulgo, an Numeremus, quod habet Pomerius. Sed legi-
mus paulopost num. 69. cum B. Hieron. Pomerio & Glossa:
quoniam, pro: quomodo. Legit deinde Pomerius: In-
tellegi prophætionem sermonis huius, sed placet
vulgata lectio: Et intellige & conuice à profectioe;
seu: Prophætatione (quod legunt B. Hieron. & Glossa)
sermonis.

69. Vnde à primò anno Darij debemus cõpu-
tare, &c. Cuius Darij annum primū intelligat, explicat
mox, cum adiungit: Darius enim regnauit annis xix.
quod prout Reges Persarū seu Medorū sequentes non po-
tēst non de Dario Notho, aut saltem Logimano intel-
ligi. Fuit itaque ipse in ea sententia, quod sub hoc Dario
hanc uisionē uidit Daniel. Quod etsi sit contra omnium
aliorū sententiā, & sub nomine Porphyrii impugnet eam
B. Hieron. initio huius Prophete; & confirmatur tamen ab
Abben Esra, qui in c. 1. Danielis, dicit enim hunc uixisse
admodū lenē tēporibus Esfer. Videamus ergo an ne aliquo
modo cū historia possit consistere, quod vsque ad hunc Da-
rium uixerit Daniel. Imprimis autē (vt hoc semel admo-
neamus, diuersam hanc 70. hebdomadarū computationem
prouenire, partim ex 4. prophetis de reardificatione Hieru-
salem, Hierem. 25. Hierem. 29. Daniel. 9. & 1. Esdr. 5. ac
6. partim ex diuersitate Regum, qui Darij cognominati
sunt, & maxime annorum quibus regnarūt, immo etiam
predictione angeli, 4. Esdr. 7. de reuelatione Iesu post an-
nos 400 & more Christi post tempus illud) Danielis 1.
& 13. constat, anno 1. Nabuchodonosor translatus eum in
Babylonem (iuxta quosdam, annorum 12. aut ad summum
15.) puerum anno 3. Regni Ioachim Regis Iudæ, anno 11. ante
euerisionem templi Hierosolymæ, quæ contigit anno Nabu-
chodonosor 12. Porro à captiuitate Ioachim filij Ioachim eo-
dem anno, aut saltem ab euerisione urbis, vsque ad reditum
ē captiuitate sub Cyro, anni 70. Ab illo, vsque ad Darium
Nothū (quem confundit Hebraei cū Longimano) iuxta
calculus Genebrardi anni 50. Si itaque id ipsum senserit
Auctor, fuerit Daniel annorū circiter 140. aut ad sum-
mū 150. Quod ipsum quidem persuasum potuerit esse Ter-
tulliano, qui Philo Iesu filio Iosedech attribuit annos ata-
tis centū triginta, & Neemia Turnauli lib. 3. de dog. Eccl.
annos 140. & alij quidā, Genebrardo teste, asserant Esraim
& Neemiam ad Alexandriū vsque Magnū uixisse. Ergo
Danielem uixisse annos 140. aut circiter dici possit. Videtur
autem in hanc opinionem Auctor & Porphyrius in-
cidisse ex eo, quod alibi apud Danielem fiat mentio Darij

Medi: hoc loco autē: Darij filij Assuerti. & uerò Logi-
manus Assuerti filius ab omnibus scribitur. Si id Lectori
nō placet, meminerit etiam hic committi μνημονίων ἀ-
μείβετημα ab Auctore nostro; sicut & in numeris an-
norū Regū sequentiū dissentit longē ab aliis Auctoribus.

70. Darius enim, &c. Quandoquidē hebdomadæ
lxx i i. & dimidia, efficiunt (vt infra dicit Auctor)
annos quadringentos triginta septem & menses
sex, constat numerū decem annorum Regibus qui sequun-
tur, aliquot in locis, qui à nobis adnotantur, necessario sup-
plendum esse, ex B. Hieron. Pomerio, & Glossa ordinaria,
quum antea nō computarentur in uulgatis codicibus plures
quam ccccxxvii. anni. Anni autem ccccxxxvii.
menses vi. vt semel id hic dicam, sic consueuerunt. Imprimis
Anni Darij xix. Artaxerxis xl. Ochi xxiii i i.
Argi i. & alterius Darij xxii. consueuerunt annos cvii.
Deinde Alexandri xii. Soteris xxxv. Philadelphij
xxxix. & Euergetis xxv. sunt simul anni c x i. Item
Anni Philopatoris xvii. Epiphaniis xxiiii. Euer-
getis xxix. ac Soteris xxxviii. faciunt annos cviii.
Denique Anni Ptolomæi xxxviii. Cleopatraz so-
lius x x. & menses vi. Eiusdem cum Augusto xiii.
& Augusti xli. computum reddunt annorum c x i i.
Porro ex his omnibus consueuerunt summa annorum
ccccxxv i i. mensium sex.

71. Argus anno vno. Ab Eusebio nuncupatur
iste: Arses, à Sulpit. Arse. cui interim ab illis aut 4.
aut 3. anni tribuuntur, Dario 6. dumtaxat.

72. Alexander Macedo annis duodecim. Ita
haud dubiè legendum ex B. Hieron. in 11. cap. Daniel. Be-
uoso & Sulpitio Senero hist. sacrae lib. 2. & Glossa ordina-
ria, pro eo quod antea & hic & apud Pomerium: decem.
Et possunt concordari cum Eusebij annis sex dumtaxat, quia
ille successori Ptolomæo Lago (qui hic & Josepho Antiq.
li. 12. c. 1. Soter uocatur) attribuit annos 40. Auctor uerò
dumtaxat 35. ita ut solum in vno anno differant. Aiqui
legimus ex tribus illis: post eum, pro: Postea.

73. Cui succedens Philadelphus regnauit annis
triginta nouem. Etiam hoc ex Pomerio & Glossa, pro
eo quod erat: cui succedit Philadelphus, & regnauit
an. triginta octo. Atque adeo etiam apud B. Hieron. ca-
stigandus hic annorum numerus, qui legit non malè: cui
succedit regnans. Aiqui omnibus his Ptolomæi nomen
fuisse, quos hic suo cognomine appellat, patet ex Iosephi lib.
2. contra Apionē, & maxime Eusebij Chronico sub initium.

74. Item alius Euergetes annis uiginti nouem.
Sic rectius B. Hieron. & Glossa ordinaria, quam uulgati
codices: uiginti septem, quare etiam sic legendum apud
Pomerium, & ibidem bis reponendus: Euergetes, pro eo
quod est ex librorum negligentia: Euegetes.

75. Soter annis triginta octo. In hoc tres illi con-
sentiant, pro eo quod mendosiss. erat: triginta quatuor
dumtaxat. Aiqui pro isto uño recensentur duo apud Euse-
bium, Ptolomæus Physcon, & Ptolomæus Alexander.

76. Ptolomæus annis xxxviii. Omnino sic ca-
stigandus hic locus etiam apud tres predictos Auctores,
pro: xxxvii. vt constat numerus annorū ccccxxxvi.
maxime quum Eusebius Ptolomæo Cleopatraz filio (si mēdo-
sus non sit codex) octo, & Ptolomæo Dionysio triginta an-
nos attribuat, quos duos pro vno & eodē alij connumerant.

77. mensibus sex. Ita etiam omnino ex Glossa ordi-
naria, pro eo quod alij quinque, tum hic, tum postea, &
ex tribus illis, de Augusto: annis quadraginta tribus,
pro: quadraginta octo. nam x i i. anni cum Cleopa-
tra & xlii. post illum fuerunt (vt inquit Auctor)

anni quinquaginta sex.

78. Videmus autem quoniam quadragesimo & primo anno imperij Augusti, &c. nascitur Christus. Magis etiam illud placet Pomerij, quam quod alij, videamus; maxime cum Glossa ordinaria habeat: Scimus. Atqui quamquam alij plerique 42. Augusti anno Christum natum scribant (sicut Euseb. Eccl. hist. li. 1. c. 5. & Epiph. her. 51. in Ancoratu, & lib. de pond. & mensur.) cum Tertulliano sentit ireneus li. 3. c. 25. qui asserit natum Christum circa annu Augusti 41. & Viramque sententiam referi Clemens Alexandr. 1. Stromatum, ubi dixit Christum natum anno Augusti 28. post delectam Cleopatra (que victoria contigit anno imperij eius 13. consensu omnium) & deinde addit alioru sententiam, qui subtilius (inquit) Natali Domini non solum annum, sed & die addunt, quem dicunt XXI. anno Augusti (sic enim legendum pro eo quod mendose iterum est 28.) in 25. mensis Pachon (quem nos Decembrem dicimus) natum. Deinde si diligenter excutatur Epiphanius, ex eo quod natum dicat Consulatu Augusti & Silvanii, patet eandem fuisse illius sententiam. Anno enim Urb. cond. 751. Imperij Augusti 42. Consules fuerunt Imp. Caesar Divi F. C. N. Augustus XIII. & M. Plautius M. F. M. N. Silvanus, qui, si coputemus ab ipsa occisione Iulij Cesaris, qua contigit Idibus Martij, quadragesimus secundus; sin vero ab anni sequentis initio, dum v. Kal. Decbris Triumvir Rep. capessenda constitutus fuit cu Lepido & M. Antonio, quadragesimus primus dumtaxat. Quare recte Orosius natu dicit Christum, anno XLI. (sic enim haud dubie castigandus est) ferè emenso, id inveniunt nempè anno 42. De quo plura vide in Feudicentij Adnotat. nu. 26. in S. Ireneum. Verum quod hic & paulo post habet Auctor post mortē Cleopatrar, certè ad lapsum memoriae pertinet, & tamen genuinum esse vel inde patet, quod coputatione sequenti annorum CCCXXXVII. coputet & annos Cleopatrar sub Augusto XIII. & prater ea Augusti XLI. quum reuera solum debuisset computare (uti Clemens Alexandrinus) annos Augusti post Cleopatram XXXIX. Atque adeo rursus hallucinatur, quum dicit supervixisse Augustum post natum Christum annos XV. qui alioqui secundum priorē eius computationē nō potuit vixisse post Cleopatrar an. 13. & suos 41. quam annos duos; quippe que fatetur iuxta communem omnium sententiam imperasse dumtaxat annos numero LVI. Vbi etiam hoc loco, additur vox: numero, ex lectione Pomerij, B. Hieronymi ac Glossa ordinaria, qui etiam legunt: & erūt reliqua tempora annoru in diem natiuitatis Christi & in annum Augusti XLI. post mortem Cleopatrar anni CCCXXXVI. menses sex. rectius meo iudicio, quam vulgati cod. in diē natiuitatis Christi anni XLI. Efficiuntur autem anni CCCXXXVII. menses v. sicuti etiā quod habet Pomerius: remittuntur, magis placet quam quod erat: tribuuntur, quia improprie dicerentur tribui peccata, pro: dimitti. Item: iplo, pro: illo. ex iisdem legimus, ipse est signaculus. Perinde est autem siue legas: neque Prophetes est qui, siue: neque Prophetia est que.

79. sanctificante aquas in suo baptisinate.] Simile est illud B. Cypriani Sermon. de Baptismo Christi: Veniebat Christus ad baptismum, non egens lauacro, in quo peccatum non erat, sed ut sacramento perennis daretur auctoritas. Loci adnotadi contra Caluinum & alios, qui negant aquam in baptismo necessariam: qualis etiam est Epist. 2. B. Cypriani ad Donatum, ad quam Adnot. nostras videat Lector nu. 8. & infra latius lib. de baptis. num. 3. Ex iisdem autem Auctoribus, & maxime Pomerio, legimus:

videamus (omisso: quid superfluo) alie septem & dimidia hebdomadae, pro eo quod legebatur: dimidia. & retinuimus: quæ sunt subdivisa: pro eo quod Glossa ordin. quæ superflua diuisa: quod illud legant B. Hier. & bis Pomerius.

80. Post enim Augustum, &c. anni xv. efficiuntur.] Similiter Clemens Alexandrinus differit Verbis Stromat. 1. & confirmatur hæc sententia, atque adeo quod 41. anno Augusti natus sit, quia Consulatu duorum Sextorum, iuxta Epiphanius & secundum Fastos Cōsulares Goltzij, ANNO AB VRBE COND. DCCLXVI. AD XIV. K. SEPTEMBR. IMP. CÆSAR DIVI F. AVGVSTVS MORTVVS EST. AC TIBERIVS IVLIVS AVG. F. DIVI NEPOS CÆSAR COGNOMEN AVGVSTIVM IMPERIO ACCEPIT. Atqui à supradicto anno Urb. cond. 751. usque ad 766. sunt anni xv. Atqui videtur legi debere, primū Augusti, pro: Post enim Augustum: quia isti anni xv. ipsius sunt Augusti.

81. Cui successit (ita ex Pomerio, pro: succedit) Tiberius Cæsar, & imperium habuit annis XXII. mē-sibus VII. diebus XX.] Annos XXI. Tiberio adscribit & Clemens Alexandrinus, addens tamen aliorum sententiam de annis 26. Euseb. vero annos 24. Epiph. lib. de mens. & ponder. 23. Quare tamen B. Hieron. Pomerius & Glossa ordin. legunt XXVIII. placet tamen vulgata lectio, maxime quum dies Auctor non computet. Nam vii est in dictis Fastis Consularibus, ANNO AB VRBE COND. DCCLXXXIX. AD XVII. KAL. APRIL. TIB. CÆSAR DIVI AVG. F. DIVI IVLII NEPOS AVGVSTVS MORTVVS EST. A mense autem Augusto supradicto anni v. c. 766. ad mensem usque Martium anni 789. sunt dumtaxat anni XXII. menses VII.

82. Huius quindecimo anno Imperij passus est Christus, annos habens quasi xxx. quum pateretur.] Glossa ordin. legit baptizatus est, omittens etiam illud: quum pateretur; quantum apparet, existimans Auctorem consentire cum communi sententia, quod anno xv. Tiberij baptizatus sit Christus quasi annorum 30. & XVIII. passus. Verum praterquam quod correspondeat iuxta dictos Fastos Consulatus duorum Geminorum sub quo passionem Christi contigisse mox addit Auctor, & B. Hier. & Pomerius illud constanter legunt. Deinde ipse Auctor lib. 1. aduersus Marc. infra Tom. 3. asserit; Dominum à XII. Tiberij Cæsaris anno reuelatum, hoc est predicationem suam cepisse: cui si addantur tres predicationes eius anni, perueniunt ad xv. Denique Euseb. in Chron. differit Verbis: Tertullianus (inquit) in eo libro quem contra Iudæos scripsit, affirmat Christum 41. anno Augusti natum, 15. Tiberij passum esse. Verum de hac erronea eius sententia scriptura contraria Luc. 3. latius inter Auctoris errores, nostris in Prolegomenis.

83. Item Caius Cæsar, qui & Caligula, annis III. mensibus VIII. diebus XIII.] Ita Tertullianici codices omnes. Clem. Alexandr. sua quidem sententia IIII. aliorum autem (que est & Eusebij) IIII. annos adscribit mens. x. dies VIII. & comprobatur posterior sententia his Verbis Fastoru Consulariū: AN. V. C. DCCXIII. AD IX. K. FEBR. C. CÆSAR AVGVSTVS GERMANICVS OCCISVS EST. Nam à mēse Martij anni 789. usque ad mensem Ianuariū an. 793. non possunt coputari IIII. sed dumtaxat tres anni x. menses VII. dies; a quibus nonnihil dissentit hic Auctor. Porro illud: Tiberius Claudius annis XII. mensibus VII. diebus

XX.

XX. desideratur apud B. Hier. Pomer. & Gloss. ordin. & verò omitti debet, ut constet sententia Auctoris de annis dumtaxat LII. mensibus VI. Verè itaque est vel hinc, parū ipsum curiosum fuisse historiae sortasus imitatus in hoc Matthæum Evangelistam, qui in libro Generationis Christi, tres generationes pratermisit, ut (interprete B. Hieron.) tres testatecades non excederet. Consensus interim satis numerus annoru cum Clem. Alexandr. & Fastis, quippe qui regnare cepit mense Ianuario anni v. c. 793. & obiit mense Septembri anni 806.

85. Nero Cæsar annis nouem, mensibus IX. diebus XIII.] Sic ex B. Hieronymo & Pomerio, pro eo quod erat: annis vndecim. neque enim plures requiruntur ad perficiendum LII. annorum VI. mensum numerum. quid? quod & dierum omnes numeri sint superflui. Atque adeo qui integrum imperium omisit Claudij, quatuor annos pratermisit Neronis, sorte qua postremis illis annis persecutionem in Christianos mouit, sicuti B. Matthæus Evangelista tres impios Reges de sanguine Iesabelæ pratermisit. Imperauit enim Nero à 3. Idus Octobres dicti anni 806. ad 4. Idus Iunias anni 820. anni XXI. I. mensibus VII. die 1. quem etiam numerum annoru allegat Clemens Alexandr. Vbi supra, & accedunt quaproximè Euseb. & Epiph. mo solo mense differentes. Qui autem XIII. illi annos attribuunt, ut ipse Clemens & Martyrol. integrum annum pro maiori parte anni computant.

86. Galba mensibus VII. diebus sex.] Illi tres & 1. editio: diebus viginti octo. sed illud placet, quia imperauit dumtaxat VII. mensibus & diebus paucissimis, nempè à III. Idus Junias, usque ad XVIII. Kal. Febr. Et consensit Clemens Alexandrinus in secundo suo computo, nec dissentit ubi supra Epiph. in mensibus.

87. Orho mensibus tribus, diebus quinque.] Imperium occupauit M. Saluius Orho Cæsar à dicto die XVI. Id. Febr. usque ad XI. Kal. Maias, quod tempus tres ferè menses continet. quare non rectè secundo loco Clemens (si emendatus sit codex) quinque menses numerat. Cum Tertull. consensit Epiph.

88. Vitellius mensibus octo, diebus decem.] A. Vitellius imperauit à dicto die 12. Kal. Maias usque ad 9. Kal. Ianuar. quo die occisus est, & illi successit Vespasianus, nempè mensibus octo & diebus aliquot. quare magis placet etiā illud: decem, quam quod alij: XXVII. maxime qui consentiant cum eo numero Epiph. & Clemens.

89. Vespasianus anno primo Imperij sui debellauit Iudæos.] Quum Ioseph. de bell. Judaic. li. 7. c. 18. differit Verbis tradat capti Hierosolymam secūdo anno Vespasianus, 8. Septembris. Auctor istud refert ad debellatam Iudæam prater solam Hierosolymam.

90. Et fiunt anni numero quinquaginta duo menses sex.] Antea legebatur corruptiss. quadraginta duo, quia hebdomadae septem, annos LII. menses sex constituitur. Et verò sic legunt constanter B. Hieron. Pomerius & Glossa ordin. Ex quibus iterum addidimus: numero, & legimus: à Daniele, pro: in. Porro anni quinquaginta duo menses sex, sic colliguntur. Augusti post natiuitatem Christi anni xv. Tiberij anni XXI. menses 7. Caij anni III. menses VII. Neronis anni I. x. menses IX. Galbæ menses VII. Othonis menses III. Vitellij menses VIII. Vespasianus an. I.

91. Nā imperauit annis vndecim.] Ita constanter B. Hieronymus, Pomerius & Glossa ordin. sed videtur legi tantū debere: nouē. Neque enim amplius quam nouē anni & menses quinque aut circiter reperiri possunt à IX. Kal. Ian. anni v. c. DCCXXI. quo die occisus fuit Vitellius, usque ad VII. Kal. Iulij anni DCCXXXI. quū Vespasianus mor-

tuus est: & ad summū, si computemus initium à tempore quo in Iudæa Imperator appellatus, anni I. x. menses x. & dies aliquot, quem admodum illi attribuit Euseb. in Chronicis. 92. & Rufius Gemino.] In Fastis Cōsularibus Goltzij vocatur C. Rufius Geminus. Seuerus Sulpitius Fufiū nūcupat, hist. sacræ li. 2. Vbi Auctor hac sententiā sequitur. 93. die VIII. Kal. Aprilium, die prima azymorum, quo agnum ut occiderent ad vespertā, à Mose fuerat præceptum.] Hinc imprimis confirmatur eorū Patrum sententia, qui eodē die, nempè VIII. Kal. April. passum scribunt Christū, quo B. Virgini annunciatum, deinde Latinorū omnium conformis expositio Evangelistarum triū, Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22. quod XIII. luna primo azymorum die iam vespere incipiente, celebrari Pascha Christus cum discipulis, & eo ipso die ipse tanquam verū Pascha immolatus & passus sit; contra Eusebij & recentiorum Græcorum opinionem non probabilem, qua volunt Christū Pascha anticipasse, de qua difficultate videat Lector, ne hic prolixiores simus, D. Cornelij Iansenij Gandauensis pie memoriae Episcopi Comment. ad Concord. Euseb. Ex quo comprobatur etiam receptiss. Ecclesia Romana dogma, quod in pane azymo Eucharistia sacramentum Christus instituerit, quippe quum Exod. 12. quisquis is diebus fermentatiū panem manducasset, peritura diceretur anima illa de Israel; qua de re existat insignis tractatus B. Anselmi Cantuariensis contra Græcos.

C A P. IX.

94. Incipiamus igitur probare, &c.] Titulus huius capituli, quem iterum ad marginem adiecimus, est iste: ITEM PROBATIO NATIUITATIS CHRISTI, cui addimus: EX PROPHETIS. Atqui magnam huius capituli partem ab eo loco: Porro (inquit) iste qui venit, &c. post paginas aliquot penè ad finē usque paucis omisit, & quibusdā lineis subinde interpositis, descripsit Auctor infra T. 3. adu. Marc. lib. 3. Et cum imitatus est B. Cyp. Test. li. 2. adu. Iudæos c. 9. 10. 12. & 13.

95. non pusillum vobis certamen cum hominibus.] Vide Adnot. nostras dicto loco in B. Cyprian. n. 48.

96. quoniam Deus præstat certamen.] B. Cyp. legit: agonem, tum ibi, tum epist. 9. de Mappalico, quo loco vide Adnot. nostras n. 15.

97. Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filiū.] Sic constanter ubique Tertull. tum paulo post loco citato, tum etiam Tom. 3. li. de carn. Christi. quare addidimus: in vtero, maxime quum legatur etiam à B. Cypriano utroque loco mox citato, de quo latius ibidem in Adn. nostris ad Epist. 9. n. 16. & li. 2. adu. Iud. n. 49. Sicut & de lectione tum Tertullianica: & vocabitis nomen eius; tum Cyprianica ac 70. & vocabitis, tum denique Chrysof. & vocabitur. Restituimus etiam ex dicto lib. 3. adu. Marcionem hic & ubique postea: Emmanuel, iuxta Græcos & Hebræos codices, pro: Emanuel.

98. Quoniam priusquā, &c.] Periodum hic nouam necessariò distinximus, quia hoc non Isai. 7. ubi præcedit, sed habentur Isai. 8. cap. Ad verbum autem pro eo quod est Græcè apud 70. Ἰσραὴλ ἐπινοήσας δακρυόσπονδον, irastulit: accipiet virtutem Damasci, pro eo quod translulit B. Hieron. auferetur fortitudo Damasci, & Hector Pintus ex Hebræo: auferet virtutē Damasci. Verum quandocumque hic & infra sepius, & li. 3. adu. Marc. legit constanter: aduersus Regē Samariæ, videtur legisse ἐναντι τῶν, pro eo quod ibidem Græcè legitur: ἐναντι, & Latine corā, siue in conspectu, sicuti legit Auctor Oper. Imperfecti. hom. 2. in Matth. B. Chryf. adscripti, qui interim ibidē legit: accipiet fortitudinē Damasci, conformiter Auctori; cuius etiam interpretationem sequitur. intelligens per

Q ij

virtutem Damasci, Magos illos Orientales Arabas. Verum de hoc & aliis omnibus qua infra repetuntur, latius in adn. nostris in dictum 3. lib. adu. Marc. ne forte hic prolixiores simus, adnotatis interim locis, quos subinde castigauimus.

99. Sonus enim Hebraicus, quod est Emmanuel suae gentis est, &c.] Prætermisimus quod in medio interiebat: id est, Nobiscum Deus. eo quod sequatur: Sensus autem eius, quod est, Nobiscum Deus, &c. viximè quum lib. 3. adu. Marc. non habeatur, & quod adiectum esse ex editione Paterniac. adnotari Rhenanus. Alludit verò ad illud Matth. 1. Et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum: Nobiscum Deus. Legimus autè ex MS. Quarto, pro: Quare, ac: Equè & item repetimus ex præcedentibus ac sequentibus: aduersus Regem Assyriorum, pro: & regnum.

100. crepitacillo.] Crepitacillum (inquit Rhenan.) ex ludicris puerilibus est. forma diminutiva à Crepitaculo deductum, sicut à speculo specillum. Aptè verò diminutiuo iuuur, de infante loquens.

101. iuuenula scilicet prægnatus.] sicut adnotat Rhen. prægnatus pro impregnatione. Legimus autem ex lib. 3. adu. Marc. Nō enim & hic signi ratio versatur, pro: & hic enim, itē: Nec hoc vtique in signū est, & hoc enim infantia est, pro: Et hoc vtique in signum est infantia. Rursum cū MS. & tam intelligitur prophetia, quàm renuntiatur expuncta.

102. Maneant enim Orientales illi magi infantiam Christi.] Maneant, pro: expectent. quo significatus Terentius Phorm. manufurus patrium dixit. Emendauimus autem ex eodem: creatoris, pro: creatori, ac: ceterarum gentium, pro: ceterarum.

103. Et Iudas pertendet Hierusalē, &c.] Sic ex lib. 3. adu. Marc. pro: prætendet, eo quod Græcè sit πρὸς γὰρ ἔσται, quod quum proprie significet: in acie stabit, seu: pugnabit, itē habet Latina editio 70. magis conuenit illud. Pertendere enim, non item: prætere, inter alia significat cōtendere. Sic Cicero pro Corn. Balbo: cum fedendum pertendemus. Item: obstinate agere, Propertio li. 2. Eclog. & Parvoni de ling. Lat. in initio lib. 4. cū pertinaciam à pertendendo scribit deduci. Imò fortassis Auctor ipsam vocē Græcā sic interpretatur, pro: extendet, eo quod πρὸς γὰρ τινὸν Grammaticis dicitur Præteritum imperfectū, ac si dicat extendit in rem que agebatur nondum perfectā. Quod confirmatur ex eo, quod omnia vbi que præpositione in quod 70. etiam habent legat: pertendet Hierusalē, pro: extendet, seu: dilatabit, maxime quum instituto magis illud conueniat.

104. Valentiam populorum.] Est ea vox noua Valentia, pro: robur, quod habent Lat. edit. 70. alludens fortassis ad illud Solini ca. 2. qui Romā, Græcè ῥόμην, Latine Valentiam, ab Euandro nuncupatam scribit, ab Urbis mirum & iuuentutis Latine robore, quod etiam ipsa vox Græca ῥόμην significat. Paulopost autem restitimus ex libro sepe citato: Deum & Regem, pro: Dominum Regem: Item: qua descuerat, pro: quæ.

105. Sic & Aegyptus nonnunquam totus orbis intelligitur apud illū.] Alludit fortasse ad Isai. cap. 19. in quo quum pleraque ad Aegyptum pertineant, quedam tamen non solum veteres, sed & Iudæi, interpretantur de mundo Aegyptus tenebris inuoluto, & nominatum illud de Ecclesia per totum mundum dispersa: in illa die erit altare Domini in medio terræ Aegypti.

106. Sic & Babylon, &c.] Expungenda qua ad marginem adscripta sunt adnotatio: Babylon Roma, quod hæc adhibet ab hostibus Romana Ecclesie adiecta sit, quippe

quum hunc locū contra eam detorquere non vereantur, qui tamē non de Ecclesia, sed de vrbe Roma agit, eaque eo tempore, quo sanctorum debellatrix in Christianos persecutionem mouebat per suos Antisites seu Idolorū Pōsices, sicuti supra in initio Apologetici Auctoris allegauimus Adn. nostris nu. 2. Verum de hoc latius infra ad dictum lib. 3. adu. Marc. vbi idem scholion adiectum est. In eo autem quod sequitur: despoliatos quod habuerat, synecdochen adnotauit Rhen. Omnisimū verò quod infra omittitur: aduersus Dominū, cū omnis idololatria sit aduersus Dominum.

107. Accingere (inquit Dauid) ensem supra femur.] Magis placet: ensem, quàm quod alibi habet: ensē, eo quod Græcè sit: τὸν ὄμ. φάλαξ. Placet etiam ut legatur: supra, pro eo quod est alibi: super. nam vox: ἐπι etiā supra significat, vnde est illud Homeri Iliad. β. πῆτονται ἐπὶ ὤθεσσι.

108. Tempestiuus decore, super filios hominū.] Videtur Græcum illud expressisse ὡραῖος τῶν καλῶν, ut probetur sua ad verbum versio: Tempestiuus decore, pro eo quod alii: decorus specie, seu speciosus forma; vnde & ex Græco etiam translulit vocem antiquam: Tempestiuitate, vsuati etiam Ciceroni li. de Senectut. De qua aliquid etiam diximus Adnot. nostris ad B. Cypri. li. 2. adu. Jud. ca. 29. nu. 134. Atqui quod hic est: super filios hominū, infra legit: præter, & super. Virum que significat dictio πρὸς, quod alii plerique vertunt: præ filiis. Correximus autem ex eo loco: labiis tuis, pro: eius, quod erat contra omnium codicum fidem. Legimus etiam vti illic: & prosperare, & prospera, magis consonum voci Græcæ κερτυοδῆς, quod alii rectè veterunt: prosperè procede.

109. id est Dei sermo diuinus bis acutus.] Loco sepius citato interseruit ipsam scripturam Apocalypsis Apostoli Joannis, ad quam hic alludit, Apoc. 1. Iuxta quem etiam omnia voce: vt superflua, legimus: bis acutus duobus testamentis.

110. Et deducet te magnitudo dexteræ tuæ.] Sic ex MS. 1. huius lib. & 2. li. 3. adu. Marc. pro: deducit. nam præterquam quod præmittit: venturus nuntiabatur, etiā Græcè est: ἡ δὴν ἡγίσει σε. Et illic quod legit conformiter cum editionibus omnibus: Mirificè dextera tua, propria est Auctori Psalmorum editio ab aliis diuersa, sicuti etiam alibi adnotauimus.

111. Sagittæ tuæ acutæ, per voluntia vbi que Dei præcepta.] Sic omnino legendum tum hic, tum alibi, pro: peruolantia. Placet autem magis quod hic est: minantes traductionem vniuersiuique cordis & compungentes & transigentes, quàm quod ibi est, & minæ, & traductiones cordis compungentes & transigentes (vnde interim lego: conscientiam quamque) pro eo quod hic erat: conscientiam. Namque. Dixit enim & Lucanus lib. 1. triste minantes.

112. Constabit autem vtrumque, &c.] Hac iterū paucis interpositis repetit Auctor dicto lib. 3. adu. Marcion. præterquam quod ibi Christum creatoris, hic verò: Christum Dei nominat.

113. & incipit vocari Iesus.] Ita ex MS. & prædicto loco. Alludit autè ad id quod habetur Num. 13. iuxta editiones Latinas, 12. verò iuxta Græcā qua hodie existat: ἡ δὴ ἀπανόμασε μουσῆς τὸν ἀνοσὶν υἱὸν ναυὴ ἰησοῦν, quod translulit B. August. lib. 16. contra Faustum cap. 19. & cognominavit Moyses Aufen filium Naue, Iesum. pro quo proinde male editio Lat. adscripta 70. interpretibus: Olee filium Nun Iosue; Est enim hæc vulgata B. Hieron. ex Hebræo lectio. Castigauimus autem: in seculi deserto, pro: seculo; & ex MS. vtrouique: in sacramenti huius imagine, pro: imagines.

114. Nam

114. Nam qui ad Moysen loquebatur, ipse erat filius Dei, &c.] Illud non repetitur infra lib. 3. adu. Marc. sed similiter lib. 2. adu. Iud. c. 5. habet hunc titulum B. Cypri. Quod idē angelus & Deus Christus, id ipsum scripturis iisdem confirmat. Vbi vide Adnot. nostras n. 22. & 23.

115. qui & semper videbatur.] Videtur hoc pertinere etiam ad errores Tertull. quasi senserit idem quod Maximinus Arrianus: filium Dei semper visum esse hominibus, contra quem late distulit B. Aug. lib. 3. cap. 26. Verum de hoc latius inter eius errores. Porro quod sequitur, Deum enim Patrem nemo vidit vnquam, & vixit, similiter etiam vtrorsus lib. adu. Præcæam, vbi latiss. hoc argumentum tractat, ad quem adeo Lectorem remittimus, sicuti & ad lib. de Trinit. Tomo 5.

116. Ecce ego mitto angelum meum, &c.] Adiectum: ego ex MS. tum hic, tum postea. nam legitur in plerisque Græcis, Hebræis, Latinisque codicibus. Retinemus verò: Intende illi, & audi eum, & ne inobediens fueris ei. quæ omnia plurali numero efferuntur lib. 3. adu. Marc. quo illud Græco textui 70. conforme est, imò & Hebræo & Latino.

117. non enim celauit te.] Græcè est: ἔ γὰρ μὴ ὑπέσθηκαί σε. quare rectius hic celauit, quàm adu. Marc. celauit. & similiter legitur Act. 20. ἔ δὲν ὑπέσθηκαί μιν τῶν συμπερόντων, quod vertit interpres Latinus: nihil subterfugi vtilium. Quare patet Latinum interpretem 70. legisse ὀπισθηκαί, aut simile quid, quum sic vertit: Non enim dimittit te, ac B. Cypri. aliud, quippe qui legit: Et non deerit tibi. Ita hinc iterum probatur Græcorum codicum Varietas.

118. Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.] Citat testimonium hic Malachie, sicut ab Evangelistis Matthæo, Marco, & Luca. Nam apud Prophetam Græcè est τὸ πρὸς ὀπίσω μου, id est: ante faciem meam. Paulopost autem legitimus ex MS. Quare ipse Christus, pro eo quod corruptiss. legebatur: quem.

119. & flos de radice eius ascendet, & requiescet super illum, &c.] Sic locum hunc Isaiæ 11. mutilum ex lib. adu. Marc. suppleuimus conformiter editionibus omnibus. Transposuimus etiam cum iisdem, vti oportet, verba illa: spiritus consilij & virtutis, spiritus agnitionis & pietatis; vbi ex MS. correximus illud: virtutis, pro eo quod erat: malè: viritatis; nam & lib. 3. adu. Marc. transfuit: vigoris, & lib. 5. legit: valentia. Vulgata etiam ex Latino editio: fortitudinis; qua omnia in idem recidunt cum eo quod Græcè est: ἰσχυρός. Legimus autem vti illic est: flos quidem ob gratiam adæquatam, pro eo quod erat: floridum quidem ob gloriam, ob gratiam, adæquatam. Videtur namque illud: ob gloriam ad marginem pro varia primū lectione adnotatum, postea in textum irrepisse. Sive autem mox: dicit legas, sive: dixit, secundum MS. cod. perinde est.

120. qui arundinem contusam, id est, quassam Israël fidem, &c.] MS. concussam. Verum vox Græca Isai. 42. σὺ τὸν ἄσπελον, contusam significat. Auctor etiam interim Latine reddit & interpretatur: quassam, quod Græcè est Matth. 12. σὺ τὸν τριμύλον, quare ex lib. adu. Marc. id adiecimus. Legit etiam secundum 70. ἔ σὺ τριμύλον, id est: comminuet, pro eo quod Matth. ἔ κατέσθη, & redditur per Latinum interpretem: non confringet. Item apud Isaiam est: λίθον καὶ πνιγὺν ἀπὸν B. Ath. τὸν φόνον, quod Virum que reddi potest: atdens sine accensum, & fumigans. Sequitur interim initio huius scripturae Matth. qui habet: ἔν ἔγισθ ἔδδ

καὶ γὰρ ἔσθ, id est: non contendet neque clamabit, quum Isai. habeat saltem hodie & καὶ οὐ γένοιτο ἔδδ ἀνισθ, quod interpretatur Lat. 70. interpres: non clamabit neque dimittet. Atqui πρὸς ὀπισθῶς interpretatur illud, ἀναλῆξαι, id est: splendebit, quum adit: sed lucernā magis fecit ortū luminis sui. Legimus autem ex lib. 3. adu. Marc. de vtroque titulo sic disponam, pro eo quod erat: de vtroque populo sic dispositam. Eodem autem modo hanc scripturam interpretatur B. Hieronym. in suo Commentario.

121. dispungamus.] Rhenanus interpretatur: abfoluamus, & rectè, quem admodū adnotauimus ad epist. 38. B. Cypri. num. 5. & in carm. de Sodoma, nu. 23. quod tunc quidem B. Cyprian. adscripsimus, sed interea Tertulliani esse deprehendimus. Similis phrasī est Tom. 2. lib. de Patientia: eodem exitu dispungetur, vbi idem Rhen. illud Vlpiani citat: Dispungere est conferre accepta & data. ff. de verb. signific. sumpta translatione à ceratis tabulis, in quibus qua dissoluta sunt nomina, graphio dispungantur. Verum magis placet distinctio Calij Calagyni lib. de verb. signif. vbi dicit illud proprie dici: expungere (sicut & nos supra adnotauimus cap. 4. nu. 15.) sed dispungere maiorem, inquit, vim habet, inde dicitur: quod rationibus puncta præfigebantur, qua deinde in dati & accepti computatione, quum subtraherentur, dispungi dicebantur. Nam fuit mos veterū, vti is que sibi constabant, puncta adscribebant. Sic milites præscriptis punctis in albo signabantur, qui signando exautorarentur, expuncti dicebantur. Sic suffragatores, Candidatis quibus fauebant, puncta præfigebant: vnde Horatianum illud in prouerbiū abiit, de is quibus sæliciter cuncta proueniunt.

Omne tulit punctum qui miscuit vile dulci. 122. Ecce Deus noster iudicium retribuit, &c.] Rursum hic variat Auctor ab editione vulgata 70. Græca & Latina: nam imprimis omittit quod superflue illic repeti videtur: ἡ δὴ ἀνταποδώσει; & retribuet. Deinde addit: infirmi curabantur, quod ibi non existat. Transposuimus conformiter 70. & claudus saliet velut ceruus, & multorum linguæ solentur, &c.

C A P. X.

123. De exitu planè passionis, &c.] Caput hoc inscribebatur his verbis, qua ad marginē reiecimur: I T E M N E G A N T E S I V D Œ I passionem Christi in cruce; & postea in subdiuisione eiusdem cap. vti in margine etiā reperire est. I T E M P A T R I A R C H Œ ostendunt figuram crucis. sed quum non placerent, malui hunc titulum præfigere: De passionis Christi prædicatione, ac crucis figura. Atqui etiam istud caput paucis interpositis, & quibusdam omisiss. descriptis iterū Tertull. ferè ad verbum dicto lib. 3. adu. Marc. ex quo multa castigauimus. Imitantur autem B. Cypri. sæpedito T est. li. 2. adu. Iud. c. 13. 14. 15. 20. 21. 22. & 23. Item Iulian. Pomerius lib. supradicto, & B. Prosper de prædict. & pronunt.

124. Si autē fuerit in aliquo delicto.] Ita ex MS. pro: delictum. eo quod postea illud iterum legitur. Ad didimus ex eodem: eum, & legimus: in forte, quod Græcè est, pro eo quod in forte. Item: quia propter, pro: qui. Hæc autem non habentur infra vsque ad illum locum: Et vtique sacramentum.

125. & Quæ non rapueram, &c.] Locum hunc ita distinximus per varias cōiunctiones, eo quod ex diuersis, non autem vno Psalmo desumpta sint, quem admodum ad marginem adnotauimus. de quibus latius infra cap. 13.

126. Item Patriarchæ, &c.] Si iste titulus, & reliqui præcedentes & sequentes essent Tertullianici, haberentur

etiam infra lib. 3. adu. Marc. atque adeo mea confirmatur opinio, quod ex margine in textu irrepserit vi supra dixi.

127. Itaque imprimis Isaac, &c.] Hunc locum ex illo castigantes, legimus: & lignum ipse sibi portaret, pro: portans; item conformiter MS. Christum figuratus, pro: figuravit, phrasi Tertullianica; denique: à Iudæis carnalibus fratribus, pro: ab Israel à fratribus.

128. Nam & benedicitur in hæc verba Ioseph: Tauri decor, &c.] Prætermisimus: à patre. Neque enim hæc est patris super Ioseph benedictio, sed Moysi, Deut. 33. qua benedixit tribus Ioseph. Translulit autem ventilabit, pro: usqueque. quod magis proprie Verit Latinius 70. interpres: cornu petet.

129. rhinoceros vnicornis.] De hoc ita Plin. Nat. hist. lib. 8. cap. 20. Iisdem Iudæis (nempe Pompei Magni) & Rhinoceros vnius in nare cornu, qualis sæpe visus. Alter hic genitus hostis Elephantis, longitudo ei par, crura multo breviora, color buxeus. Ego vero hunc Auctorem citandum duxi, contra eorum opinionem, qui putant Rhinocerotem vnicornu nusquam in rerum natura fuisse, quum aliquot eorum cornua essent insignia apud s. Dionysium iuxta Parisios in Iesauris Regiæ.

130. vel Minotaurus bicornis.] Fabulam tractat Diodorus Siculus lib. 5. cap. 13.

131. cuius cornua essent crucis extima.] De figuris, imò & imagine crucis, lector videat supra Adnot. nostras ad cap. 16. Apol. nu. 238. Atqui partim ex MS. tum hic, tum lib. 3. adu. Marc. partim ex exc. castigauimus: crucis extima sue extrema, pro: æstimata; & supplementum: cornua vocantur; item legimus: stipitis, pro: stipite; & deiciens de celo, pro: descendens.

132. Simeon & Leui perfecerunt iniquitatem ex sua secta, &c.] Ad verbum translulit illud quod Græcè est ἐξ ὧν ἐστὶν αὐτῶν, pro eo quod Latina 70. editio: sui propoliti. Legimus etiam ex MS. hic & exc. infra: In concilium eorum ne venerit anima mea, & c. pro: veniat, eo quod sequatur vrobique: & in statione (Græcè ἐστὶ τῆ συνουσίᾳ) eorum ne incuberint iecora mea, quod malo, quàm: vilcera, eo quod Græcè sit τὸ ἥπικτα μὲν. Legimus etiam inde paulopost: alicuius bovis ipsi exprobrat carnificinam, pro eo quod erat: aliis & non ipsis, ac tunc tantum, & vbi nomen Iesu dimicabat, pro: dicebatur. Item: diabolus publicabatur, pro: designabatur. Sive autè legas: facie humili volutata, vii hic, sive: volutate, sicuti infra, perinde est.

133. Dominus regnavit à ligno.] Sic ex MS. hic & exc. infra, pro: regnabit. nã illud legitur Græcè & Latine. Sicuti etiam illud: à ligno, rectè additur ab Auctore tum hic, & iterum c. 13. tum lib. 3. adu. Marc. non modo in editione Romana, ex qua versus ille Paschalis in Ecclesia decantatur, sed etiam Gallica, saltem iuxta emendatores codices Latinos, & inter ceteros Donatianicum Bibliorum MS. quem Aureum vocat Erasmus, ob aureas capitales literas. Et alij Veteres id ipsum legunt nominatim, inter Græcos Iustinus Martyr contra Tryphonem; & ex Latinis Auctor lib. de Monte Syna & Syon inter opera B. Cypr. Arnobius in Psal. ac Theodul. car. de passion. in hac verba: Daudid fideli carmine, dicens:

In nationibus regnavit à ligno Deus. Quomodo legit MS. hoc loco nempe: Deus, sed illud: Dominus, retinimus. Vsq. adeo ut non possim adferri Iac. Fabri Comment. in quintuplex Psalterii, qui putat paraphrasticos tantum esse adiecti pro pia alicuius deuotione; sed e contrario sentio genuinã esse lectionem, maxime quia etiã ipse eã lectionem agnoscat in Veteri Psal. editione ante B.

Hier. etatem: Nec quid obstat quod in Hebræis codicibus nõ legatur, quia potuit à Iudæis expungi sicuti multa alia, quemadmodum Latini prosequitur Reuerendiss. longæque eruditiss. D. Guil. Lindanus Episcopus Ruremundensis. Atqui legimus ex MS. & exc. infra: aliquam propriam vestis notam, pro: aliqua proprietate vsus nouæ; & nouæ gloria, pro: nouam gloriam; item: superiorem prophetiam, pro: priorem. Denique: in corpus eius, pro: corpore, quod habet Lugdun. editio.

134. panẽ corpus suũ appellans.] Videtur alludere ad verba illa Euzeliarũ & B. Pauli. Accipit Iesus panẽ, & c. & ait: Accipite & comedite. Hoc est corpus meum. Quare magis vera esset marginalis adnotatio ista: panẽ corpus suum appellat, quã quæ nescio à quo irrepit: corpus in panem; maxime quum illud: in panem, merito dubitet quis an genuinum sit, quin potius legi debeat in pane, seu vii MS. infra lib. 3. adu. Marc. panẽ; ex quo correximus: figurauit, pro: nunciãuit: Vbi etiam plura de hoc loco, hoc addito, quod confirmet dictis verbis veritatem corporis Domini in Eucharistia. Legimus autem paulopost, sicut infra, prædicationẽ, pro: prædicationes.

135. Foderunt (inquit) manus meas & pedes.] Latinius censet legendũ sicuti supra c. 8. & hoc ipso cap. & infra c. 13. Exterminauerunt. Verũ quia MS. & exc. omnes tum hic, tum lib. 3. adu. Marc. constanter legunt Foderunt, retinimus, eo quod videatur modo hoc, modo illud legisse, forsasũ (vbi idem Latinius adnotauit) quod in quibusdam exemplaribus legisset ὠρυξάν, quod est: foderunt, & in aliis ἐξέριον, id est: exterminauerunt, maxime quia etiam B. Cypr. lib. 2. Testim. adu. Iud. c. 20. legat: Effoderunt. Legimus etiam ex MS. de cornibus vnicornuorum, secundum editionem Romanam, eo quod alibi videatur mihi meminisse similibus Tertull. lectionis, pro eo quod erat elegãtus: vnicornũ: & infra lib. 3. adu. Marc. vnicornis. Alludit autem ad id quod supra dixit: extremitates cornua vocantur, vnicornis autem media stipitis palus.

136. & Deus voluit à morte eximere animã eius, &c.] Istud Paraphrasticos translulit ex iis que sequuntur. nam primũ habetur Græcè & Latine apud 70. & Dominus vult mundare eum à plaga. & paulopost: Et vult Dominus in manus eius cõferre dolorẽ animæ eius. Plagã itaque & dolorẽ, mortẽ interpretatur. Atqui paulopost supplementum ex MS. Sic & exc. infra: Nec sepultus enim est nisi mortuus, nec seplura eius sublatã est: è medio nisi per resurrectionẽ. quas duas voces vltimas iterũ paulopost legimus, nempe per resurrectionẽ, pro: post.

137. & tenebre fecer super terram dies luminis.] Videtur legisse: ἡ ἡμέρα φῶτος, eo quod hodie legitur: ἡ ἡμέρα φῶτος sicuti & Latina 70. translatio legit: in die luminis, qui interim malè omittit: super terram.

138. Pascha esse Domini, id est passionẽ Christi.] Videtur Pascha interpretari à πάσχειν id est: pati. Alij malit ex Hebræo Phasẽ deriuatum, vti Latini prosequitur Reuer. D. Iansenius in Comment. Concord. Euang. Legimus autem paulopost ex 1. edit. & MS. & vt (pro: vt &) prophetiã implerentur, properauit, &c.

CAP. XI.

139. DE VASTATIONE HIERUSALEM post passionem Christi.] Verum hunc huius capitulum ad marginem cum precedentibus reiecimus, incipientes ab eo loco: Nam & pro meritis, &c.

140. & plangẽtes Thãmus.] Ita & Græcè est, pro quo Latinius ex Hebr. interpres Vulgatus Verit: Adonidem. Videtur autem bis legisse, quum in Græcis hodie exemplaribus semel dumtaxat reperitur. Deinde hic & paulopost vbi

Vbi legitur: Nunquid modica (seu, vt mox loquitur, pusilla, Græcè μὴ μικρῶ) domui Iudæ; quum Græcè legatur, malui sequi lectionem MS. domus; qui etiam constanter legit, Iudæis, pro eo quod semel hicerat: Iudæ; & Græcè est: ἰσχυρί. Porro etiam illud ex Græco ad verbum: inter medium ἔλαμ, pro eo quod B. Hiero. vestibulum. Legimus etiam secundum 70. & 1. edit. viginti quinque viri, pro viginti; nam & Hebræica Veritati respondet. Item: quæ fecerunt hic. Quoniam impleuerunt, pro eo quod erat: quæ fecerunt hi? & in MS. quæ fecerunt hic quoque. Impleuerunt. Denique: & exclamabunt. Atqui neque in fontibus existat illud: sed neque miserebor.

141. Et clamauit in aures, &c.] Continuatio quidem est verborum Ezechielis propheta, sed noui capitis initium. Rectius autem transferunt ab Auctore: bipennis, pro: πέλαιξ, sed hodie Græcè non existat, dispersionis, seu quod Verit Latinius 70. interpres: exterminationis, & B. Hieron. ex Hebræo: interfecionis. Legimus autem vrobique cum Græcis & MS. podere, pro: poderem, & in subdual, pro: subduali, eo quod Græcè est εἰς τὸ εἰθῆτον. Cherubin autem videtur sceminino genere, vsurpare, si vera sit lectio: super eam.

142. Transi mediam Hierusalem.] Citat etiam scripturam illam de signo Tau infra lib. 3. adu. Marc. Vbi de illo latius, quomodo & supra Adnot. nostr. in Apolog. citatis cap. precedent. & imitatur in eodem illum B. Cypr. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 22. hoc titulo: Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus qui in frontibus notantur. Quo loco vide Adnot. nostras nu. 105. Cum Cypr. autem, MS. & Græca edit. 70. malimus legere dumtaxat: Transi mediam Hierusalem, omisa voce: per, quã quod habet infra adu. Marc. Pertransi in medio portæ, in medio Hierusalem. Illud verò Tau habent MS. vni hic, & 2. infra, sicuti & excusi omnes. De vera etiam sequentiũ verborum lectione vide Adnot. nostras in lib. eiusdem Cypr. ad Demetr. nu. 52. & 53.

143. Sicut Moses ante nuntiabat in Exodo.] Quum non in Exodo, sed Deuteron. 28. habeantur scripturæ verba que citat, etiam hic lapsus est memoria Tertullian. aut legendum contra codicum omnium fidem: in Deuteronomio. Certè legimus: vestigio, pro: vestigij, quod illud Græcè sit. Mirum etiam quod legant: in ligno MS. & excusi codices, quum in fontibus nusquam neque apud B. Cypr. lib. 2. Testim. adu. Iud. cap. 20. aut apud B. August. lib. 16. contra Iansenium cap. 22. illud legatur: genuinum tamen esse videtur ex eo quod dicit Auctor infra cap. 13. sed lignum passionis Christi, vnde vita pendens à vobis credita non est.

144. & septem & dimidiã hebdomadarum.] Nempe tempus. Ita verò necessariò legendum, non & quantum, sicuti corruptissimè legebatur, plus satis manifestum sit supra cap. 8. non semel: secundum quod etiam legimus conformiter MS. in abscessionẽ, pro: abscessionem. Item paulopost ex lib. 3. adu. Marc. & calce huius libri, vbi istdem verbũ penè ea repetuntur, que sequuntur, supplementum: quo talis probatur qualis adnuntiabatur, non alius haberi debeat quã qui illic adnuntiabatur, pro eo quod erat dumtaxat: quo talis probatur qualis adnuntiabatur. & iterum: Neque enim dispositio expuncta inueniretur, nisi ille venisset. Castigauimus etiam: quæ completa esse probarentur, pro: quæ completa sunt.

CAP. XII.

145. Aspice vniuersas nationes, &c.] Rectè hoc ca-

put inscribitur hoc titulo in marginem reiecto (nam genuinum non esse constat ex sepedicto 3. lib. adu. Marc.) ITEM DE CLARITATE GENTIVM IN CHRISTO IESV, quamquam hic paucis dumtaxat id tractet, quod initio & rursus cap. sequ. multa habeat eodem pertinentia, sicut & latissimè B. Cypr. Testim. lib. 1. adu. Iud. cap. 21. hoc titulo: Quod gentes magis in Christum credituræ essent.

146. & ad Deum Christum eius.] Sic ex sepedicto lib. 3. adu. Marc. pro eo quod erat dumtaxat: & Christum eius. Porro de Christo quod Deus fuerit, aut illic aut alibi dabitur latius tractandi occasio contra quosdam nostra tempestatis sectarios, qui id negare non verentur. Inde etiam legimus: & si audes, nega prophetatum, pro: negare. Quod autem paulopost hic & ibi dumtaxat dicit: Daudid filium, in calce libri Salomonem exprimit.

147. Ecce dedi te in dispositionem gentiũ, &c.] In eandem sententiam ex Ijai. cap. 42. priora hæc verba allegarunt BB. Paulus & Barnabas Act. 13. Conformiter sequentibus Græco more legimus: aperire oculos cæcorum, sicuti loco citato, pro: vt aperias.

CAP. XIII.

148. Igitur quoniã filij Israëli, &c.] Caput hoc rectè sic intitulauimus: Quod omnes prædictæ Prophetarũ prædictiones iam adimpletæ sint. Est enim quasi Epilogus quidam precedentiu iam inde à sexto cap. Multis autem eisdem scripturas hunc Auctorem imitatus transcripsit B. Cypr. in lib. Test. 2. adu. Iud. locis mox citandis.

149. Et tu Bethleem non minima es in ducibus Iuda.] Sic ex MS. & Græcis B. Matth. fontibus, pro: Iudæ, quemadmodum etiam: pascat, pro: pascet. Græcè enim est ποιμαίνε. Quod quum verat Latinius Det. interpres regat, illic, & eandem vocem idem Ioannis vltimo, sicuti hic Auctor; patet antiquitas acceptam à Patribus: pascere, pro regere. Quod adnotatu dignũ contra eos, qui omnem regendi potestatem ab Ecclesia tolli volunt. Videtur autem in eo quod sequitur Hyperbaton. Sine autè: exteri, legas paulopost, vt excusis, sive externi, vt MS. perinde est, supra enim verit; alieni.

150. Lex enim præcepit, in captiuitate non licere vnctionem chrismatis regalis confici.] Nescio ad quem locum adludat, nisi forte ad cap. 28. Deuteronomij, vt Paraphrasticos ex aliquot commatiis hanc sententiam de more suo decerpserit, aut forsasũ alia etiam editione aut Aquila aut Theodotionis sit vsus, quo casu oporteret accipi: præcepit, pro: prædixit. Illic legitur: Et oleo non vngaris, quia defluet oliua tua, Græcè ἡ ἐλαία ἢ ἡ χελιδὼν ἢ ἡ ἐγγυήσεται ἢ ἐλαία σῶ. & deinde subiungitur: Filios & filias generabis, & non erunt tibi. Ducentur enim in captiuitatem. Videtur itaque legisse Auctor: Et oleo non vngaris, quia defluet vnctio tua, quia in captiuitatem ducentur. Verum hoc coniectura est. Siquis alius melius sentiat, per me licet. Nisi malit quis locum hunc per sequentia interpretari. Quod quum in captiuitate non fuerit templum, atque adeo nec cornu olei quod in tabernaculo adseruari solebat, non licuisse proinde vnctionem chrismatis regalis confici, quia non supererat cornu quo coninebatur, nec permissum erat aliud oleum consecrari, quã Moyses consecrauerat, Leuit. 8. Est autem elegantiss. locus de vnctione Regali apud Lact. lib. 4. cap. 7. Erat (inquit) Iudæis antè præceptum, vt sacrum conficerent vnguentum, quo perungi possent ij qui vocabantur ad sacerdotium, vel ad Regnum. Et sicut nunc Romanis indumentum purpureũ insigne est Regiæ dignitatis adsumpta; sic illis vnctio sacri vnguenti nomen ac potestatis

tem regiam conferebat. Ob eam causam nos eum Christum appellamus, id est dñctum, qui Hebraicè Mefias dicitur.

151. nec templum, vbi erat cornu de quo vnguebantur reges.] Alludit ad illud 3. Reg. 21. Simpsig. Sadoe sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem; vnde colligitur in templo obseruatum fuisse. At qui ducator vertitur, pro: dux, iuxta Vocem Græcam: ἡγούμενος.

152. secundum scripturas Prophetarum, &c.] Rursum scripturas adfert, quibus prædictum est (Vt B. Cyprian. hunc locum imitatus scribit lib. 2. adu. Iud. cap. 20.) Quod cruce illum fixuri essent Iudæi. Paulopost autem ex MS. correximus: à ligno, pro: in ligno, eo quod magis scripturæ quam citat, respondeat. Item: à vobis credita non est, pro: credi non est.

153. Mittite, & interrogate, &c.] Quum Græcè sit νοήσατε, quod rectè vertit Lat. 70. interpres: considerate, videtur hic etiam aliam Vocem Auctor legisse. Illud autem (quod inter Verba Hierem. interseruit: Et sol media die tenebricauit; ita enim legimus ex MS. pro: tenebrificauit) reperitur Amos 8. Quamquam obiter etiam hoc citauerit supra cap. 10. sicut & B. Cypri. lib. dicto cap. 23. Legimus etiam ex MS. conformiter ipsis fontibus: duo mala fecit, pro: malè. De illa autem lectione: qui non poterant continere aquam, vide Adnot. nostras in B. Cypri. lib. 1. adu. Iudæos cap. 3.

154. Remittetis enim nomen vestrum, &c.] Remittetis surpat, pro: Dimittetis, seu derelinquetis, quia Græcè est: Κοιτάξαι. Legit etiam: in terris, pro eo quod est: ἐπὶ τῆς γῆς, id est, in terra.

155. & lignum merisum est.] Paraphrasticos hoc addidit Auctor, ex eo quod habeatur: supernatauit ferrum; alioquin apud 70. & Hebræos non legitur, sicut & illud: quod receperunt filij Prophetarum, quum solium vnus ex illis fiat mentio.

156. Sed quoniam hæc fuerat sacramenta, &c.] Similiter hanc scripturam paucis interpretatur B. Cypri. & ipse infra T. 2. Tertull. lib. de patientia.

157. Natiuitatem autem eius quis enarrabit?] Non dubium quin ita legendum sit iuxta editiones Isaiæ omnes, non autem: enarravit, maxime quum illud etiam legat B. Cypri. lib. 2. adu. Iud. cap. 15. & infra lib. 3. adu. Marc. Tertull.

158. secundum Prophetiam Osee.] Istud econtrario contra omnium codicum fidem legimus, pro: Isaiæ, propter Vocis similitudinem, quia non apud Isaiam, sed apud Osee prophetam inuenitur.

159. Igitur quoniam contendunt, &c.] Sequentia etiam descripsi infra lib. 3. adu. Marc. paucis interpositis, ex quo legimus: Christum eorum, & paulopost nu. 160. dilucidata per Christum veritate, pro: dilucidata pectora per Christi veritatem.

160. adorandis vanis & noctuis.] Ex eodem castigauimus: adorandis; pro: adorare, & ex edit. 70, noctuis, pro: nociuis; quod corruptis. legebatur mutato t in i. nam & Græcè est: νυκτερίαι, quod vesperationes significat, quas Auctor noctuas nuncupat, quasi nocturnas, eo quod Lucifuga nocte volitet, quemadmodum etiam B. Hieron. hunc locum interpretatur in Comment.

161. super vineam Sorech.] Sic castigauimus ex 2.

MS. infra lib. 3. adu. Marc. pro: Soreth; nam & Hebraicè & Græcè illud legitur, pro quo B. Hieron. transtulit: vineam electam. illa interim vox amplius significat, nempe vitem optimam, cuius vine non habent acinos. Castigauimus autem ex MS. charifinatis prioribus, pro: charifinatum roribus, & legimus: ex perseuerantia, ac non multo post: Regionem, pro: Regiones; ac: derelicta est. Rursum: Sic & macharæ conditionalis comminatio, &c. probauit Christum fuisse, pro: Sicut, &c. ex quo probamus macharæ Christum fuisse. Denique, prædicarentur, pro: prædicarentur. Item: Et vbi tunc filia Syon.

C A P. XIII.


161. Discite nunc ex abundantia erroris vestri ducatum.] Id est, interprete Rhenano, quid vos in errorem inducat. Caput hoc autem hinc incipi debere patet ex sapedito lib. 3. adu. Marc. multo ante ea que prius allegauimus haud procul à principio, vbi iterum isdem penè verbis idipsum repetit, ad quem locum præcipua queque distulimus. Atqui inscribitur titulo, quem cum aliis ad marginem reieimus: DE SECUNDO ADVENTU CHRISTI, quippe qui ex illo errore Iudæorum conuincat. Imitatur B. Cypri. sapedito lib. 2. adu. Iud. cap. 10. 13. 26. 28. 29. & 30. Legimus autem inde: prænotasse, pro: prænotatos; & ex MS. os suum.

162. Nec aspectu quidem honestus.] Ita etiam ex MS. pro: Ne, sunt autem Verba Auctoris, que comprobant scriptura sequente: Annunciauimus enim de illo, sicut puerulus, &c. In qua sine legas: citra filios hominum, ut hic, sine: supra, ut paulopost, sine: circa, ut MS. lib. 3. adu. Marc. sine: præter, ut B. Cypri. lib. 2. adu. Iud. cap. 11. (Vbi vide Adnot. nostras, nu. 62.) perinde est: omnia enim illa significat πρὸς, vox Græca. Legimus autem ex MS. hic & infra: De quo secundo aduentu idem Daniel, pro: eiusdem, eo quod præcessit: apud Danielelem.

163. Et homo est, & quis cognoscit illum?] Sic ex sapedito lib. infra, tum quod ita sit apud 70. tum quod similiter legat B. Cypri. lib. 2. adu. Iud. cap. 10. Qui eodem modo hunc locum interpretatur, sicuti Lat. etiam lib. 4. c. 13. Ambr. Instit. Virg. c. 16. & Aug. lib. 3. contra Faustum c. 11. Rursum autem castigauimus: Natiuitatem eius quis enarrabit: pro: enarravit. Item: verus summus sacerdos, pro: veriss. sacerdos; & Christus Iesus, pro: Christus ipse; ac: sordidis indutus, pro: sordibus. & rursum: Dei summus sacerdos, pro: summi. Item: non multo post: manifestis notatus insignibus, pro: notis.

164. quasi visceratione quadam.] Visceratio (Vt ad marginem adnotauit Rhenanus) distributio erat carnis, que fieri solebat, vel in sollempni sacrificio, vel in funere excellentis alicuius.

165. & omni inhonestate.] Inhonestatem (inquit tum hic, tum infra lib. 3. adu. Marc. Rhen.) accipit pro deformitate, sicuti paulo prius honestus pro formoso. Supra autem lib. ad scapulam quum dixit: quanti honesti viri, honoratos viros intelligi ibidem ibi adnotauit. Suppleuimus verò ex MS. Christum suum, & legimus postea: nullo modo euenissent, pro: venisset; & omitimus: quod, superfluum, secuti ipsum Auctorem supra sub finem cap. 11. ad quod alludit his verbis: sicuti iam prælocuti sumus.



Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI
CARTHAGINIENSIS
PRESBYTERI OPERVM.

TOMVS SECVNDVS.

IN QVO HABENTVR LIBRI PARÆNETICI SIVE
ADMONITORII AD CHRISTIANOS, ARGVMENTIS
etiam nouis & Adnotationibus aucti.

De Pœnitentia.	pagina 193.
De Oratione.	pag. 211.
Ad Martyras.	pag. 223.
De Patientia.	pag. 233.
De Spectaculis.	pag. 250.
De Idololatria.	pag. 281.
De Habitu muliebri.	pag. 303.
De Cultu fœminarum.	pag. 311.
Ad Vxorem liber primus.	pag. 322.
Ad Vxorem liber secundus.	pag. 331.
De Corona militis.	pag. 340.
De Velandis virginibus.	pag. 365.

R

IACOBI PAMELII DE SECVNDI
TOMI LIBRORVM ORDINE AD
LECTOREM PRÆFATIO.

QUOD, pro instituto nostro, etiam huius SECVNDI TOMI Li-
brorū Ordinis rationem reddam, primo loco collocati sunt octo
numero, quos ante hæresim, immò errorem omnem, cōscriptos
constat. Quorū quum de quatuor prioribus quis altero prius sit
editus, certò dici nequeat: in paria duo, vtpotè similis argumenti distinximus.
Priores sunt, LIBRI DE POENITENTIA & DE ORATIONE,
quippè qui Sacramenti Pœnitentiæ & Eucharistiæ sacrificij quis vsus tum in
Africa fuerit, non obscurè significant. Hos sequuntur AD MARTYRAS
& DE PATIENTIA LIBRI, initio quintæ persecutionis sub Seuero pu-
blicati. Deinde quos DE SPECTACVLIS & DE IDOLOLATRIA
lucubrauit, quantum adparet, anno circiter XII. Seueri, quum iam indicti es-
sent Ludi sæculares octauī: quorum prior, posteriori citatur libro c. XIII.
Quum etiam eiusdem de Spectaculis opusculi mentionem faciat LIBER
DE HABITV MULIERVM, post illum meritò subiicitur, atque adeò
etiam alter eiusdem prorsus materiæ DE CVLTV FOEMINARVM. Post
quos, quatuor, qui Romæ scripti videntur, à nobis digesti sunt. Et primò
AD VXOREM LIBRI DVO; quòd etsi secundas nuptias in iis dissua-
deat, nondum tamen omninò damnare videatur, dummodò in Domino, id
est, cum Christianis contrahant. Deinde qui etiam libri de Spectaculis Græ-
cè conscripti meminit LIBER DE CORONA MILITIS, quòd
de fuga in persecutione & Paraclero sobriè magis loquatur, quàm in eo quem
postremum posuimus, DE VIRGINIBVS VELANDIS LIBRO:
quem germanum esse fœtum (quod ipsum de prioribus profiteamur) ipse Au-
ctor hoc Epiphonemate significat, CVM SEPTIMIO TERTVLLIANO,
cuius hoc opusculum est. Ceterùm ad intellectum Auctoris hunc Ordinem
facere non parum, fat scio, mecum iudicabis, Lector studiose. Vale itaque, &
siquid profeceris, Deo Opt. Max. vnà mecum gratias agito.



Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI LIBRI PARÆNETICI SEV
admonitorij, ad Christianos.

ARGVMENTVM LIBRI DE POENITENTIA,
PER IACOBVM PAMELIVM.



PACE Ecclesiæ adhuc vigente ante persecutionem sub Seuero,
quum talentum sibi à Domino concreditum nollet abscondere
Tertullianus in terram, sed fructum facere, ipse (vni loquitur
sub finem) peccator, ac proinde nulli rei nisi Pœnitentiæ natus,
super illa tacere nolens, hunc Librum de POENITENTIA
edidit, paraneticorum quantum apparet primum.

Principio autem eam definitionem Pœnitentiæ legitimam esse
negat, qua definiebant Gentiles, passionem animi quandam, quæ veniat de offensa sen-
tentia prioris, quam etiam in bonis factis suis adhibeant. i.

Verùm eam veram esse Pœnitentiæ, quæ malorum sit & delictorum ex metu Dei
ad salutem; vtpotè quam Deus in semetipso dedicavit, rescissa sententia irarum pristi-
narum, & Ioannes per intinctionem in Pœnitentiæ præministravit; cuius Deus ac-
ceptor & remunerator; quum bonum factum Deum habeat debitorem sicut & malū. ii.

Pœnitentiæ proinde deputanda esse delicta, non carnalia modò siue qua facta, sed &
spiritualia, ac qua animo seu voluntate fiunt. Siquidem & caro & spiritus, alia manu
eius expressa, alia adflatu eius consummata; ac proinde quocumque eorum deliquerit:
ex pari Dominum offendat. Quid? quòd voluntas vsque adeò facti origo sit, ut præ-
ter ea quæ casui aut necessitati aut ignorantia imputantur, non nisi voluntate de-
linquatur. iii.

Amplexetur itaque peccator Pœnitentiæ, ut naufragus alicuius tabulæ fidem:
maximè quum non præcipiat tantùm Deus, sed etiam præmio ad eam inuitet. iiii.

Pœnitentiæ autem delictorum functus, non se rursus in delicta restituat: quum
enim ignorantes, Dominum nulla exceptio tueatur à culpa, cognita despici periculosum
esse. Neque verò satis Deum habere, si corde & animo suscipiatur, licet actu minus
fiat: atque adeò qui saluo metu & fide peccare se dicunt, salua venia in gehennam
detrudendos. v.

Et si denique inuitur aquam intinctionis seu baptismi omni modo saluum sit bene-
ficiū abolitionis delictorum: non tamen ob id Audientes seu Catechumenos Pœni-
tentiæ renuere debere: quòd peccator ante veniam deslere se debeat, antequàm tan-
tam mercedem, perennis scilicet vitæ, concedat. vi.

- VII. Absit autem ut Pœnitentiam secundam post baptismum tabulam ita aliquis interpretetur, quasi eo sibi pateat ad delinquendum locus, quia & ad penitendum: & nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior, totiens delinquendo quotiens ignoscitur.
- VIII. Quippè qui hanc clementia suæ profusionem multis scripturæ testimoniis demonstraverit.
- IX. Porro actum Pœnitentiæ, qui magis Græco vocabulo ἐξομολόγησις exprimitur, prosternendi & humiliandi hominis disciplinam esse: quæ mandet sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus deicere, illa quæ peccavit tristi tractatione mutare: plerumque verò ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, presbyteris aduolui, caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ mittere.
- X. Neque verò publicationem sui suffugere, aut de die in diem differri debere, ne velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant, ita cum erubescencia sua pereant.
- XI. Multo minus reformidanda corporis incommoda, quæ neque pigeat neque pudeat illos, qui ambitu obeunt capeffendi magistratus, propter unius anni volaticum gaudium, omnibus etiam contumeliis eniti.
- XII. Postremò si de Exomologesi retractet aliquis, gehennam in corde suo consideret, & pœna magnitudinem imaginetur ignis æterni. Immo & ceruum & hirundinem imitando, medicinam sibi diuinitus adtributam in tempore agnoscat, ad instar Regis Babylonij, quem Pœnitentia in regnum restituit.
- Ceterum præterquam quod librum hunc cum ceteris iam olim MS. reperit Trithemius, antequam prælo committeretur, disertis verbis eius meminit in hæc verba: B. Pacianus Barcinonensis Episcopus Ad Sympronianum contra Nouatianos: Tertullianus (inquit) post hæresim vester est: nam multa inde sumpsistis. Ipsum Epistola sua (Epistolas vocat, sicuti veteres, Tractatus omnes, & nominatim quoque B. Cyp. Librū de lapsis, & ea ipsa quam Catholicus edidit) audies confitentem: posse Ecclesiam peccata dimittere. Quid? quod lib. de Pœnitent. & Confess. (quem illic etiam Epistolam vocat) & lib. 2. ad eundem Sympron. locis infra citandis (iuxta quod me monuerunt Latinus Latinius & Ioannes Harrisius) ipsa verba Tertulliani transcripsit. Sicuti etiam illud de ceruo & hirundine supra allegatum B. Hieron. in c. 7. Ecclesiastica, ac de secunda post naufragium tabula, Epistolis ad Eustoch. de Virg. & ad Saluin. de Viduit. sicuti etiam Ambros. ad virg. laps. Denique B. Cyprian. sub finem l. de Laps. Actum Pœnitentiæ hinc decerpit, eundem etiam ibi in reliquis imitatus. Quæ loca si animaduertissent Erasmus & Rhenanus, nullam habuissent dubitandi causam, quin germanus sit iste Tertulliani fœtus, maxime quum ipse Rhenanus plures hæc phrasas vocæque Tertullianicas (de quibus infra) adnotauerit, quam vsquam alibi: qui eundem secunda editione ex Gorziensi cod. & Paterniacensi non paucis in locis emendauit. Certè Tertulliani titulo agnoscunt MS. tres Vaticani codices, ad quos à me iam postremum emendatus prodit: cum Antidoto ad eiusdem Rhenani Adnotationes, & quibusdam nostris.



Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI DE PŒNITENTIA

LIBER.



PŒNITENTIAM, hoc genus hominum, quod & ipsi retrò fuimus, cæci, sine Domini lumine, natura tenuis, norunt, passionem animi quandam esse, quæ veniat de offensa sententiæ prioris. Ceterum à ratione eius tantum absunt, quantum ab ipso rationis auctore: quippè res Dei ratio. Quia Deus omnium conditor, nihil non ratione prouidit, disposuit, ordinavit; nihil non ratione tractari intelligique voluit. Igitur ignorantes quique Deum, rem quoque eius ignorēt necesse est; quia nullus omnino thesaurus extraneis patet. Itaque vniuersam vitæ conuersationem sine gubernaculo rationis transfretantes, imminentem sæculo procellam vitare non norunt. Quam autem in pœnitentiæ actu irrationabiliter deuersentur, vel vno isto satis erit expedit, cum illam etiam in bonis factis suis adhibent. Pœnitentia fidei, amoris, simplicitatis, patientiæ, misericordiæ, prout quid in ingratiā cecidit; Semetipfos execrantur, quia benefecerint, eamque maximè pœnitentiæ speciem quæ optimis operibus irrogatur, in corde figunt: meminisse curantes ne quid boni rursus præstent; contra pœnitentiā malorum leuius incubant. Denique facilius per eandem delinquant, quam per eandem rectè faciunt. Quod si Dei ac per hoc rationis quoque compotes agerēt, merita primò pœnitentiæ expenderent, nec vquam eam ad augmentum peruersæ emendationis adhiberent; modum denique pœnitendi temperarent, quia & delinquendi tenerent, timentes Dominum scilicet. Sed vbi metus nullus, emendatio proinde nulla, vbi emendatio nulla, pœnitentia necessariò vana; quia caret fructu suo, cui eam Deus seuit, id est, hominis salutem. Nam Deus post tot ac tanta delicta humanæ temeritatis à principe generis Adam auspicata, post condemnatum hominem cum sæculi dote, post eiectionem paradiso, mortique subiectum; quum rursus ad suam misericordiā maturauisset: iam inde in semetipso pœnitentiā dedicauit, rescissa sententiā irarū pristinam ignoscere pactus operi & imagini suæ. Itaque & populū sibi cōgregauit, & multis bonitatis suæ largitionibus fouit, & ingratiū totiens expertus, ad pœnitentiā semper hortatus est, & prophetando, vniuersorum prophetarum emisit ora: mox gratiā pollicitus, quam in extremitatibus temporum per spiritū suum vniuerso orbi illuminaturus esset, præire in tinctionem pœnitentiæ iussit, vt quos per gratiam vocaret ad promissionē femini Abraham destinatam, per pœnitentiæ subsignationem antè componeret. Non taceret Ioannes: Pœnitentiā in morte dicens: iam enim salus nationibus appropinquabit, Dominus scilicet afferens, secundū Dei promissum. Cui præministrans, pœnitentiā destinabat purgandis mētibus præpositā: vt quicquid error vetus inquinasset, quicquid in corde hominis ignorantia contaminasset, id pœnitentia verrens & radens, & foras abiiciens, mundam pectoris domum superuenturo spiritui sancto pareret, quo se ille cum cœlestibus bonis libens inferat. Horum bonorum vnus est titulus, salus hominis, criminū pristinorum abolitione præmissa. Hæc pœnitentiæ causa: hæc opera negotium diuinæ misericordiæ curans: quod homini proficit, Deo seruit. Ceterum ratio eius quæ cognito Domino discimus, certam formā tenet, ne bonis vquam factis cogitatisve, quasi violentia aliqua, manus iniiciatur. Deus enim reprobationem bonorum ratam nō habens, vtpotè suorū, quorum quū auctor & defensor sit, necesse est proinde & acceptator. Si acceptator, etiā

remunerator. Viderit ergo ingrata hominū, si etiam bonis factis pœnitentiā cogit. Viderit & gratia, si captatio eius ad beneficiendum incitamento est. Terrena, mortalis vtraque. **D** Quantulum enim compendij, si grato benefeceris? vel dispendij, si ingrato? Bonum factum Deum habet debitorem, sicut & malū: quia iudex omnis remunerator est causa. At cum iudex Deus iustitiæ charissimæ sibi exigendæ tuēdæque præsideat, & in eam, omnē summā disciplinæ suæ sanciat, dubitandū est, sicut in vniuersis actibus nostris, ita in pœnitentiæ quoque causa iustitiam Deo præstandam esse? quod quidem ita impleri licebit, si peccatis solummodò adhibeatur. Porro peccatum, nisi malum factum dici non meretur, nec quisquam beneficiēdo delinquit: quod si non delinquit, ¹⁰ cur pœnitentiam inuadit delinquentium? priuatim cur malitiæ officium bonitati suæ imponit? Ita euenit, vt cum aliquid vbi non oportet, adhibetur, illic vbi oportet, negligatur. [¹¹ Quorum ergo pœnitentiā iusta & debita videatur, id est, quæ delicto deputanda sunt, locus quidem expostulat denotare, sed otiosum videri potest. Domino enim cognito, vltro spiritus à suo auctore respectus, emergit ad notitiam veritatis, & admissus ad dominicā præcepta, ex ipsis statim eruditur: id peccato deputandum, à quo Deus arceat. Quoniam cum Deum grande quid boni constet esse: vtique bono nisi malum non displiceret, quod inter contraria sibi nulla amicitia est. Perstringere tamen non pigebit, delictorum quædam esse carnalia, id est, corporalia, quædam verò spiritalia. Nam cum ex hac duplicis substantiæ congregatione confectus homo sit, non aliundè delinquit, quàm vnde constat. Sed non eo inter se differunt, quod corpus & spiritus duo sunt: alioqui eo magis paria sunt, quia duo vnum efficiunt: ne quis pro diuersitate materiarum peccata eorum discernat, vt alterum altero leuius aut grauius existimet. Siquidem & caro, & spiritus, Dei res: ¹² alia manu eius expressa, alia ad flatu eius consummata. Cum ergo ex pari ad Dominum pertineant, quodcunque eorū deliquerit, ex pari Dominum offendit. An tu discernas actus carnis & spiritus? quorum & in vita, & in morte, & in resurrectione, tantum communionis atque confortij est: vt pariter tunc aut in vitam, aut in iudicium suscitentur: quia scilicet pariter aut deliquerint, aut innocenter egerint. Hoc eo præmiserimus, vt nō minorem alteri quàm vtique parti, si quid deliquerit, pœnitentiæ, necessitatem intelligamus impendere. Communis reatus amborum igitur, communis & iudex, Deus scilicet: communis igitur & pœnitentiæ medela. Exinde spiritalia & corporalia nominantur, quod delictum omne, aut agitur, aut cogitur: Vt corporale sit quod in facto est: quia factum, vt corpus & videri & contingi habet: Spiritale verò, quod in animo est, quia spiritus neque videtur, neque tenetur. Per quod ostenditur, non facti solum, verum & voluntatis delicta vitanda, & pœnitentiā purganda esse. Neque enim si mediocritas humana factis solum iudicat, quia voluntatis latebris par non est: idcirco crimina eius etiam sub Deo negligamus. Deus in omnia sufficit. Nihil à conspectu eius remotum, vnde omnino delinquitur. Quia non ignorat, nec omittit, quominus in iudicium decernat. Dissimulator & præuaricator peripicaciæ suæ non est. Quid? quod voluntas facti origo est? ¹³ Viderint enim, si qua casui aut necessitati, aut ignorantia imputantur, quibus exceptis, iam non nisi voluntate delinquitur. Cum ergo facti origo est, non tanto potior ad pœnam est, quanto principalis ad culpam: quæ ne tunc quidem liberatur, cum aliqua difficultas perpetrationem eius intercipit. Ipsa enim sibi imputatur, nec excusari poterit per illam perficiendi infelicitatem, operata quod suum fuerat. Denique Dominus, quemadmodum se adiectionem legis superstruere demonstrat, nisi & voluntatis interdicens delicta? quum adulterum, non eum solum definit, qui cominus in alienū matrimonium cecidisset, verum etiam illum, qui aspectus concupiscentiæ contaminasset: ad eodē quod prohibetur administrare, satis periculose animus sibi repræsentat, & temerè per voluntatem expungit effectum. Cuius voluntatis cum vis tanta sit, cur non, solatium sui saturans, pro facto cedit? pro facto ergo plectetur. Vanissimum est dicere: volui, nec tamen feci. Atquin perficere debes, quia vis: aut nec velle, quia nec perficis. Sed ipse conscientia tuæ confessione pronuncias. Nam si bonum concupisceres, perficere, gestisses: porro sicut malū non perficis, nec concupiscere debueras. Quaque te constitueris, crimine astringeris: quia aut malum volueris, aut bonum non adimpleueris. [¹⁴ Omnibus ergo delictis, seu carne, seu spiritu, seu facto, seu voluntate commissis, ¹⁵ qui pœnam per iudicium destinavit, idem & veniam per pœnitentiam spondit, dicens ad populum: ¹⁶ Pœnitere, & saluum faciam te. Et iterum: Viuo, inquit, Dominus, &: ¹⁷ Pœnitentiam malo quàm mor

I I I.

Gen. 2.

Ioan. 5.

Matth. 5.

I I I I.

Ezech. 18.

A mortem. Ergo pœnitentia vita est, quum præponitur morti. Eam tu peccator, mei similis (imò me minor; ¹⁸ ego enim præstantiam in delictis meam agnosco) ita inuade, ita amplexare, ¹⁹ vt naufragus alicuius tabulæ fidem. Hæc te peccatorum fluctibusmersum perlauabit, & in portum diuinæ clementiæ ²⁰ protelabit. Rape occasionem inopinatæ felicitatis: vt ille tu, nihil quondam penes Deum, nisi stilla stulæ, & aræ puluis, & vasculum figuli; arbor exinde fias illa quæ penes aquas feritur, & ²¹ in foliis perennat, & tempore suo fructus agit; quæ nō ignem, non securim videbit. Pœniteat errorum reperta veritate, pœniteat amasse quæ Deus non amat; quando ne nos quidem ipsi, seruulis nostris ea quibus offendimur, non odisse permittimus. Obsequij enim ratio in similitudine animorum constituta est. De bono pœnitentiæ enumerando, diffusa & per hoc magno eloquio committenda materia est. Nos verò pro nostris angustiis vnū inculcamus, bonum atque optimum esse quod Deus præcipit. Audaciam existimo de bono diuini præcepti disputare. Neque enim quia bonum est, idcirco auscultare debemus, sed quia Deus præcepit. Ad exhibitionem obsequij, prior est maiestas diuinæ potestatis. Prior est auctoritas imperantis, quàm vtilitas seruientis. Bonum est pœnitere, an non? Quid reuoluis, Deus præcipit. At enim ille non præcipit tantum, sed etiam hortatur. Inuitat præmio salutem; iurans, etiam: Viuo, dicens, cupit credi sibi. O beatos nos, quorum causa Deus ²² iurat. O miserimos, si nec iuranti Domino credimus. Quod igitur Deus tantoperè commendat, quod etiam humano more sub deieratione testatur, summa vtique grauitate & aggredi & custodire debemus; vt in asseueratione diuinæ gratiæ permanentes, in fructu quoque eius & emolumento proinde perseuerare possimus. [²³ Hoc enim dico, pœnitentiam quæ per Dei gratiam ostensa & indicta nobis, in gratiam nos Domino reuocat, semel cognitam atque susceptam, nunquam posthac iteratione delicti resignari oportere. Iam quidem ²⁴ nullum ignorantia prætextū tibi patrocinator; quod Domino agnito præceptisque eius admissis, denique pœnitentia delictorum functus, rursus te in delicta restituis. Ita, in quantum ignorantia segregaris, intantum contumaciæ adglutinaris. Nam si idcirco te deliquisse pœnituerat, quia Dominū cœperas timere; cur quod metus gratia gessisti, rescindere maluisti, nisi quia metuere deluisti? Neque enim timorem alia res quàm contumacia subuertit. ²⁵ Cum etiam ignorantes Dominum nulla exceptio tucatur à pœna (quia Deum in aperto constitutum, & vel ex ipsis cœlestibus bonis comprehensibilem ignorari non licet) quanto cognitum despici periculosum est? Despicit porro qui bonorum ac malorum intellectum ab illo consecutus, quod intelligit fugiendum, quodque iam fugit, resumens, intellectui suo, id est, Dei dono contumeliam facit: respuit datorem, eum datem deserit; negat beneficium, quum beneficium non honorat. Quemadmodum ei potest placere, cuius munus sibi displicet? Ita in Dominum non modo contumax, sed etiam ingratus apparet. Cererum non leuiter in Dominum peccat, qui quum æmulo eius diabolo pœnitentia renunciaisset, & hoc nomine illum Domino subiecisset, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem eius seipsum facit; ²⁶ vt denuò Malus, recuperata præda sua aduersus Dominum, gaudeat. Nōne, quod dicere quoque periculosum est, sed ad ædificationem proferendum est, diabolus Domino præponit? Comparisonem enim videtur egisse, qui vtrumque cognouerit; & iudicatō pronunciaisse, eum meliorem cuius se rursus esse maluerit. ²⁷ Ita, qui per delictorum pœnitentiam instituerat Domino satisfacere, diabolo per aliam pœnitentiā pœnitentiam satisfaciens; eritque tanto magis perosus Deo, quanto æmulo eius acceptus. ²⁸ Sed aiunt quidam: Satis Deum habere, si corde & animo suspiciatur, licet actu minus fiat. Itaque, se saluo metu & fide peccare; hoc est, salua castitate, matrimonia violare; salua pietate, parenti venenum temperare. Sic ergo & ipsi, salua venia, in gehennam detruentur; dum saluo metu peccant. Primum exemplum peruersitatis; quia timent, delinquent; opinor non delinquerent, si non timerent. Igitur qui Deum nolit offensum, nec reuereatur omnino, si timor offendendi patrociniū est. Sed ista ingenia de semine hypocritarum pululare consueverunt, quorum inuidia cum diabolo amicitia est, quorum pœnitentia nunquam fidelis. [²⁹ Quicquid ergo mediocritas nostra ad pœnitentiam semel capeffendam & perpetuò continendam suggerere conata est, omnes quidem deditos Domino spectat, vt omnis salutis in promerēdo Deo petitores; sed præcipue ³⁰ nouitiolis istis imminet; qui, cum maximè incipiūt diuinis sermonibus aures rigare, quique catuli infantia adhuc recētis, nec perfectis luminibus incerta reptant; & dicunt quidem pristinis renun-

Ist. 40.

Dsn. 2.

Psal. 1.

Ezech. 19.

Matth. 3.

Ezech. 33.

V.

VI.

ciare, & pœnitentiam assumunt, sed³⁹ includere eam negligunt. Interpellat enim illos D ad desiderandum ex pristinis aliquid, ipse finis desiderandi: velut poma, cum iam in aco- rem vel amaritudinem fenescere incipiunt, ex parte aliqua tamen adhuc ipsi gratiæ suæ adulantur. Omne præterea cunctationis & tergiversationis erga pœnitentiam vitium, præsumptio intinctionis importat. Certi enim indubitata veniæ delictorum, medium tempus interim furantur; &³² commeatum sibi faciunt delinquendi, quàm eruditionem non delinquendi. Quàm porrò ineptum; quàm pœnitentiam non adimplere, & veniam delictorum sustinere: hoc est, pretium non exhibere, ad mercem manum emittere. Hoc enim pretio Dominus³³ veniam addicere instituit; hac pœnitentiæ compensatione redimendam proponit impunitatem. Si ergo qui venditant, prius nummum quo paci scuntur examinât, ne scalpatus, neve rasus, ne adulter: etiam Dominum credimus, pœnitentiæ probationem prius inire; tantam nobis mercedem, perennis scilicet vitæ, concessurum. Sed differamus tantisper pœnitentiæ veritatem.³⁴ Tunc opinor emendatos liquebit, cum absolui- mur. Nullo pacto. Sed cum pendente venia, pœna prospicitur: cum adhuc liberari nõ meremur, vt possimus mereri: cum Deus cõminatur, nõ cum ignoscit. Quis enim ser- uus,³⁵ postea quàm libertate mutatus est, furta sua & fugas sibi imputat? Quis miles, post- quam castris suis emissus, pro notis suis satagit? Peccator ante veniã deslere se debet, quia tempus pœnitentiæ, idem quod periculi & timoris. Neque ego renuo, diuinum benefi- cium, id est, ³⁶ abolitionem delictorum, inituris aquam omni modo saluum esse; sed vt eò peruenire contingat, elaborandum est. Quis enim tibi tam infidæ pœnitentiæ viro, ³⁷ asperginem vnã cuiuslibet aquæ commodabit? Furto quidem aggredi, & propositum E huius rei asseuerationibus tuis circumduci facile est. Sed Deus Thesaurò suo prouidet, nec finit obrepere indignos. Quid denique ait? Nihil occultum quod non reuelabitur. Quanta scun- que tenebras factis tuis superstruxeris, Deus lumen est. Quidam autem sic opinantur; quasi Deus necesse habeat præstare etiam indignis, quod spondit, & libe- ralitatem eius faciunt seruitutem. Quòd si necessitate nobis ³⁸ symbolum mortis indul- get, ergo inuitus facit. Quis enim permittit permansurum, id quod tribuerit inuitus? non enim multi postea excidunt: non à multis donum illud aufertur? Hi sunt scilicet, qui ob- repunt; qui pœnitentiæ fidem aggressi, super arenas domum ruituram collocant. Nemo ergo sibi aduletur, quia ³⁹ inter Auditorum tyrocinia deputatur, quasi eo etiam nunc sibi delinquere liceat. Dominum simul cognoueris, timeas simul inspexeris, reuereris. Cete- rum quid te cognouisse interest, cum iisdem incubas quibus retrò ignarus? Quid autè te à perfecto Dei seruo separat? An alius est intinctus Christus, alius Audientibus? Num spes alia, vel merces, alia formido iudicij, alia necessitas pœnitentiæ?⁴⁰ Lauacrum illud obfigna- tio est fidei, quæ fides à pœnitentiæ fide incipitur & commendatur. Non idèò abluimur, vt delinquere desinamus; sed quia desinimus, quoniam iam corde lori sumus. Hæc enim prima Audientis intinctio est, metus integer. Exinde quoad Dominum senseris, fides fan- na conscientia semel pœnitentiam amplexata. Ceterum si ab aquis peccare desistimus; F necessitate, non sponte innocentiam induimus. Quis ergo in bonitate præcellens? cui nõ licet, an cui displicet malo esse? qui iubetur, an qui delectatur à crimine vacare? Ergo nec à furto manus auertamus, nisi claustrorum duritia repugnet; nec oculos à stupri concupis- centiis refrenemus, nisi à custodibus corporum obstruati: si nemo Domino deditus delin- quere desinet, nisi intinctione alligatus. Quòd si qui ita senserit, nescio an intinctus magis contristetur, quòd peccare deserit, quàm lætetur quòd euaserit. Itaque Audientes, optare intinctionem, non præsumere, oportet. Qui enim optat, honorat; qui præsu- mit, superbit. In illo verecundia, in isto petulantia apparet. Ille satagit, hic negligit. Ille mereri cupit, at hic vt debitum sibi repromittit. Ille sumit, hic inuadit. Quem cenfeas di- gnio- rem, nisi emendatiorem? quem emendatiore, nisi timidiorem, & idcirco vera pœni- tentia functum? Timuit enim adhuc delinquere, ne non mereretur accipere. At ille præ- sumptor, cum sibi repromitteret, securus scilicet, timere non potuit: sic nec pœnitentiam impleuit, quia instrumento pœnitentiæ, id est, metu caruit. Præsumptio inuerecundiæ portio est, inflat petiorem, despicit datorem. Itaque decipit nonnunquam. Antè enim quàm debeat repromittit, quo semper is qui est præstaturus, offenditur. [⁴¹ Hucus- que Christe Domine, de pœnitentiæ disciplina seruis tuis dicere vel audire contingat, quousque etiam delinquere non oportet Audientibus; vel nihil iam de pœnitentia nouerint, nihil eius requirant. Piget secundæ, imò iam vltimæ spei subtexere men- tionem,

Luc. 8.

VII.

A tionem; ne retractantes de residuo auxilio pœnitendi, spaciū adhuc delinquendi demõ- strare videamur. Absit vt aliquis ita interpretetur, quasi eo sibi etiam nunc pateat ad delin- quendum, quia pater ad pœnitendum; & redundantia clementiæ cœlestis, libidinem faci- at humanæ temeritatis. Nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior est, totiens delin- quendo, quotiens ignoscitur. Ceterum finem vtique euadendi habebit, cum offendendi non habebit. Euasimus semel, hætenus periculosis nosmetipsos inferamus, etsi iterum euasuri videmur. Plerique naufragio liberati exinde ⁴² repudium & naui & mari dicunt; & Dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam; nolunt iterum diuinæ misericordiæ oneri esse; ⁴³ formidant videri inculcare, quod consecuti sunt; bona certè sollicitudine iterum experiri vitant, quod se- mel didicerunt timere. Ita modus temeritatis, testatio est timoris. Timor autem hominis, Dei honor est. Sed enim periuicacissimus hostis ille, nunquam malitiæ suæ otium facit. Atquin tunc maximè sæuit, cum hominem plenè sentit liberatum; tunc plurimum accè- ditur, dum extinguitur. Doleat & ingemiscat necesse est, venia peccatorum permiffa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retrò suæ erasos. Doleat, quòd ipsum & angelos eius, Christi seruus ille peccator iudicaturus est. Itaque obseruat, oppu- gnat, obsidet; si quæ possit aut oculos concupiscētia carnali ferire, aut animum illecebris secularibus irretire, aut fidem terrenæ potestatis formidine euertere; aut à via certa ⁴⁴ per- uerfis traditionibus detorquere: non scandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur ve- nena eius prouidens Deus; clausa licet ignoscētiæ ianua, & ⁴⁵ intinctionis sera obstructa, aliquid adhuc permittit patere. Collocauit in vestibulo pœnitentiam secundam, quæ pul- santibus patefaciat; sed iam semel, quia iam secundo; sed amplius nunquam, quia proxime frustra. Non enim & hoc semel satis est? Habes quod iam non merebaris; amisisti enim quod acceperas. Si tibi indulgētia Domini accommodat unde restituas quod ami- seras; iterato beneficio gratus esto, nedum ampliato: maius est enim restituere, quàm da- re; quoniam miserius est perdidisse, quàm omnino non accepisse. Verum non statim succi- dendus ac subruendus est animus desperatione, si secundæ quis pœnitentiæ debitor fue- rit: pigeat sanè peccare rursus, sed rursus pœnitere nõ pigeat; pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari. Neminem pudeat. ⁴⁶ Iteratæ valetudinis, iteranda medicina est. Gra- tus in Dominum extiteris, si quod tibi Dominus offert, non recufaueris. Offendisti, sed reconciliari adhuc potes. Habes cui satisfacias, & quidem volentem. [Id si ⁴⁷ dubitas, VII. euolue quæ spiritus ecclesiis dicat: Desertam dilectionem Ephesius imputat; Stuprum & ⁴⁸ Apoc. 1. 2. idolothortum esum Thyatirenis exprobrat; Sardos non plenorum operum incusat; ³ Pergamēnos docentes peruersa reprehendit; Laodiceos fidentes diuitiis obiurgat: & tamen omnes ad pœnitentiam commonet, sub comminationibus quidem. Non commi- naretur autem non pœnitenti, si non ignosceret pœnitenti. Dubium, si non & alibi hanc clementiæ suæ profusionem demonstrasset. Non ⁴⁸ ait, qui ceciderit, resurget, & qui ⁴⁹ Hier. 8. auersatus fuerit, conuerteretur? Ille est scilicet, ille est ⁴⁹ qui misericordiam mauult quàm ⁵⁰ Ofec. 6. sacrificium. ⁵⁰ Lætantur cœli, & qui illic angeli, pœnitentia hominis. Heus tu peccator ⁵¹ Matth. 9. bono animo sis; vides vbi de tuo reditu gaudeatur. Quid illa similitudinum Domini- carum argumenta nobis volunt? Quòd mulier drachmam perdidit, & requirit, & repperit, & amicas ad gaudium inuitat; nõne restituti peccatoris exemplum est? Errat & vna pa- storis ouicula, sed grex vna carior non erat; vna illa conquiritur, vna pro omnibus desi- deratur, & tandem inuenitur, & humeris pastoris ipsius refertur; multum enim errando laborauerat. Illum etiam mitissimum patrem non tacebo, qui prodigum filium reuocat, & ⁵² post inopiam pœnitentem libens suscipit, immolat vitulum præopimum, conuiuio gaudium suum exornat. Quidni? filium enim inuenerat quem amiserat, cariorem sen- serat quem lucrificerat. Quis ille nobis intelligendus pater? Deus scilicet. Tam pater nemo; tam pius nemo. Is ergo te filium suum, etsi acceptum ab eo prodegeris, etsi nu- dus redieris, recipiet, quia redisti: magisque de regressu tuo quàm de alterius sobrietate lætabitur. Sed si pœniteat ex animo, si famem tuam cum saturitate mercenariorum pa- ternorum compares, si porcos immundum relinquo pecus, si patrem repetas vel offen- sum: Deliqui, dicens, pater, nec dignus ego iam vocari tuus. Tantum releuat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis consi- lium est, dissimulatio contumaciæ. [⁵³ Huius igitur pœnitentiæ secundæ & vnius, quã- IX. to in arto negotium est, tanto operosior probatio est; vt non sola conscientia præfere-

tur, sed aliquo etiam actu administratur. Is actus qui magis Græco vocabulo exprimitur **D** & frequentatur, exomologesis est, qua delictum Domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione poenitentia nascitur, poenitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis prosterndi & humiliificandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiam illicem. De ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animū mœroribus deicere, illa quæ peccauit tristi tractatione mutare: ceterum, pastum & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animæ causa: plerumque verò ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, & mugire dies noctesque ad Dominū Deum tuum, presbyteris aduolui, & caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ iniungere. Hæc omnia exomologesis, ut poenitentiam commendat, ut de periculi timore Dominum honoret, ut in peccatorem ipsa pronuncians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna supplicia non dicam frustratur, sed expungat. Cum igitur prouoluit hominem, magis releuat: cum squalidū facit, magis mundatum reddit: cum accusat, excusat: cum condemnat, absoluit. In quantum nō peperceris tibi, intantum tibi Deus, crede, parcet. [Plerosque tamen hoc opus ut publicatione sui aut suffugere, aut de die in diem differre, præsumo, pudoris magis memores quam salutis: velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, cōscientiam medentium vitant, & ita cum erubescencia sua pereunt. Intolerandum scilicet pudori, Domino offenso satisfacere, salutem pro ducta reformari. Næ tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum verò subducens. Ego rubori locum non facio, cum plus de detrimento eius acquirō, cum ipse hominem quodammodo exhortatur: Ne me respexeris dicens, pro te mihi melius est perire. Certè periculum eius tunc si fortè onerosum est, cum penes insultaturos in resiloquio consistit, ubi de alterius ruina alter attollitur, ubi prostrato superascenditur. Ceterum inter fratres atque confertuos, ubi communis species, metus, gaudium, dolor, passio (quia communis spiritus de communi Domino & patre) quid tuos aliud quam te opinaris? Quid cōsortes casuum tuorum, ut plausores fugis? Non potest corpus de vnius membri vexatione lætum agere: condoleat vniuersum, & ad remedium conlaboret, necesse est. In vno & altero Ecclesia est, Ecclesia verò Christus. Ergo cum te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras. Æquè illi cum super te lacrymas agunt, Christus patitur, Christus patrem deprecatur. Facile impetratur semper, quod filius postulat. Grande planè emolumentum verecundiæ, occultatio delicti pollicetur. Videlicet si quid humanæ notitiæ subduxerimus, proinde & Deum cælabimus. Ad eone existimatio hominum & Dei conscientia comparantur? An melius est damnatum latere, quam palam absolui? Miserum est sic ad exomologesin peruenire. Malo enim ad miseriam peruenitur: sed ubi poenitentium est, desinit miserum, quia factum est salutare. Miserum est secari & cauterio exuri, & pulueris alicuius mordacitate cruciari: Tamen quæ per insuauitatem medetur, & emolumento curationis offensam sui excusant, & præsentem iniuriam superuēturæ utilitatis gratia commendant. [Quid si præter pudorem quem potiores putant, etiam incommoda corporis reformident, quod inlotos, quod fordulentos, quod extra lætitiā oportet deuersari, in asperitudine facci, & horrore cineris, & oris de ieiunio vanitate? Num ergo in Coccino, & Tyrio pro delictis supplicare nos concedet? Ceddō acum crinibus distinguendis, & puluerem dentibus elimandis, & bisulcum aliquid ferri vel æris vnguibus repastinandis: si quid ficti nitoris, si quid coacti ruboris, in labia aut genas vrgeat: præterea exquirito balneas lætiores hortulani maritimæ secessus: ad ieiunio ad sumptum: conquirito altitium enormem faginam, defæcato senectutem vini: quumque quis interrogat, cur animæ largiaris: Deliqui dicito in Deum, & periclitor in æternum perire: itaque nunc pendeo, & maceror, & excrucior, ut Deum reconciliem mihi quem delinquendo læsi. Sed enim illos qui ambitu obeunt capeffendi magistratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantum, verum & contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum. Quas nō ignobilitates vestium affectant? quæ non atria nocturnis & crudis salutationibus occupant? ad omnem occursum maioris cuiusque personæ decrepentes, nullis conuiuuiis celebres, nullis comessationibus cōgreges, sed exules à libertatis & lætitiæ fœlicitate: id quod totum propter vnius anni volaticum gaudium. Nos quod securium virgarumve petitio sustinet, in periculo

A riculo æternitatis tolerare dubitamus? & castigationem victus atque cultus offenso Domino præstare cessabimus, quæ Gentiles nemine omnino læso sibi irrogant? Hi sunt de quibus scriptura commemorat: Væ illis qui delicta sua velut procero fune neunt. [Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguet: & poenæ prius magnitudinem imaginare, ut de remedij adeptione non dubites. Quid illum thesaurum ignis æterni æstimamus, quum fumariola quædam eius tales flammæ ictus suscitent, ut proximæ vrbes aut iam nullæ extent, aut idem sibi de die sperent. Dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus facta. Et quod nobis iudicij perpetuitatem probat, cum dissiliant, cum deuorentur, nunquam tamen finiuntur. Quis hæc supplicia interim montium non iudicij minantis exemplaria deputabit? quis scintillas tales non magni alicuius & inæstimabilis foci missilia quædam & exercitoria iacula consentiat? Igitur cum scias aduersus gehennam post prima illa intinctionis Dominicæ monumenta, esse adhuc in exomologesi secunda subsidia, cur salutem tuam deseris? Cur cessas aggredi, quod scias mederi tibi? Mutæ quidem animæ & irrationales, medicinas sibi diuinitus attributas in tēpore agnoscunt. Ceruus sagitta transfixus ut ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat, scit sibi dictamno medendum. Hirundo si excæcauerit pullos, nouit illos oculare rursus de B præteribit illam. Peccator restituendo sibi institutam à Domino exomologesin sciens, præteribit illam, quæ Babylonium regem in regna restituit? Diu enim Poenitentiam Domino immolarat, septenni squalore, exomologesin operatus, vnguium aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria horrorem leoninum præferente. Prò malæ tractationis! Quem homines perhorrebant, Deus recipiebat. Contrà autem Ægyptius Imperator, qui populum Dei aliquando afflictum diu Domino suo denegatum persecutus, in prælium irruit, post tot documenta plagarum, discidio maris, quod foli populo peruium licebat, reuolutis fluctibus perit. Poenitentiam enim & ministerium eius exomologesin abiecerat. Quid ego vltra de istis duobus humanæ salutis quasi Pharis, filii potius negotium quam officium conscientia meæ curans? Peccator enim omnium notarum cum sim, nec vlli rei nisi poenitentia natus, non facile possum super illa tacere, quam ipse quoque & stirpis humanæ & offensa in Dominum princeps Adam, exomologesin restitutus in paradysum suum, non tacet.

ANNOTATIONES IACOBI PAMELII
IN LIBRVM DE POENITENTIA.

DE POENITENTIA.] Scripserunt de Poenitentia aduersus Montanum hunc librum Tertullianus; contra Nouatianum. Verò B. Cyprian. Epistolam ad Antonian. ac libros de Lapsis & ad Nouatianum, item Pacianus lib. & duas Epistolas ad Sympronianum, ac de Poenit. & confess. seu Par. ad Poenitentiam. & B. Ambr. lib. 2. de Poenit. Chrysost. homilias 10. & sermonem de Poenit. Ephrem lib. & serm. de Poenit. Fulgentius lib. 2. de remiss. peccatorum ad Euthymium, Gregorius Nyssenus Orationem de Poenitentia, Basilius homil. vnam postremam Variarum. Denique insignem etiam librum de poenit. medicina B. August. quem etsi alibi id neget germanum esse illius, confitetur Erasmus, ubi loco vltimo eum edidit inter Homil. 50. Qui omnes ad libri huius intellectum faciunt. Etsi autem in genere agat de Poenitentia sub initium serè ad cap. 8. Vique, certè postmodum agit de Poenitentia publica, quam Exomologesin vocat. Atque ad eodè fallitur Rhenanus in argumento, dum errorem non ipsi modo, sed & permultis veteribus adscribit, immò & ipsi B. August. de vnicâ post Baptisum Poenitentia. Fateor equidem has Aucto-

ris sententias: semel cognitum atque susceptum; secundæ, immò iam vltimæ spei; sed iam semel, quia iam secundò, sed amplius nunquam, quia proximè frustra; Item: secundæ & vnius Poenitentia. Verum loqui eum de publica Poenitentia & infra patebit cap. 10. & iam nuper adigimus Adnot. nostris in B. Cyprian. lib. de Laps. num. 99. Atqui semel dumtaxat vnicuique permissam poenitentiam publicam testantur discretis verbis Orig. homil. 15. in 25. cap. Leuit. ac B. Ambr. lib. 2. de Poenit. cap. 10. & Augustin. epist. 54. ad Macedonium Præsidentem. Qui etiam causa illius statuti addita, nihilominus desperandum adhuc de illis negat, in hæc verba: Quamuis (inquit simili assertioni Macedonij respondens) cautè & salubriter pronissim sit, ut locus illius humillimæ poenitentia semel in Ecclesia concedatur, ne medicina vilis minus vilis esset ægrotis, quæ tanto magis vilis est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat Deo dicere: Quare huic homini, qui post poenitentiam primam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Alioqui certè non Origenes modo, Ambrosius & Augustinus frequentem poenitentiam agnoscunt etiam in culpa mortali (ut

verbis Origenis (itar) que in sermone vel morum vitio consistit, sed & ipse Tertullianus hinc verbis 8. cap. quæ & Patruus transcripsit: Nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior est; totiens delinquendo, quotiens ignoscitur. Porro indigebat quidem Anudoto Rhenani illi in eodem Argumento adnotatio (qua, ut ipse diuinavit, multum fallitur) dum Confessionem secretam ex publica illa origine sumpsisse existimat. Verum tam late contrarium docuimus dictis Adnotat. nostris in lib. B. Cyprian. de laps. num. 98. & 99. quod nempe publica penitentia confessionem priuatam conueniam habuerit, ut foret actum agere: quare illuc Lectorem remittimus. Itaque hoc loco sufficiant hæc ipsa Rhenani verba: Confessionem secretam rem (inquit Admonit. de Tertull. dogmatis) antiquissimam, qua hodie conscientiam nostram sacerdoti detegimus, usque ad circumstantiarum omnium minutias, saluberrimam esse nemo potest inficiari, si morositatem & scrupulositatem nimiam auferas. Quid enim per Deum immortalem, vtilius habere possit Ecclesia ad continentiam disciplinam, quid commodius quam priuatam istam confessionem ad populum in necessariis erudiendum? Vbi horumle spiritio pius proficit laicus quam triduana concione. Nam dum è suggestu declamat sacerdos, perpauci diligenter auscultant, multi aliorum cogitando distrahuntur, quidam iuxta proverb. οὐκ ἀκούει, vel propter obtusitatem ingenij, vel ob materia sublimitatem, cuius non sunt capaces, etiam si curiosè auscultent, non tamen percipiunt quod dicitur. At hic cum rei ipsius, tum sacerdotis reuerentia aduentum reddit hominem. Et doctrina quam illic cum petente communicat, ad eius captum adtemperatur. Quod si in ludis literariis frustra præceptor scholasticus prælegit, nisi illud idem paulopost ex eis exigat, & ut reddant cogat: haud aliter quantumcumque publicis concionibus insinuat populus, nisi isto pacto examinetur, longè minus proficiunt auditores. Itaque quod D. Cyprianus Disciplina encomium pronuntiat, mihi libet accommodare confessioni, ut dicam eam, reuinculum fidei, ducem itineris salutis, fomitem ac nutrimentum bonæ indolis, magistræ virtutis. Ennumerò non probauerim quod tanta res iuuenibus quibuslibet committitur, necessitatem semper excipio. Quin potius moribus & etate grauis Theologus ad hoc officium in singulis Ecclesijs paulò celebrioribus, quarum hodie tanti sunt reditus & obventiones, deputari deberet; id quod Lutetia Parisiorum fieri vidimus aliquando apud Nostræ Domine (sic enim vulgò vocant) in eade nunc Archiepiscopali, vbi stans rei diuina horis, senex quidam venerabilis, Penitentiarum ipsi nominant, semper præsto erat. Quod autem apud illum deinde sequitur de libro Penitentiali, quem ut sacerdotes probe calleant, seuerè iubent suis Legibus, Pipinus, Carolus Magnus, Ludouicus & Lotharius, eò pertinet, uti scirent presbyteri quam deberent insinuare penitentiam publicam pro delictorum qualitate. Quod ex verbis Venerab. Bedæ, quæ deinceps allegat, manifestum est. Per idem tempus (inquit ille in Chronicis) id est sub Dagoberto rege, Theodorus Archiepiscopus & Abbas Aarianus doctiss. à Vitelliano Papa missi sunt in Britanniam, plurimisque Ecclesijs Anglorum doctrina Ecclesiastica fruge secundarunt. E quibus Theodorus Archiepiscopus peccantium iudicia, quantum scilicet annis pro iniquoque peccato quis penitere debeat, mirabili & discreta ratione describit. Neque enim aliquot an-

norum penitentia alijs quam publicè penitentibus inquam fuit inflita. Eodem pertinent, quorum partim etiam meminit Rhenanus, similes multoque antiquiores BB. Basily Casariensis & Petri Alexandrini, aliorumque Graecorum, qui apud Balsamonem exstant Canones. Item Betani, seu potius eiusdem Bedæ, Hrabani & aliorum Veterum in simili argumento lucubrationes, quæ passim exstant MS. in antiquis Bibliothecis, non indignæ (vel ipso Rhenano teste) quæ legantur, præsertim ab eis qui sunt curiosi vetustatis indagatores. E quibus nunc exstat excusus liber Penitentialis Bedæ, operum eius Tom. 8. & penes me MS. habentur plures Hrabani eiusdem argumenti, ac nominatim tres illi, quos Anonymos citat Rhenanus, & commendat, vbi de erroribus agit Tertulliani, quorum primus de Penitentia & penitentibus, criminibus, atque iudicijs, secundus de accusatis & accusatoribus ac testibus, tertius de sacerdotum ordinibus, quos deperuisse iniuria temporum & hominum ille conqueritur præter Præfationem solam, quam in meis MS. cod. quum desideraretur, ex illo adiciendam censui. Eiusdem sunt argumenti etiam Constitutiones aliquot tunc ab eodem desideratæ, nunc autem editæ, Concilij Moguntini sub eodem Hrabano, fortassis ex eodem quem ille vidit codice, quia etiam non integræ, quales nec ego reperire potui. Neque interim confirmant illi Rhenani opinionem, tanquam publica illi penitentia primum successerit secreta confessio, quæ fit hodie sacerdoti, quin potius contrariam nostram, quod adnexa hæc fuerit illi sollempni. Præterquam enim quod omnes illi (vel ipso Rhenano teste) non Deo solum, sed & sacerdoti confessionem fieri iubeant, quippe qui alioqui non potuisset pro peccatorum modulo penitentiam publicam imponere, etiam secretò fieri solitam fatetur infra Rhenanus, & ipsum Nectarij factum quod allegat, conuincit, nempe de abrogato Penitentiali presbytero, non autem (vii ille falso interpretatur) de abrogata confessione, quemadmodum pulcherrimè deducit libello ad hoc vnum conscripto Joannes Hasseus, à me quoque apud B. Cyprianum citatus. Quod ipse Rhenanus animaduertisset, si æque priora atque posteriora in medium eius historia verba protulisset. Quæ (ne quid desideret Lector) sic habent. Ab illo tempore (inquit Socrates Ecclesiast. hist. lib. 5. cap. 19.) quo Nouatiani se ab Ecclesia seunxerant, Ecclesiarum Episcopi Canonici (nempe Penitentiales) adiunxerunt, ut in singulis Ecclesijs presbyter quidam præset, ut qui post Baptismum lapsi fuissent, coram presbytero ad eam rem designato (secretorum tenace, ut addit Zozenus lib. 7. cap. 16.) peccata sua confiterentur. Episcopi vero (addit postea) qui iam præsum, quamuis ad longinquum tempore spatium hoc tenerent institutum, tamen temporibus Nectarij immutarunt, propter eiusmodi facinus, quod tum fortè fortuna in Ecclesia admissum est. Mulier quædam nobilis ad presbyterum Penitentiarum accedit; peccata quæ post Baptismum admiserat particulatim (vide hic etiam particularem confessionem) confitetur. Presbyter mulieri mandatum dat ut ieiunius & precibus se dederet. Mulier diutius eam ob causam in templo morata (vii apertius iterum Zozenus) se à Diacono constupratam prodidit. Ob quod facinus hoc modo patefactum, Diacono ab Ecclesia eiecto, tumultus populi concitatus est. Nam indignabantur non solum de commisso facinore, verum etiam quod inde grauis nota Ecclesie iniusta esset. Itaque

Itaque Eudemon quidam Ecclesia Alexandrina presbyter, Episcopo Nectario consilium dedit, presbyterum penitentiarum tolleret. Quamquam interim ipsi illi Zozenus & Socrates adstantur, quod antea minora fuerint perpetrata peccata, tum ob verecundiam, tum ob seueritatem eorum qui iudices erant constituti, quippe qui peccata sic sibi priuatim confessi populo publicare fuerint soliti, & sic cogere ad publicam penitentiam; quæ, sublato penitentiali presbytero, eadem opera fuisse sublata videtur. Atque hoc est (inquit idem Rhenan. Admon. de Tertull. dogmatis) sub finem suæ editionis, vbi suam sententiam mirgat) quod nonnunc caput Agathensis Concilij præcipit, & refertur etiam à Gratiano dist. 50. Est autem tale. In capite Quadragesimæ omnes publicè penitentes, qui publicè suscipiunt aut susceperunt penitentiam, ante fores Ecclesie se representent Episcopo ciuicis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent Decani, id est, Archipresbyteri, presbyteri parochiarum, & presbyter penitentium, qui eorum conuersationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpe penitentiam per prefixos graui inuincant. Post hæc Episcopus in Ecclesiam eos introducat, & cum omni clero septem penitentia Psalmos in terram prostratis, cum lacrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, iuxta quod Canones iubent, manus eius imponat, aquam super eos benedictam spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capitis eorum cooperiat, & cum genuis & crebris suspirijs eis denunciet, quod sicut Adam proiectus est de paradiso, aut & ipsi ab Ecclesia pro peccatis suis abiciuntur. Post hæc iubeat ministris, ut eos extra ianuas Ecclesie expellant. Clerus vero prosequatur eos cum Responsorio: In sudore vultus tui veseris, & cat. ut videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non paruis pendant penitentiam. In sacra autem Domini cœnarum ab eorum Decanis & presbyteris Ecclesia liminibus represententur. Hactenus Decretum Agathensis Concilij retulimus. Porro de secreta ista confessione re longe saluberrima, quæ hodie Ecclesia vniuersa, Decretum Vormaciensis Concilij reperi in hunc modum: si quis pro aliquo criminali peccato ad nos penitentiam alturus vel suscepturus accesserit, oportet nos imprimis rei veritatem ad liquidum interrogando discutere. deinde si fidem etiam & Christianam crudelitatem fideliter pronuntiet, id est: Pater noster, & Credo in Deum, quam statim coram nobis memoriter canere compellatur. Et si talis persona est quæ non intelligat, neque etiam illam bene memoriter teneat, exponemus illi prout tunc necesse est; & ut melius statuto die reddat, præcipiemus. Præterea studiose perscrutandum, an diuersis erroribus sit implicatus; sicut quidam increduli, lapides, lucos, arbores, & huiusmodi vanitates relicta Ecclesia venerantur, & vanissimam phantasia deceptionis illusionem in somnijs obseruant. Inquirendum etiam ab eo, si velit pro Christi amore omnem iracundiam dimittere illi cui inimicus est. Aut si habeat quis aliquid aduersus eum, unde reconciliari debeat, sicut Dominus in Evangelio docet: Si ergo offers munus tuum ad altare, & cat. Et alibi ait: Sic & pater meus faciet vobis, si non remiseritis, &c. Et idè in oratione quotidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et de alijs vitijs quantum ei Deus dederit posse, deinceps se emendaturum promiserit, tunc cum omni deuotione ante absidem suscipi debet ad pœ-

nitentiam. Atque tale quidem est Vormaciense Decretum. Quod verò in capite Quadragesimæ fieri confessio debeat, aliud Decretum reperi, cuius Synodi sit nescio, nam titulo carebat, estque huiusmodi: Presbyteri admonere debent plebem sibi subiectam, ut omnis qui se sentit morifero peccati vulnere sauciatus, seriatim ante Quadragesimam, cum omni festinatione recurrat ad iuuanticem matrem Ecclesiam; vbi quod male commisit, cum omni humilitate & contritione cordis simpliciter confessus, suscipiat remedia penitentia, secundum modum canonicis auctoritatibus præfixum. Non solum autem ille qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo, quicumque se recognoscit immaculatam Christi tunicam, quam in Baptismo accepit, per macula polluisse, ad proprium sacerdotem festinet venire, cum puritate mentis omnes transgressiones, omnia peccata, quibus Dei offensam se incurrisse meminit, humiliter confiteatur, & quicquid à sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotentis Dei ore esset prolatum, ita diligenter adtenat, & causissime obseruet. Consentit cum hoc quod in Penitentiaro Romano legitur in hunc modum: Hebdomada priori ante ieiunium Quadragesimæ, presbyteri plebeum ad se conuocent populum, & discordantes canonica auctoritate reconcilient, & omnia iurgia sedent. Et tunc primum consentibus peccata dent penitentiam, ita ut antequam caput ieiunii veniat, omnes confessi penitentiam acceptam habeant, ut liberiùs dicere possint: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Huc usque ex Penitentiaro. Ceterum non solum apud Tertullianum, sed etiam apud eos qui multis seculis post vixerunt, fit mentio de Exomologesi, id est actu penitentia, quam confessio criminum necessario præcedebat, siue publicè fieret de publicis flagitijs, siue priuatim de priuatis. De Exomologesi complures etiam elegantissimi sermones exstant Casarij illius Arelatensis, inter quos eminet ille, cuius initium, Quotiescumque, & cat. Quin ipse Joannes Chrysostomus, quamquam pluribus locis suam de exomologesi & penitentia sententiam indicat, vix tamen alibi id vel magis ingenue vel apertius testatur, quam in sermone cui titulus est: περί μετανοίας και εξομολογήσεως, quem ego nuper inter alia eius opera nondum versa reperi, vbi sic scribit de exomologesi: Νυνὶ δὲ ἴτε ἀνάγκη παρόντων μαρτύρων εξομολογήσασθαι. πρὸς τοῖς λογισμοῖς γενέσθω τῶν πεπλημμελημένων ἢ ἐξέτασις. ἀμαρτυρον ἕως τὸ δικασθῆιον. ὁ θεὸς ὀφείτω μόνος εξομολογῆμενον. Et paulopost. Ἐνταῦθα ἀμαρτυρον ἐστὶ δικασθῆιον, καὶ οὐ αὐτὸς δικάζεις ὁ ἡμαρτυρῶς. Porro tamen in collectaneis quibusdam Græcis multa compererim de exomologesi & penitentia, partim ex Veteribus Basilio, Chrysostomo, Maximoque, partim ex Iunioribus, Nilo, Climace, Isacco, & Thalasio monachis desumpta; placuerunt tamen in primis quæ nuper ex codice quodam vetustiori excerpti, in libello de Medicina penitentia, qui Augustino inscribitur, & aliunde etiam per studiosum quempiam sublecta. Nam à Gratiano variis locis variis titulis citantur, ad quem librum Lectorem, ne hic prolixiores simus, remittimus. Atqui confessionem secretam & antea & postea in usu fuisse, immò etiam sub præcepto, satis commonstrauimus dict. Adnot. nostris ad B. Cyprian. de lapsis, & infra cap. 9. respondebimus ad argumenta, quæ ex Patribus hic in argumento adfert Rhenanus, de confessione soli Deo faciendâ, & consilio dimittenda.

xiat à sacerdotibus petendo. Idque ad verba illa cap. 9. Exomologesis est, &c. aduolui presbyteris, caris Dei adgeniculari, & quæ eodem pertinent: Cum igitur prouoluit hominem, magis releuat; cum accusat, excusat; cum condemnat, absoluit. Et illud cap. 10. Videlicet siquid humanæ notitiæ subduxerimus, proinde & Deum celabimus. An melius damnatum latere, quàm palam absoluit? Que pro nostra sententia facere quis dubitet.

C A P. I.

2. Pœnitentiam, hoc genus hominum, &c.] Caput hoc primum inscripsimus: Quod de bonis factis non sit pœnitentia. Atqui, ut adnotat Rhenanus, Gentiles hic intelligit, iuxta quod & in Apolog. dixit: & de vestris fuimus. Sicut autem hic: naturatenus, sic & alibi aduers. Marc. dixit: scilicet animatenus saluos.

3. quippè res Dei ratio, &c.] De ratione Dei (inquit Rhenan.) quod videlicet omnia quæ Deus facit, sint naturalia, habes in superioribus libris sepenumero. Et aduers. Marc. lib. 2. Bonitas Dei & ratio eius, huic quoque instituto patrocinabuntur, in omnibus conspirantes apud Deum nostrum. Nec ratio enim sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione bonitas. Item, & hoc bonum sine dubio & rationale. Legimus autem ex MS. 2. nihilque non. Metaphoram verò esse adnotauit Rhenan. à nauigante sumptam, ubi legitur: sine gubernaculo rationis transfretantes. Ego verò lego paulopost: deuersentur, pro: diuersentur, tum quod infra legitur, tum quod phrasim sit Tertullianicam, de qua latius lib. aduers. Valentin.

4. prout quid in ingratiam cecidit.] Nos (inquit Rhenan.) attento quod alibi etiam ingratia vocabulo videtur pro ingratitude, scripsimus, prout quid in ingratiam cecidit. Sic infra in hoc ipso libro: viderit ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis pœnitentiam cogit. Viderit & gratia, si captatio eius ad beneficiendum incitamento est. Vbi vides ingratiam opponi gratia. Qui etiam reposuit rectè: pœnitentiæ speciem, pro: patientiæ speciem, ex Gorziensi cod. quantumuis legant: patientiæ MS. 3. cod. neque enim hic vlla patientiæ mentio. Eadem etiam acceptum debemus: contra pœnitentiam malorum, pro: patientiæ malum. Lucubandi autem verbo (inquit) & in preced. & in sequ. Viuitur, de quo videat Lector ad lib. de Patientia Adnotationes nostras.

C A P. II.

5. Quod si Dei, &c.] Titulum capiti huic dedimus: De vera delictorum pœnitentia. Atqui adnotandum hic illud: merita pœnitentiæ. Item: Si acceptator, etiam remunerator, denique: Bonum factum Deum habet debitorem, sicut & malum; quia iudex omnium remunerator est causa. Item illud cap. 6. mercedem perennis vitæ, ac: vt possumus mereri; idque contra negantes operum bonorum merita, de quo loco communi latius libris ad Mart. & de Patientia. Hic sufficiat illud Paciani locum hunc imitantis ad Sympronianum contra Nouatianos: Pœnitentium venia, meritum constituit.

6. timentes Dominum scilicet.] Pertinet hoc ad primam Pœnitentiæ partem, quæ est contritio, cuius

initium timor Domini, sicuti infra Auctor cap. 5. docet disertis verbis, & B. Aug. lib. de Pœnit. medic. contra quam sentiunt nostri, aduersarij dicentes, Vt Lutherus, optimam pœnitentiam esse nouam vitam, neque vllam contritione opus esse, aut (sicuti Melancthon) non nisi seruis quodam timore qui metum incutiat. Certè illa necessarid conuincitur vel ex illo Isai. 26. secundum 70. A timore tuo Domine concepimus; & quasi pœnitentissimus, & peperimus spiritum saluum.

7. ad tuam misericordiam maturauisset.] Hoc est (inquit Rhenan.) maturè se recepisset & in tempore. Sic Cyprianus gratiam maturantem eleganter ad Donatum dixit: Accipe (inquit) quod sentitur antequam dicitur, nec per moras temporum longa agnitione colligitur, sed compendio gratia maturantis hauritur.

8. pœnitentiam dedicauit.] Dedicandi verbo (eodem Rhenano teste) libenter videtur Tertullianus, de nouis rebus loquens, ut aduers. Marc. lib. 1. vt imperio eius diuina bonitas in terris dedicaretur, & lib. de Carn. resurrectione: De materia potius subiacenti volunt ab illo vniuersitatem dedicatam. Cyprianus de Aurelio: Interim (inquit) vobis hac die auspiciatus est pacem, dum dedicat lectionem. Vide & Adnotat. nostras in B. Cyp. Epist. 33. num. 9.

9. præire intinctionem pœnitentiæ.] Intinctionem vocat Baptisum (inquit Rhenan.) ut infra: Erga pœnitentiam vitium, præsumptio intinctionis importat. Item: Hæc enim prima audientis intinctio est, metus integer. Sic aduersus Praxeam: Et nouissimè mandans vt tingerent in patrem & filium & spiritum sanctum, non in vnum. Nam non semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tingitur. Ita loquitur & Cyprianus. Expone (inquit Rhenan.) præire pœnitentiæ, hoc est præcedere pœnitentiam. Quæ ex Gorziensi cod. castigauit: ante componeret, pro: anteponeret, & ibi: Dominus scilicet afferens, subaudit: salutem. Est autem significantius quod legitur: pœnitentia verrens & radens, quam quod habet i. editio, MS. auertens & tradens; item placet: foras, quod habent excusis, magis quam: foris, quod MS. Atqui opéra (inquit rectè Rhenan.) pro labore. Legimus denique cum Latinio & MS. ne bonis vnquam factis, pro: nè nobis.

10. cur pœnitentiam inuadit delinquentium? priuatum.] Sic distinximus iuxta Latini notas. Atqui inuadere (ait Rhenan.) verbum usurpatum sæpè Tertulliano ad Vxorern lib. 2. De cibo, de poculo inuadete, desiderare, in mente habere? & in hoc lib. infra: Eam tu peccator, mei similis ita inuade.

C A P. III.

11. Quorum ergo pœnitentia iusta, &c.] Titulus capiti inscriptio hæc est ex verbis ipsis Auctoris: Quod etiam carnalium delictorum pœnitentia iusta sit, qui hanc materiam latius tractat, ne quis forte in caluniam vertat quod præmissit. Peccatum, nisi malum factum, dici non meretur. Legimus autem paulopost cum MS. peccata eorum discernat, pro: earum. nam de corpore & spiritu loquitur.

12. alia manu eius expressa, alia adflatu eius consummata.] Alludit ad illud Genes. 2. secundum 70. Formauit Deus hominem, puluerem accipiens de terra, & adflauit in faciem eius spiritum vitæ. Pertinere interim videtur quod carne formata paraphrasticè adijcit, manu

manu Dei, ad errorem eius, quo corporeum Deum putauit, ac quod de spiritu dicit adflato spiritu Dei, ad eius opinionem alteram paradoxam, quod anima omnes ex prima illa iraducuntur, de quibus latius inter errores in nostro Prolegomenis.

13. Viderint enim siqua casui, &c. Simile est istud illi quod alicubi habet B. Augustinus, peccatum adeò debere esse voluntarium, vt nisi voluntarium, peccatum non sit. Rectè autem dicit: Viderint, tamquam desine nolens, an sciti casus & necessitates, ita & ignorantia à peccato excuset. nam hoc eodem libro contrarium sustinet de ignorantia cap. 5. Atqui adnotat rursus phrasen Tertullianicam Rhenanus: quanto principalis, tum hic, tum antea, & mox: quemadmodum, pro: Quomodo, interrogatiue; qui etiam ex Gorziensi collatione primus legit: adulterum euit, pro: ad vltimum reum, &: cur non, solatium sui saturans, pro facto cedat, ex coniectura quæ mihi placet, pro: vt non eis, sine interrogatione.

C A P. IIII.

14. Omnibus ergo delictis, &c.] Aliud nihil hoc capite tractatur, quam Ad pœnitentiam ex scripturis adhortatio. quod imitatur Cyprian. lib. 3. Testimon. cap. 114. hoc titulo: Dum in carne est quis, exomologesin facere debere. Quum autem prius dixerit, non facti solùm, sed & voluntatis delicta pœnitentia purganda esse, & hic repetat: Omnibus delictis seu carne, seu spiritu, seu facto, seu voluntate commissis; facimus hi loci pro particulari pœnitentia, atque adeò & confessione omnium & singulorum peccatorum gratiorum. Quod pertinet etiam locus B. Cypriani lib. de Lapsis: Fidet Deus corda & pectora singulorum, & iudicaturus est non tantum de factis, sed & de verbis & de cogitationibus nostris, &c. Quanto itaque fide maiores & timore meliores sunt, &c. qui quoniam de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolemer & simpliciter constituent. Similiter Origenes lib. 3. in cap. 16. Leuit. Pronuntiet, inquit, peccatum quod peccauit, etiam de cogitationum secretis. Et expressius B. Chrysost. homil. 46. ad pop. Antiochenum: Dic tua per species peccata. Ac homil. 9. in Epist. ad Hebr. si dicat, peccator sum, non autem ad peccatorum species descendat, dicens quia hoc & hoc peccavi, numquam, &c. D. Verò August. etiam circumstantias considerandas monet lib. de Vera & falsa pœnitentia cap. 14. Consideret (inquit) qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate persone, & quali hoc fecerit tentatione, & de ipsius vitij multiplici executione. Non malè ergo & B. Thomas Aquinas similia docet, quantumuis repugnet Rhenanus in huius libri argumento.

15. qui pœnam per iudicium destinavit.] Destinare hic propriè accipitur, pro: deputare, cuius & alteram significationem habes infra lib. aduers. Valentin.

16. Pœnitere, & saluum faciam te.] Hanc scripturam hoc modo citatam nusquam reperire potui, sed eius loco apud B. Cyprian. epist. 28. & lib. de Lapsis hanc: Cum conuersus genueris, tunc saluaberis, & scies tibi fueris. Similiter B. Hieron. epist. ad Sabianam. ac Rusticum, & B. Augustin. de Pœnitent. medicin. quemadmodum adnotauimus illic Adnotat. nostris ad priorem locum num. 2. & ad posteriorem num. 110. Afferentes etiam illic, locum hunc desumptum ex Ezechiele, partim 18. partim 33. cap. Similiter Cesa-

rius Arel. lib. 50. de Letan. & Ambros. in Psal. 37. Pacianus verò ad Sympron. contra Nouat. Ista illud ipsum adscribit, alludens fortassis ad illud cap. 43. Dicitu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Hanc autem lectionem nusquam quidem reperi, sed magis accedit ad illud Ezechiel. 18. Conuertimini, & viuetis. Atqui Pœnitere, pro pœnitentiam age, noua vox est, sicuti etiam apud Vulgarum interpretem Pœnitentini, Marc. 1. & Act. 3.

17. & pœnitentiam malo quàm mortem.] Etiam hoc paucioribus verbis contraxit Auctor, nam Ezechiel. 33. pluribus id ipsum habetur. Imitati sunt autem illum B. Pacianus vbi supra, & B. Cyprian. disto lib. 3. Testim. cum lib. de Bono patient. legat: Nolo mortem morientis, quantum vt conuertatur & viuat. Et lib. ad Nouatian. Nolo mortem peccatoris, sed desidero vt auertatur à via sua pessima, & viuat.

18. ego enim præstantiam in delictis meis agnosco.] Similiter sub finem: peccator enim omnium notarum quum sum. Vnde videtur nondum presbyter fuisse cum hunc librum scriberet, & eodem tempore scripsit liber de Baptismo, vbi sub finem: Tertulliani, inquit, peccatoris meminertis. Atqui adnotat Rhenanus præstantiam hic in malam partem accipi.

19. vt naufragus alicuius tabulæ fidem.] Ambrosius (inquit Rhenan.) ad Virginem Lapsam: Sed tu quæ iam ingressa es agonem pœnitentiæ, insiste misera fortiter, inhære tamquam naufragus tabulæ. Hieronymus ad Demetriadem de Pœnitentia loquens: illa, inquit, quasi secunda post naufragium miseris tabula. quod ipsum repetit in cap. 3. Esaiæ. Ambo sunt hunc locum imitati. Quibus aduice Paciani verba infra citata cap. 8. vbi de hoc latius etiam Auctor. Legimus autem ex 1. MS. perlauabit, pro eo quod erat: proleuabit, maxime cum: 3. codex legat: prolauabit.

20. protelabit.] Hoc est (vt interpretatur Rhenan.) ad portum usque quamlibet distantem producet. Aduers. Marc. lib. 4. dixit: Nec quinque circiter, sed sexcenta millia hominum protelauit, pro eo quod est, vitam eorum exhibitio victu produxit sustentauitque.

21. & in foliis perennat.] Perennat (inquit Rhenan.) pro perenniter durat. Aliiter dixit Suetonius, non perennauit, pro eo quod est, non vixit anno integro. Alludit autem ad verba Psalmi primi. Adnotauerat idem ad lib. de Resurr. carn. vbi legitur: dentes incorruptos perennare. Mirum verò quod 3. MS. legant: securum, pro: securim; qui etiam legunt: pro hoc, vbi est: per hoc. sed priorem lectionem vtrobiq; retinimus.

C A P. V.

22. Hoc enim dico, &c.] Titulum huic capiti imposuimus: De peccato post pœnitentiam non iterando, & iis qui saluo metu & fide peccare se dicunt. Meminerit autem Lector eum de pœnitentia publica loqui, vbi initio diximus.

23. nullum ignorantia prætextum.] Quemadmodum adnotat Rhenan. Vterque prætextum neutro genere, sicut in Valentiniâ: Sed enim, inquit, sub prætexto dilectionis in partem, æmulatio superabat. & infra lib. de Cult. sem. prætexto necessitatis.

24. Cum etiam ignorantes Dominum nulla exceptio teneatur à culpa.] *Facit locus iste contra novos istos Evangelicos, qui ab Apostolorum tempore maiores nostros in ignorantia perpetua vixisse dicunt, & tamen à culpa excusatos. Imprimis autem pro sententia Auctoris faciunt frequentiss. illa sacrificia, immolari iussa pro peccatis ignorantia, Levit. 4. & 5. ac Num. 15. de quibus & Hebr. 9. Deinde & in nouo Testamento Act. 2. B. Petrus ad illos, quos sciebat per ignorantiam peccasse: Pœnitentini, inquit, & conuertimini, ut deleantur peccata vestra. Hinc Patrum omnium conformis est sententia, quod ignorantia, quam crassam moderni Theologi vocant, neminem à culpa excuset, qualis illa haud dubie fuisse, si verum illi dicerent.*

25. ut denuò Malus.] *Rectè ad marginem adnotauit Rhenan. Malus diabolus, tum hic, tum lib. de Patient. non semel. Similiter Patres quidam interpretantur illud Orat. Dominice: Sed libera nos à malo. ad quod alludere videtur Auctor.*

26. Ita, qui per delictorum pœnitentiam statuerat Domino satisfacere.] *Similiter Auctor infra sub finem cap. 7. Habes cui satisfacias. cap. 8. Confessio satisfactionis consilium est. & c. 9. Sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia; & Deus mitigatur. & cap. 10. Domino offenso satisfacere. Loci adnotati certè digniss. pro satisfactione peccatorum, quæ tertia est pœnitentiæ pars, quam hic agnitam à Tertulliano Magdenburgenses Centuriatores negare non audent, sed uti calumniantur, à Montanisante. Verùm redarguit eos loco in arg. supra citato B. Pacianus, qui ante heresim conscriptum hunc librum asserit. Deinde B. Cyprianus Tertulliani errores nupquam secutus, certè in hoc loquendi genere ipsum imitatur frequentissimè Epistolis, nempe 8. 9. 10. 11. 12. 26. 27. 40. 52. 55. 59. 64. 65. & 69. item libri de Lapsis, de Unitate Ecclesiæ, ac de Oper. & elemosinis, quibus locis non semel satisfactione etiam necessitatem arguit. Nec absimiliter B. Pacianus Paran. ad Pœnitent. ac Epist. ad Sympron. ac lib. aduers. Nouatian. & post eos B. Basilius Orat. 1. de ieiunio, Ambros. ad Virg. Laps. cap. 8. & in Psalm. 37. August. Enchirid. cap. 70. & hom. 50. cap. 11. ac 15. Leo item Papa Epist. 91. Quin quod locum illum Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, de satisfactione interpretantur Chrys. & Hieron. in Comment. ac Basil. Reg. breuiorum cap. 288. Quod pertinet etiam quod supra cap. 2. dixit Auctor: Bonum factum Deum habet debitorem, sicuti & malum; quia iudex omnis remunerator est causæ. Et pulcherrima illa c. sequ. comparatio inter emptorem & venditorem, precium & mercem, ac Deum & pœnitentem, Veniam & pœnitentiam. Denique illud Epiphonema B. Cyprian. lib. de Laps. Qui sic, inquit, Deo satisfecerit, &c. non eam solam Dei veniam merebitur, sed coronam. Neque verò hæc satisfactio peccatorum quicquam repugnat satisfactioni Christi. Quia (Basilio teste dict. Reg. breu. qu. 2.) Deus, pro remissione peccatorum nostrorum demisso vnguento suo, quantum in se est, ea iam antea omnibus condonauit. Quoniam autem misericordiam & iudicium sanctus Vir canit, & restatur Deum misericordem esse & iustum, necesse est ut quæ à Prophetis & Apostolis de Pœnitentia dicta sunt, ea à nobis presententur.*

27. Sed aiunt quidam, &c.] *Adnotati dignus etiam iste locus aduers. nouam quorundam heresim (à qua nec Calvinista abhorrent) qui sibi sufficere arbitran-*

tes, si corde & animo suam religionem retineant, quamuis Catholicorum contraria sibi religionis exercitibus ac mysteriis se immisceant, immò & communient. Sed ista (inquit Auctor) ingenia de semine hypocritarum pullulare consueverunt.

C A P. VI.

28. Quicquid ergo mediocritas nostra, &c.] *Inscriptissimus hoc caput: Quod etiam Audientes seu Catechumeni pœnitentiam agere debeant. Id ipsum autem inculcat Auctor infra lib. de Baptismo, August. epist. 48. & 118. ac homil. 39. & 50. & latius de Vilit. pœnitent. libro, Chrysost. in illud supra dictum Matth. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, & illis antiquior Origenes hom. 2. in Levit. addites interim multo fuisse grauiorem & lucuosorem eorum, qui post Baptismum peccarunt, pœnitentiam. Legimus autem ex MS. omnis salutis, pro: omnes.*

29. nouitiolis istis.] *Catechumenos intelligi adnotauit Rhenan. & simili appellatione vocari Nouitios fratres initio suæ conuersionis non malè diuinauit. Est autem pulcherrima Metaphora, qua eos vocat catulos infantia recentis, qui necdum perfectis luminibus incerta reptant (ubi Hellenismus est) alludens (ubi ille adnotauit) ad prouerbum: Canis festinans catos parit catulos.*

30. sed includere eam negligunt.] *Translatio (inquit ille) à rebus, quas si non includas, statim amittas.*

31. præsumptio intinctionem.] *Intinctionem Latine expressit Auctor, quod Græci Βαπτισμὸν vocant, sicuti & paulopost: intinctos, pro: Baptizatos. Vide supra num. 9.*

32. & commeatum sibi faciunt delinquendi.] *Commeatus (inquit Rhenan.) est Venia quæ militi datur, ut possit ad tempus abesse à castris, vel negotiorum vel valetudinis causa. Adnotauimus plus semel Cyprianus in Epistol. quadam ad martyres & confesores; Hæc (inquit) letior accepto post gloriam commeatu, in Ecclesiæ laude florere. Idem de Mortalitate: Quum quidam de collegis & consacerdotibus nostris iam infirmitate defessus, & de appropinquante morte sollicitus, commeatum sibi precaretur. Fitur etiam eadem voce B. Cyprian. Epist. 34. Vbi vide Adnotat. nostras num. 2. Accipitur etiam illud: quàm cruditionem, pro: potius quam. Item mercem singulari numero, pro: merces.*

33. veniam addicere instituit.] *Addicere (inquit idem) venditoris est, Verbum Iuris.*

34. Tunc opinor emendatos licebit.] *Opinor (adnotauit idem Rhenan.) & hic licebit, dictum pro: liquebit, fallente fortassis pronuntiatione. Nam lib. de Carne Christi, indicauimus in vetustis exemplaribus licuit scriptum pro: liquuit, à liquet: Quamquam licuit iam & de nomine hominis, de statu qualitatis, & de sensu tractationis, & de exitu passionis humanam constitisse. Ita, ni fallor, hoc loco licebit, pro: liquebit positum. Infra habes: discidio maris, quod foli populo peruium licebat.*

35. postquam libertate mutatus est.] *Mutare (inquit idem) libertate; Tertullianicum est. Sic & lib. de Resurr. carn. Oro te, si famulum tuum libertate donaueris. Notarum verò nomine, ignominias intelligit, & non ita multo post: circumduci Vspanat, pro: fallacis obtegi. Legimus autem ex MS. quia tempus*

tempus pœnitentiæ idem, pro: id est.

36. abolitionem delictorum omni modo inuitur aquam, &c.] *Quod baptismus omni modo abolitionis sit delictorum, habet etiam B. Cyprian. dum ab omni facie contagionis antiquæ, lauacri vitalis sanctificatione purgari nos dicit, lib. de Disc. & hab. virg. & Epist. 2. ad Donatum vocat baptismum, mortem criminum. Vbi latius contra Lutheranos hæc esse & aliorum veterum sententiam comprobauimus Adnotat. nostr. n. 8. & 14. & infra aliquid dicemus lib. de Baptismo. Eodem pertinet quod habet: cum hominem sentit plenè liberatum, & tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis erasos.*

37. asperginem vnam, &c.] *Videtur alludere ad baptismum qui per aspersionem fiebat, quem etiam veterum esse B. Cyprian. indicat Epist. 76. ad Magnum. Vbi videt. Lector Adnot. nostr. n. 44. Etsi autem in qualibet aqua celebrari possit baptismus in necessitate, aquam tamen prius consecrari oportere non semel idem B. Cyprian. docet & nominatim etiam in concil. Carthag. Sedatius Episcopus: Aqua (inquit) sacerdotis prece in Ecclesiâ sanctificata, abluat delicta.*

38. symbolum mortis.] *Baptisma intelligi rectè adnotauit Latinius: in eo enim Christo commorimur (Apostolo teste) & conspelimur.*

39. inter Auditorum tyrocinia.] *Eleganter dictum probè adnotauit Rhenan. Nam Auditores, & vii mox appellantur Audientes (quos ea ætas vocabat Catechumenos) nihil aliud erant quàm tyrones fidei Christianæ. Similiter B. Cyprian. Epist. 13. & 24. de quo vide Adnot. nostras, priori loco num. 4. & posteriori n. 7. quibus adde ex Rhenano, quod sicut Auditorum doctorem Optatum Cypri. sic Demetrius Episcopus. Origenem Adamantium constituit Magistrum Catechumenorum apud Alexandriam. Quo officio primus post Apostolos apud Alexandriam Pantæus, secundus per ordinem Clemens, tertius functus est Origenes Clementis discipulus. Auctor Euseb. Eccl. hist. lib. 6. c. 3. Legimus autem cum MS. 3. Quid autè re à perfecto Dei verbo separatur, pro: Dei seruo.*

40. Lauacrum illud obsignatio est fidei.] *Econtrariò infra si mendosi non sint codices lib. de Baptismo: Fides (inquit) obsignatio baptismi, & baptismus vestimentum fidei. de quo ibi Latinius. Legimus autem mox cum Latini: an cui displicet, pro: aut. Atqui pro eo quod excusi legunt, à custodibus corporum obstructi (qua paraphrasi intelligit Eunuchos, qui etiamnum apud Italos & Hispanos matronas custodiunt) legunt MS. 2. abstracti, & vnus: abstructi, sed illud placet.*

C A P. VII.

41. Huè vsque Cliriste Domine, &c.] *Prophopetia hæc ad Christum, initium est huius capituli, cuius titulus: De secunda post baptismum pœnitentia: Quod imitatur BB. Pacianus epist. 1. ad Sympron. vbi de pœnitentia tractare incipit, & August. hom. 27. qui dicit Paganorum fuisse eam obiectionem quam proponit, quasi pateat delinquendum locus, quia patet ad pœnitendum. Ironia autem videtur illud: Euasimus semel, hætenus periculosus (seu quod malum, periculis) nosmetipsos inferamus.*

42. repudium & nauis & mari dicunt.] *Nam (inquit Rhenan.) ut est apud Publum Mimographum: Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. Venusius verò sermo, cum inquit: Repudium & na-*

ui & mari dicere, translatione sumpta ab his qui Vxoribus libellum repudij mittunt. Similiter infra lib. de Hab. mul. cap. 4. repudium celi dicit.

43. Formidant videri inculcare.] *Aliter hic: inculcare accipit, quàm supra cap. 4. cum diceret: Nos verò pro nostris angustis vnum inculcatus. Ibi enim proprie, hic verò pro: conculcare, aut proculcare. Similiter dixit etiam Pacianus aduers. Nouatian. ad Sympron. Vides non inculcari à nobis sententiam Domini, sed probari. Est autem phrasis Tertullianica, qua & lib. de Patientia dicit: tentationes inculcat: imò & Cyprianica, quemadmodum adnotauimus lib. ad Demetrian. n. 3.*

44. peruersis traditionibus.] *MS. tres: conditionibus. Illud tamen magis placet, ut agat contra Montanistas, qui peruersis traditionibus suis de nulla post baptismum pœnitentia, à Via certa fideles detorquebant. Eo autem quod addit peruersis, patet non omnes ab Auctore Traditiones impugnari. Verùm de his latius infra lib. de Cor. militis, vbi multas Ecclesiæ Traditiones probat.*

45. intinctionis sera obstructa.] *Pulchre: nam baptismum iterari non licere. Verùm de hoc latius lib. de Baptismo contra Anabaptistas. Atqui non multo post, vbi legitur: pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari, Pacianus vbi supra, qui verbis præcedentia & hæc imitatur, sic legitur: pudeat periclitari, sed non pudeat liberari; nos tamen illud cum MS. retinimus.*

46. Iteratæ valetudinis iteram da medicina est.] *Adnotauit Latinius: valetudinem pro morbo accipi.*

C A P. VIII.

47. Id si dubitas, euolue quæ spiritus Ecclesiis dicat, &c.] *Caput hoc titulo insigniuimus: Quod ad veniam propensus sit Deus. Imitatur autem & hunc locum Pacianus; tum ad verbum dicta epist. 1. ad Sympron. tum etiam Paranesi de Pœnitent. & pariter contra Nouatian. ad eundem Sympron. qui vbiq; scripturam eandem Apocalypsoe citat, & proinde postremo loco castigandus, sicuti alibi & verè legit: age pœnitentiam, pro: eo quod est: patientiam. Item priori supracitato loco debet legi: Pergameno docentes peruersa, pro: diuersa. Et contrariò cum Paciano lego hic: Sardos, pro: Sardios, quum illud Græcè & Latine legatur.*

48. Non ait, qui ceciderit, resurgat, &c.] *B. Pacianus 2. prioribus locis iam dictis legit: Nonne. B. Cyprianus: Numquid, lib. Testimon. 3. c. 114. & id ipsum significat Hebræa & Græca vox apud Hieremiam. Sed meminerit Lector Tertul. Vspanare solere: Non, pro: Nonne. Sic infra Exhort. castit. Tom. 5. Non illud dicendum erit: Atqui si vera est lectio: auertatus, quod legit hic Auctor & Pacianus Paran. ad pœnitent. oportet ut Actuum passiuè accipiatur more Tertulliano, pro: auertatus, quod altero loco legitur Pacianus & B. Cyprian. & editiones Latine omnes: nam Græcè est ὁ ἀποστρέφω. Quod ipsum Cypriano non insequens esse adnotauimus ad lib. 1. Testim. aduers. Iudæos num. 15.*

49. qui misericordiam mauult quàm sacrificium. Sic ex 3. MS. pro: sacrificia. nam illud & Osee 6. & Matth. 9. in omnibus editionibus legitur.

50. Latantur celi, &c.] *Hunc quoque Luc. 16. locum latiss. Auctorem imitatus prosequitur B. Pacianus, tum Paranesi ad pœnitent. tum epist. 1. ad Sympron. qui priori loco legit: vides vbi de tuo reditu gaudeatur, quare & hic adiecimus reditu.*

51. post inopiam.] *Latius Pacianus ad Sympron. post prodicta omnia bona, cum meretricibus & fornicariis nepotata, quod paucioribus Evangelista (vi etiam adnotavit Rhenan.) διαπραΰσαντος δὲ αὐτῶ πάντων. nam luxus comes solet esse inopie. MS. autem cod. 3. legunt hic: vitulum præoptimum, sed magis correspondet contextui: præoptimum. Legimus autem iterum cum 3. MS. Tantum releuat confessio delictorum, pro eo quod substituerat Rhen. delictum.*

CAP. IX.

52. Huius igitur penitentia secundæ, &c.] *Capit hoc pertrahat De penitentia actu publico, quod ipsum ad verbum imitantur & B. Cyprian. sub finem lib. de Laps. & B. Pacianus Paranesi ad penit. seu lib. de Penit. & confess.*

53. Exomologesis est, &c.] *Hoc diligenter (inquit Rhenan.) observandum quod hic dicit, Exomologesis actum esse, quo penitentia administratur, & ministerium penitentia, quemadmodum infra docebit. Id quod recte intellectum, multum conferet ad capiendam mentem veterum Ecclesie scriptorum. Hinc illud Cypriani epistol. ad Antonianum; Apud inferos dum confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest. Discimus autem ex eiusdem sanctissimi martyris scriptis hunc olim in Ecclesia servatum ordinem, ut primum fieret confessio criminum apud sacerdotes Dei: hanc sequebatur penitentia, qua & præcesserat. Penitentiam excipiebat exomologesis, quam subsequebatur impositio manus Episcopi aut cleri. Hac facta, dabatur Eucharistia sic reconciliato. Atque hoc est quod Cyprian. epistol. 14. tertij libri (iuxta novam editionem num. x.) dicit. Nondum penitentia facta, nondum exomologesi finita (ubi vides apertam distinctionem) nondum manu eis ab Episcopo aut clero imposita, Eucharistia illis datur. Et præcedit: Quum in minoribus peccatis agant peccatores penitentiam iusto tempore, & secundum discipline ordinem ad exomologesin veniant, & per manus impositionem Episcopi aut cleri ius communicationis accipiant. Hac illic. Ergo exomologesis actus ipse penitentia fuit illic coniunctus. Idem epistol. 16. lib. 3. (seu iuxta novam editionem n. xii.) Nam quum in minoribus (inquit) delictis qua non in Deum committuntur, penitentia agatur iusto tempore, & exomologesis fiat, inspecta vita eius qui agit penitentiam, nec ad communicationem quis venire possit, nisi prius illi ab Episcopo aut clero manus fuerit imposita. Et reliqua. Itē in sermone (seu potius libro) de Laps. Denique, inquit, quanto & fide maiore & timore meliore sunt, qui quamvis nullo sacrificij aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentur; exomologesin conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet & modicis vulneribus exquirunt. Enimvero liquere potest ex citatis Cypriani locis, occultorum scelerum exomologesin etiam fuisse secretam, quam etiamnum retinet Ecclesia, dum sacerdos pro modo delicti, certum ieiunium, elemosinam, aut precesiones consentit iniungit. Unde & in Ecclesiis præsertim Occidentis antiquitas confessionis secreta stabiliat, qua disciplina Ecclesiastica columen est, si anxietatem demas, & restituit libertatem. Amissa autem disciplina, corrumpant omnia necesse est. Elabemus de disciplina Romana Ecclesia valde insignem epistolam presbyterorum & diaconorum urbis Romæ, ad Cyprianum, cuius initium: Quamquam bene sibi conscius animus. lib. 2. qua nunc est, n. 31. Recte quidem*

meo iudicio, quemadmodum Latius Adnot. nostris in B. Cyprianum lib. de Laps. num. 99. Vbi etiam interim adnotat subinde aliter exomologesin accipi, & proprie, pro omni confessione penitentia. Bene autem habet quod etiam Rhenan. hic fateatur primum in Actu sollempni penitentia confessionem apud sacerdotes Dei etiam secretè fieri solitam, idque post penitentiam qua præcesserat, quæ nos contritionem vocamus, de qua mox latius, ut non sit necesse pluribus eius opinionem conuellere, de qua supra num. 1. nisi eatenus, quatenus sentire videtur sacerdos solitum in consilium adhiberi, de quo cap. sequi. latius, remittentes interim Lectorem ad meas Adnot. n. 98. in lib. B. Cypri. de Lapsis. hoc vno hic addito, quod disertis verbis confessionem secretorum peccatorum agnoscat lib. de baptismo, infra in hac verba: Imprefertus baptismum orationibus crebris, ieiuniis & geniculationibus, & peruigiliis orare oportet, & cum confessione omnium retro delictorum, &c. Nobis gratulandum est, si non publicè confitemur iniquitates aut turpitudines nostras.

54. qua delictum Domino nostrum confitemur.] *Pertinet hoc ad primam confessionem, qua Deo fit antequam sacerdotes accedamus, dum conterimur de peccatis commissis: verum hanc non solum sufficere ex sequentibus manifestus est, quam ut pluribus sit opus. Itaque eodem modo intelligendi sunt loci B. Chryso. in argumento citati, quos perperam adducit Rhenanus, ut probet soli Deo confitendum (cui tamen hic contradicit, comprobans etiam sacerdoti, uti modo dictum, eam fieri solitam) neque enim ipsam addit vocem: soli. Vbi dicit: Non dico ut confitearis confertuo tuo, addit: ut exprobet. Deinde de penitentia publica illum agere, qua iam a prædecessore suo Nectario sublata erat, patet ex his verbis: Nec apud alios accusa, ut te prodas in publicum, & similia. Et vero contrarios locos Chryso. partim in Cypri. adnotauimus, partim sequenti capite, quibus expressis docet (& maxime lib. 3. de sacerdot.) etiam sacerdotibus confitendum. De Ambrosio (quamquam ille locum non adferat) eadem est ratio. Bedam denique & Helshium etiam de publica penitentia loqui manifestum est, qua eorum estate solis hereticis & schismaticis infligebatur, non aliis, quantumuis grauius peccatoribus. Pulcher est hac de re August. locus hom. 49. Nemo sibi dicat: Occulte ago penitentiam, apud Deum ago, in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quæ solueritis, &c.*

55. De ipso quoque habitu atque victu mandat, &c.] *Deerat hic (inquit Rhen.) verbum mandat, quod nos reposuimus ex Gortieſi collatione. De ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco & cineri incubare, subaudi Exomologesin. Nam cum exomologesis sit actus penitentia, & disciplina hominis humiliificandi, conuersationem iniungens misericordiae illicem; exponit, quidnam sit illud, aut quanam conuersatio, qua Dei misericordiam & Ecclesia illiciat inuitetque.*

56. Sacco & cineri incubare, &c.] *Rursum hic habes (inquit idem) verbum incubare, ut paulo antè: Cum illud incubas quibus retrò ignarus? In libro de Patientia: Quod si hic patientia incubabo. Hieronymus ad Demetriadem: Meliusque est hoc facere, quam repositis opibus incubare. Porro similia exomologeseos opera describit nobis Cyprianus in sermone (seu libro) de Lapsis: Orare, inquit, oportet impensius, & rogare, diem lectu transigere, vigiliis nocte, ac fletibus ducere, tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare, stratos solo,*

os solo, adherere cineri, in cilicio Volitari & sordibus, post indumentum Christi perditum nullam iam velle vestitum, post diaboli cibum malle ieiunium, iustus operibus incumbere quibus peccata purgentur, elemosinis frequenter insistere quibus a morte anima liberentur. Atqui isdem penè verbis Pacianus loco mox citato: Cilicio corpus inuolueret, cineri incubare, ieiunia fera meditari, perditam vitam sordida veste lugere.

57. animum mœtoribus deicere, &c.] *Id ipsum mox latius dixit: ingemiscere, lacrymari, & mugire dies nocteque ad Dominum Deum tuum. Similiter & Pacianus: Flere in conspectu Ecclesia & lugere. & B. Cypri. præter verba paulo antè citata eodem lib. de Laps. Penitentiam criminis veris doloribus exprimentes, Dei misericordiam deprecemini. Illi se anima prosternat, illi mœstia satisfaciat. Reuerimini, inquit, ad me ex toto corde vestro, simulque & ieiunio & fletu & planctu. Itam eius igitur & offensam ieiunio, fletibus & planctibus, sicut admonet ipsa, placemus. Quæ omnia quum fiant ob peccata commissa, cui dubium hac ad Contritionem pertinere, primam penitentia partem, maxime quum addat Actor animum deicere, & proinde non solum exteriori habitu, sed ex animo velit ista fieri? Certè præterquam quod fundamentum sit huius doctrine illud Psal. 50. Cor contritum & humiliatum Deus non despicies; manifestè dolorem illum ob commissis peccata ad penitentiam necessarium esse docent. Patres omnium seculorum, tum in Comment. eius loci, tum etiam alibi, plerumque etiã dantes contritionis voce aut compunctionis, & ad eam rem comprobantam scripturis Psal. 6. 37. 55. ac 118. Hierem. 31. 10. 2. 1. Corin. 2. & 2. Corin. 7. Nominatim verò BB. Basil. homil. in Martyr. Iulittam, ac Regul. breu. qu. 22. & 288. Chryso. homil. 5. de ceteris, ac 34. in cap. 12. ad Hebræos, & 46. ad popul. Antioch. item Paranesi ad Theodor. Monach. ac lib. duobus de compunct. cord. Ephrem similibus eodem titulo libris duobus. Ambros. in Psal. 37. & conc. 17. in Psal. 118. Aug. Enchirid. cap. 65. ac serm. 1. 2. 3. de Nat. Domini, ac de nat. boni contra Manich. cap. 16. Theodoretus denique Epit. diu. decret. cap. de Penitentia. Eodem etiam pertinere adnotauit illustriſſ. eruditissimisque Cardinalis nostri seculi Stanisl. Hoſius Confession. Polonica cap. 46. illud Auctoris infra lib. 2. adu. Marc. Nara & in Græco sono (nempe πεταβολας) Penitentia nomen, non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est. Quæ autem (inquit ille) potest esse animi demutatio, ubi ea qua prius placuerunt, non displicent?*

58. presbyteris aduolui, caris Dei adgeniculari.] *Sic hunc locum restitui ex 3. MS. Vaticanis codicibus, qui constanter legunt: caris Dei, pro eo quod excusi hæcenus: aris Dei; qua adeo lectione Rhen. colligebat suis Adnot. & ego similiter in Lecturicis Latinorum meis, ad aras sue ad altare Dei adgeniculationes iam tum vſitatas fuisse: verum quod huic loco non conueniat, remittimus eius rei tractatum ad illam lib. de Orat. si ad aram Dei steteris. Hic enim re penitus examinata, legi non potest: aris Dei. Nam Penitentes ne ad Pastophoria quidem virorum aut mulierum, multoties inſra septa cleri, aut ad aras usque venire permittentur, sed ante fores Ecclesie illis locus assignabatur, sicuti patet ex iis que supra de publice penitentia ritibus ex Rhenano descripsimus. Quibus adicere licet illud, quod in argumento huius libri habet idem Rhenanus. Ex tripartita, inquit, historia (qua habet id ex Zoſomeno loco supracitato) veterem Penitentium ritum libet referre, quando conferret id ad Tertullianum intelligendum, quam-*

quam nonnihil diuersum fuisse puto. Sunt autem hæc verba: Stant enim rei, & velut in Lamentationibus constituti. Dum enim sacra celebratio fuerit adimpleta, illi communionem non percipientes, cum gemitu & lamentatione semetipsos in terram prosternunt. Ad quos concurrens Episcopus, & ipse cum lacrymis & gemitu spiritali prosternitur, & omnis Ecclesia plebs fletibus inandatur. Post hoc autè prior surgit Episcopus, & eleuat iacentes à terra. Tunc competenter pro penitentibus facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus sponte vacantes aut ieiunio, ab abstinentia lacryri, aut suspensione ciborum, aut rebus aliis que iubentur, expectant communionis tempus, quod decernit Episcopus. Constituto verò tempore, velut quoddam debitum exsoluentes, afflictione peccatorum curati cum populo communionem participant. Hæcenus illius historie verba retulimus. Hic nos adhuc obseruatur in quibusdam Ecclesiis in die Dominica cæna, haud dubie natus ab illa exomologesi, id est, actu penitentia, cuius Tertullianus meminit; immò fieri potest, ut ab illius atate quasi per manus in hac usque tempora sit traditus, pauculis ceremoniis adiectis. Exomologesin Fabiola D. Hieronymus his verbis describit: Quis (inquit) hoc crederet, ut post mortem secundi viri, in semet reuera (quo tempore solent vidua negligenter, iugo seruitutis excusso agere se liberi, adire balneas, Volitare per plateas, vultus circumferre meretricis) sacrum indueret, & errorem publice fateretur, ut tota urbe spectante Romana ante diē Pasche in basilica quondam Laterani, qui Cesariano truncatus est gladio, staret in ordine penitentium, Episcopo, presbyteris, & omni populo collacrymantibus, sparsum crinem, ora lurida, & squalidas manus, sordida colla submitteret? Quæ peccata fletus iste non purget? Quas inueteratas maculas hæc lamenta non abluant? Hæc Hieronymus. Et verò quod aduolui, seu prostrouit, seu prosterni presbyteris, & caris Dei adgeniculari soleant confitentes, iam ab Apostolicis temporibus patet, ex Epistola B. Dionysij Areopagite ad Demophilum, Epistol. 8. ubi illum increpat, quod sacerdotem ad sacerdotis genus procedentem calcè abieciſſet. Eodem pertinet quod B. August. dicit: homil. 49. contra eos agit, qui erubescere genus flectere sub benedictione Dei, ita illic absolutionem nuncupans, eò quod sacerdos absolvens, benedictione quadam viatur, ut infra latius cap. sequi. Atqui & antea hæc voces sunt Tertullianicæ: expungit, & frustratur.

CAP. X.

59. Plerosque tamen hoc opus, &c.] *Inscriptum hoc caput De iis quos pudor à Penitentia deterret. Imitatur autem etiam hic Tertullianum penè ad verbum Pacianus Paranesi ad Penit. Prudentes, inquit, egri medicos non verentur, ne in occultis quidem corporum partibus etiam secuturos, &c. Similiter vulnerum apertioni confessionem comparare solent alij veteres, & nominatim Origenes & Ambrosius locis infra citatis, Basil. Reg. Breu. qu. 229. & Chryso. hom. 3. ad populum Antioch. Quum autem qui curari cupit sua vulnera, necesse sit ut omnia & singula medico seu chirurgo patefaciat, certè facit & ista comparatio pro particulari peccatorum confessione, de qua supra initio cap. 4. Est etiam Tertullianicum: salutis prodictæ, pro: profligatæ, & Næ, Gracum adfirmandi adverbium. Item: offensam sui.*

60. Quid confortes casuum tuorum, &c.] *Locum hunc sic expressit B. Pacianus: Confortes casuum vestrorum timere nolite. Nullum corpus membrorum suorum vexatione lætatur, immò pariter dolet, & ad remediū collaborat. In vno & altero Ecclesia est, Ecclesia verò Christi. Atqui adeo qui fratribus peccata sua non tacet, Et-*

desi. lacrymis adiutus, Christi precibus absoluitur.

61. Grande planè emolumentum, &c.] Froniam esse rectè adnotauit Latinius: nam id patet ex eo quod sequitur, videlicet (quod usurpat pro scilicet) impetratur, &c.

62. quam palàm absolui.] Quandoquidem qui à Deo solo absolueretur, non posset dici: palàm absolui, sicut istud magnoperè ad absolutionem Pœnitentiæ in Ecclesia per sacerdotes. De qua sic pulchrè B. Cypri. de Laps. Confiteantur singuli quæso delictum suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est. Ex expressis epist. 52. ad Anon. contra Novatianos, Per sacerdotes eius pacem posse cœdici. Item epist. 54. ad Cornel. Quando permisit ipse qui legem dedit, ut ligata in terris, etiam in cælis ligata essent, solui autem possent illis, quæ hic in Ecclesia soluerentur. Neque verò aliter illam scripturam Matth. 18. & aliam similem Ioan. 20. interpretantur (præter eos quos adnotauimus ad epist. iam dictam 52. nu. 86. & ad epist. 54. nu. 17.) BB. Cyril. in cap. 12. Ioan. tractat. 56. Leo Papa epist. 91. August. de Verbis Domini ser. 11. ac de Ciuit. Dei lib. 20. cap. 19. Hier. Comment. in 16. cap. Math. Ambr. in Psal. 38. & lib. de Pœnit. 2. cap. 2. Chrys. hom. 5. de verbis Isaie, Vidi Dominum. Basil. consil. Monast. cap. 23. & epist. 3. ad Amphil. cap. 73. Athanas. denique sermon. in illud. Profecti in pagum. Ex quibus omnibus patet non solum consilij gratia adiri solitos sacerdotes à Pœnitentibus, sed potius absolutionis gratia, cuius vel ipsam formam expressit Ambros. lib. de Spiritu sancto cap. 19. Non in suo, inquiens, sed in Patris & Filij & Spiritus sancti nomine sacerdotes peccata dimittere. Quod pertinet ad eam illud quod supra ex August. adduximus, Vbi Benedictionem Dei appellat hic sacramentum. Plerique etiam Veterum interpretantur sic illud Ioan. 11. de Lazaro, Vbi Apostolis Christus dixit: soluite eum, & sinte abire. Denique quod ipsi sacerdotes peccata remittant, expressit. Verbis præterea reperire est apud Chrysost. lib. 1. tribus de sacerdot. & Origenem. hom. 2. in Psal. 37. & hom. 2. in Leuit. B. autem Pacianus epist. 1. ad Sympron. etiam argumentis aduersariorum nostrorum respondet in hac verba: Solus hoc, inquit, Deus poterit. Sed & quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod Apostolis dicit: Quæ ligaueritis in terris, &c. Cur hoc, si ligare aut soluere hominibus non licebat? Antantùm hoc solis Apostolis licet? Ergo & baptizare solis licet, & Spiritum sanctum dare solis, & solis gentium peccata purgare, quia totum hoc non aliis quam Apostolis imperatum est, &c. Denique & Episcopi Apostoli nominantur, sicut de Epaphrodito Paulus edisserit: Fratrem & commilitonem, inquit, meum, & vestrum autem Apostolum. Si ergo & Lauacri & Chrismatibus potestas maiorum longè charismatum ad Episcopos inde descendit, & ligandi quoque ius adfert & soluendi. Quod & si nos id ob nostra peccata temerariè vindicamus, Deus tamen illud ut sanctis & Apostolorum cathedram tenentibus non negabit. Cui similia habet etiam Anastasius Nicenus qu. 6. in script. hoc titulo. Sit ne bonum consistere peccata viris spiritalibus: Vbi latius tractat quidquid huc pertinet. Quæ verba eo lubentius adduximus, tum quod rarus sit liber, tum ut eadem opera respondeatur similibus argumentis, quæ infra iam Montaniensium adfert Auctor mutata priori sententia Catholica, lib. de Pudicitia T. 5. Atqui paulopost pro eo quod erat: pulueris alcutius mordacitate anxiat, substituitur ex 3. MS. a. cruciari.

CAP. XI.

63. Quid si præter pudorem, &c.] Agit. c. istud: De iis qui corporis incommodis deteguntur à Pœnitentia. In quo eundem imitatur tum B. Cyprian. sub finem lib. de Laps. Latinitati eum putamus ex toto corde, &c. Item B. Pacianus dicta Parensi ad pœnit. Quid dicitis (inquit) Pœnitentes? Vbi est vestra carnis meritis? An quod in ipsa pœnitentia, &c. reliqua vtriusque loci omitentes, ne forte prolixiores simus. Sunt autem iterum hic Tertullianice voces & phrasæ: deuerfari; oris de ieiunio vanitate.

64. in coccino.] Per coccinum (inquit Rhenanus) intelligit vestem cocco infectam. Martialis:

Coccina formosæ donas & Iunthina mœchæ.
Cocum vulgo granum vocant, Latine reddentes Græcum τῆς κόκκας vocabulum. Apud Hieronymum ad Fabiolam de veste sacerdotali, Coccus igni & atheri deputatur.

65. & Tyrio.] Tyrium (inquit idem) appellat vestimentum ex purpura Tyria constans. Ouidius:

Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.
Qui etiam adnotat Cedo hic accipi pro: da, aut: date.

66. Siquid ficti nitoris, &c.] Ad hunc fucum (inquit Rhen.) mulieres cersussa vniuntur, coactum verò ruborem purpurisso efficiunt; usum autem explicat clarius B. Pacianus: Siquid (inquit) ferruginei pulueris in supercilio fulguret, aut ficti nitoris in genas ruilet, aut coacti ruboris in labia defudet. Vt enim de his latius infra lib. de hab. muliebri.

67. defæcato senectutem vini.] Similiter B. Pacianus: Et exquisitius vinum & defæcato senectutis. Vt enim de vinum defæcarent, & liquidius redderent, minusque nocens fractis viribus, ante quam biberent, colo transmittébant; Vt ante me adnotauit Turnebus Aduers. lib. 11. cap. 28.

68. Sed enim illos qui ambitu obeunt capefendi magistratus, &c.] Obire (inquit Rhen.) absolute pro obambulare, quod Cicerone obire comitia dicit. Molestiæ autem & labores eorum, qui Consulatum Urbis Romæ vel alios magistratus quondam ambiebant, graphicè hic depinguntur. Sed eandem rem elegantissime describit Cypri. ad Donatum: Qui amictu clariose conspicuus fulgere sibi videtur in purpura, quibus hoc sordibus emit ut fulgeat? quos arrogantiam fastus prius non pertulit: quos superbas fores matiuinus saluator obsedit? quot tumentium contumeliosa vestigia stipatus clientium cuneis ante præcessit; ut ipsum etiam salutantum comes postmodum pompa præcederet, obnoxia non homini, sed potestati: & reliqua. Atqui per vocem decrecentes significat gestum sese demittentis in reuerentiam alterius, iuxta quod idem adnotauit; & voce congregate vitur, propter schema quod est in vocibus celebres & exules.

69. propter vnus anni volaticum gaudium.] Nam Consulatus (inquit idem Rhenanus) erat magistratus annuus. Item alia quadam functiones annuæ. Cyprianus: Eant nunc magistratus, & Consules siue Proconsules annuæ dignitatis insignibus, & duodecim fascibus gloriantur. Est verò antiqua vox volaticum, pro inconstanti, etiâ Ciceroni vsitata lib. 3. ad Attic. & de Arusp. cap. 43.

70. securium virgarumve.] Secures & virgæ præferbantur Consulibus in publicum prodentibus, quas vno fascium nomine comprehendit dicta Epist. ad Donatum B. Cyprianus.

CAP. XII.

71. Si de Exomologesi retractas, &c.] Capiti huic titulum

titulum dedimus: Quod omnia hæc metus gehennæ æternæ superare debeat. Imitatur etiam hunc locum B. Pacianus isdem penè verbis Vbi supra, ex quo & MS. 3. correximus: exomologesi extinguet, pro: extinguit. Ex censura item Ioan. Harrisij legitimus: adaptione, pro: adoptione.

72. quum fumariola quædam.] Alludit (inquit Rhen.) ad Vesuuium Campaniæ montem. Quod autè deinde adiungit, apertius exponit lib. de Pallio, quum inquit, Ex huiusmodi nubilo & Tuscia Vulfinios pristinos deusta, quo magis de montibus suis Campania speret erepta Pompeios. Vbi vtrouique figura Græca vitur: nam oppidorum nomina sunt. In alio loco etiam speret, pro timeat posuit, sicut & hic sperent, pro timeant. Idem narrat in Apologetico his verbis: Sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis querebantur, quum Vulfinios de cælo, Pompeios de suo monte profudit ignis. Similiter Pacianus: Estuant indefessus flammæ globis Athna & Ianiculus (sic enim lego) & Vesuuus Campanus.

73. ignis intrinsecus facta.] Figura (vbi adnotauit Rhenanus.) Græca, hoc est secundum eas partes quæ igni factæ sunt, siue factæ ignis, ut ipse loquitur, per genitium.

74. Ceruus sagitta transfixus, &c.] Imitantur isdem penè verbis & hunc locum B. Pacianus, vbi supra, & B. Hieronymus in cap. 7. Ecclesiæ. verum Capris, seu potius Capreis, illi tribuunt, quod Auctor Ceruo tribuit. Cui consentit Plin. lib. 8. in hac verba (vbi etiam Rhen. citat.) Dictamnium herbam extrahendis sagittis cerui demonstrare, percussit eo telo, postque eius herba eiecit. Auctor Plin. lib. 8. cap. 27. Mentionem eius herbae facit Virgil. lib. Æneid. 12.

Tum Venus indigno nati concussa dolore
Dictamnium genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulam folijs & flore comantem
Purpureo. Non illa feris incognita capris
Gramina, quum tergo volucres hæere sagittæ.
Irreuocabiles moras verò interpretatur idem Rhen. difficultate reuocabiles: nam ferrum telis facile eximi non potest.

75. nouit illos oculare rursus, &c.] Sic habes (inquit Rhenanus.) oculare, cuius contrarium exoculare tritius verbum. De Chelidonia Plinius: Chelidonium, inquit, visui saluberrimam hirundines monstrare, vixit pullorum oculis illa medentes. Vt autem eadem voce & Pacianus & Hieronymus.

76. institutam à Domino Exomologesi sciēs.] Rectè etiam hic Rhenanus adnotat, Traditum à Domino & institutum istum pœnitentiæ actum & ministerium, qui ad eum etiam confessionem vel ipso teste (vbi supra diximus cap. 9.) coniunctam habuerit, necesse est ut & illam à Domino institutam credamus, maxime illis verbis supra citatis cap. 10. Quorum reitueritis peccata, &c. atque ad eum malè rursus hic adnotat secretam confessionem ex publica exortam. Bene interim habet, quod nobis abrogari, sed emendari adhibitis sacerdotibus (iuxta B. Cyprian.) ætate & fide integris, sacra lectione instructis.

77. vnguuium aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria horrorem leoninum præferente.] Ita hunc locum castigauimus ex Paciano, qui eum imitatus ad verbum, ferè sic habet: Leonum in illo iubar impexa caesaries, & barbarum horrorem exuperat, & longe incuruis vnguibus manus horrentes aquilas mentiumur. Antea erat vnguuium leoninum in morem, & horrorem aquilinum. Verum repugnat etiam ipsa aquila & leonis effigies, quorum ille vnguibus, hic verò capillis horret. Ex MS. autem tribus legitur, vbi verè legendum est: Pro, pro: Proh. Item: discidio maris, pro: discidio, quam etiam lectionem comprobauimus in Cyprian. Adnotat. nostris ad epist. 44. num. 4.

78. de istis duobus humanæ salutis quasi Pharis.] Alludit ad turrin Pharon, quæ in insula Pharo inter orbis miracula (quibus comparat Reges duos Nabuchodonosor & Pharaonem: quo fit ut legamus cum MS. cod. duobus, pro: duabus) à Plin. lib. 36. cap. 13. & Strabone lib. 17. recensetur.

79. Adam exomologesi restitutus in Paradisum.] Hoc contra Tatianum hæreticum, cuius erat hæresis, Adam salutem consequi non potuisse, vbi patet ex lib. de Prescript. adu. hæres. infra T. 3. Vbi de hoc latius.

ARGUMENTVM IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE ORATIONE.

RATIONEM Dominicam explicaturus Tertullianus, eadè opera Orationibus sacrificiorum quomodo interesse debeamus explicat.

Principio, tum ab auctore Christo, qui eam Discipulis noui Testamenti determinauit, commendat, tum etiam quod ea Breuiarium quoddam totius Euangelij disciplinæ comprehendatur.

Præfatiuncula autem illa: Pater noster qui in cælis es, Deum orari docet, & fidem III. commendari.

Petitionem primam hoc continere, ut sanctificetur in nobis nomen Domini. III.

Secundam, ut fiat voluntas Dei per omnia in nobis tam spiritu quam carne, & ut salui simus & in cælis & in terris. IIII.

Tertiam, ut adueniat nobis regnum Dei, & cum illo regnemus. V.

Quartam, tum ut terrenis quoque nostris necessitatibus provideat Deus, tum ut corpori V I.

Domini, quod illis verbis: Hoc est corpus meum, in pane censetur, communicemus.

- VII. Quintam esse Exomologesin delicti, & venia petitionem, uti euadamus iudicium exactiois ad soluendum nouiss. quadrantem.
- VIII. Sextam, ut nō de remittendis tantum, sed & de auertendis delictis supplicaremus, petendo ne nos induci patiatur in tentationem, sed uti indicat interpretans clausula, nos euehat à malo.
- IX. Porro addit, ex eo quod dixit Dominus: Petite & accipietis, etiam ius nobis esse superstruendi & alias petitiones, quas, sub finem, sacrificiorum Orationes nuncupat, nos Collectas Missarum dicimus.
- X. Ita tamē ut præceptorum Dei memores, non prius ad Dei altare accedamus, quam omni & ira & animi confusione vacui: neque enim agnosci poterit à spiritu sancto spiritus inquinatus.
- XI. Alioqui rationi non esse consonum, manibus ablutis, spiritu verò sordente, orationē obire, (improbans quibusdam usitatum morem lauandi totius corporis) quas, inquit, non adtolimus tantum, sed etiam expandimus Dominica passione modulantes.
- XII. Deinde & alia quaedam denotat, quæ non religioni, sed superstitioni deputanda sunt; vel eo coercenda, quod gentilibus adæquent; uti sunt depositis penulis orationem facere, & adsignata oratione assidendi mos: siquidem irreuerens sit assidere sub conspectu Dei viui, angelo adhuc orationis astante.
- XIII. Atqui & cum modestia & humilitate adorandum, manibus temperatè ac probe elatis, nec vultu in audaciam erecto, neque clariore voce, ne proximis obstrepamus.
- XIII. Denique eos item reprehendit, qui ieiunantes, præterquam sub Pascha, habita oratione cum fratribus osculum subtrahunt; quale enim sacrificium, à quo sine pace receditur. Item illos qui stationem seu ieiunium solui putabāt accepto corpore Domini: accepto enim corpore Domini & reseruato, utrumque saluum esse, & participationem sacrificij, & executionem officij.

Ceterum meminit huius libri S. Hilarius in Matth. cap. 5. De Orationis autem sacramenti necessitate commentandi (ita lego, pro: commendandi) Cyprianus vir sanctæ memoriæ nos liberauit; quamquam & Tertullianus huic volumen aptiss. scripserit; sed consequens error hominis detraxit scriptis probabilibus auctoritatem. Quæ eius verba adduximus, ut agnoscat vel ipso adtestante Lector, quod ante heresin Liber hic conscriptus sit, ut ne quis (quod facere solent Magdenburgenses) quæ hic de sacrificio & corpore Domini tam luculenter expressit, ad errorem Montanistarum referat. Intelligit autem Librum S. Cypriani de Oratione Dominica, in quo ad verbum ferè, vii solet, hūc imitatur, & verba etiam quædam ex ultimo capite, de quibus infra, transcripsit Hrabanus noster lib. de Instit. cler. 2. c. 3. Quorum duorum testimonia, etsi vel sola sufficere debeant, certè non modò Ioan. Gagneus, qui primus in editione Parisiensi edidit, sed & Lelandus MS. hunc librum vidisse se testatur, atque aded ad MS. Anglicanum exemplar Gelenius castigauit. Ego, quum quod optassem, nullum nancisci potuerim, saltem Adnotationibus, quæ ad confirmationem Christiani sacrificij faciunt, illustraui.

A Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI DE ORATIONE LIBER.



DEI spiritus, & Dei sermo, & Dei ratio, sermo rationis, & ratio ser- C A P. I.
monis & spiritus. Vtrumque Iesus Christus Dominus noster no-
uiscipulis noui Testamenti nouam orationis formam determi-
nauit. Oportebat enim in hac quoque specie nouum vinum nouis
tribus recondi, & nouam plagulam nouo assui vestimento: Cete-
rum quicquid retrò fuerat, aut demutatum est, ut circuncisio: aut
suppletum, ut reliqua lex: aut impletum, ut propheta: aut per-
fectum, ut fides ipsa. Omnia de carnalibus in spiritalia renouauit
noua Dei gratia superducto Euangelio expunctore totius retrò vetustatis. In quo & Dei
spiritus, & Dei sermo, & Dei ratio approbatus est Dominus noster Iesus Christus: Spi-
ritus quo valuit, sermo quo docuit, ratio quo venit. Sic oratio à Christo constituta ex
tribus constituta est. Ex sermone, quo enunciat: ex spiritu, quo tantum potest: ex ratio-
ne, qua docetur: Docuerat & Ioannes discipulos suos adorare. sed omnia Ioanis Chri-
sto præstruebantur, donec ipso aucto (sicut idem Ioannes prænuntiabat, illum augeri
oportere, se verò deminui) totum præministri opus cum ipso spiritu transfret ad Domi-
num. Ideò nec extat in quæ verba docuerit Ioannes adorare, quod terrena cœlestibus
cesserint. Qui de terra est, inquit, terrena fatur; & qui de cœlis adest, quæ vidit, ea loqui-
tur. Et quid non cœlestis, quod Domini Christi est? ut hæc quoque orandi disciplina.
Consideremus itaque benedicti cœlestem eius sophiam, in primis de præcepto secretè
adorandi: quo & fidem hominis exigebat, ut Dei omnipotētis & conspectū & auditū sub
rectis & in abditis etiam adeste confideret: & modestum fidei desiderabat, ut quem ubiq;
audire & videre fideret, ei soli religionem suam offerret. Sequēte sophia in sequenti præ-
cepto proinde pertineat ad fidem & modestiam fidei, si non agminē verborū adeundum
putemus ad Dominum, quem vtrò suis prospicere certi sumus. Et tamen breuitas ista,
quod ad tertium sophiæ gradum faciat, magnæ ac beatæ interpretationis substantia fulta
est: quantumque substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus. Neque enim propria
tantum orationis officia complexa est, venerationem Dei, aut hominis petitionem, sed
omnem penè sermonem Domini, omnem commemorationem disciplinæ; ut reuera in
oratione breuiarium totius Euangelij comprehendatur. [Incipit à testimonio Dei &
merito fidei, quum dicimus, Pater qui in cœlis es. Nam & Deum oramus, & fidem commē-
damus, cuius meritum est hæc appellatio. Scriptum est, Qui in eum crediderint, dedit
eis potestatem ut filij Dei vocentur. Quamquam frequentissimè Dominus patrem no-
bis pronunciauit Deum. Immò & præcepit, ne quem in terris patrem vocemus, nisi quem
habemus in cœlis. Itaque sic adorantes etiam præceptum obimus. Felices qui patrem
agnoscunt. Hoc est quod Israël exprobratur, quod cœlum ac terrā spiritus contestatur,
Filius dicens genui, & illi me non agnouerunt. Dicendo autem patrem, Deum quoque
cognominamus. Appellatio ista & pietatis & potestatis est. Item in patre filius inuo-
catur. Ego enim, inquit, & pater vnum sumus. Ne mater quidem Ecclesia præteri-
tur. Siquidem in filio & patre mater recognoscitur, de qua constat & patris & filij no-
men. Vno igitur genere aut vocabulo & Deum cum suis honoramus, & præcepti me-
minimus, & oblitos patris denotamus. [Nomen Dei patris nemini proditum fue-
rat: etiam qui de ipso interrogauerat Moyses, aliud quidem nomen audierat. Nobis re-
uelatum est in filio. Iam enim filius nouum patris nomen est. Et apertius, Nomen tuum
manifestaui hominibus. id ergo ut sanctificetur postulamus. Non quod deceat homines
benè Deo optare, quasi sit & aliud de quo ei possit optari, aut labore nisi optemus. Planè
benedicti Deum omni loco ac tempore concedet ob debitam semper memoriam benefi-
ciorum eius ab omni homine. Sed & hoc benedictionis vice fungitur. Ceterum quando
non sanctum & sanctificatum est per semetipsum nomen Dei, cum ceteros sanctificet ex
semetipso? Cui illa angelorū circumstantia non cessat dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus.
Proinde igitur & nos angelorum si meruerimus candidati iam hinc cœlestem illam in

Deum vocem, & officiū futuræ claritatis edificimus. Hoc quantum ad gloriam Dei. Alio-
 quin quantum ad nostram petitionem, cum dicimus, Sanctificetur nomen tuum, id peti-
 mus vt sanctificetur in nobis, qui in illo sumus: simul & in ceteris quos adhuc gratia Dei
 expectat, vt & huic præcepto pareamus, oratio pro omnibus, etiam pro inimicis nostris.
 Ideoq; suspensa enunciatione non dicentes, Sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus.
 I I I I. [¹² Secundum hanc formam subiungimus; ¹³ *Fiat voluntas tua in caelis & in terra*, non quod
 aliquis obfistat quo minus voluntas Dei fiat, & ei successum voluntatis suæ oremus, sed in
 omnibus petimus fieri voluntatem eius. ¹⁴ Ex interpretatione enim figurata carnis & spi-
 ritus nos sumus cælum & terra. Quamquam etsi simpliciter intelligendum est: idem tamē
 est sensus petitionis, vt in nobis fiat voluntas Dei in terris, vt ¹⁵ possit scilicet fieri & in cœ-
 lis. Quid autem Deus vult quàm incedere nos secundum suam disciplinam? Petimus ergo
 substantiam & facultatem voluntatis suæ subministrare nobis, vt salui simus & in cœlis
 & in terris, quia summa est voluntatis eius salus eorum quos adoptauit. Est ¹⁶ & illa Dei
 voluntas, quam Dominus administrat prædicando, operando, sustinendo. Sic enim ipse
 pronunciauit, non suam, sed patris facere se voluntatē: sine dubio quæ faciebat, ea erant
 voluntas patris, ad quæ nunc nos velut ad exemplaria prouocamur, vt & prædicemus, &
 operemur, & sustineamus ad mortem vsque. Quæ vt implere possimus, opus est Dei vo-
 luntate. Item dicentes, Fiat voluntas tua, vel eo nobis benè optamus, quod nihil sit mali in
 Dei voluntate, etiā si quid pro meritis cuiusque secus inrogatur. Iam hoc dicto ad suffe-
 rentiā nosmetipsos præmonemus. Dominus quoq; cum substantia passionis infirmitatem
 carnis demonstrare iam in sua carne voluisset, ¹⁷ Pater, inquit, transfer poculum istud. Et
 recordatus, nisi quod mea non, sed tua fiat voluntas. Ipse erat voluntas & potestas patris,
 & tamen ad demonstrationem sufferentiæ debitæ voluntati se patris tradidit. [¹⁸ *Veniā*
 quoque *regnum tuum*, ad id perinet quod & fiat voluntas tua, in nobis scilicet. Nam Deus
 quando non regnat, in cuius manu cor omnium regnum est? Sed quicquid nobis opta-
 mus, in illum auguramur, & illi deputamus quod ab illo expectamus. Itaque si ad Dei vo-
 luntatem & ¹⁹ ad nostram suspensionem pertinet regni dominici repræsentatio, ²⁰ quo-
 modo quidam pertractum quendam in seculo postulant: quum regnum Dei, quod vt ad-
 ueniat oramus, ad cōsummationem seculi tendat, optamus maturius regnare, & nō diu-
 tius seruire. Etiam si præfinitum in oratione nō esset, de postulando regni aduentu, vltro
 eam vocem postulassemus, festinantes ad spei nostræ complexum. Clamāt ad Dominum
 in visu animæ martyrum sub altari: Quoniam vsq; non viciferis, Domine, sanguinem no-
 strum de incolis terræ? ²¹ Nam vtiq; vltio illorum à seculi fine dirigitur. Immo quàm ce-
 leriter veniat Domine regnum tuum. Votum Christianorum, cōfusio nationum, exulta-
 tio angelorum, propter quod conflamur, immo potius propter quod oramus. [²² Sed
 quàm eleganter diuina sapientia ordinem orationis instruit? vt post cœlestia, id est post
 Dei nomen, Dei voluntatem, & Dei regnū terrenis quoq; necessitatibus petitioni locum
 faceret? nam & edixerat Dominus: Quærite prius regnum, & tunc vobis etiam hæc ad-
 iicientur. Quamquam *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, spiritaliter potius intelliga-
 mus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus, & vita panis. Ego sum, inquit, pan-
 is vitæ. Et paulò supra: Panis est sermo Dei viui, qui descendit de cœlis. ²³ Tum quod &
 corpus eius in pane censetur: Hoc est corpus meum. Itaq; petendo panem quotidianum,
 perpetuitatē postulamus in Christo, & indiuiduitatem à corpore eius. Sed & quia carna-
 liter admittitur ista vox, nō sine religione potest fieri & spiritalis disciplinæ. Panem enim
 peti mandat, ²⁴ quod solum fidelibus necessarium est: cetera enim nationes requirunt. Ita
 & exemplis inculcat, & parabolis retractat, cum dicit, Nunquid panem filiis pater aufert,
 & canibus tradit: Item, Nunquid filio panē poscenti lapidem tradit? Ostendit enim quid
 à patre filij expectent. Sed & nocturnus ille pulsator, panem pulsabat. Merito autem adie-
 cit, Da nobis hodie, vt qui præmiserat; Nolite de crastino cogitare quid edatis. Cui rei pa-
 rabolam quoque accommodauit illius hominis, qui proueniētibus fructibus ampliatio-
 nem horreorum & longæ securitatis spatia cogitauit, is ipsa nocte moritur. [²⁵ Conse-
 quens erat, vt obseruata Dei liberalitate, etiam clementiam eius precaremur. Quid enim
 alimenta proderunt, si illis reputamur reuera quasi taurus ad victimam? ²⁶ Sciebat Domi-
 nus se solum sine delicto esse. Docet itaque, *petamus* ²⁷ *dimitti nobis debita nostra*. ²⁸ Exomo-
 logesis est petitio veniæ, quia qui petit veniam, delictum confitetur. Sic & pœnitentia de-
 monstratur acceptabilis Deo, quia vult eam quàm mortem peccatoris. ²⁹ Debitum autem
 in

A in scripturis delicti figura est, quod perinde iudicio debeat, & ab eo exigatur, nec eua-
 dat iustitiā exactionis, nisi donetur exactio, sicut illi seruo dominus debitū remisit. Huc
 enim spectat exemplum parabolæ totius. Nam & quod idē seruo à domino liberatus, nō
 per inde parcat debitori suo, ac propterea delatus penes dominum tortori delegatur ad
 solvendum nouissimum quadrantem, id est modicum vsque delictū, eò competit, quod
 remittere nos quoq; profitemur debitoribus nostris. Iam & alibi ex hac specie orationis:
 Remittite, inquit, & ³¹ remittetur vobis. Et cum interrogasset Petrus, si septies remittendū
 esset fratri: Immo, inquit, septuagies septies, vt legē in melius reformaret, quod in Genesi
 de Cain septies, de Lamech autē septuagies septies vltio reputata est. [³² Adiecit ad ple-
 nitudinem tam expeditæ orationis, vt non de remittendis tantum, sed etiam de auertendis
 in totū delictis supplicarem, *Ne nos inducas in tentationem*, id est, ne nos patiaris induci,
 ab eo vti que qui tētat. Ceterum absit vt Dominus tentare videatur, quasi aut ignoret fidē
 cuiusque, aut deicere sit consentiēs. Diaboli est & infirmitas & malitia. Nam & Abrahā
 non tentatæ fidei gratia sacrificare de filio iusserat, sed probatæ, vt per eū faceret exēplū
 præcepto suo, quo mox præcepturus erat, neque pignora Deo chariora habenda. Ipse à
 Diabolo tentatus præsidem & artificem tentationis demonstrauit. Hunc locum postero-
 ribus confirmat: Orate dicens, ne tentemini. Ad eò tentati sunt Dominum deserendo, qui
 somno potius indulserant quàm orationi. Eò respondet clausula interpretas quid sit; Ne
 nos inducas in tentationem. Hoc est enim, ³³ *sed euehe nos à malo*. [³⁴ Compendiis pauco-
 rum verborum, quot attinguntur edicta Prophetarum, Euangeliorum, Apostolorū, ser-
 mones Domini, parabolæ, exempla, præcepta, quot simul expunguntur officia Dei, honor
 in patre, fides, testimonium in nomine, oblatio obsequij in voluntate, cōmemoratio spei
 in regno, petitio vitæ in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo tēta-
 tionum in postulatione tutelæ. Quid mirum: Deus solus docere potuit, vt se veller orari:
 Ab ipso igitur ordinata religio orationis, & de spiritu ipsius iam tunc cum ex ore diuino
 ferretur, animata suo priuilegio ascendit in cælum commendans patri quæ filius docuit.
 Quoniam tamen Dominus prospector humanarum necessitatum seorsum post traditam
 orandi disciplinam, Petite, inquit, & accipietis, & sunt quæ petantur pro circūstantia cu-
 iusque, præmissa legitima & ordinaria oratione quasi fundamento, accidentiū ius est de-
 sideriorum, ius est superstruendi extrinsecus petitiones. [³⁵ Cum memoria tamen præ-
 ceptorū, ne quantum à præceptis, tantū ab auribus Dei longē simus. Memoria præceptorum
 viam orationibus sternit ad cælum, quorum præcipuum est: Ne prius ascendamus ad Dei
 altare, quàm si ³⁷ quid discordiæ vel offensæ cū fratribus cōtraxerimus, resoluamus. Quid
 est enim ad pacem Dei accedere sine pace? ad remissionem debitorum cum retentione?
 Quomodo placabit patrem iratus in fratrem, ³⁸ cum omnis ira ab initio interdicta sit no-
 bis? Nam & Ioseph dimittens fratres suos ad perducendum patrem, Et ne, inquit, irasca-
 mini in via, nos scilicet monuit. Aliās enim via cognominatur disciplina nostra. Tū ne in
 via orationis constituti ad patrem cum ira incedamus. Exinde apertē Dominus ampliāns
 legem, iram in fratrem homicidio superponit, ne verbo quidem malo permittit expungi;
 etiam si irascendum est, non vltra Solis receptum, vt Apostolus admonet. Quàm autē te-
 merarium est aut diē sine oratione transigere, dum cessas fratri satisfacere, aut orationem
 perseverante iracundia perdere. Nec ab ira solummodo, sed omni omnino confusione
 animi libera debet esse orationis intentio, de tali spiritu emissa, qualis est spiritus ad quem
 mittitur. ³⁹ Neque enim agnosci poterit à spiritu sancto spiritus inquinatus, aut tristis à læ-
 to, aut impeditus à libero. Nemo aduersarium recipit, nemo nisi comparem suum admit-
 tit. [⁴⁰ Ceterum quæ ratio est manibus quidem ablutis, spiritu verò sordente orationem
 obire: quādo & ipsis manibus spirituales munditiæ sint necessariae, vt à falso, à cæde, à sa-
 uuitia, à veneficiis, ab idololatria, ceterisque maculis quæ spiritu cōceptæ manuum opera
 transiguntur, puræ alleuentur. Hæ sunt veræ munditiæ, non quas plerique supersticiosè
 curant, ad omnē orationem etiam cum lauacro totius corporis aquam sumētes. Id cum
 scrupulosè percontarer & rationem requirerem, comperi commemorationem esse in
 Domini deditioem. Nos Dominum adoramus, nō dedimus, imò & aduersari debemus
 deditoris exemplo, nec propterea manus abluere, nisi quod conuersationis humanæ in-
 quinamentum conscientiæ causa lauemus. Ceterum satis mundæ sunt manus, quas cum
 toto corpore in Christo semel lauimus. Omnib; licet membris lauet quotidie Israël, nun-
 quam tamen mundus est. Certè manus eius semper immundæ sanguine Prophetarum &

iplius Domini cruentatæ in æternum. Et ideò ⁴¹ conscientia patrum hæreditarij rei nec attollere eas ad Dominum audet, ne exclamet aliquis Esaias, ne exhorreat Christus. Nos vero non attollimus tantum, sed etiam expandimus, & dominica passione modulantes, &

CAP. XII.

orantes confitemur Christo. [⁴² Sed quoniam vnum aliquod attigimus vacuæ obseruationis, non pigebit cetera quoque denotare, quibus merito vanitas exprobranda est, ⁴³ si quidem sine vilius aut Dominici aut Apostolici præcepti auctoritate fiunt. huiusmodi enim nõ religioni, sed superstitioni deputatur, affectata & coacta & curiosi potius quam rationalis officij, certè vel ⁴⁴ eò coercenda quòd gētilibus adæquet. Vt est quorundam ⁴⁵ positus penulis orationem facere: sic enim adeunt ad idola nationes. Quod vtique si fieri oporteret, Apostoli qui de habitu orandi docent, cõprehendissent; nisi si qui putant Paulum penulam suam in oratione penes Carpum reliquisse. Deus scilicet non audiat penulatos; qui tres sanctos in fornace Babylonij regis orantes ⁴⁶ cum sarabaris & tyaris suis exaudiuit. Item quòd ad signata oratione ⁴⁷ assidendi mos est quibusdã, nõ perspicio rationem, nisi si ⁴⁸ Hermas ille, cuius scriptura ferè Pastor inscribitur, transacta oratione non super lectum assidisset, verum aliud quid fecisset, id quoque ad obseruationem vindicaremus. Vtique nõ. Simpliciter enim & nõ positum, Cùm adorassem & assidisset super lectum, ad ordinem narrationis, nõ ad instar disciplinæ. Alioquin nusquam erit adorandũ nisi vbi fuerit lectus. Imò cõtra scripturã fecerit, si quis in cathedra, aut subfello sederit. Porro cùm perinde faciãt nationes ⁴⁹ adoratis sigillaribus suis residendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur quod apud idola celebratur. Eò apponitur & irreuerentiæ crimè etiam ipsi nationibus, si quid sapenter, intelligendũ. Siquidem irreuerens est assidere sub cõspectu cõtrãque cõspectum eius, quem cùm maximè reuereris ac veneris: quanto magis sub cõspectu Dei viui ⁵⁰ angelo adhuc orationis astante factum istud irreligiosissimum est, nisi exprobramus Deo quod nos oratio fatigauerit. [⁵¹ Atqui cum modestia & humilitate adorantes magis commendamus Deo preces nostras, ne ipsis quidè manibus sublimiùs elatis, sed temperatè ac probè elatis. Ne vultu quidem in audaciam erecto. Nã ille publicanus, qui non tãtum prece, sed & vultu humiliatus atque deiectus orabat, iustificator Phariseo procacissimo discessit. ⁵² Sonos etiam vocis subiectos esse oportet, aut quantis arteriis opus est si pro sono audiamur? Deus autem non vocis, sed cordis auditor est sicut cõspector. ⁵³ Dæmonium oraculi Pythij: Et mutum, inquit, intelligo, & non loquentem exaudio. Dei aures sonum expectant: Quomodo ergo oratio Ionæ de vêtre ceteri per tantæ bestię viscera ab ipsis abyssis per tantam æquoris molem ad cælum potuit euadere? Quid amplius referet isti qui clariùs adorãt, nisi quòd proximis obstrepunt? Imò prodendo petitiones suas, quid minus faciunt quàm si in publico orent? [⁵⁴ Alia iã consuetudo inualuit, ieiunantes habita oratione cum fratribus subtrahunt ⁵⁵ osculum pacis, quod est signaculum orationis. Quando autem magis conferenda cum fratribus pax est, nisi cùm oratione commendabilior ascendit, vt ipsi de nostra operatione participant, quã auderent de sua pace fratri transigere? Quæ oratio cum diuortio sancti osculi integra, quæ Domino officium facientẽ impedit pax? ⁵⁶ Quale sacrificiũ est, à quo sine pace receditur? Quæcunque ratio sit, non erit potior præcepti obseruatione, quo iubemur ieiunia nostra celare. Iam enim de abstinentia osculi agnoscimur ieiunãtes. Sed & si qua ratio est ne tamen huic præceptor tu sis, potes domi fortè inter quos latere ieiunium in totum non datur, differre pacem. Vbicunque autem alibi operationem tuam abscondere potes, debes meminisse præcepti: ita & disciplinæ foris, & consuetudini domi satisfacies. Sic ⁵⁷ & die Paschæ quo communis & quasi publica ieiunij religio est, merito deponimus osculum, nihil curantes de osculando quod cum omnibus faciamus. ⁵⁸ Similiter de stationum diebus, non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quòd statio soluenda sit accepto corpore Domini. ⁵⁹ Ergo deuotum Deo obsequium eucharistia resoluit; an magis Deo obligat? Nõne solemnius erit statio tua, si & ad aram Dei steteris? ⁶⁰ Accepto corpore Domini & referuato vtrunque saluum est, & participatio sacrificij, & executio officij. Si statio de militari exemplo nomen accipit (nam & militia Dei sumus) vtique nullã læticia siue tristitia obueniens castris, stationes militum rescindit. Nam læticia libentiùs, tristitia sollicitiùs administrabit disciplinam.

I. Cor. II.

2. Tim. 4.

Dan. 3.

Luc. I.

CAP. XIII.

Luc. 18.

Jon. 2.

CAP. XIII.

A D.

DE Oratione.] Est initio Orationis vox à Tertulliano accipitur in genere, post nihilominus explanationem Orationis Dominica ferè usurpatur pro Oratione mystica, seu sacrificio Christiano, vt illi sint idem Oratio & Sacrificium, quare existimauit huc loco potius conuenire quæ Rhenanus adnotauit in lib. de Coron. militis, de Sacrificij seu Missæ Christianæ per ipsum Christum institutione, & Vsu continuo iam inde ab Apostolis ad nostram ætatem vsque. Quam antiquitatem quum nudè ferè ille proponat, nos etiam Tertulliani testimonio comprobabimus, vt non sit difficile hinc intelligere, qualis tum Missa Africana fuerit, idque verbis quam poterit fieri paucioribus, remittentes Lectorem ad Lecturicam nostram Latinorum pag. 161. & sequ. Vbi locos ipsos, sicuti se habent, reperire est, & ex alijs Patribus similia licet colligere.

Missam (inquit Rhenan. Adnot. in 3. lib. adu. Marc. id ipsum paucis repetens vbi supra) dixit ea ætas promissione. Vnde sacrificio id vocabulum accommodatum ex hac occasione. Catechumeni in templo manebant donec Euangelium exposuisset Episcopus, similiter Emergenti, illuminandi, & Penitentes. Tum clamabat Leuita (iuxta B. Dionys. Areopag. lib. de Hierarch. Eccl. & Clement. Rom. de const. Apostol. Tertull. quoque de præscript. aduers. heret.) post benedictionem singulorum ab Episcopo factam: Catechumeni (& sic de reliquis) exeunio in pace. Ab h: itaque dimissione, non vulgus modo (vti ille) sed & Ambros. epist. 35. & B. August. serm. 227. de tempor. Missæ appellationem sacro tribuerunt. Hoc antiquitatis mysterium in Isidori Lexico legitur. Alij Missam deriuant à dimissione populi in sine sacri. quum (non hodie dumtaxat, vti ille, sed iam ab initio) Dia. vnus pronunciat; ite Missa est. Quòd alludere adnotauimus B. Cyprian. lib. de Spectat. Adnot. nostris num. 7. quum dicit: Qui festinans ad spectaculum dimissus, & adhuc gerens secum, vt adsolet, Eucharistiam. Eodem etiam pertinet quod habet Auctor Tom. sequ. l. de Anima, Post transacta sollempnia dimissa plebe. Hinc duplicem fuisse Missam, aliam Catechumenorum, aliam fidelis populi: re. Et. adnotauit Claudius de Sanctis Præfat. in Lecturicis Græcorum, cui interim magis placet, vt ab Hebræa voce Missach deriuationem accipiat vox Missæ: quam sententiam & nos probabilem adnotauimus dict. Lectur. nostrorum pag. 36. Tertullianus interim (sicut & de alijs Patribus iam Græcis quam Latinis adnotauimus in Epist. s. Cyprian. ad Cæcil. num. 49.) alijs appellationibus diuersis Missam circumscribit. Apologetici enim cap. 39. vocatur coitio Christianorum, communicatio orationis & conuentus & omnis sancti commercij: & plurali numero: cæterus & congregationes. ac: mysteria & diuina eiusdem lib. cap. 6. ac lib. de Coron. militis: antelucani cæterus. item l. 2. ad Vxorem: nocturnæ conuocationes, sollempnia, conuiuium Dominicum, &: Dei cœna, conuentus etiam & sollempnia, ac: Orationes diuinæ, lib. de Anima & de Ieiun. Denique lib. dicto ad Vxorem de Monog. & de Cor. militis; ac hic sub finem: oblationes, ac de Cast. oblatio per sacerdotem. Immo verò hoc libro

sacrificium, sacrificij participatio, sacrificiorum orationes, ac lib. ad Vxorem 2. sacrificia sine scrupulo. Eodem pertinent quæ habet in Apolog. coire in cœtum & congregationem, vt ad Deum precationibus ambiamus orantes. & lib. de Fuga in persecut. Colligere & collectas facere, ac infra hoc libro: Habere orationem cum fratribus, de oratione & operatione participare; ac sacrificiorum orationibus interuenire. Item: Oblationes reddere, offerre, & commemorare per sacerdotem, lib. de Exhort. cast. Per noctem Deum adorare, orare, precari. In Apolog. Et quæ respectu officij sunt: Episcopi, Presbyteri, Diaconi; libro hoc infra: Adsignare & transigere Orationem, Dominicum officium facere. In Apolog. Deum inuocare æternum, Deum verum, Deum viuum. l. de Cor. milit. & de Vel. Virg. Offerre & Oblationes facere. Ad scapulam: sacrificare quomodo præcepit Deus puta prece. lib. de Monogam. corpus Domini initiare. demique impersonaliter de Cult. fem. Sacrificium offerri, & l. i. adu. Marc. carmine conscripto: offerri calicem. Quæ omnia eo latius adduximus contra Magdenburgenses, qui ex Tertulliano sacrificium Ecclesie oppugnare nituntur, sed perperam, si quis omnes has eius phrasas diligentius perpendat, vti supra etiam adnotauimus in lib. ad scapulam.

Porro in Ecclesijs Missæ sacrificium, aut locis ad eam rem deputatis fieri consueuisse, rectè ex illo Hier. aduers. Iovinian. quare non ingrediuntur Ecclesias, colligit idem Rhenan. vbi supra, immò & ex illo Apostoli 1. Cor. 11. An Ecclesiam Dei contemnitis; nam interpretationem veterum talem reperire est & in nostris Lecturicis pag. 55. & sequent. Neque id solum in die Paschæ, seu Cœna Domini (vti ille) sed quando per tyrannos licebat singulis diebus Domini cœna, vti latius adnotauimus ad l. B. Cyp. de Opere & Eleemosynis n. 32. Quibus adde Tertulliani locum l. de Spectaculis: Quale est de Ecclesia Dei ad diaboli Ecclesiam tendere? & illud aduers. Valentian. Nostræ, inquit, columbæ domus, simplex etiam in æditis semper & apertis ad lucem; amat enim figuram Spiritus sancti, & Orientem Christi figuram. Alios item similes locos reperire est in Adnot. nostris ad lib. de Idolol. c. 7. n. 29.

Atqui etiam ad altare (quod omisit Rhenanus) celebratum sacrificium, vt omittimus quæ adduxi testimonia Lectur. nostrorum p. 66. & deinceps, certè etiam Tertullianus agnouit, tum hoc libro c. 11. ne prius (inquit) ascendamus ad altare, & c. & 14. c. si ad aram Dei steteris, tum etiam Exhort. castit. quomodo audebit orationem dicere ad altare.

Videatur etiam ad Vsum luminariorum pertinere illud Apologetici: post aquam manualet & lumina.

Vasorum item sacrorum Vsum, calicum & patenarum, antiquum indicat lib. de Pudicitia. Præcedant ipsæ picturæ calicum vestrorum. Quos ipsos & Vitros fuisse ex eo quod sequitur ibidem. At ego pastoris eius picturam haurio, quæ non potest frangi. Cui consentit Zepherinus Papa, qui testibus Damaso, & Valafrido & Radulpho, in patenis Vitreis Missas celebrari constituit, vsque adeò vt Verisimum sit quod habet vbi

supra Rhenanus: Sed & vasorum, quibus in sacrificando
vitur, magnam reperio fuisse diuersitatem, diu primum
lignis, mox vitreis, tandem argenteis & aureis locus
factus est.

Rursus quod non oporteat per laicum, sed per sacer-
dotem offerri sacrificia, præter locum illum supradic-
tum Exhort. ad castit. disertis verbis id significat Au-
thor, vbi l. de Præscript. her. de illis conqueritur, &
laicis sacerdotalia munera iniungunt, & quod
alius illis Episcopus hodie, cras alius, hodie
Diaconus qui cras Lector, hodie Presbyter qui
cras Laicus. Quod etiam pertinet illud Apolog. Præ-
sident probati quique seniores, & illud lib. de
Cor. milit. Eucharistiam, &c. nec nisi de manu
presidentium fumimus. vti rectè etiam adnotauit
Rhenan. eo loci addens, & illud ex lib. de Castit.
Ecclesie auctoritatem constituisse differentiam
inter ordinem & plebem & honorem per or-
dinis consensum sanctificatum à Deo. De quo
plura lib. de Cor. milit. c. 3. n. 35. & dict. lib. de Præscript.
adu. her.

Fallitur autem Rhenanus, dum pro diuersitate nar-
rat, quod alij lac vini loco offerebant, alij uias tantum,
quibus plebem communicabant, alij pannum lineum mu-
sto intinctum per totum annum referuabant, & in tem-
pore sacrificij cum aliqua parte eius lauabant, & sic offe-
rebant. Quidam denique intinctam Eucharistiam populo
dabant, fortassis propter intinctam illam buccellam quam
Iuda Christus tradidit. Nam ad sacrificij abusum spectant
illa, non usum: atque adeo variis Conciliis damnata, sicuti
alibi dicendi erit locus in Assertionione Communionis sub
altera specie. Et nostris Adnot. in epist. s. Cyp. ad Cecil. n.
2. ostendimus, in calice sanctificando & populo offerendo
non posse nos vti nisi vino aqua mixto.

De cantu autem & ante & post sacrificium vsu-
to, præter ea quæ reperit Lector in Liturgiis nostris pag.
71. & frequenter postea, admonuit quidem etiam Rhenan-
us ex Tertulliani l. 2. ad vxorem. Verum fallitur, quod
non nisi in mensa communi illum agnoscat, & vel de prioris
felicitate, vel impiorum cruciatibus dumtaxat; quæ
etiam ad Psalmorum & hymnorum cantum referri debe-
re ostendimus illud Auctoris: prouocatur aliquid in
medium canere, Adnotat. nostris in cap. 39. Apo-
log. num. 520. Certè aut cantum aut lectionem Psalmo-
rum initio sacrificij vsuatum fuisse comincit vel illud
Apostoli 1. Cor. 14. Cum conuenitis unusquisque ve-
strum, Psalmum habet, &c. vti adnotauimus in lib. de
Orat. Dominic. B. Cyprian. num. 6. In quorum locum bre-
uitatis ergo postmodum ex Psalmis illis, qui integri canen-
bantur, versus aliquot (viti etiam Rhenan. adnotauit) can-
tari ceperunt tempore congruentes ad Introitum, Gradua-
le, Offertorium, & Communionem, vti posteriores scri-
ptores nuncupant. Eodem pertinet quod legitur Tom. sequ.
lib. de Anima: aut Psalmi canuntur.

Iam verò ad Precationes ex vetustate relictas, quas
vulgò Collectas vocant: eo quod populo collecto recitentur,
rectè adnotauit pertinere illud ex Apolog. Tertull. Ora-
mus pro Imperatoribus, pro ministris eorum &
potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, &
mora finis, de quo vide etiam Adn. illic nostras n. 449.
& 500. De iisdem est illud Auctoris l. de Anima: aut
petitiones delegantur.

Legebatur ne (inquit ibidem Rhen.) aliquid ex sacris
litteris in congregatione Christianorum? Etiam, si qui-
dem pergit Tertullianus: Coimus (seu potius, vti ca-

stigauius: cogimur) ad litteratum diuinarum cõ-
memorationem, &c. in quorum locum ibidem latius
Adnot. nostris num. 51. ostendimus successisse quæ hodie
cantantur, Epistolam & Euangelium. Pertinent eodem
hæc Verba libri Supplicati de Anima: prout scripturæ
leguntur.

Ex iis autem quæ sunt intermedia: Kyrie eleison,
&c. Græci addiderunt (vti idem Rhenan. adnotauit:)
siquidem hi sacra sua à Kyrie eleison solebant auspicari,
qui mos adhuc obseruatur in feris Paschalibus. Hym-
nus: Gloria in excelsis, non ab illis, vti opinatur, sed à
Telesphoro Papa est additus, initio sumpto ex Euangelio
Luc. 1. nam apud Græcos non reperitur, vti videre licet in
nostris Liturgiis pag. 142. Alleluia ab Ecclesia Hiero-
solymitana mutuati sumus.

De sermone ad populum Missæ tempore, intelligitur il-
lud Auctoris, dicto libro de Anima: aut adlocutiones
proferuntur.

Post Euangelij lectionem & Concionem (inquit idem
Rhenan.) foras missis Catechumenis Symbolum lege-
batur. Initio quidem Symbolum Apostolicum, & ex Mis-
sa s. Iacobi patet; quod paulatim auctum fuit: quod perri-
nere videtur quod supra ex Apolog. cap. 39. adduximus:
Deum inuocamus, Deum verum, Deum viuum,
&c. ex quo proinde etiam sumptum videtur illud Sym-
boli Constantinopolitani: Deum verum de Deo vero,
sicuti etiam Apolog. cap. 2. Deum de Deo, lumen
de lumine.

Et mox (addit idem) fiebat Variarum rerum oblatio,
quas sacerdos benedicebat non tam in priuatum cuiusque
vsu, quam in communem pauperum refocillationem.
Quod ex parte verum est de nummis qui offerebantur in
arcam: nam huc pertinet illud Apolog. cap. 39. Modi-
cam quique stipem mensura die, vel cum velit,
& si modo velit, & si modò possit apponit; nam
nemo compellitur. hæc quali deposita pietatis
sunt; nam inde dispensatur egenis alendis, &c. & e-
rum tamen & alia offerri solere ad sacrificium necessaria,
immodè & quedam solius benedictionis ergò, latè demon-
strauimus Adnot. nostris ad lib. B. Cyprian. de Opeve & ele-
mos. num. 33. Quænam admodum etiam in eo fallitur quod
ad eiusmodi oblationes refert illud Tertull. lib. de Cult. sæ-
min. aut sacrificium offertur, quum ita intelligi eum
locum prohibeat quod subiungitur: aut verbum Dei
prædicatur. Vnde & mos (inquit idem) aquam & sa-
lem benedicens nobis etiamnum durat, sed extra sacrifici-
um, quin potius à prima institutione per Alexandrum
Papam ante sacrificium.

Deinceps adnotandum ex Rhenano illud quod primo
ferè loco ponitur, sed hic magis quadrat: Eucharistiam
(inquit) quam quidam bonam gratiam interpretantur (cui
& ego consentire me indicauit Adnotat. in B. Cyprian. de
Laps. n. 94.) videtur Tertull. à gratiarum actione dictam
putauisse, quod dicit 1. Ladu. Marc. super alienum pa-
nem alij Deo gratiarum actionibus fungitur. Vnde
& sacerdos consecraturus, Christum imitando, dicit: Gra-
tias agamus Domino Deo nostro, & mox: Verè
dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi
semper & vbiq; gratias agere, Domine sancte pa-
ter omnipotens, æterne Deus. Per Christum Do-
minum nostrum. Quibus verbis quidam putant (quod
& nos verum esse comprobauimus Adn. in l. B. Cyprian. de
Orat. Domin. n. 85.) Apostolos & antiquos Ægyptiacæ
auspicari consueisse, quam nos Missam vocamus, quasi præ-
monito populo per præcedentem exhortationem: Sur-
sum

sum corda. Quæ illud olim in Romanorum sacrificiis
sollemne. Hoc age, si modo licet sacris prophana comparare.
Et arbitrantur quidem illi Missam (eam nempe quæ fi-
delium dicebatur) incepisse dicente sacerdote: Domi-
nus vobiscum (cuius etiam meminimus Adnotat.
nostris in B. Cyprian. lib. de Exhortat. Mart. num. 32.)
& mox: Sursum corda. deinde: Gratias agamus,
&c. vti supra. Post quæ Verba putant illum statim
subdidisse: Qui pridie quàm pateretur, &c. Nam
Canonem: Te igitur, &c. à quodam conscriptum aiunt,
cui Scholastico cognomen, & indicat D. Gregorius hoc pau-
lo ante suam ætatem factum, & alium habet Am-
brosius. Id quod verum arbitror (inquit ille, & rectè
mea quidem sententia) quod ad priorem illius partem. Nam
posteriores inuocationis & benedictionis partes, ipsiss. an-
tiquitatem præ se ferunt, & admirabilem spirant san-
ctitatem.

Ennumerò (inquit idem Rhenan. & rectè) Inuo-
cationis in gratiarum actione. Sic enim Eucharistie con-
secrationem vocat, obiter meminit frenæus (loco nempe
ab Epiphani. citato her. 32.) & in Eonon Eonum,
id est in secula seculorum, in eum qui in Gratiarum
actionibus est, panem & calicem, ab orthodoxis dici
tradit, id est adhuc obseruat Ecclesia. Hinc simile est
illud Tertulliani lib. de Spectaculis: Ex ore quo Amen
in sanctum protuleris, gladiatorum testimonium
reddere; sicut & ceteros, alij omnino dicere nisi Deo
& Christo. Qui notanter addit illud: in Sanctum,
eo quod antiquitus post Verba consecrationis populus re-
spondebat: Amen; nisi forte illic in ipsum sacerdotem sto-
machetur. nam illud: in secula seculorum non reperi-
usquam à populo responsum.

Quoniam verò (pergit idem Rhenan.) Pontifex qui-
dam Romanus (Sixtus 1.) instituit ante consecrationem
Sanctus Sanctus Sanctus à populo cantari (ad quod
alludit etiam Auctor hoc lib. cap. 3.) fuit opus aliquid
Præstationi (quam agnosuit etiam B. Cyprian. de nomi-
ne vbi supra) addere, quod quasi viam pararet, & ad
quod responderet canticum illud. In hoc itaque post Verba
illa: Per Christum Dominum nostrum, adiectum
voluit: Per quem maiestatem tuam, & quæ sequun-
tur. hæcenus ille.

Quibus adiungendum (præter Varias periphrases
Consecrationis, quas commemorauimus in prædictam 63. epist.
B. Cyprian. ad Cecil. num. 39.) quod Tertulliano hac
in re non modò nota sit vox supplicata: gratiarum
actionis, pro consecratione, sed etiam nuncupetur lib.
2. ad vxorem: Christi inuocatio, diuina benedi-
ctio, & lib. de Pudicit. Sacramentum benedictio-
nis, denique lib. de Ieiunio, consecratio, in hæc Verba,
Nobis omnis dies etiam vulgata, consecratione
celebratur.

Neque verò hic præmittenda sunt fidelium assan-
ium, tum sacerdotis, quæ post consecrationem fit Ado-
ratio. Hinc enim pertinere non dubito, quod toties in
hoc libro eius fiat mentio: nos compendij gratia illud ad-
ferimus cap. 11. Nos Dominum adoramus. Item vbi
etiam modum indicat: Atqui cum modestia & hu-
militate adorantes magis commendamus Deo
preces nostras, ne ipsis quidem manibus subli-
mibus elatis, sed temperatè & probè elatis. Item
illud Apolog. vbi supra: vt qui meminerint etiam
per noctem adorandum Deum sibi esse. Denique
quod habet lib. de Idolor. attollere ad Deum patrem
manus, matres idolorum his manibus adorare.

Geniculari autem in adorando, quod vocat Tertull. cap.
3. de Coron. milit. de geniculis adorare, adnotat Rhen-
nanus penitentis esse. Qui stans autem (inquit) adorat,
tanquam iam veniam consecutus gratias agit.

Iam verò sequitur ipsum sacrificium, quod inter-
pretantur illis verbis fieri Officiorum Ecclesiasticorum
scriptores, vbi dicitur: Vnde & memores, &c. offeri-
mus præclaræ maiestati tuæ, &c. Quod pertinent
quæcumque initio de oblatione & sacrificio ac Sa-
cificiorum orationibus, ex hoc Auctore adduxi-
mus. Item & illud lib. 3. aduer. Marc. vbi prophe-
tæ Malachiam explicat: sacrificium mundum glo-
riæ scilicet relatio & benedictio & laus & hym-
ni. De qua re etiam aliquid diximus in eadem epist.
B. Cypriani ad Cecil. Quin quod Tertullianus ceremo-
niam, quæ sacerdos offerens ad imitationem Christi in
cruce viuus, his verbis hic explicat: Nos verò ma-
nus non tantum attollimus, sed etiam expandi-
mus diuina passione modulantes. Ad quod etiam
alludit l. 1. adu. Marc. Ad alienum (inquit) cælum alij
Deo expanditur, in aliena terra alij Deo sternitur.
& l. de Spect. Illas (inquit) manus quas ad laudandum
Domuum extuleris.

De sanctorum & defunctorum commemorati-
one videantur Missæ & Liturgie s. Iacobi, Clemen-
tis Romani, Dionysij Areopagite, Basilij & Chryso-
sti, aliæque Patrum testimonia in nostris Liturgiis pag.
77. 78. ac 79. de defunctis nominatum, ex institutione
Apostolica.

Redeamus ad Rhenanum. Post consecrationem (in-
quit) dicebatur Oratio Dominica, quam Christus (Au-
thore Hieronymo lib. 3. adu. Pelag.) docuit vti ea in cor-
poris illius sacrificio quotidie vterentur. Ad id allude-
re etiam videtur Auctor infra cap. 9. his verbis: præmi-
sa legitima & ordinaria Oratione quasi funda-
mento, accidentium ius est desideriorum, ius est
superstruendi extrinsecus petitiones.

Hic interserendum Osculum pacis, quod Rhenano
excidit, de quo ante communionem vsuato latè infra Au-
thor cap. 14. cuius hæc Verba hic sufficiant: Quæ oratio
cum diuortio sancti Osculi integra; quem Domi-
no officium facientem impedit pax? Quale facti-
cium est, à quo sine pace receditur?

Addit Rhenanus: Deinde populus communicabat:
Vnde adhuc in hunc vsque diem vltimo cantico Com-
munionis nomen mansit; dum enim communicaret po-
pulus, versus aliquot è Psalmis Davidicis cantabantur.
Quorum Virumque ex Liturgiis scriptoribus notius est,
quàm quod probatione indigeat. Nos hic dumtaxat adse-
remus, quod variè videatur Tertulliani ætate communi-
catum: Nonnumquam sub vtraque specie, quod pertinent
illa lib. 2. ad vxorem: De cibo, de poculo inuadere,
&c. De cuius manu desiderabit? de cuius poculo
participabit? Nonnumquam etiam sub altera specie, quod
illud spectat eiusdem libri: Non sciet maritus quid
secretò ante omnem cibum gustes, & si sciuerit,
panem non illum credit esse qui dicitur. Item illud
lib. de Monog. Et illi planè dabunt viros & vxores,
quomodo buccellas. & illud huius lib. vlt. c. quod
statim soluenda sit accepto corpore Domini. Item
accepto corpore Domini & reseruat. De qua re
aliquid diximus in Epist. Cyprian. ad Cecil. num. 2. &
Deo fauente latius dicta Assertionione Communionis sub
altera specie iam nuper à nobis promissa; ad quem etiam
Tractatum differimus, quæ habet Rhenanus de cannis

seu stulis argenteis, quibus solent laici haurire sanguinem Domini, & qua de Oblatione intincta adfert ex Concilio Turonensi.

Hic occasione illius de cibo, de poculo inuadere; & illius: accepto corpore Domini & referuato, obiter facienda est mentio consuetudinis Ecclesie antiquioris, sublate in Concilio Rotomagensi, qua in manus tradebatur Eucharistia, de qua tractauimus Adnotat. in lib. B. Cyprian. de Laps. num. 82. & alterius, qua domum deferre batur, cuius meminit & Rhenanus, & nos ibidem n. 92. & in l. de Spect. n. 7. Quae adeo posterior conseruandi corporis Domini consuetudo contra eos facit, qui solum in vsu huius sacramenti corpus Domini agnoscunt, atque adeo conseruari nefas putant. Mitius paulo sentit Rhenanus, qui abusus taxans, vsum tamen comprobat, Canone Conc. Turonensis, qui existat apud Burchardum (Vormatiensem, non sicuti male habent libri excusi, Borbotomagensem) qui sic habet: Vt omnis presbyter habeat pixidem, & vas tanto sacramento dignum, ubi corpus Dominicum diligenter recondatur ad viaticum recedentibus a saculo. Et paulopost: Sempereque sit obserata sub altari propter mures & nefarios homines. Et de septimo in septimum diem semper mutetur, id est, a presbytero illa sumatur, & alia que eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur, ne forte diuinius obserata, misericordia, quod absit, fiat. Quamquam interim adhuc varietate accepsum sententiam, aut ait, quod vetustissimus Clementis Pontificis Canon apud eundem Burchardum, prohibeat veterem Eucharistiam adseruari, quare & illius sensus genuinus a nobis hic explicandus est, differendo confirmationem huius consuetudinis vsque ad dicti libelli nostri Deo suente editionem. Imprimis autem grauiter hallucinatur ille hoc asserens, quum Magdenburgenses ea potiss. de causa Epist. S. Clementis Romani ad Oribod. reiciant, quod reliquias corporis Domini afferuari velint. Et certe id priora illa verba a Rhenano citata indicant: Cui timore clerici reliquias corporis Domini debent custodire fragmentorum, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ne qui negligenter agitur, (quod nescio an sciens ille omisit) portione Corporis Domini grauis inferatur iniuria. Et si negligenter agendo pro portione corporis Domini nostri Iesu Christi, presbyter minora non curat ad mouere officia, graui anathemate percussus digna humilitationis plaga feriat. Cui simile est illud Constit. Apostol. lib. 8. Postquam omnes communicauerint, inferant Diaconi reliquias que supersunt, in πρῶτοφύριον (quod nos appellamus tabernaculum.) Si dixisset Rhenanus Clementem Veruisse diu referuari, non esset reprehensio dignus. Nam hoc est quod apud illum subicitur: Certe tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant: quod si remanserint, in crastinum non referantur, sed cum timore & tremore clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini (ergo etiam extra vsum) que in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putent sanctae portione commiscere cibum, qui per aqualiculum digestus in secessum funditur. Et tamen reliquias non omnes consumi solere, sed quasdam relinqui in sacrario differis verbis indicat, dum iterum postea repetit. A principio Epistola hunc locum de sacramentis delegari bene intuentium, ubi non murium sterora inter fragmenta Domini portiones appareant, neque putrida per negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes (pro quo forte legendum communicantes) qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida cum viderint, magis cum fastidio videantur accipere.

Denique post haec omnia celebrabatur Agape pauperum, quam distinctam fuisse (contra quam sentit Rhenanus) ab ipso sacrificio, ostendimus sepedito Apolog. 39. c. num. 517. His addendum ex eodem Rhenano, solere a ieiunio Eucharistiam sumi, excepto Vno anniuersario die Cene Domini, quod & postea sublatum apud Christianos. Intellige conuiuium illud in die Cene Domini, uti adnotauimus ad Epistolam illam sepeditam B. Cypriani ad Cecil. n. 45. etiam ex illo Terull. supracitato lib. ad Vxor. quid (creto ante omnem cibum gustes, quibus adde qua hic habet de ieiunantibus cap. vi. pulcre etiam ostendens corpore Domini non solum ieiunium: nam id Stationis nomine intelligit. Quod adeo mirè faciat ad asserendam veritatem corporis & sanguinis Domini in Eucharistia, de qua latius infra cap. 6. & lib. 3. adu. Marc. sicuti & multi loci hic citati eandem confirmant.

Deinde etiam hic adnotandum, quod cap. 9. huius libri docet Auctor & ab ira & ab omni animi confusione animum debere esse liberum: quippe quo confirmetur catholicorum sententia de praeferenda confessione ante Eucharistiam: de qua aliquid etiam diximus ad l. de Laps. B. Cypriani n. 64.

Postremo quod hic adfert ex Concilio Triburiensi Rhenanus de Missarum numero, latius tractauimus in Epist. B. Cypriani ad Cecil. n. 48. Quid vero sentiendum de illis qui Eucharistiam mortuis in os inferebant, quod prohibetur Concil. Carib. can. 6. alibi erit dicendi locus, dum & de Baptismo mortuorum agemus, ibidem (ut adnotat Rhenan.) prohibito initio libri de baptismo.

C A P. I.

2. Dei spiritus & Dei sermo, &c.] Caput hoc inscriptum: De orationis Dominice auctoritate & substantia. Nouè autem & hic & paulopost, Christus Dei spiritus dicitur, quod videtur pertinere ad errorem Veterum, qui etiam Spiritum sanctum illum vocabant, de quo latius in Prolegomenis. Imitatur autem finem huius c. ad verbum ferè Cyp. lib. de Oratione Dominica ante expositionem eiusdem. Lego autem nouis, pro: nobis. 3. Ceterum quicquid retrò fuerat, &c.] Pulcherrime distinguit legem nouam a veteri, quod per hanc Circumcisio mutata, Lex suppleta, Prophecia impleta, & fides perfecta sit. Atqui paulopost ubi dicitur: Ex sermone, quo enunciat: ex spiritu, quo tantum potest, desideratur haud dubie tertium membrum: ex ratione, qua docetur: quare & in contextu id adendum putauimus. Pertinet autem ad phrasin Tertullianicam Benedicti, item: modestum fidei breuiarium, pro compendio.

C A P. II.

4. Incipit à testimonio Dei & merito fidei, &c.] Tractat cap. hoc. De interpretatione illius, Pater noster qui in caelis es. In quo rursus eum imitatur B. Cyprian. item & Venantius Fortunatus de Orat. Domini. isdem penè verbis, quum dicit: In hac confessione & Deum veneramus, & mandata sequimur, & fidem nostram exponimus, & eos qui patrem in caelis abrogant, resutamus.

5. frequentiss. Dominus Patrem nobis pronunciauit Deum.] Loci quibus Christus Dominus patrem nostrum pronunciauit Deum, sunt Matth. 5. 6. 7. 10. 16. & 23. Luc. 12. & Ioan. 8.

6. filios genui.] Sine sic legas, sine: generavi, vti legitur supra lib. adu. Iud. & lib. 3. adu. Marc. infra, perinde est. Quod autem alibi legit S. Cyp. spreuerunt, seu reiecerunt

cerunt, hic transfert, non agnouerunt, paraphrasticos. 7. Ne mater quidem Ecclesia praeteritur.] Sic cum Gagno, pro eo quod irrepserat: Ecclesia, in editione saltem Lugdunensi. Atqui alludere videtur ad hunc locum B. Cyprian. lib. de Vnitat. Eccles. quum dicit: Deum habere non potest patrem qui Ecclesiam non vult habere matrem. Vide similem locum infra à l. ad Mart. c. 1. nu. 5.

C A P. III.

8. Nomen Dei Patris, &c.] Istud cap. hoc titulo insigniuimus: De sanctificatione Dei nominis in nobis. Et verò etiam hoc imitatur B. Cyp. & Venantius Fortunatus ubi supra.

9. Iam enim filius nouum Patris nomen est.] Gagnus habebat: non, sed istud rectius Gelenius ex Anglico cod. Explicatur enim quid velit his verbis à B. Cyp. Quod nomen (Filij inquam) nemo nostrum in Oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset orare.

10. angelorum si meruerimus candidati.] Iterum sic lego cum Gagno, pro eo quod Gelenius substituerat: si meminerimus, neque enim hoc illum sensum habet, & illud optime conuenit: candidati angelorum si meruerimus: quippe qui alioqui ad angelorum honorem, quem (vbi candidati apud Romanos Consulatus) petimus, peruenire non possumus nisi mereamur, quem admodum rectè interpretatur Rhenanus illud: candidatus aeternitatis, ac restitutionis candidatus, l. 2. adu. Marc. Simili etiam phrasi à contrario sensu dicit Auctor: candidatis diaboli, lib. de Cor. militis, & candidatus timoris, lib. de Fuga in persecut.

11. orando pro omnibus, &c.] Fortunatus hunc locum imitatus paulo clarior. Quia ipsa oratione non continetur expressum: in nobis sanctificetur nomen tuum, iubemur (sic enim lego, pro: videmur) non tantummodo pro nobis optare, sed & pro illis, qui necdum ad baptismum meruerunt gratiam peruenire; nam in Christi plenitudine docemur etiam pro inimicis orare.

C A P. IIII.

12. Secundum hanc formam subiugimus, &c.] Inscripsimus hoc caput, De verbis: Fiat voluntas tua in caelis & in terra. In quo etiam imitantur hunc B. Cyp. & Fortunatus, praeterquam quod iuxta ordinem Orationis Dominice, secundam petitionem: Veniat regnum tuum, huic praeponeat. Auctor videtur ea de causa ordinem mutasse, quod eodem ferè pertineat quod praecedens, quem admodum etiam illis verbis indicat: Secundum hanc formam.

13. Fiat voluntas tua in caelis & in terra.] Etsi codices omnes Graeci & Latini qui hodie existant, addant: sicut, quia tamen in contextu nulla illius comparationis explicata mentio, retinuimus hanc lectionem; quod in B. Cyp. non fecimus, quia disertis verbis ibidem illud: sicut explicat.

14. Ex interpretatione enim figurata, &c.] Clarior sic B. Cyp. Vt in vitroque, id est, corpore & spiritu voluntas Dei fiat, oramus.

15. vt possit scilicet fieri & in caelis.] Quod obscure dicit, potest sic explicari, vt dum voluntatem Dei facimus in terris, eandem & postea faciamus in caelis.

16. Est & illa Dei voluntas, &c.] Istud sic explicat Fortunatus: Fiat voluntas tua. Patris voluntas erat, quod filius predicauit, quod passus & mortuus est, & resurrexit, sicut ait: Non veni, &c. Ergo orandum est vt nos similiter mereamur dicere (sic lego, producere) agere sustinere, & in ipso resurgere, vt possumus cum ipso regnare.

17. Patet, inquit, transfer poculum istud.] Latine dicit, quod Graecè est Luc. 22. τὸ ποτήριον τούτο, pro quo noster interpretatur: calicem istum. & nisi quid, iuxta quod Latinus adnotauit, pro: πλὴν ἀλλὰ.

C A P. V.

18. Veniat quoque regnum tuum, &c.] Titulus huius cap. De illo: Veniat regnum tuum, in quo etiam Auctorem sequuntur B. Cyp. & Venantius Fortunatus, quorum ille iisdem verbis: Regnum etiam nobis Dei praesentari petimus, id est, praesens facere, sicuti & alibi diximus.

19. & ad nostram suspensionem, &c.] Suspensionem accipi pro: suspensa expectatione, vel ex eo patet quod praecedit: quod ab illo expectamus. Quod sic expressit Fortunatus, qui omnem spem in futuri regni facultate plantamus.

20. quomodo quidam petra tractum, &c.] Et hic nouè petra tractum pro prolongatione accipit, sicuti & Plin. petra trahere vitam dicit l. 28. c. 1. Clarior sic reddidit Fortunatus: Agnoscitur his verbis eas increpare personas, qui saeculi istam vitam diutius vultum protrahere.

21. Nam utique vltio illorum à seculi sine dirigitur.] Malim legere ad seculi finem: sed etiam illud non displicet. Eodem autem modo explicat istud Apocal. 5. Cyp. vt differatur vltio ad consummationem vsque temporum, lib. de Bono patient.

C A P. VI.

22. Sed quam eleganter diuina sapientia, &c.] Caput hoc tractat De petitione: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. In quo etiam illum imitantur qui supra, quorum vterque ad quotidianam istud communionem refert, de qua latius Adnot. nostris in B. Cyp. lib. de Orat. Dominica. nu. 48.

23. Tum quod & corpus eius in pane censetur: Hoc est corpus meum.] Librum hunc vel ipsi Magdenburgenses adserunt, vt doceant in sacramento Eucharistiae corpus & sanguinem Christi, verè & substantialiter distribui. Pro quo facit tum locus iste, & quod mox subiungit: indiuiduitatem à corpore eius, tum sub finem apertiores: accepto corpore Domini, &: Accepto corpore Domini & referuato, Item illud ex lib. adu. Iud. Sic enim Christus reuelauit panem corpus suum appellans. Et ex lib. 4. adu. Marc. acceptum panem & distributum discipulis corpus suum illum fecit. & quod ibidem paulopost sequitur: Ita & nunc sanguinem suum in vino consecrauit. Ne quis interim calumniatur, non ignoro ibidem legi: Hoc est corpus meum, dicendo, id est figura corporis mei, sed eius loci interpretationem illuc reuocamus, ne hic prolixiores simus. Certè id etiam Magdenburgenses à dicta sententia sua non auertit, maxime quum legissent & alium locum apertorem lib. de Pudicitia: atque ita exinde opimitate Domini corporis velicitur, Eucharistia scilicet. Existat etiam omnium apertiss. quem illi non videntur animaduertisse lib. de Resurr. carn. Caro corpore & sanguine Domini velicitur, vt & anima de Deo faginetur. Verum hic vnus restat scrupulus, quod fatentur quidem illi veritatem corporis & sanguinis Domini in distributione, verum sub pane (inquunt) & vino allegantes ad hoc tum hunc locum quem tractamus, tum in quibus panis fit mentio, aliquot iam adducta testimonia. Verum alia illa testimonia, ubi panis nulla mentio, tam sunt aperta, vt non videatur alium sensum locus ille accipere posse, quam in pane censetur, hoc est sub specie panis. Alioqui enim non dixisset, panem

corpus suum fecit, sed in pane, vel sub pane: item cum dicit: opimitate corporis Domini, addit Eucharistia scilicet, non autem pane. Certè quod non maneat communis panis in Eucharistia, aperte indicat l. 2. ad V. cor. rem: Non sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes, & si sciverit panem, non illum credit esse qui sumitur. Nec obstat quod addat loco supra dicto: panem corpus suum appellans, quia si id intelligas, vi debet: panem appellans corpus, non mirum: quia panem corpus suum fecit, imò verò etiam si accipias ut illi: corpus appellans panem, interpretantur similem Apostoli locum 1. Cor. 11. ubi panem Eucharistiam vocat SS. Ambr. & August. quia initio panis fuit, sicuti in Exodo, virga in serpente mutata adhuc virga vocatur. Deinde loquuntur Patres iuxta more scripturarum, quæ res quales apparent, solet appellare: uti Gen. 18. ubi appellantur angeli in specie virorum apparentes. Denique quia panis cælestis est, sicuti eum vocat S. Cyr. quum penè iisdem verbis locum hunc interpretatur. Qui si demittat in pane, vel sub pane intellexisset corpus Domini contineri, non dixisset ibidem: Qui corpus eius contingimus, & à Christi corpore separemur, ac: dum quis absentus separatur à Christi corpore, & iterum: qui corpus eius adtingunt, & Eucharistiam iure communicationis accipiunt, quemadmodum paucis ibidem adnotavimus nu. 47. 48. 49. & in Epist. eius ad Cecil. plura, num. 12. Reperiet etiam locos similes innumeris Lecto in nostris Lecturæ Latinorum, qui non solum ad veritatem corporis & sanguinis Domini, sed etiam ad Transsubstantiationem pertinent: quod pertinere videtur & Auctoris illud supracitatum acceptum panem, &c. corpus suum fecit. Si enim corpus suum fecit, ergo iam non amplius panis est. Apertior est locus serm. De Cæna Domini inter S. Cyr. opera. Panis iste, quem Dominus discipulis suis porrigebat, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro, &c. Quæ voce: mutationis videntur etiam SS. Gregor. Nyss. Oratione Catechetica, & de Vita Moy. Chrysost. in Lecturæ, & hom. de prod. Iude, Ambr. de us qui myst. in cap. 9. a. Damasc. lib. 4. cap. 14. Similiter dixit S. Cyrill. Hieros. Catech. mystag. 4. οὐνον μεταβάλλειν εἰς αἶμα, quod transmutare rectè vertit interpres. Transformationem item transfigurationem, transitum, seu conversionem agnoscunt Theophil. in c. 26. Matth. & 14. Marc. Ambr. lib. 4. de fide ad Gratianum cap. 5. Euseb. Emisen. hom. 5. de Pascha, Isid. lib. 1. de offic. & lib. de sacram. corp. Domini. Fulbertus Epist. ad Deodatum, & Algerus de hoc sacramento. Denique Concil. Lateranense sub Innocentio 3. etiam Transsubstantiationem agnoscit, sicuti & postea Concil. Florent. tract. de Sacram. & Tridentinum, ut potè qua clarus exprimitur minus substantia in alteram substantiam transmutatio, sicuti iam olim & Trinitatis & Homousij voces in Ecclesiam introducere Veteres aduersus Arrianos. Porro antiqua vox est: indiuiduitas, pro perpetua adhesionem, sic autem hunc locum explicat S. Cyr. ne dum absentem, & non communicantes, à cælesti pane prohibeamur, à Christi corpore separemur.

24. Quod solum fidelibus necessarium est.] Alludit ad illud quod prius dixit: Querite primum regnum Dei, & reliqua adiciuntur vobis. Nam cum Dei sint omnia (inquit S. Cyr.) habenti Deum nihil deerit, si ipse Deo non desit: quod ipsum latius & exemplis & scripturis explicat.

CAP. VII.

25. Consequens erat.] Huius cap. inscriptio hæc à nobis posita est: De peccatorum remissione, nec verò minus hic illi duo Tertullianum imitantur.

26. Sciebat Dominus se solū sine delicto esse.] Sanè intelligendus locus, sicuti & similes scripturæ sacræ loci, ubi alicubi adnotant S. August. ne excludatur beata Virgo Deipara, quam sine omni delicto vixisse ille asseruit.

27. dimitti.] Similiter lib. 4. aduers. Marc. Quis mihi delicta dimittit? quod adnotandum pro Veteri nostro interprete contra Erasmi, qui contendit debere legi: Remitte; sicuti etiam adnotauimus ad supradictum lib. B. Cyr. de Orat. Domin. num. 16.

28. Exomologesis est petitio veniæ, &c.] Hic pro ipsa Confessione delictorum Exomologesis, supra pro toto actu penitentia accipiebatur, lib. eiusdem argumenti.

29. Debitum autem in scripturis delicti figura est.] Figura hic pro significatione accipitur. Adicit autem: in scripturis, quia sic accipitur debitum pro delicto, Matth. 6. & 18. non autem apud scriptores prophanos. Rationem autem etiam reddit Fortunatus, hunc locum explicans: Quia & debentur peccata, & requirenda sunt. Nam sicut debitor à creditore requiritur, ita peccatum à Deo in die iudicij necesse est exigatur.

30. nouissimum quadrantem.] Alludit ad locum Matth. 5. De quo latius Adnot. nostris in B. Cyr. Epist. ad Antonian. num. 50. & in lib. de laude Mart. num. 31. & infra lib. de Anima.

31. & remittetur vobis.] Etiam hic videtur aliam versionem secutus. Nam Græcè hodie habetur: καὶ ἀπολύθησθε θεῶν, id est, & dimittentur.

CAP. VIII.

32. Adiecit ad plenitudinem, &c.] Tractat hoc caput: De petitione illa: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. In qua etiam illum imitatur S. Cyprian. in eo quod omnia hæc pro eadem petitione habeat, qui interim vel August. teste legit: & ne nos patiaris induci, quemadmodum ibi adnotauimus num. 17.

33. Sed euche nos à malo.] Gagnem: deuche, sed Græcæ voci εὐχεται magis illud conuenit.

CAP. IX.

34. Compendiis paucorum verborum, &c.] Inscribitur hoc c. in excusis codicibus: Αὐτοῦ φωνητικῶς, sed quum multa sequantur in hoc libro, nisi adiciamus Orationis Dominicæ, minus conuenit. Interim magis placet aliter titulus quasi noui capituli: Possit nos superadiicere & alias Orationes; quem virumque, uti & sequentes, sicuti ex margine in textum irreperunt, iterum ad marginem reuocemus, & aliam distinctionem quam in excusis erat, secuti sumus.

35. Ab ipso igitur, &c. de spiritu ipsius iam tunc cum ex ore diuino, &c.] Quamquam initio, uti diximus, etiam Christum spiritum Dei dicat, hic certè pro distinctis posuit: Ab ipso, nempe patre; de spiritu ipsius, sancto equidem, uti cap. sequi dicit: & ex ore diuino, Christi. Atque adeo facit hic locus pro Trinitate personarum.

CAP. X.

36. Cum memoria tamen præceptorum, &c.] Titulum huius capituli ex duorum excusorum codicum in unum sic contraximus: Orantes ab omni ira & animi confusione vacuos esse debere. Atqui vel ex hoc

hoc contextu: Quorum præcipuum est, ne prius ascendamus ad Dei altare, &c. patet titulum illum intermedium: Ne orans patrem fratris irascaris, ex margine in textum irreperisse. Atqui latius multo istud prosequitur B. Cyr. explicans illud: sicut & nos dimitimus debitoribus nostris.

37. Siquid discordiæ vel offensa cum fratribus contraxerimus, resoluamus.] Paraphrasticè interpretatur illud: Si frater tuus habet aliquid aduersum te, vade reconciliari, &c.

38. cum omnis ira ab initio interdicta sit.] Alludit ad illud Gen. 4. Quare iratus es, &c. sed sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi.

39. Neque enim agnoscere poterit à spiritu sancto spiritus inquinatus.] Hic haud dubiè alludit ad illud sapientia 1. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum: atque adeo confirmatur eiusdem libri auctoritas. Verum de ea latius lib. 3. adu. Marc.

CAP. XI.

40. Ceterum quæ ratio est, &c.] Hoc caput inscripsimus cum hætenus excusis: De lauacione manuum. In quo non simpliciter illam improbat, sed quod manibus ablatis, spiritu verò sordente orationem obirent. Item quod eam facere se dicerent tanquam commemorationem in Domini deditioem, ut potè quum Pilatus Christum dedens Iudæis, manus prius lauerit; neque enim (inquit) Christum dedimus, sed adoramus. Alioquin permissit manus abluere, dummodum & conuersationis humanæ inquinamentum conscientia causa: lauemus, improbat maximè totius corporis lauacrum ad omnem orationem. Certè in cæta Christianorum manualet aquam agnoscit Auctor Apolog. 39. cap.

41. conscientia Patrum hæreditarij rei.] Iudæos ita circumscribit, quos reprehendit quod manus non attollant in suis sacrificijs, quippe qui in terram proni orare plerumque soleant, saltem in hac sua excecacione citra Christi passionem. De more autem Christianorum latius ipse Auctor infra cap. 13.

CAP. XII.

42. Sed quoniam vnum aliquod attigimus, &c.] Huius capituli optima erit ea inscriptio: De aliis aliquot obseruationibus superfluitatis.

43. siquidem sine vilius aut Dominici aut Apostolici præcepti auctoritate, &c.] Caute legendus hic locus, ne contra Traditiones Ecclesiasticas facere videatur, quas ita defendit Auctor lib. de Cor. milit. ut pluribus non sit opus; hoc vno addito, non recipiendus quidem obseruationes sine præcepto aut Dominico aut Apostolico; sed & Traditiones non aliud esse quam Apostolica præcepta, vna voce ab eis edita, iuxta illud S. August. epist. 118. Siquid vniuersa celebrat Ecclesia, ab Apostolis ortum habuisse credendum est.

44. vel eo coercenda quod Gentilibus adæquent.] Istud contra eos facit, qui omnium penè ceremoniarum Ecclesiasticarum à Gentilismo deriuant originem.

45. positis penulis, &c.] Haud absimiliter infra lib. de Cor. milit. grauissimas penulas posuit. hic agit de consuetudine ponendi penulas, quum aduent ad idola nationes.

46. cum sarabaris & tiaris.] Quum lib. de Resurrect. carn. infra Tom. 3. eadem voces ex Daniele cicerentur, illuc earum tractatum dispulimus, quamquam & de Sarabara aliquid dixerimus supra Tom. 1. lib. de Pallio,

cap. 4. num. 81. Illic etiam aliquid dicturi sumus de auctoritate huius historie trium puerorum in fornacem missorum.

47. affidendi mos, &c.] Quem impugnet hic morem, non perinde constat, maximè ob verba illa: affignata seu transacta oratione, & illa: cum adorarem & sedissem. qua videntur indicare loqui eum de sine sacrificijs, & aliis verbis qua videntur significare sessionem ipsius sacrificij tempore, quum dicit: irruens esse, sedere sub conspectu Dei viui, angelo orationis adhuc astante. Abusum itaque peculiarem quendam sue Ecclesie significet oportet, alibi non ystiatum, maximè cum non improbet: si quis in cathedra aut sub sellio sederit, sicuti iam olim Episcopi & Cantores in Ecclesiis cathedralibus.

48. Hermas ille, cuius scriptura ferè Pastor inscribitur.] Confirmat hic locus lectionem nostram in Symbolo Ruffini inter opera S. Cyr. qua Adnot. nostrarum num. 158. comprobauimus, quod Hermas auctor fuerit libri Pastoris, non Hermes: ubi etiam de eius libri auctoritate non satis probata latius. Atqui verba illa: Cum adorarem & sedissem super lectum, de sumpta sunt ex proemio lib. 2. Hermæ, qui Pastor inscribitur, ubi interim hodie paulò aliter legitur: Cum orassem domi, & condissem super lectum. Prior eiusdem liber Ecclesia inscribitur, posterior Similitudinum, & exstat in Orthodoxographia.

49. adoratis sigillaribus suis, &c.] Sigillaria dicebantur parua imagines fictilibus descriptæ, tanquam parua signa, de quibus vetus quidam Auctor: Quinimo Deos esse sigillaria ipsa censeo; nomen nunc non occurrit. Vtutur autem ironice eadem voce singulari numero lib. adu. Valentinian. ut autem (inquit, de factio ipforum Deo, uti Rheban. illic adnotauit, loquens) tantum sigillarum intrinsecus quoque exornassent. Atqui adorationis ritum, quo vtebantur Gentiles, explicat Plin. nat. hist. lib. 28. cap. 2. In adorando (inquit) dexteram ad osculum referimus, totumque corpus circummagimus, quod ad leuam fecisse Gallia religioſius credunt. Illud autem adoratis sigillaribus residendo, confirmatur ex Plutarcho, qui Numa Pompilio adscribit: Ut Deos adoraturi sedent. quod & Vice Prouerbij usurpatur.

50. angelo adhuc orationis astante.] Alludit quidem ad illud Luc. 1. Apparuit illi angelus stans ad dexteram altaris incensij; verum referri potest etiam (ut indefinite loqui sentiantur) quemadmodum Patres SS. Ambr. Augustinus, & Chrysostomus, dum ex eo loco colligunt sacrificio nostro Christiano interesse angelorum frequentiam. Immo verò hinc confirmatur ea pars Canonis, qua post consecrationem petimus: supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, &c. quod pluraliter expressit in sua Missæ Canone Ambr. per manus angelorum tuorum, lib. 4. de Sacram. cap. 6.

CAP. XIII.

51. Atqui cum modestia, &c.] Loco trium diuersarum inscriptionum vnicam hanc substitutum: De modo adorationis Christianorum. De quo adeo plura reperiet Lecto Adnot. nostris ad Apolog. hæc verba: Illuc in cælum suspicientes Christiani, manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubescimus; denique sine monitore, quia ex pectore. item ad similia verba B. Cyr. lib. de Orat. Domin. nu. 6. 7. & 9.

52. Sonos etiã vocis subiectos esse oportet, &c.]

Ad verbum etiam hæc transcripsi loco dicto B. Cypri. Verum ibidem mentem vtriusque indicauimus, loqui eos de oratione fidelium priuata in sacrificio, non autem de oratione publica, quam clara voce pronuntiatam, immo & decantatam ibidem ostendimus nu. 6. & Apolog. cap. 39. num. 520.

53. Dæmonium oraculi Pythij, &c.] De Pythij dæmonis oraculis vide initium lib. de Anima infra Tom. 3. Cur etiam Pythius dictus idem, qui Delphicus, diximus Adnot. nostris in Apolog. cap. 22. num. 351.

C A P. XIII.

54. Alia iam cōsuetudo inualuit, &c.] Inscriptio- nem hanc habet cap. istud: De osculo pacis & communione corporis Domini non omittendis à ieiunantibus.

55. osculum pacis, &c.] istud obseruatum fuisse iam ab ipsis Apostolorum temporibus manifestius est ex nostris Latinorum & Græcorum Liturgiis, quam ut confirmatione sit opus: quare illic Lectorem remittimus.

56. Quale sacrificium, &c.] initio huius capituli plures adduximus Tertulliani locos de sacrificio.

57. Sic & die Paschæ.] Quum ipso Dominico die Paschæ, immo nec tota Pentecoste ieiunare permittum fuerit, oportet ut diem Paschæ, diem passionis Domini hic intelligat, iuxta quod supra lib. adu. Iudeos: Pascha enim passio Domini est. ac lib. 4. adu. Marc. Quo pateret Paschæ diem elegit Dominus. Eo enim die communis & publica est ieiunij religio, & meritò osculum deponimus, cuius postrema ceremonia omisse rationem reddunt, qui de diuinis scribunt officis (eo quòd osculo Christum tradiderit Iudas.) Si quis velit & ad feriam quintam referre, qua die institutum est sacrificium, oportet ut eo tempore nondum introducta fuerit in Africa cōsuetudo, qua post cœnam communicabant, de qua latius egimus in Epist. B. Cypri. ad Cecil. nu. 45. & 48. Vbi & generalem Ecclesie contrariam cōsuetudinem, quòd etiam eo die ieiunij communicarent fideles, monstrauimus.

58. Similiter de stationum diebus, &c.] Stationes longè aliter accipiuntur ab Autore, tum hic, tum lib. de Cor. milit. & de Ieiunio adu. Psychicos, quam à B. Cypriano; ille enim accipit pro conuentu Ecclesiastico (vbi adnotauimus ad epist. 41. nu. 10.) Auctor verò (quantum re diligentius quam tunc examinata ex Erabano nostro nunc tandem deprehendo) pro statio ieiuniorum diebus. Eò enim pertinet illud: quòd statio soluenda sit. Deinde illud lib. de Cor. milit. Stationes aut alij magis faciet quam Christo, aut & Dominico die, quando nec Christo. Nam Dominico die ieiunia non permittebantur, quemadmodum illic dicemus latius. Denique aper-

tius lib. de Ieiunio: Quartæ (inquit) sextæque feriæ Stationes. Agnoscent & hanc significationem hoc loco Magdenburgenses, sed peculiarem illam appellationem dicunt ieiuniorum Montanistarum. Si id verum est, ergo Montanista fuit Hiermas Apostoli Pauli discipulus (quem certè in hoc imitatus est Tertullian.) apud quem lib. 3. cap. 5. interrogat Pastor: Quid est Statio? & respondet ipse: Ieiunium. Montanista fuit & S. Ambros. qui etiam rationem nominis explicat Serm. 25. in hæc verba: Stationes vocantur (inquit) ieiunia, quòd stantes & commorantes in eis inimicos insidiantes repellimus; vbi quum loquatur disertè de indictio à Christo Quadragesimæ ieiunio, quòd resoluere (voce Tertullianica dicens) non liceat (neque enim hoc genus dæmoniorum cūctur nisi in ieiunio & oratione) atque adeò id comparet ad 42. mansiones filiorum Israël, stationum instar, confirmatur nostra iam dicta sententia, quòd quum prius simpliciter de ieiunantibus, hic de ieiuniorum statio diebus Auctor loquatur. Sicut etiam iam olim distinguendum putauit Erabanus noster (minimè etiam Montanista) de Instit. cleric. lib. 2. cap. 18. Ieiunium (inquit) & Statio dicitur. Statio autem de militari exemplo, &c. quæ ad verbum sumpsit ex hoc ipso loco. Discernunt autem quidam (inquit idem Erabanus) inter ieiunium & Stationem. Nam ieiunium indifferenter cuiuslibet diei est abstinentia, non per legem, sed secundum propriam voluntatem: Statio, obseruatio statutorum dierum vel temporum, dierum. Ut quartæ & sextæ feriæ, de qua statione in Euangelio dixit ille: Ieiuno bis in sabbato; temporum autem, ut ieiunium quarti, quinti, septimi & decimi, vel sicut in Euangelio dies illi in quibus ablati sunt sponsum, vel sicut obseruatio Quadragesimæ, quæ in vniuerso orbe institutione Apostolica obseruatur. Neque verò etiam illud pro Magdenburgensibus facit, quòd videatur loqui hic de stationibus seu ieiuniis quæ in vesperam producebantur; quia neque S. Hieronym. epist. ad Marcellum, neque Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Damascenus, libris de hæresibus, inter errores Montani illum morem recensent, vtpotè qui scirent iam ab initio Ecclesie vbiq; ferè & ad sua vsque tempora vsitatum illum etiam apud Catholicos, quem admodum ex Paulino patet Nolano, Natali 7. Felicio, & latius infra T. 5. supradictò libro de Ieiuniis. His adde, quòd, vbi sub finem Argumenti diximus, teste Hilario, ante hæresin hic liber scriptus sit.

59. Ergo deorum Deo obsequium, &c.] Adnotanda est hæc ieiunij paraphrasis contra illius obrectatores; de quo etiam latius vbi supra.

60. Accepto corpore & reseruat.] Confirmatur hoc loco Reseruatio corporis Domini, de qua latè huius libri initio num. 1.

Deinde ut non eos conseruet, quòd segregati sunt à mundo; quippè qui carcer sit i. i. grauior, quique iudicia non Proconsulis, sed Dei sustineat; cuique etiam extra carcerem Christianus renunciauit, in quo etiam caro non amittit quæ iusta sunt per Agapen fratrum, & quòd hoc illis carcer præstet, quod eremus Prophetis.

Etsi autem molestus sit, vocatos esse nos ad militiam Dei viui, cum in sacramenti, i. i. i. baptismi nempe, verba respondimus. Militum itaque exemplo agonem subeant in quo Agonothetes Deus, Xystarches Spiritus sanctus, corona aternitatis brabium, Epistates Christus Iesus, qui eos spiritu vnixerit, & ad hoc scamma produxerit.

Neque sibi blandiantur, quia caro infirma est. addidit enim Dominus spiritum prom- i. i. i. ptum esse debere; qui proinde, timeat licet caro, gladium, crucem, rabiem bestiarum, & summam ignium pœnam, contraponat sibi, acerbam licet ista, à multis tamen nec viris tantum, sed & fœminis equo animo accepta, immo & vltro appetita fama & gloria causa; exempli gratia, Lucretiæ, Mutij, Heracliti, Empedoclis, Peregrini, Didonis, vxoris Hasdrubalis, Reguli, Cleopatra meretricis Atheniensis & Lacedæmonum.

Immo & affectionis morbo à gladiatoribus omnia scuitia & cruciatus certa- v. mina conculcari, qui Christianos confundent in die iudicij, si reformident pati pro veritate in salutem.

Denique conuertantur ad ipsam conditionis humanæ contemplationem, in qua con- v. stanter adeunda sunt, quæ etiam inuitis accidere solent, incendij, ferarum, latronum pericula; maximè iis ipsis temporibus, quibus hominis (nempe Imperatoris) causa, inopinatos natalibus, dignitatibus & etatibus exitus multi referebant.

Ceterum librum hunc more suo imitatus est B. Cyprianus Epistolis ad Martyras & Confessores varios 7. 9. 16. 25. 56. 77. & 81. tum libris de Exhortatione & de Laude Martyrij. Inimò verba quedam transcripserunt ex v. capite, & B. Cyprian. Epist. 2. ad Donatum, & S. Hieronymus Epistolis ad Demetriadem de Virginit. ac ad Saluinam de Viduit. atque ad Heliodorum verba cap. 3. & 4. & alibi alia, vti infra latius. Denique iam olim tanquam Tertulliani visus & lectus est à Trithemio & Politiano, & editus à Rhenano ex Paterniacensi ac Gorziensi primùm cod. cum Scholiis, deinde & Adnotationibus. Quibus nunc & nostras adiecimus, & ex tribus exemplaribus Vaticanis postremum castigauimus.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI AD MAR-

TYRAS LIBER.



NTER² carnis alimenta³ benedicti⁴ Martyres designati, quæ vobis & C A P. I. domina mater Ecclesia de vberibus suis, & singula fratres⁵ de operibus suis propriis in carcerem subministrant, capite aliquid & à nobis, quod faciat ad spiritum quoque educandum. Carnem enim saginari, & spiritum esurire non prodest. Imò si quod infirmum est, curatur: æquè quod infirmius est, negligi non debet. Nec tantus ego sum, ut vos alloquar. Veruntamen &⁷ Gladiatores perfectissimos non tantum magistri & præpositi sui, sed etiam idiotæ, & superuacue quique adhortatur de longinquo, ut sæpè de ipso populo⁸ dictata suggesta profuerint. In primis ergo benedicti, nolite contristare Spiritum Ephef. 4. sanctum, qui vobiscum introiit carcerem. Si enim non vobiscum nunc introisset, nec vos illic hodie fuissetis. Et ideò date operam, ut illic vobiscum perseueret: ita vos inde perdu-

ARGVMENTVM LIBRI AD MARTYRAS, PER IACOBVM PAMELIVM.



D Martyras in carcere constitutos in ipsis Persecutionis quintæ Christianorum sub Senero initiis librum hunc misit Tertullianus, beneuolentiam captans ab exemplo idiotarum, quorum dictata etiam perfectiss. gladiatoribus subinde profuerint.

1. Imprimis verò ad pacem & concordiam adhortatur, ut potè quam ipsam quidam in Ecclesia non habentes à Martyribus exorare consueuerint.

Deinde

cat ad Dominum. Domus quidem diaboli est & carcer, in qua familiam suā cōtinet. Sed vos idē in carcerem peruenistis, ut illum etiam in domo sua conculceris. Iam enim foris congressi conculcaueratis. Non ergo dicat: In meo sunt, tentabo illos vilibus⁹ odiis, affectionibus, aut inter se dissensionibus. Fugiat conspectum vestrum, & in ima sua delitefcit, contractus & torpens, tanquam coluber excantatus, aut effumigatus. Nec illi tam benē sit in suo regno, ut vos committat: sed inueniat munitos, & concordia armatos: quia pax vestra bellum est illi. Quam pacem quidam in ecclesia non habentes, à¹² martyribus in carcere exorare consueuerunt. Et idē eam etiam propterea in vobis habere, & fouere, & custodire debetis: ut si fortē & aliis praeftare possitis. [¹³ Cetera æquē animi impedimenta vsque ad limen carceris deduxerint vos, quousque & ¹⁴ parentes vestri. Exinde segregati estis ab ipso mundo. Quanto magis à seculo rebūque eius? Nec hoc vos consterner, quod segregati estis à mundo. Si enim recogitemus ipsum magis mundū carcerem esse, exisse¹⁵ vos ē carcere, quā in carcerem introisse intelligemus. Maiores tenebras habet mundus, quā hominum praeordia excācant. Grauiore catenas induit mundus, quā ipsas animas hominum constringunt. Peiores immunditias expirat mundus, libidines hominum. Plures postremō mundus reos continet, scilicet vniuersum hominum genus. Iudicia denique non ¹⁶ Proconsulis, sed Dei sustinet. Quo vos benedicti de carcere in ¹⁷ custodiarium si fortē translatos existimetis. ¹⁸ Habet tenebras, sed lumen estis ipsi. Habet vincula, sed vos soluti Deo estis. ¹⁹ Triste illic expirat, sed vos odor estis suauitatis. Iudex expectatur de iudicibus, sed vos estis de iudicibus ipsis iudicaturi. Contristetur illic, qui fructum seculi suspirat. ²⁰ Christianus etiā extra carcerem seculo renunciauit, in carcere autem etiam carceri. Nihil interest vbi sitis in seculo, qui extra seculum estis. Et si aliqua amiseritis vitæ gaudia, negotiatio est aliquid amittere vt maiora lucreris. Nihil adhuc dico de prēmio, ad quod Deus martyres inuitat. Ipsam interim cōuersationem seculi & carceris comparemus, si ²¹ non plus in carcere spiritus acquirit, quā caro amittit; imō & quā iusta sunt, caro non amittit ²² per curam Ecclesiæ, & ²³ agapen fratrum: & insuper quā semper vtilia fidei, spiritus adipiscitur. ²⁴ Non vides alienos Deos, non imaginibus eorum incurris, ²⁵ non solennes Nationum dies ipsa commixtione participas, non nidoribus spurcis verberaris, non ²⁶ clamoribus spectaculorum, atrocitate, vel furore, vel impudicitia celebrantium caderis: ²⁷ non in loca libidinum publicarum oculi tui impingunt: vacas à scandalis, à tentationibus, à recordationibus malis, iam & à persecutione. Hoc praeftat carcer Christiano, quod eremus Prophetis. Ipse Dominus in secessu frequentius agebat, vt liberiùs oraret, vt seculo cederet. Gloriam denique suam discipulis in solitudine demonstrauit. Auferamus carceris nomen, secessum vocemus. ²⁸ Marc. 9. Est corpus includitur, est caro detinetur, omnia spiritui patent. Vagare spiritu, spatiare spiritu, & non stadia ²⁹ opaca aut porticus longas proponens tibi, sed illam viam quā ad Deum ducit. Quotiens eam spiritu deambulaueris, totiens in carcere non eris. Nihil ³⁰ crux sentit in neruo, quum animus in caelo est. Totum hominem animus circumfert, ³¹ & quod velit transfert. Vbi ³² autem erit cor tuum, illic erit & thesaurus tuus. Ibi ergo sit ³³ cor nostrum, vbi volumus habere thesaurum. [Sit ³⁴ nunc benedicti carcer etiam Christianis molestus. Vocati sumus ad militiam Dei viui, iam tunc, cum ³⁵ in sacramenti verba respondimus. ³⁶ Nemo miles ad bellum cū deliciis venit, ³⁷ nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de ³⁸ papilionibus expeditis & substrictis: vbi omnis duritia, & ³⁹ imbonitas, & insuauitas constitit. Etiam in pace, labore & incommodis bellum pati iam ediscūt: in ⁴⁰ armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, ⁴¹ testudinem desiccando. Sudore omnia constant, ne corpora atque animi expauescant: De umbra ad solem, & sole ⁴² ad caelum, de ⁴³ tunica ad loricam, de silentio ad clamorem, de quiete ad tumultum. ⁴⁴ Proinde vos Benedictæ, quodcunque hoc durum est, ad exercitationem virtutem animi & corporis deputate. Bonum agonem subituræ estis, in quo ⁴⁵ Agonotheres Deus viuus est: Xystarches Spiritus sanctus: ⁴⁶ corona æternitatis, brabium, angelicæ substantiæ politia in caelis, ⁴⁷ gloria in secula seculorum. Itaque Epistates vester Christus Iesus, qui vos spiritu vnxit, & ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorē tractationem à liberiore conditione seponere, vt vires corroborarentur in vobis. Nempē enim & athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam, vt robori edificando vacent: continentur à luxuria, à cibis lætioribus, à potu iucundiore. Coguntur, cruciantur, fatigantur; quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoria

Aria sperant. Et illi, inquit Apostolus, vt coronam corruptibilem consequantur. Nos atter-
nam cōsecuturi, carcerem nobis pro palæstra interpretemur, vt ad stadium tribunalis bene-
nē exercitati incommodis omnibus producamur: quia virtus duritia extruitur, mollitia
verò destruitur. [⁴⁸ Scimus ex Dominico praecepto, quod caro infirma sit, spiritus
promptus. Non ergo nobis blandiamur, quia Dominus consensit, carnem infirmā esse. ⁴⁹ CAP. IIII.
Propterea enim prae dixit spiritum promptum esse, vt ostēderet quid cui debeat esse sub-
iectum, scilicet, vt caro seruiat spiritui, infirmior fortiori, vt ab eo etiam ipsa fortitudi-
nem assumat. Collocatur spiritus cum carne, de communi salute, nec iam de incommo-
dis carceris, sed ipso agone & praelio cogitās. ⁵⁰ Timebit forsitan caro gladium grauem,
& crucem excellam, & rabiem bestiarum, & summam ignium pœnā, & omne carnificis
ingenium in tormentis. Sed spiritus contraponat sibi & carni, acerba licet ista, à multis
tamen æquo animo excepta, imō & vltrò appetita, famæ & gloriæ causa, nec à viris tan-
tum, sed etiam à feminis, vt vos quoque benedictæ sexui vestro respondeatis. Longum
est si enumerem singulos qui se gladio confecerint, animo suo ducti. De fœminis ad ma-
num est ⁵¹ Lucretia, quæ vim stupri passa, cultrum sibi adegit in conspectu propinquo-
rum, vt gloriam castitati suæ pareret. ⁵² Mutius manum suam dexteram in ara cremavit,
vt hoc factum eius fama haberet. Minus fecerunt Philosophi, ⁵³ Heraclitus, qui se bu-
bulo stercore oblitum exussit. Item ⁵⁴ Empedocles, qui in ignes Ætnæi montis dissiluit,
& ⁵⁵ Peregrinus qui non olim se rogo immisit: cum fœminæ quoque contempserint
ignes. ⁵⁶ Dido, cum post virum dilectissimum nubere cogeretur: Item ⁵⁷ Afrubalis vxor,
quæ iam ardente Carthagine maritum suum supplicem Scipionis videret, cum filiis suis
in incendium patriæ deuolauit. ⁵⁸ Regulus dux Ro. captus à Carthaginensibus, cum se
vnum pro multis captiuus Carthaginensibus compensari noluisset, maluit hostibus reddi,
& in arcæ genus stipatus, vndique extrinsecus clauis transfixus, tot cruces sensit. Bestias
fœmina libens appetiit, & vtique horridiores aspides serpentes, tauro, vel vrsō, quas
⁵⁹ Cleopatra immisit sibi, ne in manus inimici perueniret. Sed mortis metus non tantus
est, quantus tormentorum. Itaque cessit carnifici ⁶⁰ meretrix Atheniensis, quæ conficia
coniurationis cum propterea torqueretur à tyranno, & non prodidit coniuratos, & no-
uissimè linguam suam comestam in faciem tyranni expuit: vt nihil agere se scirēt tormē-
ta, etsi ultra perseuerarent. ⁶¹ Nam quæ hodie apud Lacedæmonas solennitas maxima est
Διγμαστῆσις, id est flagellatio, non latet. In quo sacro ante aram nobiles quique adole-
scentes flagellis affliguntur astantibus parentibus, & propinquis, & vti perseuerent ad-
hortantibus. Ornamentum enim & gloria deputabitur maiore quidem titulo, si anima
potius cesserit plagis, quā corpus. Igitur si tantum terrenæ gloriæ licet de corporis &
animi vigore, vt gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta contemnant sub prēmio
laudis humanæ, possum dicere, modicæ sunt istæ passiones ad consecutionem gloriæ cœ-
lestis & diuinæ mercedis. ⁶² Tanti vitreum? quanti verum margaritum? Quis ergo non li-
bentissimè tantum pro vero habeat erogare, quantum alij pro falso? [⁶³ Omitto nunc ⁶⁴ CAP. V.
gloriæ causam. Eadem omnia sæuitiæ & cruciatus certamina, iam apud homines affecta-
tio quoque & morbus quidam animi conculcauit. Quot ociosos affectatio armorum ad
gladium locat? Certè ad feras ipsas affectatione descēdunt, & de moribus & de cicatrici-
bus formosiores sibi videntur. ⁶⁵ Iam & ad ignes quidam se autorauerunt, vt certum spa-
tium in tunica ardente conficerent. Alij inter venatorum taureas scapulis patientissimis
inambulauerunt. Hæc benedicti non sine causa Dominus in seculum admisit, sed ad nos
& nunc exhortandos, & in illo die confundendos, si reformidauerimus pati pro veritate
in salutem, quæ alij affectauerunt pro vanitate in perditionem. [⁶⁶ Sed hæc exempla ⁶⁷ CAP. VI.
constantia omittamus de affectatione venientis. Conuertamur ad ipsam conditionis hu-
manæ contemplationem, vt & illa nos instruant, si quā constanter ad eundem sint, quæ &
inuitis euenire consueuerunt. Quotiens enim incendia viuos cremauerunt? quotiens fe-
ræ & in syluis suis & in ⁶⁸ mediis ciuitatibus elapsæ caueis, homines deuorauerunt? quot à
latronibus ferro, ab hostibus etiam cruce extincti sunt, torti prius, imō & omni cōtume-
lia expuncti? Nemo non etiam hominis causa pati potest, quod in causa Dei pari dubitat.
Ad hoc quidem vel præsentia nobis tempora documenta sint, ⁶⁹ quantæ qualisque per-
sonæ inopinatos natalibus, & dignitatibus, & corporibus, & ætatibus suis, exitus referunt,
hominis causa: aut ab ipso, si cōtra eum fecerint, aut ab aduersariis eius, si pro eo steterint.

AD MARTYRAS. Sic legimus ex tribus Vaticanis codicibus, pro eo quod erat MARTYRES. Porro non in his solum (inquit Rhenanus in Argumento huius libri) Martyrum appellationem accommodabat ea etas, qui iam tolerans supplicium pro Christo mortem obierant, sed & illis qui in confessione nil tormentorum atrocitate moti firmiter persisterant, etiam si adhuc in carcere detinerentur, de quibus intelligit Cyprianus, quum scribit: Fecerunt ad nos de quibusdam beati Martyres litteras. Item: si qui libello à Martyribus accepto de seculo excederent. Sicque non modo Cyprianus Martyras appellare solet, sed & Tertullianus hoc loco. Verum scite addit, designati. Quia eos etiam hoc nomine solitos vocari indicat, qui dimissi fuissent; ut quum de Valentiniano inquit: non dum Martyrium tulerant, sive fecerant, ut Cyprianus loquitur, sed expectabant, ut est apud eundem, quotidie leti professionis suae salutarem diem, & iam iamque de seculo recessuri ad Martyrum munera & domicilia divina properabant.

3. & domina mater Ecclesia.] Observa (ut ibidem Rhenan.) quod matrem Ecclesiam pulchre dominam vocat. Addit vero: de vberibus suis, nam praefecit: mater, quibus significat thesaurus Ecclesiae. Vide supra lib. de Orat. c. 2. num. 7.

6. de operibus suis propriis.] Docet enim (inquit idem) Paulus ad Ephesios scribens, etiam propriis manibus laborandum, ut habeas quod indigenti communes. Ergo pistor panem misistabat, calcarius calceos, telam textor, hanc sullo gratis curabat, consuebat vestiri. Alius pecuniam mittebat, diurno labore collectam. Vide autem quantum praefici Martyribus tribuerint.

7. Gladiatores, &c.] Quod hic habet tam de Gladiatoribus, quam eorum Magistris & Praepositis, distulimus usque ad librum de Spectaculis.

8. dictata.] Dictata (eodem interprete) non solum ludi magistrorum sunt litterae docentium. Sic & Suetonius in Vita Iulii Caesaris, de gladiatoribus loquens: Tyrones, inquit, neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos; ac etiam per Seniores armorum peritos erudiebant, precibus emittens, quod epistolis eius ostenditur; ut disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Et Juvenalis,
- Donec pervagat dictata magistri
Omnia.

9. tentabo eos vilibus odiis, affectionibus, &c.] Ita ex MS. 2. Vaticanis; pro eo quod erat: vilibus inediis, defectionibus, qua substituta videntur ab illis qui putabant non posse competere in Martyras odia; verum quandoquidem sequitur: aut inter se dissensionibus, illud magis convenit, maxime quum etiam S. Cypriano contentiones, emulationes, convivia & maledicta in confessoribus reprehendat, ubi supra.

10. & in ima sua delitescat.] Non dissimilis est (ut adnotat Rhen.) sententia ei qua in Valentiniano legitur. Abscondat se itaque serpens quantum potest, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habiret, in caeca detrudatur, &c. Alludit autem Auctor ad Serpentes, qui excantationibus fugari solent aut suffumigationibus; atque hoc est quod dicit: excantatus vel effumigatus. Nam Plinio

C A P. I.

2. Inter carnis alimentia, &c.] Caput hoc primum post captam benevolentiam Martyrum, non aliud est quam: Ad pacem & concordiam exhortatio, in qua imitatur Auctorem S. Cyprii sub finem Epistolae 7. ad Rogatianum & alios Confessores, & insuper alibi locis infra citatis. Ad intellectum autem huius loci facere adnotavit Rhenanus in Adnotationibus quod inferius dicit: Imò & quae iusta sunt, caro non amittit per curam Ecclesiae, & agapen fratrum. Sanè D. Cyprianus epistolae 37. seu 6. lib. 3. admonet presbyteros & diaconos, ut gloriosa voce Domino confessis, omnis diligentia praebeatur. Ibidem mox Tertullum quendam ab hoc pio officio laudat, quod videlicet circa curam corporum

captivus Christianis non desit.

3. benedicti.] id est laudandi (inquit Rhenan.) Hoc Epitheto Martyres ornat Tertullianus, ut paulopost Imprimis, ergo benedicti. Et infra ad mulieres: Proinde vos benedicta. Quod Eleutherio Pont. Rom. & martyri iam defuncto lib. de praef. adu. haeres. cap. 30. etiam adtribuit. Cyprianus Fortissimos & beatissimos subinde vocare solet, quodam loco Fortissimos & fidelissimos.

4. Martyres designati.] Designati (inquit idem) id est futuri martyres. Metaphora ab electis magistratibus sumpta, qui designati dicuntur, quum eliguntur. Suetonius in Vita Claudii Caesaris in fine: Nam & quum Consules designaret, neminem ultra mensum, quo obiit, designavit. Porro quos alloquitur Tertullianus, non dum Martyrium tulerant, sive fecerant, ut Cyprianus loquitur, sed expectabant, ut est apud eundem, quotidie leti professionis suae salutarem diem, & iam iamque de seculo recessuri ad Martyrum munera & domicilia divina properabant.

5. & domina mater Ecclesia.] Observa (ut ibidem Rhenan.) quod matrem Ecclesiam pulchre dominam vocat. Addit vero: de vberibus suis, nam praefecit: mater, quibus significat thesaurus Ecclesiae. Vide supra lib. de Orat. c. 2. num. 7.

6. de operibus suis propriis.] Docet enim (inquit idem) Paulus ad Ephesios scribens, etiam propriis manibus laborandum, ut habeas quod indigenti communes. Ergo pistor panem misistabat, calcarius calceos, telam textor, hanc sullo gratis curabat, consuebat vestiri. Alius pecuniam mittebat, diurno labore collectam. Vide autem quantum praefici Martyribus tribuerint.

7. Gladiatores, &c.] Quod hic habet tam de Gladiatoribus, quam eorum Magistris & Praepositis, distulimus usque ad librum de Spectaculis.

8. dictata.] Dictata (eodem interprete) non solum ludi magistrorum sunt litterae docentium. Sic & Suetonius in Vita Iulii Caesaris, de gladiatoribus loquens: Tyrones, inquit, neque in ludo, neque per lanistas, sed in domibus per equites Romanos; ac etiam per Seniores armorum peritos erudiebant, precibus emittens, quod epistolis eius ostenditur; ut disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Et Juvenalis,
- Donec pervagat dictata magistri
Omnia.

9. tentabo eos vilibus odiis, affectionibus, &c.] Ita ex MS. 2. Vaticanis; pro eo quod erat: vilibus inediis, defectionibus, qua substituta videntur ab illis qui putabant non posse competere in Martyras odia; verum quandoquidem sequitur: aut inter se dissensionibus, illud magis convenit, maxime quum etiam S. Cypriano contentiones, emulationes, convivia & maledicta in confessoribus reprehendat, ubi supra.

10. & in ima sua delitescat.] Non dissimilis est (ut adnotat Rhen.) sententia ei qua in Valentiniano legitur. Abscondat se itaque serpens quantum potest, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habiret, in caeca detrudatur, &c. Alludit autem Auctor ad Serpentes, qui excantationibus fugari solent aut suffumigationibus; atque hoc est quod dicit: excantatus vel effumigatus. Nam Plinio

*ste

teste lib. 8. cap. 32. accensis cornibus cervi odore fugantur, & maxime stracis, ut est apud eundem lib. 10. c. 70. Incantationis autem aspidis fit mentio Psal. 57.

11. ut vos committat.] Sapè (inquit Rhenan.) iam diximus committendi Verbum ad contentionem & certamen referri, unde gladiatores proprie committuntur. Metaphoricè Iuvenalis: Committit Vates. Cypri. epistolae 14. lib. 3. (qua est in nostra editione x.) Et gloriosos servos Dei cum Dei sacerdote committunt. Est autem hac etiam Iureconsultorum vox: committere, pro, ad certamen provocare. Hinc Valerianus ad legem Aquilianam Digest. lib. 9. Planè, inquit, si cadentem vulneravit, erit Aquilia locus, nisi domino committente hoc factum sit. Aliam remotiorem huius vocis significationem etiam Iureconsultorum habes infra lib. de Cor. militis cap. 2. num. 22. De utraque eodem loco infra Tom. 3. lib. de Praescrip. adu. haeres. cap. 24. num. 193.

12. à martyribus in carcere exorare consueverunt.] Alludit (inquit idem Rhenan.) ad consuetudinem eius temporis, qua etiam etate Cypriani in usu fuit, quemadmodum ex eius viri scriptis colligitur. Siquidem lapsi, id est, qui sacrificauerant idolis, aut necessitatem sacrificandi pecunia apud magistratum redemerant, accepta securitatis syngrapha, quò reciperentur in Ecclesiam ante confessionem exomologesinque & penitentiam, ante impositionem manus Episcopi & cleri, solebant à Martyribus & Confessoribus in carcere constitutis libellum extorquere deprecatorium, per quem in Ecclesiam recipi iuberentur. Sic enim lapsi quidam importunius precibus Martyres & Confessores saugabant, corrumpebantque. Vocabant autem Veteres: Dare pacem, recipere in ius communicationis. In hunc igitur sensum accipi debet quod hic Tertullianus scribit: Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes. Item: ut si forte & aliis praestare possitis. Vide quanta fuerit olim Martyrum etiam dum viventium auctoritas. Sanè Cyprianus epistolae 15. lib. 3. (qua est in nostra editione xi. in libello quorundam Martyrum pro lapsis scripto hoc insertum paulo incautus fuisse restatur: Communitet illum cum suis. Nam addi debebat quinam sui. Proinde idem sanctissimus vir scribit sub antecessoribus suis id semper observatum, ut Diaconi ad carcerem commeantes, martyrum desideria consilii sui & scripturarum praeceptis gubernarent: his enim illic verbis viuitur. Nos ad dictam xi. epistolae S. Cyprii. qua Confessoribus & Martyribus inscribitur, addidimus; pertinere istam pacem, quam lapsi à Martyribus in carcere exorabant, ad usum Indulgentiarum in Ecclesia iam tum captum, immò & ab Apostolo Paulo in Corinthum illum, idque integris illic Adnotationibus nostris.

C A P. II.

13. Cetera æquè animi impedimenta, &c.] Caput hoc inscripsimus: De comparatione carceris cum mundo. In quo etiam locos infra citatos imitatur S. Cyprianus.

14. parentes vestri.] Parentum (inquit Rhenan.) vocabulo, ni fallor, quoslibet cognatos intelligit, quemadmodum & hodie vulgus Italicum & Gallorum loquitur. Planè autem ita esse patet ex lib. de Carne Christi, ubi de matre & fratribus sic loquitur: cum indignatio parentes non neget, sed obiurgat.

15. exisse vos è carcere, quam in carcerem introiisse.] Simile sermonis (inquit Rhenan.) schema est in

Valentinianis: Vbi superindui potuit quam de spoliari. Inspice quod illic adnotavimus. Faustus Manichaeus apud Aurel. Augustinum: Ex Iordane nobis erit factus Iesus Dei filius, quam natus ex viro mulieris. Ammian. Marcellinus lib. 27. de ingratitude populi in Symmachum praefectum ubi sub Valentiniano & Gratiano Aug. loquens: Quidam plebeus (inquit) sinxerat illum dixisse sine indice vno vel teste, libenter se viuo proprio calcariis extincturum, quam id venditurum pretiis quibus sperabatur. Item alibi Ambrosius in lib. de Viduis: Vitem facilius tondere quam premere. Tamest adverbium. Magis quod praecedat, hic repeti potest, id quod in hoc scriptore novum non est, ut plus semel monuimus. Atque pro: grauiores cathenas induit mundus, MS. tres legunt: imbuit, sed illud placet.

16. Proconsulis.] Ex hoc loco (inquit idem Rhenan.) licet animadvertere Martyres istos, ad quos scribit Tertullianus, vel in ipsa Carthagine, vel in aliquo oppido vicino captivos fuisse detentos, certe in provincia Carthaginiensi. Nam Carthagine Proconsulem fuisse declarat Pontius Diaconus in vita B. Cypriani martyris, cum inquit: Denique comprehensus à ministris Paterni Proconsulis Carthaginiensis. Et Paternus Proconsul dixit. Item Galerius Proconsul dixit. Is mortuo Paterno successerat. Eratque Proconsulum magistratus olim annuus. Unde illud Cypriani: Eant (inquit) nunc magistratus & Consules sive Proconsules annuae dignitatis insignibus, & duodecim saeculis gloriantur. Neminem vero lateat administrationes Prouinciarum subinde mutatas fuisse pro libidine Caesarum. Equidem in libro, cui titulus Notitia Occidentis, nominatim fit mentio Proconsulis Africae, sub cuius dispositione fuerit Prouincia Consularis, & legati eius duo. Is, ut videtur, apud Carthaginem tamquam Metropolim habitabat. Unde & Carthaginiensis Africa dicitur eodem libro. Atque ex his probatur esse verissimum, quod S. August. tradit (ni fallor lib. de Grammatica) iam Veteribus usitatam fuisse Vocem: Proconsul, atque Pro consule. Eius verba sunt: Ab E littera Vocali nullum Latinum, nisi iuncta praepositione, Masculinum inuenitur, ut Pro consule, Pro Praetore. Ergo iuncta praepositione sunt Latina, ut dixi: Pro Praetore, Pro Quaestore. Nam veteres Nominatio casus: Proconsul dicebant, attendentes nullum nomen Latinum exire in E litteram, Nominatio casus generis Masculini.

17. in custodiarium.] Eodem modo legit lib. adu. Iud. cap. 4. illud Isaiæ i. sicut custodiarium in cucumerario, quod ibidem cap. 13. vertit: casula, seu: specula; à custodia illud deriuans.

18. Habet tenebras, &c.] Rectè adnotauit similes locos Rhenanus ex S. Cypriani Epistolae 81. ad Rogatianum iuniorum & ceteros Confessores, ac 16. ad Moysen, Maximum & ceteros Confessores: O beatum carcerem (inquit) quem illustravit vestra praesentia. O beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad caelum. O tenebras lucidiores sole ipso, & luce hac mundi clariore, ubi modo constituta sunt Dei templa, & sanctificata diuinis confessionibus membra vestra. Et alibi: Illuminabat mundum sol oriens & luna decurrens, sed vobis idem qui solem fecit & lunam, maius in carcere lumen fuit, & in corde ac mentibus vestris Christi claritudo resplendens, horribiles carceris atque funestas penalis loci tenebras aeterna illa & candida luce radiauit.

19. Triste illic expirat.] Triste (inquit Rhenan.) id est res tristis, graueolentia videlicet: illic expiras,

si accipias verbum expirat, ut sit absolutum. Atqui quod sequitur: de iudicibus ipsis iudicaturi, etiam imitatur s. Cypri. epist. 81.

20. Christianus etiam extra carcerem seculo renunciauit.] *Verissima est (inquit idem Rhenan.) Cypriani sententia de Habitu virginum: Ceterum quacunque terrena sunt, in seculo accepta, hic cum seculo remansura, tam contemni debent, quam mundus ipse contemnitur; cuius pompis & deliciis iam tunc renunciauimus, quum meliore transgressu ad Dominum venimus. Verum de hac renunciatione in Baptismo facta, latius infra T. 3. lib. de Baptismo.*

21. si non plus, &c.] *Emendauimus (inquit Rhenanus) ex Gorziensi, si non plus in carcere spiritus acquirit, quam caro amittit. Si acquirit, pro: An acquirat. Similem locutionem habes in Apologetico: Cōfiter igitur prius, si isti, quibus sacrificatur, salutem imperatoribus vel quilibet homini impertiri possunt, pro: An isti possint.*

22. per curam Ecclesiae, &c.] *Memini huius consuetudinis Origenes hom. II. in Leuiticum. Exstat etiam hac de re Epist. s. Cypri. 37. hoc titulo: Ad derum, ut Confessoribus in carcere consistentibus omnis humanitas prebeatur. Cui consentiunt quae hic adnotat Rhenanus partim ex eadem epistola in haec verba: Peteres non solum externam curam corporibus Martyrum impendebant, sed & spiritum eorum & sanctum animi propositum precibus adiuuabant, quum publicè in sacrificio, quam nos hodie Missam dicimus, tum priuatim in secessu Deum comprecantes. Sic enim D. Cyprianus epist. 16. ad Confessores & Martyres captiuos scribit: Et nos quidem (inquit) vestri diebus ac noctibus memores, & quando in sacrificio precem cum pluribus facimus, & quum in secessu priuatis precibus oramus, coronis ac laudibus vestris plenam Domini fauorem postulamus. Haec ille. Verum enimvero ut adhuc in carne constituti Martyres veteribus illis Christianis cura erant, sic nec defunctos negligebant. Diebus enim quibus excesserant, commemoraciones eorum inter memorias Martyrum celebrabant; nec id semel, sed singulis quibusque annis factitabant, cum videlicet is dies recurrisset, aut statim commemorandarum passionum tempus aduenisset. Hoc nos docet Sanctiss. Cyprianus epist. 6. num. 7. nunc 37. in hunc modum scribens: Denique & dies eorum (inquit) quibus excedunt adnotate, ut commemoraciones eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus & deuotissimus frater noster inter cetera sollicitudinem & curam suam cum fratribus in omni obsequio operationis impartit, qui nec illic circa curam corporum deest, sic enim eam periodum legendam arbitror) scribat ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosa mortis exitu transeunt, ut & celebrentur hic à nobis Oblationes & sacrificia ob commemoraciones eorum, quae citò vobiscum Domino prosperante celebrabimus. Rursum epistola 34. hoc idem adtestatur: Sacrificia pro eis (inquit) semper ut meminisset, offerimus, quoties Martyrum passiones & dies annuaria commemoracione celebramus. Haec ille. Ceterum quod dicit sacrificia pro Martyribus offerri, sic accipiendum, nisi fallor, ut pro eis, idem valeat quod pro commemoracione eorum (nam id prioris loci mox citati verba aperte continent) veluti passione siue commemoracione passionis occasionem oblationibus & sacrificiis dante. Quae res inde nata videtur, quod in sacrificio iuxta ritum veteris Ec-*

clesiae (quem admodum in Adnotationibus libri de Cor. milit. ex Magno Dionysio obiter indicauimus) post Symbolum decantatum, & mutuam pacis consulationem, nomina pie defunctorum conscripta in scheda, quam in altari ponebant, recitabantur, non sine laude & praecōno virtutum quae in viuentibus eluxerant. Quo honore, bone Deus, qui dignos, quam qui pro Christo sanguinem suum iudicasset? Hanc Ecclesiae consuetudinem indicat Aur. August. lib. de Virgin. Perhibet enim (inquit) praclarissimum testimonium Ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus notum est, quo loco Martyres, & quo defuncta Sanctimonialia ad altaris Sacramenta recitentur. Haec ille. Gratulatoria ergo praecōnes erant potius, quibus quum Deo gratias agebant, qui Martyribus eam gratiam & tantum dignationis contulisset; tum simile donum caeli sibi dari concordibus votis flagitabant, ceu adhuc canit Ecclesia, Gaudeamus in Domino, & reliqua. Id confirmat idem Aur. August. Tractatu 84. in Euangelium Ioannis, de Martyribus & altari disputans, his verbis: Ideo quippe ad ipsam (inquit) mensam, non sic eos commemoramus, quem admodum alios qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oramus, sed magis ut orent ipsi pro nobis, ut eorum Vestigiis adhaeremus. Haec August. Aliiter pro Lapsis qui iam reconciliati essent, offerebatur, qui post confessionem criminis & factam penitentiam, exomologesimque finitam, post manus impositionem Episcopi & deri hoc consequerentur, ut facta pro eis oblatione & praecōne Eucharistiam acciperent. Id ea etiam vocabat Offerre nomen alicuius, fortasse quod eius nomen recitaretur commendandum communibus Ecclesiae precibus, descriptum in scheda, atque in altari positum. Quod monere libuit, ut locum Cypriani intelligas in epist. 10. lib. 3. cum dicit: Ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum. Porro huiusmodi memoriae Martyrum siue commemoraciones pepererunt nobis postea festos dies plerisque, quibus hodie Christiani feriantur. Sane ipsum Commemoracionis vocabulum Ecclesia retinuit, sacrificiis nostris non ignotum. Nos vero eadem adnotauimus, & multo plura, tum secundo loco ad epist. 37. de Commemoracione Martyrum quotidiana in Martyrologio, num. 7. tum tertio quoque ad Epist. 34. de sacrificiis in annuaria Martyrum, ac quotidiana eorundem commemoracione in sacrificio, num. 12. & 13. tum denique ad epist. x. quarto loco hic citatam de sacris ἀπὸ τῶν οἴων, n. 9. ad quos locos compendij gratia Lectorem remittimus.

23. & agapen fratrum.] *Intelligit (inquit Rhenan.) eleemosynam, quod ex caritate cum egente debeat fieri communicatio. Hinc legimus apud Cyprianum lib. 3. ad Quirinum: Agapen & dilectionem fraternam religiose & firmiter exercendam. Vtitur Latino vocabulo Tertullianus, adu. Marc. lib. I. De alienis bonis (inquit) ob alium Deum nomine eleemosynae & dilectionis operatur. Hieron. ad Eustochium, loquens de illis qui laudem humanam eleemosynis largiendis venantur: Cum manum (inquit) egenti porrexerint, buccinant; quum ad agapen vocauerint, praeco conducitur. Huiusmodi Agapen Germani Spendam vocant. Erat & caene genus pro pauperibus refocillandis, qualis apud Gentiles sportula, à qua sportulantes fratres dixit Cyprianus nouo verbo. Tertullianus Apolog. cap. 39. Caena nostra (inquit) denominatione rationem suam ostendit. Vocatur Agape id quod dilectio penes Graecos est. quantiscunque sumptibus confert, lucrum est pietatis nomine facere sumptum. Siquidem inopes quosque*

quosque refrigerio isto iuuamus. Et reliqua. Porro fratrum nomine Christianos intelligi saepe iam monimus. Tertull. in Apolog. cap. mox citato de Christianis loquens: Quanto dignius (inquit) fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt, qui vnum spiritum biberunt sanctitatis, qui de vno vtero igitur ortu eisdem ad vnam lucem expauerunt veritatis. Vnde fraternitas pro collegio fratrum siue Ecclesia, Cypriano, Hieron. Embr. & etiam nostro Tertulliano. Videat autem Lector eadem quoque de re Adnot. nostras ad lib. 3. Testimon. num. 11. & Apolog. 39. cap. num. 517.

24. Non vides alienos Deos.] *Nam (ut etiam adnotauit Rhen.) aetate Tertulliani adhuc vigeat Paganismus.*

25. non sollempnes Nationum dies.] *Hic etiam recte adnotat, qui dies sollempnes Nationum vocantur, hoc pacto describi l. de Cor. milit. Sollemnitates, postulatitantes, falsa vota; vbi de his latius, quem admodum etiam Apologetico cap. 35. num. 461. Hic sufficiat quod Rhenanus adnotat apte dici ab Auctore: non nidoribus spurcibus verberaris, eo quod in sollempnibus Caesarum Gentiles (vbi est loco dicto Apolog.) focos & choros in publicum educebant, vicatim epulabantur, ciuitatem tabernae habitu abolefaciebant. Huc facit quod ad Vxorem l. 2. de dispari coniugio loquens, vbi videlicet mulier Christiana Gentili marito nupta est: Moratur (inquit) Dei ancilla cum laribus alienis. Et inter illos, omnibus honoribus daemnonum, omnibus sollempnibus Regum, incipiente anno, incipiente mense, nidore thuris agitabitur.*

26. non clamoribus spectaculorum, &c.] *Etiam ea quae hic adnotauit Rhenanus, ad lib. de Spectaculis adiecimus.*

27. non in loca libidinum publicatum.] *Similiter (adnotante Rhenan.) Hieronymus ad Gerontiam: Vt in eo se putet esse laudabilem, si scortis melior sit, si publicarum libidinum victimas superet. Tertull. lib. de Pallio: Lupas popularium libidinum nundinas vocat.*

28. stadia opaca aut porticus, &c.] *Stadia (vbi recte adnotauit Rhen.) hoc est exercitij loca domestica ad gestationem, cursum & deambulationem apta, reddebant opaca syluae, quae inter porticus in aedificijs veterum constitae erant, nempe nunc platanones, nunc daphnones, hoc est plataneta & laureta, in quibus etiam prodeambulare solebant veteres. Erantque stadium viridario coniunctum. De huiusmodi stadio sentit Tertullianus lib. de Cor. milit. cum ait: Sufannam in stadio mariti non velatam deambulasse. Quo loco de stadiatis porticibus Virruuium facere mentionem scripsit lib. 5.*

29. Nihil crus sentit in neruo.] *Similiter s. Cyprianus dicta epist. 81. Postus in neruo, ac ferro fuit, sed solutus ac liber spiritus mansit. Vbi & quid neruus, tractauimus in Adn. num. 7.*

30. Vbi autem erit cor tuum, &c.] *Auctor verba Euangelista transponit, vbi melius instituto seruiant. Nam apud Mattheum est: Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum.*

C A P. I I I.

31. Sic nunc Benediciti, &c.] *Capiti huius titulum dedimus: De carceris molestiis aequanimiter sustinendis coronae aeternitatis ergo. In quo etiam illum s. Cyprianus imitatur locis mox citatis. Atqui (vbi adnotat Rhen.) illud: Sit, hic concedentis est, non imprecantis.*

Vt illud lib. de Car. Christi: Sit planè stultum, si de nostro sensu iudicemus Deum.

32. cum in Sacramenti verba respondimus.] *De responso ad verba Sacramenti Baptismi, seu Sacramento, id est, iureiurando in eodem praestito, tractatum ad lib. de Baptis. Tom. 3. differimus.*

33. Nemo miles ad bellum, &c.] *Hunc totum locum (vbi adnotat Rhenan.) imitatus est B. Hieronymus, cum epistolam illam ad Heliodorum scriberet. Inquit enim: Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi Vallum? Vbi fossa? vbi hyems acta sub pellibus?*

34. nec de cubiculo in aciem.] *Hieronymus ibidem: Et tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de Umbra egredieris ad solem.*

35. sed de papilionibus expeditis & substrictis.] *Expediuntur (inquit Rhenan.) tentoria inuoluta, quum in castris extenduntur, & funiculis ad palos terrae infixos substringuntur, alliganturque, ne vento disturbante corruant.*

36. & imbonitas.] *Imbonitatis (inquit Rhenan.) vocabulo rursus vtitur in libro de Exhort. castit. Alioquin res (inquit) & vitis & faeminis eadem imbonitate ad matrimonium & stuprum commixtio carnis licitandum. Porro eadem forma dixit imbonitatem, qua inalienum, pro non alieno, l. 4. adu. Marc. Recte autem paulopost restituit idem ex Gorziensi cod. Etiam in pace, labore & incommotis.*

37. in armis deambulando.] *Vegetius (secundum quod idem citat) penult. c. l. i. Praeterea vetus (inquit) consuetudo permansit, & Diui Augusti atque Adriani constitutionibus praecauetur, ut in mense iam equites quam pedites educantur ambulatum. Hoc enim verbo hoc exercitij genus nominant, & decem millia passuum armati instructique omnibus telis pedites militari gradu ire ac redire iubeantur in castra, ita ut aliquam inuenis partem cursu alacriore conficerent. Rursum lib. secundo: Tumores quidem (inquit) & noui milites manè ac post meridiem ad omne genus exercebantur armorum. Veteres autem & eruditi, sine intermissione semel in die exercebantur in armis. Ibidem docet tempestate vel ventis aere turbato milites sub tepto, quod ex cannis, vlna, vel culmo constabat, armis erudiri solitos. Ceteris autem & hybernis diebus si nives pluuięque cessarent, exerceri cogebantur in campo; ne intermissa consuetudine, animi militum debilitarentur & corpora. Syluam cadere, onera portare, fossas transilire, in mari vel in fluminibus natate, gradu pleno ambulare, vel etiam armatos cum sarcinis suis curvere frequentissime conuenit, ut quotidiani vsus laboris in pace, difficilis non videatur in bello.*

38. testudinem desiccando.] *Recte quidem Rhen. De materia (inquit) ac tabulatis testudo contextitur, quae ne excuratur incendio, coriis vel ciliciis, centonibusque vestitur. Auctor Vegetius. Robustiora sunt ligna, dum excicantur. Sed his adiciendum, quod Testudo instrumentum fuerit bellicum simile penè arietis, de quo libro de Pallio, dicta à similitudine reptilis; quod Testudinem dicimus, eo quod trabem funiculis suspensam, quae false dicebatur modo, sicut suum caput reptile, nunc exerat, nunc reducat. Addunt autem Mas. 3. desudando. sed videtur loco huic non conuenire.*

39. & sole ad caelum.] *Adnotat Rhenan. accipit hic caelum pro vento seu aere frigidiore; alioqui (inquit) possit etiam legi: gelu. Ego vero magis crediderim accipi pro aere crasso seu obscuro, iuxta illud Ciceronis l. 2. de Diuin. De caelo aëris crassitudo; & quod*

apertius idem habet Tuscul. qu. lib. I. Cælum hoc, in quo nubes, imbres, venti que aguntur, quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terra. Quod pertinere videtur & illud Virgilij Æneid. I.
Cælumque serenat.

40. de tunica ad lorica[m]. Hieron. (vbi ad eodem citatur) ad Heliodorum: Corpus adjectum tunicis, loricae onus non fert. Atqui de Tunica vide lib. de Pallio cap. I. & ibidem Adnot. nostras num. 4.

41. Proinde vos Benedicta.] Inter captivos (inquit Rhen.) istos Christianos erant & mulieres, quas nunc compellat, benedictas vocando. Eodem sceminas vocabulo ornat lib. de Cultu scemin. c. 4. 5. 9. & 13. Sic Cyprianus in epistola quadam ad Martyras: Beatas autem sceminas (inquit) saluto, quae vobiscum sunt in eadem confessionis gloria constitutae; & reliqua. Idem in sermone de Lapsis: Cum triumphantibus viris (inquit) & scemina veniunt, quae cum seculo dimicantes sexum quoque vicerunt.

42. Agonothetes Deus viuus, &c.] *Pelex eo quod hic & Deum viuum agnoscit, Patrem nempe, & mox Spiritum sanctum, & deinde Christum Iesum, atque adeo tres in Trinitate personas, patet hunc librum conscriptum priusquam in Montani heresim laboretur, quippe qui Hieron. teste contrarium senserit, vbi lib. de Trinitate latius infra Tom. 5. Atqui quid officij habuerint Agonothetes, Xystarches, & Epistates, ex Rhenano & alii infra latius lib. de Spectaculis. Sic & de Brabio & Athletarum tum vnctione, tum strictiori disciplina. Huic loco sufficit similes S. Hieronymi loci, alter ad Lucinū: Non est inuidus Agonotheta noster, alter lib. ad Pammach. contra errores Ioannis Hierosolymitani: Cur ergo ista quaruntur (inquit) cur tu omnes super quibus pugna est de scammate & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longè alienis disputationibus immoraris?*

43. corona aternitatis, brabium, &c.] siue brabium legas ad imitationem Graecae vocis, siue brauium, vbi habent 3. MS. perinde est. Similiter autem S. Cyprian. epist. 9. ad Martyras & Confessores de Mappalico, explicans illud Psalm. 115. Pretiosa est in conspectu Domini mors iustorum eius. Pretiosa (inquit) mors haec est, quae emit immortalitatem pretio sanguinis sui, quae accepit coronam de consummatione virtutis. Et sub finem eiusdem Epistolae: Sed & ipse (Dominus nempe) luctatur in nobis, ipse congregatur, ipse in certamine agonis nostri & coronat pariter & coronatur. Latius autem id ipsum repetit Tertull. sub finem lib. de Coron. milit. allegans & scripturam, quae coronam vitam promittunt & representant, Apocalyp. 3. 4. 6. 10. ac 2. Tim. 4. Loci adnotati contra modernos aduersarios, qui vitam aeternam non nisi gratia esse volunt, non coronam aut mercedem. Item contra eos qui merita sanctorum Martyrum negant, quia correlatiua sunt merita & merces, certamen legitimum & corona, quemadmodum adtingimus lib. de Penit. & latius tractabimus lib. sequenti de Patientia.

44. gloria in saecula saeculorum.] Alludit ad illud Psalm. 83. In saecula saeculorum laudabunt te.

CAP. IIII.

45. Scimus ex Dominico praecepto, &c.] Inscriptionem huius capituli fecimus: Quod animari debeant Martyres exemplis eorum, qui famae & gloriae solius causa multa perpessi sunt. in quo multa eadem repetit, quae supra videre est Apologetici cap. Vlt. Atqui ex MS. 3. legitur: Spiritum promptum

esse, & ex coniectura Ioannis Harrißij: nec iam de incommodis carceris. Vbi esse, & de, recens adiecit.

46. Timebit forsitan caro gladium grauem, &c. cæc.] Cyprianus (inquit Rhenan.) aduersus Demetrianum genera tormentorum enumerans, quibus ille Christianos affligeret: Innoxios (inquit) iustos, Deo caros, domo priuas, patrimonio spolios, cathenis premis, carcere includis, gladio, bestijs, ignibus, punit. Rursum lib. de Lapsis: Sed cum durissimi iudicis recrudescente sauitia, iam fatigatum nunc flagella scinderent, nunc contunderent fustes, nunc equuleus extenderet, nunc vngula effoderet, nunc flamma torreret, caro me in collatione deseruit, infirmitas viscerum cecidit. Idem alius multis locis supplicia Christianorum commemorat. Videat ibidem Lector Adnotat. nostras ad posteriores libri num. 52. item in Tertull. Apolog. alicubi, vbi & vlt. cap. etiam supplicij meminit, ob quod Sarmenitij ac Semaxij dicebantur, eo quod ad stipitem dimidii axis reuincti Sarmenorum ambitu exurerentur. Qui lib. ad scapulam cap. vlt. indicat primum dumtaxat gladiotenus animaduersum in Christianos, quamquam ab illo etiam cremarentur.

47. Lucretia.] Exemplum hoc notius quam vt explicari debeat. Repetit id ipsum sub finem lib. de Castit.

48. Mutius.] De hoc vide Adnot. nostras in Apolog. cap. Vlt. num. 621.

49. Heraclitus.] Is (vbi adnotat Rhenan.) laborabat morbo aqua intercutis, & cum obscuris sermonibus affluens homo, qui erendum è medicis iussisset; Num ex umbra siccitatem facere possent, & ab illis ludis se putantibus fuisset neglectus, tandem ipse sibi subuenire volens, bubulis excrementis obliui corpus suum inflatum, fecit. Est apud Laërtium.

50. Empedocles.] De hoc vide Adnot. nostras in lib. de Pallio cap. 4. num. 83. Meminit item eiusdem infra Tom. 3. lib. de Anima.

51. Peregrinus, &c.] Hac lectio (inquit Rhenan.) mihi non displicet. Nam auctor est Eusebius Caesariensis in Chronicis, quae nobis verit Hieronymus, anno Imperij Marci Antonini Vri quinto, si non fallit numerus, Peregrinum Philosophum apud Pisas, rogo quem ex lignis composuerat incenso, semet superiecit. Rectè ergo Tertullianus dixit: non olim, ad antiqua exempla, quae praemisit, respiciens; cum ipse vixerit sub Seuerio, qui post Marcum Antoninum anno 33. regnare cepit. Peregrini vitam descripsit Lucianus in libello cui titulus: De morte Peregrini. Qui se testatur interfuisse spectaculo, cum in ignem se Proteus iuceret, hoc pacto gloriam aucupaturus; id enim vocabuli sibi indiderat impostor ille. Ammianus Marcellin. lib. 29. loquens de crudelitate Valentis Augusti; Ducti vniuersi (inquit) stibilibiter iugulantur praeter Simonidem; quem solum seuius ille sententia lator, efferatus ob constantiam grauem, iusserat flammis exuri; qui vitam vt dominam fugitans ravidem, ridens subitas momentorum ruinas, immobilitate conflagrauit, Peregrinum illum imitatus Protea cognomine Philosophum clarum, qui cum mundo digredi statisset, Olympiae quinquennali certamine sub Graeciae conspectu totius, ascenso rogo quem ipse construxit, flammis absumptus est. Aul. Gellius Noct. Attic. lib. 12. Philosophum (inquit) nomine Peregrinum, cui postea cognomen Proteus factum est, virum grauem

grauem atque constantem vidimus, cum Athenis effensus, diuersantem in quodam tugurio extra urbem, & reliqua.

52. Dido.] Vide de hac Adnot. nostras in vlt. cap. Apolog. nu. 622.

53. A (drubalis vxor.] Refert hoc Linius lib. 51. ad vxorem Afrubalis illius, qui tertio bello Punico à Scipione Emiliano ductus est.

54. Regulus.] Carthaginenses Attilium Regulum Oti adnotat Rhenan.) palpebris refectis dolio inclisum, quo vndique acuti stimuli eminebant, necauerunt. Ex Valerio Max. L. Florus de Regulo: Nec vltimo sine carceris seu crucis supplicio deformata maiestas. Seneca compluribus locis crucem Reguli commemorat.

55. Cleopatra.] Hac historia notior est quam vt commentario sit opus. De regno eius cum Augusto vide lib. adu. Jud. c. 8. Adnotat autem Jsidorus Etymol. lib. 12. cap. 5. quod perierit Cleopatra genere aspidis quae ispalis dicitur, eo quod somno necet, atque adeo quod in mortem quasi somno soluta sit.

56. meretrix Atheniensis.] Exemplum hoc meretricis Atticae habes etiam supra, Apolog. c. vlt. & in Adnot. nostris ibidem nu. 624.

57. Nam quae hodie apud Lacedaemonas, &c.] Sic ex MS. pro: Nam quod. Atqui (vbi adnotat ad c. Vlt. Apolog. hic citatum à Rhenano Franciscus Zephyrus) διαμαρτυρωσιν illam Spart. minorum puerorum celebrauit Cicero in Tusculanis. Alludit ad eandem illud Stratonici Apophthegma apud Athenaeum: Quod si quis horum (inquit) delinquat, plagis afficiatur Lacedaemonij. Cui addit Eustathius interpres. Hoc obiter dictum festiuus est, ob διαμαρτυρωσιν Spartani sollemnibus etiam festis celebrem.

58. Tanti vitreum, quanti verum margaritum:] Proterbij huius explicationem ad Prolegomena nostra differimus, ne hic proluciores simus.

CAP. V.

59. Omitto nunc gloriae causam, &c.] Hoc caput inscripsimus: De exemplis illorum qui affectatione

quadam omnia tormenta conculcant. quod quum de Gladiatoribus agat, id etiam differimus ad librum de Spectaculis.

60. Iam & ad ignes quidam se autorauerunt.] Autorare (vbi rectè adnotat Rhen.) obligare est, unde autoramentum, & milites autorati. Atqui alludere videtur ad Hercule[m], de quo S. Cyprian. lib. Quod idola non sint Dii, sic loquitur: Hercules vt hominem exuat, Oetei ignibus concrematur. Quod confirmatur etiam Festi testimonio, qui eum dicit astrologum eo die se flammis iniectisse, quo solis erat obscuritas futura. Quod quum fecerit, vt opinio sua diuinitatis confirmaretur, rectè adfectioni tribuit Auctor. Qui praeterea istud recenseant, citauit Adnotat. nostris in dictum locum nu. 6. & exstat eius rei historia apud Philostratum in Heroicis c. 16. Plane autem ad loci huius intellectum facit, quod supra habet Auctor Apol. cap. 16. & qui viuus ardebat, Hercule[m] induerat.

CAP. VI.

61. Sed haec exempla, &c.] Primum hoc caput inscripsimus: De conditionis humanae contemplatione. Quam etiam locum alicubi imitatur S. Cyprianus.

62. & in medijs ciuitatibus clapsa caueis.] Hic venit mihi (inquit Rhen.) in mentem duarum sauarum Prisarum, quas Valentinianus Augustus aiebat, earum caueas iuxta cubiculum suum locare solitus. Alteri Mica aurea nomen erat, alteri Innocentia. Multos illa mortales lamiarunt, vident & hac sauitia delectato principe. Auctor Ammian. Marcellinus lib. 39.

63. quanta qualisque personae, &c.] Rectè illud hominis causa interpretatur Rhenanus de Imperatore: nem alludit ad exitus, seu occisiones eorum, qui contrariis partibus Seueri Imperatoris fuerant, de quibus in hac verba Apolog. cap. 35. Sed & qui nunc scelestarum partium socij aut plausores quotidie reuelantur, post vindemiam parricidarum racematio superstes. de quibus ibidem latius nu. 478. & 479. Hoc vnum hic adiciam, hinc apparere eodem ferè tempore scriptum hunc librum, quo Apologeticus.

ARGUMENTVM IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE PATIENTIA.

ATIENTIAE encomium descripturus Tertullianus, post captatam Lectoris benevolentiam, non aliis modò, sed sibi potissimum eam exoptans, suspirans & inuocans.

Primum deducit, etiam eos qui ceca viuunt Philosophos, omnem sapientiae ostentationem de Patientia pra se ferre.

Deinde Deum ipsum Patientiae nobis exemplum esse debere, usque adeo vt plures I. I. Dominum idcirco non credant, quia saeculo iratum tamdiu nesciunt.

Item & Christum Dominum inter homines in terris, qui est homo, nihil tamen I. I. de impatientia hominis imitatus est.

Quid? quod & obsequij disciplina, quam nobis alij exhibent, quamque nos Deo I. I. I. I. debemus, commendationem & praescriptionem Patientiae in se contineat.

- V. *Jmò quantum sit bonum Patientia, ex contrario impatientia malo magis illuminari; cuius natales in ipso diabolo deprehenduntur, qui quia patienter hominem non tulerat, angelus perditionis factus est, & eundem hominem primò conuenta & infecta muliere in crimen aduocauit. Qui antea innocens ubi semel impatientia succidit, desinit Deo sapere, ex qua proinde matrix facta est in omne delictum.*
- VI. *Porro Patientiam eam esse, quae fidem antecedit & subsequatur, exemplo Abrahæ comprobatur, & Christi, quum gratiam legi superduxit, fidem Patientia ira prohibita composuit.*
- VII. *Atque adeò contemptum diuitiarum, & cupiditatum detractionem, Patientie exercitationem esse.*
- VIII. *Eadem quoque fieri, ut minoribus delictis, utpotè maledicti, & linguæ amaritudinis non ledamur, quum æquanimiter iniuriam patimur.*
- IX. *In amissione item nostrorum Patientia dolorem temperari.*
- X. *Ultionis item libidinem aut gloriæ aut malitiæ causa, nunquã non Domino odiosam, qui sibi vindictam arrogat, Patientia excludi.*
- XI. *Multiplicia præterea mali spiritus incitamenta & domi & foris nostra æquanimitate eludi, & insuper eius officij dignam esse mercedem, felicitatem scilicet regni cælorum.*
- XII. *Quum præterea omnem speciem salutaris disciplinæ gubernet Patientia, etiam pacis & penitentiæ ministram esse, solita lapsis subuenire; item fidei, spei & dilectionis.*
- XIII. *Neque verò in animo tantum constitutam Patientiam, sed & in corpore demerendo Domino multipliciter adlaborare, tum afflictatione corporis per ieiunia, tum continentia carnis, in viduis, virginibus, voluntariis spadonibus, tum denique in persecutionibus, seu fuga urgeat, seu carcer præueniat, seu denique verbera, igne, crucem, bestias, gladium constantiss. tulerit.*
- XIII. *Exemplo esse, qui hinc Patientia viribus subnixi sunt, Isaiam, Stephanum, & feliciss. illum Iob, qui omnem Patientiæ speciem aduersus omnem diaboli vim expunxit.*
- XV. *Denique Patientiam Deum habere debitorem, quòd omnibus eius mandatis interueniat, & fidelem delectet, Gentilem inuitet, in omni ætate, in omni sexu formosa sit, uti vel ex effigie habitùque Patientiæ, quã paulo latius prosequitur, comprehendere est.*
- XVI. *Ita tamen ut de cælesti, vera, Christiana Patientia hæc omnia intelligantur; non de Patientia Gentium falsa & probrosa, quam diabolus amulatus & suos docuit.*
- Ceterum præterquam quòd nemo de hoc libro Tertulliani vnquam dubitauerit, pro more suo ad instar huius S. Cyprianus librum scripsit: De bono Patientia, in quem multa etiam ipse verba transscripsit. Viderunt etiam Manuscriptum Trithemius & Politianus ante omnem editionem, quã multo post facta est per Rhenanum, ex Paterniacensi primùm, deinde & Gorziensi codice, & initio scholiis, postea & Adnotationibus egregiè aucta, ut non magnoperè nouo commentario sit opus. Nos interim aliquot additis nostris Adnotationibus, iterum ex tribus Vaticanis codicibus MS. hunc librum repurgauimus.*



ONFITEOR ad Dominum Deum satis temerè me, si non etiam im-
pudenter, de patientia componere ausum, cui præstandæ idoneus
omnino non sum, vt homo nullius boni: quando oporteat demonstra-
tionem & commendationem alicuius rei adortos, ipsos prius in admi-
nistracione eius rei deprehendi, & constantiam commonendi propriæ
conuersationis auctoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus eru-
bescant. Atque vtinam erubescere istud remedium ferat, vt pudor non exhibendi, quod
aliis suggestum imus, exhibendi fiat magisterium: nisi quod bonorum quorundam si-
cuti & malorum, intolerabilis magnitudo est: vt ad capiendâ & præstandâ ea, sola gra-
tia diuinæ inspiracionis operetur. Nam quod maximè bonum, id maximè penes Deum,
nec alius id quàm qui possidet dispensat, vt cuique dignatur. Itaque velut solatium erit
disputare super eo quod frui non datur, vice languentium, qui cum vacent à sanitate,
de bonis eius tacere non norunt. Ita miserimus ego, semper æger caloribus impati-
entiæ, quam non obtineo, patientiæ sanitatem, & suspirem & inuocem & perorem necesse
est, cum recordor, & in meâ imbecillitatis contemplatione digero, bonam fidei valetu-
dinem, & dominicæ disciplinæ sanitatem, non facilè cuiquam, nisi patientia adfideat,
prouenire. Ita proposita Dei rebus est, vt nullum præceptum obire quis, nullum opus
Domino complacitum perpetrare extraneus à patientia possit, bonum eius, etiam qui
cæca viuunt, summæ virtutis appellatione honorent. Philosophi quidem, qui alicuius sa-
pientiæ animalia deputantur, tantum illi subsignant, vt cum inter sese variis sectarum
libidinibus & sententiarum æmulationibus discordent, solius tamen patientiæ in com-
mune memores, huic vni studiorum fuorum commiserint pacem. In eam conspirant, in
eam feederantur, illi in adfectione virtutis vnanimiter student, omnem sapientiæ osten-
tationem de patientia præferunt. Grande testimonium eius est, cum etiam vanas seculi
disciplinas ad laudem & gloriam promouet. Aut nunquid potius iniuria cum diuina
res in secularibus artibus volutatur? Sed viderint illi, quos mox sapientiæ suæ cum seculo
destructæ ac dedecoratæ pudebit. [Nobis exercendæ patientiæ auctoritatem, non
affectatio humana caninæ æquanimittatis stupore formata, sed viuæ ac cœlestis disci-
plinæ diuina dispositio delegat, Deû ipsum ostendens patientiæ exemplum: iam primum
qui florem lucis huius super iustos & iniustos æqualiter spargit: qui temporum officia,
elementorum seruitia, totius genituræ tributa dignis simul & indignis patitur simul
occurrere, sustinens ingratiſſimas nationes, ludibria artium & opera manuum suarum
adorantes, nomen cum familia ipsius persequentes, luxuriam, auaritiã, iniquitatem,
malignitatem quotidie insolescentem, vt sua sibi patientia detrahat: plures enim Domi-
num idcirco non credunt, quia seculo iratum tamdiu nesciunt. [Et hæc quidem diu-
næ patientiæ species quasi de longinquo, fors vt de supernis æstimetur. Quid illa autem
quæ inter homines palàm in terris quodammodo manu apprehensa est? Nasci se Deus
in vtero patitur matris, & expectat, natus adoleſcere sustinet, & adultus non gestit agnos-
ci, sed cõtumeliosus insuper sibi est, & seruo suo tinguitur, & tentatoris congressus so-
lis verbis repellit. Cum de domino sit magister, docens hominem euadere mortem, ob
salutem scilicet venire offensa patientia eruditus, non contendit, non reclamauit, nec
quisquam in plateis vocem eius audiuit, arundinè quassatam non fregit, linum fumigans
non restinxit. Nec enim mentitus fuerat Propheta, imò ipsius Dei contestatio, spiritum
suum in filio cum tota patientia collocantis. Nullum volentem sibi adhærere non susce-
pit: nullius mensam tectumve despexit. Atquin ipse lauandis discipulorum pedibus mi-
nistrauit. Non peccatores, non publicanos aspernatus est. Non illi saltem ciuitati quæ
eum recipere noluerat iratus est, cum etiam discipuli tam contumelioso oppido
lestes ignes representari voluissent. Ingratos curauit, insidiatoribus cessit. Parum hoc
si non etiam pro ditorem suum secum habuit, nec constanter denotauit. Cum verò tradi-
tur, cum adducitur, vt pecus ad victimam (sic enim non magis aperit os, quàm agnus sub

CAP. I.

I I.

I I I.

Joan. 13.

Math. 9.

Luc. 9.

Luc. 17.

Math. 14.

Math. 26.

Isai. 53.

Math. 26.

rudentis potestate) ille cui legiones angelorum, si voluisset, vno dicto de caelis affuissent, **D**
Ioan. 18. ne vnus quidem discens gladium in vltorem probauit: patientia Domini in Malcho
Matth. 26. vulnerata est. ²⁰ Itaque & gladij opera maledixit in posterum, & sanitatis restitutione ei,
Matth. 27. quem non ipse vexauerat, satisfecit per patientiam, misericordiae matrem. Taceo ²¹ quod
Marc. 15. figitur. in hoc enim venerat. Nunquid tamen subeundae morti etiam contumeliis opus
Luc. 23. fuerat? Sed saginari voluptate patientiae discessurus volebat. Despuitur, verberatur, deri-
Ioan. 19. detur, foedis vestitur, foedioribus coronatur. Mira æquanimitatis fides. Qui in hominis fi-
 gura propofuerat latere, nihil de impatiētia hominis imitatus est. Hinc vel maximè Pha-
 risæi Dominum agnoscere debuissent, patiētiā huiusmodi nemo hominum perpetraret.
 Talia tantaq; documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem detrectatio fidei
 est, ²² penes nos verò ratio & instructio, satis apertè non sermonibus modò in præcipiendo,
 sed etiam passionibus Domini sustinendo probant his quibus credere datum est, patien-
 tiam Dei esse naturam effectam, & præstantiam ingenitæ cuiusdam proprietatis. [²³ Igi-
 tur si probos quosque seruos & bonæ mentis, pro ingenio dominico conuersari videmus
 (siquidem artificium promerendi, obsequium est: obsequij verò disciplina, morigerata sub-
 iectio est) quantò magis nos secundum Dominum moratos inueniri oportet? Seruos scilicet
 Dei viui, cuius iudiciū in suos, ²⁴ non in compede, aut pileo vertitur, sed in æternitate aut
 pœnæ, aut salutis. Cui seueritati declinādæ, vel liberalitati inuitandæ, tanta obsequij dili-
 gētia opus est, quāta sunt ipsa quæ aut seueritas comminatur, aut liberalitas pollicetur. Et
 tamē nos nō de hominibus modò ²⁵ seruitute subnixis, vel quolibet aliq iure debitoribus
 obsequij, verum etiam de pecudibus, etiam de bestiis obedientiam exprimimus, intelli-
 gentes vltibus ²⁶ nostris eas à Domino prouifas traditāsq; que. Meliora ergo nobis erunt in
 obsequij disciplina, quæ nobis Deus subdit: agnoscūt deniq; quæ obediūt. nos cui soli sub-
 diti sumus, Domino scilicet, auscultare dubitamus? At quā inuisū est, quā etiā ingrātū
 quod per alterius indulgentiā de aliis cōsequaris, idē illi per quē cōsequeris, de temetipso
 non rependere? Nec pluribus de obsequij exhibitione debita à nobis Domino Deo. Satis
 enim agnitio Dei quid sibi incūbat, intelligit. Ne tamen vt extraneū de obsequio videamur
 interieciſſe, ipsum quoq; obsequiū de patiētia trahitur. Nūquā impatiēs obsequitur,
 aut pariens quis obluatur. Quā ergo Dominus omniū bonorū & demonstrator & accep-
 tor, Deus in temetipso circumtulit, quis de bono eius latere retractet: cui item dubiū sit
 omne bonū, quia ad Deum pertineat, pertinentibus ad Deum tota mente sectandū? Per
 quæ in ²⁷ expedito & quasi in præscriptionis cōpendio & commendatio & exhortatio de
 patientia constituta est. [²⁸ Veruntamē procedere disputationem de necessariis fidei nō
 est otiosum, quia nec infructuosum. Loquacitas in edificacione nulla turpis, si quādo tur-
 pis. Itaque si de aliquo bono sermo est, res postulat contrariū quoq; boni recēdere. Quid
 enim sectādū sit, magis illuminabis, si quod vitandū sit proinde digesseris. Consideremus
 igitur de impatiētia: an sicut patientia in Deo, ita aduersaria eius in aduersario nostro na-
 ta atq; cōperta sit: vt ex isto appareat, quā principaliter fidei aduersetur. Nam quod ab
 æmulo Dei conceptū est, utiq; non est amicū Dei rebus. Eadem discordia est rerū quæ
 & auctoriū. Porro cū Deus optimus, diabolus ecōtrariō pessimus, ipsa sui diuersitate te-
 stantur ²⁹ neutrū alteri facere, vt nobis non magis à malo aliquid boni, quā à bono ali-
 quid mali editū videri possit. Igitur ³⁰ natales impatiētiæ in ipso diabolo deprehendo, iam
 tunc cū dominum Deum vniuersa opera quæ fecisset, imagini suæ, id est, homini subie-
 cisse impatiēter tulit. Nec enim doluisset, si sustinuisset: nec inuidisset homini, si non do-
 luisset. Aded decepit eū, quia inuiderat. Inuiderat autē, quia doluerat. Doluerat, quia pa-
 tienter vtique non tulerat. Quid primū fuerit ille angelus perditionis, malus an impa-
 tiens, contemno quærere: palām cū sit, impatiētiā cum malitia, aut malitiā ³¹ ab
 impatiētia auspiciatam; deinde inter se conspirasse, & indiuiduas in vno patris sinu ado-
 leuisse. At enim quam primus senserat, per quam delinquere intrauerit, de suo experimē-
 to quid ad peccandum adiutaret structus, eandem impingendo in crimen homini aduo-
 cauit. conuenta statim illi mulier, non temerè dixerim per colloquium ipsum eius afflata
 est spiritu impatiētia infecto. vsque aded nunquam omninò peccasset, si diuino ³² inter-
 dicto patientiam perseruasset. Quid quod non sustinuit sola conuenta, sed ³³ apud Adam
 nondum maritum, nondum aures sibi debentem, impatiens etiam tacendi est? ac ³⁴ tra-
 ducem illum eius quod à malo hauserat, facit. Perit igitur & alius homo per impatiē-
 tiam alterius: perit mox & ipse per impatiētiā suam vtrobique commissam, & circa
 Dei

A Dei præmonitionem, & circa ³⁵ diaboli circumscriptionem: illam seruare, hanc refutare
 non sustinens. Hinc prima iudicij, vnde delicti origo: hinc Deus irasci exorsus, vnde of-
 fendere homo inductus. Inde in Deo prima patientia, vnde indignatio prima. Qui tunc
 maledictione sola contentus, ab animaduersionis impetu in diabolo tēperauit. Aut quod
 crimen ante istud impatiētiæ admissum homini imputatur? ³⁶ Innocens erat, & Deo de
 proximo amicus, & paradisi colonus. ³⁷ At vbi semel succidit impatiētiæ, desinit Deo sa-
 pere, desinit cœlestia sustinere posse. Exinde homo terræ datus, & ab oculis Dei eiectus,
 facile ³⁸ vsurpari ab impatiētia cœpit in omne quod Deum offenderet. Nam statim illa
 femine diaboli concepta, malitiæ fœcūditate iram filium procreauit: editum suis artibus
 erudit. Quod enim ipsum Adam & Euam morti immerferat, docuit & filii ab homici-
 dio inci pere. Frustrā istud impatiētiæ adscripserim, si Cain ille primus homicida, & pri-
 mus fratricida, oblationes suas à Domino recusatas æquanimenter nec impatiēter tulit: si
 iratus fratri suo non est, si neminem denique interemit. Cū ergo nec occidere potuerit
 nisi iratus, nec irasci nisi impatiens, demonstrat quod per iram gessit, ad eam referendum,
 à qua ira suggesta est, per hæc ³⁹ impatiētiæ tunc infantis quodammodò incunabula. Ce-
 terum quanta mox incrementa: nec mirum. Nam si prima deliquit, cōsequens est vt quia
 prima, idcirco & sola sit matrix in omne delictū, defundens de suo fonte varias criminū
 venas. De homicidio quidem dictum est. Sed ira editum à primordio, etiam quascunque
 postea causas sibi inuenit, ad impatiētiā vt ad originem sui cōfert. Siue enim quis ini-
 micitiis, siue prædæ gratia id scelus cōficit, prius est vt aut odij aut auaritiæ fiat impatiēs.
B Quicquid compellit, sine impatiētia sui nō est, vt perfici possit. Quis adulterium sine li-
 bidinis impatiētia subiit? Quod & si pretio in fœminis cogitur venditio illa pudicitiae,
 vtique impatiētia contemnendi lucri ordinatur. ⁴⁰ Hæc vt principalia penes Dominum
 delicta. Nam vt compendio dictum sit, omne peccatū impatiētiæ ascribendum. Malum
 impatiētia est boni. Nemo impudicus non impatiēs pudicitiae, & improbus probitatis,
 & impius pietatis, & inquietus quietis. Vt malus vnusquisque fiat, bonus perseuerare non
 poterit. Talis igitur excetra ⁴¹ delictorū: cur non Dominum offendat improbatorem ma-
 iorum? An non ipsum quoque Israël per impatiētiā semper in Deum deliquisse mani-
 festum est? exinde quū oblitus brachij cœlestis quo Ægyptiis afflictationibus fuerat ex-
 tractus, de Aaron sibi deos duces postulat, quum in idolum auri sui collationes defundit:
 tam necessarias enim Moyſi cum Domino congregantis impatiēter exceperat moras.
 Post ⁴² manæ escatilem pluiam, post petræ aquatilem sequelam desperat de Domino,
 tridui sitim non sustinendo. nam hæc quoque illis impatiētia à Domino exprobat. *Exod. 17.*
 Ac ne singula peruagemur, nunquā non per impatiētiā delinquendo perierunt. Quo-
 modo autē prophetis manus intulerunt, nisi per impatiētiā audiendi? Domino autem
 ipsi, per impatiētiā etiā videndi. Quod si patientiā inissent, liberaretur. [Ipsa ⁴³ aded est,
 quæ fidē & subsequitur, & antecedit. Deniq; Abraham Deo credidit, ⁴⁴ & iustitiæ depu-
 tatus ab illo est: sed fidē eius patientia probauit, quū filii immolare iussus est, ad fidei non
 tentationē dixerim, sed typicam cōtestationem. Ceterum Deus quem iustitiæ deputasset,
C sciebat. Tam graue præceptū quod nec Domino perfici placebat, patienter & audiuit, &
 si Deus voluisset, impleſſet. Meritò ergo benedictus, quia & fidelis: meritò fidelis, quia &
 patientis. Ita fides patientia illuminata, quum in nationes seminareretur, per semen Abraham,
 quod est Christus, & gratiā legi superduceret, ampliandæ adimplendæq; legi adiutricem
 suā patientiā præfecit, quod ea sola ad iustitiæ doctrinā retrò defuisset. Nam olim & ocu-
 lum pro oculo, & dentē pro dente repetebāt, & malū malo fœnerabant: nondū enim pa-
 tientia in terris, quia nec fides: scilicet interim impatiētia occasionibus legis fruebatur.
 Facile erat absente domino patiētiæ & magistro. Qui postquam superuenit, & gratiā fidei
 patientia cōposuit, iam nec verbo quidē laceſſere, nec fatue quidem dicere ⁴⁵ sine iudicij
 periculo licet. Prohibita ira, restricti animi, compressa petulantia manus, exemptū lingue
 venenū plus lex quā amifit, inuenit: dicente Christo: Diligite inimicos vestros, & male-
 dicētibus benedicite: & orate pro persecutoribus vestris, vt filij sitis patris vestri cœlestis.
 Vides quem nobis patrem patientia acquirat? Hoc principali præcepto vniuersa patiētiæ
 disciplina succincta est, ⁴⁶ quādo ne lingue quidem malefacere cōcessum est. [Iam ⁴⁷ verò
 percurrentibus nobis causas impatiētiæ, cetera quoq; præcepta suis locis respondebūt.
 Si detrimento rei familiaris animus concitatur, omni penē in loco de contemnendo se-
 culo scripturis dominicis commonetur: nec maior ad pecuniæ contemptum exhortatio

subiacet, quàm quòd ipse Dominus in nullis diuitiis inuenitur. Semper pauperes iustificat, diuites prædamnat. ⁴⁸ Ita detrimentum patientiæ, fastidium opulentæ præministrat, demonstrans per abiectione diuitiarum, ⁴⁹ læsuras quoque earum computandas non esse. Quod ergo nobis appetere minimè opus est, quia nec Dominus appetiuit, detruncatum vel etiam ademptum non ægrè sustinere debemus. Cupiditatem omnium malorum radicem spiritus Domini per Apostolum pronunciauit. Eam non in cõcupiscentia alieni tantum constitutam interpretemur: nam & quod nostrum videtur, alienum est: nihil enim nostrum, quoniam Dei omnia, cuius ipsi quoque nos. ⁵⁰ Itaque si damno affecti impatienter senserimus, non de nostro amissum dolentes, ad fines cupiditatis deprehendemur. Alienum querimus, quum alienum amissum dolentes ægrè sustinemus. Qui damni patientia concitatur, terrena cœlestibus anteposendo, de proximo in Deum peccat. Spiritum enim quem à Domino sumpsit, secularis rei gratia concutit. Libentes igitur terrena amittamus, cœlestia tueamur. Totum licet seculum pereat, dum patientiam lucrifaciam. Iam qui minutum sibi aliquid aut furto, aut vi, aut etiam ignauia, non constanter sustinere constituit: nescio an facillè, vel ex animo ipse rei suæ manum inferre posset in causa elemosynæ. Quis enim ab alio secari omnino non sustinens, ipse ferrum in corpore suo ducit? Patientia in detrimentis exercitatio est largiendi & communicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit, nisi idem sit, qui auferendi tunicam, etiam pallium offerre possit? **Quomodo amicos de mammona fabricabimus nobis, si eum in tantum amauerimus, ut amissum non sufferamus? Peribimus cum perduto. Quid hinc inuenimus, ubi habemus amittere? Gentilium est omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortasse animæ anteposant. Nam & faciunt cum lucri cupiditatibus quæstiosa pericula mercimoniorum in mari exercent: cum pecuniæ causa ⁵¹ etiam in foro nihil damnationi timendum aggredi dubitant: ⁵² cum denique ludo & castris sese locant, cum per viam in mores ⁵³ bestiarum latrocinantur. Nos verò secundum diuersitatem, qua cum illis sumus, non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere conuenit; seu sponte in largiendo, seu patienter in amittendo. [⁵⁴ Ipsam animam, ipsumque corpus in seculo isto expositum omnibus ad iniuriam gerimus, eiusque iniuriæ patientiam subimus: ⁵⁵ minorum deliberatione lædemur? Absit à seruo Christi tale inquinamentum, ut patientia maioribus tentationibus præparata in friuolis excidat. Si manu quis tentauerit prouocare, præstò est Dominica ⁵⁶ monela, Verberanti te, inquit, in facie, etiam alteram genam obuerte. Fatigetur improbitas, patientia tua. ⁵⁷ Quibus istus ille sit dolore & contumelia constrictus, grauius à Domino vapulat. Plus improbum illum cædis sustinendo. Ab eo enim vapulabit, cuius gratia sustines. Si linguæ amaritudo, maledictio siue cõuicio eruperit, respice dictum: Quum vos maledixerint, gaudete. ⁵⁸ Dominus ipse maledictus in lege est, & tamen solus est benedictus. Igitur dominum serui consequamur, & maledicamur patienter, ut benedicti esse possimus. Si parum æquanimiter audiam dictum aliquid in me proteruum aut nequam, reddam & ipse amaritudinis vicem necesse est, aut cruciabor impatientia muta. Quum ergo percussero maledictio, quomodo secutus inueniar doctrinam Domini qua traditum est, ⁵⁹ non vasculorum inquinamentis, sed eorum quæ ex ore promuntur, hominem communicari. Item: Manere nos omnis vani & superuacui dicti reatum. Sequitur ergo ut à quo nos Dominus arceat, idem ab alio æquanimiter pati admoneat, hic iam de patientiæ voluntate. Nam omnis iniuria, seu lingua, seu manu incussa, cum patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo ⁶⁰ telum aliquod in petra cõstantissimæ duritiæ libratum & obtusum. Concidet enim ibidem irrita opera & infructuosa, & nonnunquã repercussum in eum qui emisit, reciproco impetu sæuiet. Nempe idcirco quis te lædit ut doleas: quia fructus lædentis in dolore læsi est. Ergo cum fructum eius euerteris nõ dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui: tunc tu non modò illæsus ibis, quod etiam solum tibi sufficit, sed insuper aduersarij tui & frustratione oblectatus, & dolore defensus. Hæc est patientiæ utilitas & voluntas. [⁶¹ Ne illa quidem impatiētiae species excusatur in amissione nostrorum, ubi aliqua doloris patrocinatur asserio. Præponendus est enim respectus denunciationis Apostoli, qui ait: Ne cõtristemi ni dormitione cuiusquam, sicut nationes quæ spe carēt. Et meritò. ⁶² Credentes enim resurrectionem Christi, in nostram quoque credimus, propter quos ille & obiit & resurrexit. Ergo cum constet de resurrectione mortuorū, vacat dolor mortis, vacat & impatiētia dolo**

Matth. 5.
Luc. 16.

VII.

Matth. 5.

Ibidem.

Deut. 21.

Gal. 3.

Marc. 7.

Matth. 12.

IX.

1. Thess. 4.

A doloris. Cur enim doleas, si periisse non credis? Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reuersurum? Profectio est quam putas mortem. Non est lugendus qui antecedit, sed planè desiderandus. Id quoque desiderium patientia temperandum. Cur enim immoderatè feras abisse, quem mox subsequeris? Ceterum impatiētia in huiusmodi, & spei nostræ malè ominatur, & fidem præuaricatur. Et Christum lædimus, cum euocatos quosque ab illo, quasi miserandos non æquanimiter accipimus. ⁶³ Cupio, inquit Apostolus, recipi iam, & esse cum Christo, quantum melius ostendit votum Christianorum. Ergo votum si alios consequutos impatienter dolemus; ipsi consequi nolumus. [⁶⁴ Est & alius summus impatiētiæ stimulus, vltionis libido, negotium curans aut gloria aut malitiæ. Sed & gloria vbiq; vna, & malitia nunquam non Domino odiosa, hoc quidem loco maximè, quum ab alterius malitia prouocata, superiorem se in exequenda vltione constituit, & remunerans nequam duplicat quod semel factum est. Vltio penes errorem solatium videtur doloris, penes veritatem certam redarguitur malignitatis. Quid enim refert inter prouocantem & prouocatum, nisi quòd ille prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior? Tamen vterque læsi hominis Domino reus est: qui omnem nequam & prohibet & damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio est: nec locus discernit, quod similitudo coniungit. Absolutè itaque præcipitur malum malo non rependendum. Par factum, par habet meritum. Quomodo id obseruabimus, si fastidientes in fastidio vltionis non erimus? Quem autem honorem litabimus domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus? Nos putres vasa fictilia, seruulis nostris affumentibus sibi de conferis vltionem, grauius offendimur: eosque qui nobis patientiam obtulerint suam, ut memores humilitatis, seruitutis, ius dominici honoris diligentes, non probamus modò, sed amplio rem quàm ipsi sibi præsumpissent, satisfactionem facimus. Id nobis in Domino tam iusto ad æstimandum, tam potenti ad perficiendum periclitatur? Quid ergo credimus iudicem illum, si non & vltorem? Hoc se nobis repromittit, dicens: Vindictam mihi, & ego vindicabo. id est, Patientiam mihi, & ego patientiam remunerabo. Cum enim dicit, Nolite iudicare, ne iudicemini, nonne patientiam flagitat? Quis enim non iudicabit alium, nisi qui patiens erit non defendendi? quis idcirco iudicat, ut ignoscat? Ac si ignoscat, tamen iudicantis ⁶⁵ impatiētiæ cauere, & honorem vni iudicis, id est, Dei abstulit. Quantos verò casus huiusmodi impatiētia incurfare consueuerat? Quoties pœnituit defensionem? ⁶⁶ quoties instantia eius deterior facta est causis suis? Quoniam nihil impatiētia susceptum, sine impetu transigi nouit: nihil impetu actum, aut non offendit, aut corrui, aut præceps abiit. Iam si leuius defendaris, insanies: si vberius, oneraberis. Quid mihi cum vltione, cuius modum regere non possum per impatiētiæ doloris? Quòd si patientiæ incubabo, non dolebo: si non dolebo, vltisci non desiderabo. [Post ⁶⁷ has principales impatiētiæ materias, ut potuimus regeas, quid inter ceteras euagemur, quæ domi, quæ foris? Lata atque diffusa est operatio mali. Multiplicia spiritus incitamenta iaculantis, & modò paruula, modò maxima. Sed paruula de sua mediocritate contempnas, maximis pro sua exuberantia cedas. Vbi minor iniuria, ibi nulla necessitas impatiētiæ. At vbi maior iniuria, ibi ⁶⁸ necessarior iniuriæ, medela patientiæ. Certemus igitur ⁶⁹ quæ à malo infliguntur sustinere, ut hostis studium, æmulatio nostræ ⁷⁰ æquanimittatis eludat. Si verò quædam ipsi in nos, aut imprudentia, aut sponte etiam superducimus, æquè patienter obeamus, quæ nobis imputamus. Quòd si à Domino nonnulla credimus incuti, cui magis patientiam quàm Domino præbeamus? Quin insuper gratulari & gaudere nos docet, dignatione diuinæ castigationis. Ego, inquit, quos diligo, castigo. O seruum illum beatum, cuius emendationi Dominus instat: cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit. Vndique igitur adstricti sumus officio patientiæ administrandæ. Quia qua ex parte, aut erroribus nostris, aut Mali insidiis, aut admonitionibus Domini ⁷¹ interuenimus, ⁷² eius officij magna merces, scilicet. Quos enim scilicet Dominus nisi patientes nuncupauit dicendo: Beati pauperes spiritu, illorum est enim regnum cœlorum. Nullus profectò spiritu pauper, nisi humilis. Quis enim humilis nisi patiens? quia nemo subiicere sese potest, sine prima patientia subiectionis ipsius. Beati, inquit, stentes atque lugentes. Quis talia sine patientia tolerat? ⁷⁴ Itaque talibus & aduocatio & risus promittitur. Beati mites. Hoc quidem vocabulo: impatientes non licet omnino censeri. Item quum pacificos eodem titulo scilicet notat, & filios Dei nuncupat, nunquid

Philip. 1.

Cap. 2.

Rom. 12.

Deut. 32.

Matth. 7.

Cap. 21.

Matth. 5.

Ibidem.

Luc. 6.

Matth. 5.

impatientes pacis affines? Stultus hæc senserit. Quum verò gaudete & exultate dicit, quod tiens vos maledicent & persequentur: mercus enim vestra plurima in celo: id utique non exultationis impatiētia pollicetur: quia nemo in aduersis exultabit, nisi ante ea contempserit: nemo contemnet, nisi patientiam gesserit. [76] Quod pacis gratissimæ Deo adtinet disciplinam, quis omnino impatiētia natus, vel semel ignosceret fratri suo? non dicam septies, sed septuagies septies? Quis ad iudicem cum aduersario suo dirigēs negotium 77 conuenientia soluet: nisi prius iam doleret, duriciam, amaritudinem, venena scilicet impatiētia amputaret: Quo modo remittes, & remitteretur tibi, si tenax iniuriæ per absentiam patientiæ fueris? Nemo conuulsus animū in fratrem suum, munus apud altare perficiet, nisi prius reconciliando fratri reuersus ad patientiā fuerit. Sol super iram nostrā si occiderit, periclitamur. Non licet nobis vna die sine patiētia manere. Atenim cum omnem speciem salutaris disciplinæ gubernet, quid mirum quod etiam pœnitentiæ ministrat, solitæ lapsis subuenire, 78 cum disuncto matrimonio, ex ea tamen causa, qua licet seu viro, seu femina ad viduitatis perseverantiam sustineri, hæc expectat, hæc exoptat, 79 hæc exorat pœnitentiam, quandoque inituris salutem. Quantum boni vtrique confert, alterū adulterum non facit, alterum emendat. Sic & illis dominicarum similitudinum exemplis de patientia sanctis adest. Erroneam ouem patientia pastoris requirit & inuenit. Nam impatiētia vnam facillè contemneret. Sed laborem inquisitionis patientia suscipit, & humeris insuper aduehit baiulus patiens peccatricem derelictam. Illum quoque prodigum filium patientia patris & recipit, & vestit, & pascit, & apud impatiētiā irati fratris excusat. Saluus est igitur qui perierat, quia pœnitentiam iniit. Pœnitentia non perit, quia patientiam inuenit. Nam dilectio summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quam Apostolus totis viribus sancti spiritus commendat, cuius nisi patientiæ disciplinis eruditur? Dilectio, 80 inquit, magnanimis est: ita patientiam fumit. Benefica est: malum patientia non facit. Non æmulatur: id quidem patientiæ proprium est. Nec proteruum sapit: modestiam de patientia traxit. Non inflatur, non proteruit: non enim ad patientiam pertinet. Nec sua requirit, suffert sua, dum alteri profit: nec incitatur. Ceterum quid impatiētiæ reliquisset? Ideò, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia tolerat. vtrique quia patiens. Meritò ergo nunquam excidet: nam cetera euacuabuntur, consummabuntur. Exhauriuntur linguæ, scientiæ, prophetiæ: permanent fides, spes, dilectio. Fides, quam Christi patientia induxit: spes, quam hominis patientia expectat: dilectio, quam Deo magistro patientia comitatur. [81] Vsq̄ huc de patientia tandem simplici & vniformi, & tantum in animo constituta: quum eadem etiam in corpore, 82 demerendo Domino multipliciter 83 adlaboret: 84 ut potè quæ ab ipso Domino in corporis quoque virtute edita est, si quidem rector animus facillè communicat spiritus inuecta cum habitaculo suo. Quæ igitur negotiatio patientiæ in corpore? In primis adfictio carnis hostia Domino placatoria per humiliationis sacrificium, quum sordes cum angustia victus Domino libat, contenta simplici pabulo puròque aquæ potu, quum ieiunia coniungit, quum cineri & sacco inolefcit. Hæc patientia corporis preces comendat, deprecationes affirmat: hæc aures Christi Dei aperit, seueritatem dispergit, clementiam elicit. Sic ille rex Babylonius offenso Domino cum squalore & pædore septenni ab humana forma exulasset, immolata patientia corporis sui, & regnum recuperavit, & quod optabilius homini est, satis Deo fecit. Iam si altiores & feliciores gradus corporalis patientiæ digeramus, eadem sanctitati quoque procurat continentiam carnis. 85 Hæc & viduam tenet, & 86 virginem adsignat, & 87 voluntarium spadonem ad regna cœli leuat. Quod de virtute animi venit, in carne perficitur, carnis patientia in persequutionibus denique præliatur. Si fuga 88 vrgeat, incommoda fugæ caro militat. Si & carcer præueniat, caro in vinculis, caro in solo, & in illa paupertate lucis, & in illa patientia mundi. Quum verò producit, ad experimentum felicitatis, ad 89 occasionem secundæ intinfectionis, 90 ad ipsum diuinæ sedis ascensum, nulla plus illic quàm patientia corporis, si spiritus pròptus, sed caro sine patientia infirma, vbi salus spiritus & carnis ipsius. At quum hoc Dominus de carne dicit infirmam pronuncians, quid ei firmandæ opus sit ostendit, patientia scilicet 91 aduersus omnem subuertendæ fidei, vel puniendæ paraturā, ut verbera, ut ignem, ut crucē, bestias, gladium constantissimè toleret, quæ Prophetæ, quæ Apostoli sustinēdo vicerunt. [92] His patientiæ viribus secatur Esaias, & de Domino nō tacet. CAP. XIII. *Acto 7.* 93 Lapidatur Stephanus, & veniam hostibus suis postulat. 94 O felicissimum illum quoque,

A que, qui omnem patientiæ speciem aduersus omnem diaboli vim expunxit. Quem non abacti greges, non illæ in pecore diuitiæ, non filij vno ruina impetu adempti, non ipsius denique corporis in vulnere cruciatus, à patientia (fide Domino dedita) excludit, quæ diabolus totis viribus frustra cecidit. Neque enim à respectu Dei tot doloribus auocatus ille est, sed constitit nobis in exemplum & testimonium, tam spiritu quàm carne, tam animo quàm corpore, patientiæ perpetranda: ut neque damnis secularium, nec amissionibus charissimorum, nec corporis quidem conficiationibus succidamus. 95 Quale in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? Quale vexillum de inimico gloriæ suæ extulit, quum ille homo ad omnem acerbum nuntium nihil ex ore promeret, nisi Deo gratias, cum 96 vxorem iam malis delassatam, & ad praua remedia suadentem execraretur? Quid ridebat Deus: quid dissecabatur Malus, quum Iob immundam vlceris sui redundantiam magna æquanimitate 96 distringeret, 97 cum erumpentes bestiolas inde, in eosdem specus, & pastus foraminosa carnis ludendo reuocaret. Itaque operarius ille victoriæ Dei, retusus 98 omnibus iaculis tentationum, lorica clypeoque patientiæ, & integritatem mox corporis à Deo recuperavit, & quæ amiserat reduplicata possedit. 99 Et si filios quoque restitui voluisset, pater iterum vocaretur. Sed maluit in illo die reddi sibi tantum gaudij: securus sic de Domino, distulit. Sustinuit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia viveret. [100] Adeò satis idoneus 100 patientiæ sequester Deus. Si iniuriam deposueris penes eum, vltor est: si damnū, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est. Quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem? Nec immeritò. Omnia enim placita eius tuetur: 101 omnibus mandatis eius interuenit. Fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adiuuat, humilitatem instruit, pœnitentiam expectat, exomologesin adsignat, carnem regit, spiritum seruat, linguam frenat, manum continet, tentationes inculcat, scādala pellit, martyria consummat: pauperem consolatur, diuitem temperat, 102 infirmum non extendit, valentem non consumit, fidelem delectat, gentilem inuitat, seruum domino, dominum Deo commendat, scēminam exornat, virum approbat: amatur in puero, laudatur in iuvene, suspicatur in sene: in omni sexu, in omni ætate formosa est. 103 Age iam si & effigiem, habitumque eius comprehendamus. Vultus illi tranquillus & placidus, frōs pura, nulla mœroris que iræ rugositate contracta: remissa æquè in lætum modum supercilia, oculis humifitate, non infelicitate deiectis. Os taciturnitatis honore signatum. Color qualis securis & innoxii. Motus frequens capitis in diabolum, & minax risus. Ceterum amictus circum pectora candidus, & corpori impressus: ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedet enim in throno Spiritus eius mitissimi & mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, sed est tenera serenitatis, apertus & simplex, quæ 104 tertio vidit Helias. Nam vbi Deus, ibidem & alumna eius, patientia scilicet. Cum ergo spiritus Dei descendit, indiuidua patientia comitatur eum. Si 105 nos cum spiritu admiserimus, in nobis morabitur semper: imò nescio an diutius perseveret sine sua comite ac ministra. Omni loco ac tempore tangatur necesse est: quod cūque inimicus eius inflixerit, solus sustinere non poterit, carens instrumento sustinendi. [106] Hæc patientiæ ratio, hæc disciplina, hæc 107 opera cœlestis & vera, scilicet Christiana, non ut illa patientia gentium terræ, falsa, probrosa. Nam ut in isto quoque Domino 108 diabolus æmularetur, quasi planè ex pari (nisi quod ipsa diuersitas mali & boni æqualiter 109 magnitudinis par est) docuit & suos patientiam propriam: illam dico, quæ maritos dote venales, aut 110 lenociniis negotiantes vxorum potestatibus subiicit. 111 Quæ aucupandis orbitatibus omnem coacti obsequij laborem mentitis adfectionibus tolerat: 112 quæ ventris operarios, contumeliosis patrociniis subiectione libertatis, gulæ addicit. Talia Nationes patientiæ studia nouerunt: & tanti boni nomen, scēdis operationibus occupant: patientes riuulium & diuitum & inuitatorum, impatientes solius Dei viuunt. 113 Sed viderint suam sui 114 Præsides, 115 quam patientia subter ignis expectat. Ceterum nos amemus patientiam Dei, patientiam Christi: rependamus illi, 116 quam pro nobis ipse dependit. Offeramus patientiam spiritus, patientiam carnis, qui in resurrectionem carnis & spiritus credimus.

CAP. I.

I. Onfitore ad Dominum Deum, &c.] Præter Prefatiunculam quandam caput hoc tractat, sicuti & inscriptum: De affectata Philoſophorum Patientia. De qua adeo etiam S. Cyprianus lib. de Bono Patientia cap. 1. & ipse Auctor rursus Vlt. cap. Est autem Tertullianicum Confiteor ad Dominum, pro: Confiteor Domino. Item: suggestum imus. Legimus verò paulopost ex tribus MS. P. auctoris cod. non sim. pro: non sum.

2. quod frui non datur.] Dicimus (inquit Rhenanus) utrumque, & fruor hanc rem, & fruor hac re. Tertulliano etiam non satis est dicere: Vacent sanitate, nisi præpositionem à addat, quod perpetuò ferè facit.

3. etiam qui cæca viuunt.] Hic (ut adnotat idem Rhenanus) elegantiam Cræcam affectat: nam solent illi aduerbia pluratiuè nominum instar usurpare. Expone ergo cæca, pro: cæcè. Non profrus dissimilis apud Cyprianum locutio est, quum inquit, de bono Patientie: Qui non loquimur magna, sed viuimus. Simile est Lucretianum illud: Acerba tuens pro acerbe. Quum autem hic nominatum bonum patientiæ appellet, hinc natus titulus libri citati S. Cypriani.

4. tantum illi subſignant.] Hoc est (inquit Rhenanus) tanti Patientiam faciunt, tantum ei tribuunt. Subſignare, pro subſcribere & ſauere. Aduerſus Marcion. lib. 1. In vobis est, si velitis, illi obsequium subſignare.

CAP. II.

5. Nobis exercendæ Patientiæ, &c.] Capitii huic titulus dedimus: De Dei Patientia. quam etiam celebrat iſdem penè verbis S. Cyprianus dicti libri cap. 2.

6. non affectatio humana, &c.] Sic ex 3. MS. pro: affectio; nam haud abſimiliter S. Cyprian. etiam citante Rhenano: Apparet (inquit) non esse illic veram patientiam, ubi sit insolens affectatæ libertatis audacia, & exerti ac ſeminudi pectoris inuerecunda iactantia qui etiam rectè interpretatur caninam æquanimitatem, de Cynica seu Diogenica tolerantia.

7. stupore.] Pro arrogantiâ, uti hic, accipi videtur. S. Cypriano vox est familiaris, ut adnotauimus ad Epistol. eius 41. num. 21. & ad lib. de Vnitat. Eccl. num. 56.

8. sed viuæ ac cœlestis disciplinæ diuina dispositio delegat.] Legimus cum Latino ex 3. MS. viuæ, pro: viuâ. Atqui (inquit Rhenanus) pro: diligit, quod prima habebat editio, putauimus aliquando nobis scribendum esse, dirigat. Nunc in: delegat mutauimus, non malè, ut putamus. Est delegare, inungere seu committere aliquid. Sic lib. 2. aduerſ. Marc. Nec cautionem eius delegasset sub metu mortis. Porro cœlestem disciplinam votat à Christo misso cœlestis institutam. Quam magisteriis cœlestibus discimus, inquit Cyprianus lib. de Bono Patientia, Veluti declarans quod hic dixit Tertullianus: Cœlestis disciplinæ diuina dispositio.

9. qui florem lucis huius, &c.] Et hunc locum (inquit Rhenanus) ſuauius edisserens Cyprianus: Qualis verò in Deo (inquit) & quanta patientia, qua in contumeliam ſua maiestatis & honoris inſtituta ab hominibus profana templa, & terrena ſigmenta & ſacra ſacrilega patientiſſimè ſuſtinens, ſuper bonos & malos equaliter facit diem naſci, & lumen ſolis oboriri; & cum imbris terram rigat, nemo à beneficiis eius excluditur, quo minus inſiſſimè & iniuſtiſſimè indiſcretas pluuias largiatur? Videmus inſeparabili æqualitate patientia nocentibus & innoxiiſſis, religioſis & impiis, gratias agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obſequi, elementa famulari, ſpirare ventos, fontes fluere, & grandæſcere copias meſſium, fructus miteſcere vinearum, excubere pomis arbuſta, nemora frondeſcere, prata florere, &c. Qui etiam Rhenanus rectè explicat: temporum officia, quia ver ſuo tempore fruges prolicat, æſtas calore concoquit; elementorum ſeruitia. refrigerat enim aër, calefacit ignis, irrigat aqua, terra fructificat.

10. totius genituræ tributa.] Per tributa genituræ (inquit idem Rhenanus) conceptum nutritionemque factus in vtero & partum ipſum intellegit. Animalium, inquam, omnium, non ſolius hominis. Nam genitura Auctori nauitas eſt. Quod ipſum ab eo repetitur, ad illud de Reſurrectione carnis: à benedictione genituræ, & ibidem ad illud: concubitus genituram, & ad illud lib. 4. aduerſ. Marc. genitura peruerſa eſt. Quamquam paulo aliter accipitur lib. aduerſ. Valentin. quem admodum ibi latius. Atqui hic ex MS. 3. legimus: patitur, pro eo quod malè legebatur: patiatur.

11. nomen cum familia ipſius perſequentes.] Ita tres MS. pro eo quod erat: nomen, familiam. Sic autem accipit: nomen (ut rectè adnotauit Rhenan.) ut in lib. de Reſurrect. carn. cum pro nominis fide in medium extracta; & Lactantius lib. 5. de Philoſopho quodam loquens: Tres (inquit) libros euomuit contra religionem nomenque Chriſtianum. Cyprianus: Filios nominis ſui ſemper inimicos. Nempe pro profeſſione Chriſtiana, ut ad marginem eius libri idem Rhenanus adnotauit, & nos quoque ad illud S. Cypriani Epistol. 51. eſt occiſus propter nomen poſtmodum fuerit, num. 50. Similiter etiam Auctor libro ſecundo ad Vxor. cap. 5. obiectione nominis, & l. de Cor. milit. c. 1. inſrã: nomini negocium fecerit.

CAP. III.

12. Et hæc quidem diuinæ patientiæ, &c.] Inſcriptum caput hoc: De Chriſti patientia. quam etiam iſdem penè verbis inculcat Sanctus Cyprianus ubi ſuprà cap. 3. Addidimus autem: quidem ex 3. Manuſcriptis. fors verò pro forte accipitur aduerbialiter.

13. Naſci ſe Deus, &c.] Hæc (eodem Rhenano adnotante) Cyprianus copioſè explicat: Omnes denique actus eius ab ipſo ſtatim aduentu patientia comite ſignantur. Quod primum de illa ſublimitate cœleſti ad terrena deſcendens, non aſpernatur Dei filius carnem hominis induere.

14. & à ſeruo ſuo tingitur.] Sic ex MS. pro
tin

CAP. III.

tingitur: nam Tertulliani phraſin eſſe patet vel ex illo lib. aduerſ. Marc. 1. ubi ſimiliter dixit: oleum quo ſuos unguat; maxime quod etiam Plinius, quem libenter imitatur, dixerit lib. 35. cap. 6. cum purpuris pariter tingitur. Atqui hoc ſic expreſſit loco citato S. Cyprianus: Dominus baptizatur à ſeruo, ſicuti & id quod ſequitur his verbis: Cum diabolo tentante congregiatur, & inimicum tantum viciffè contentus, nil vltra verba conatur.

15. abſolutè ſcilicet veniam offenſæ patientiæ eruditus.] Interpretatur Rhenanus, quam videlicet offenſa patientia dare ſolet, hoc eſt ignoſcitiuam. Verum hic ſcholio opus non erit, ſi legamus cum tribus MS. ob ſalutem ſcilicet venire offenſa patientia eruditus. Quæ etiam lectio magis placet. nam ita loqui ſolet Tertullianus: venire eruditus.

16. Atquin.] Atquin (inquit Rhenan.) uſurpat perpetuò, pro: atqui, quod ſemel adnotare ſufficiat. Talia multa Librarij vetuſtis exemplaribus inuenerunt. Sic & alioqui in receptiſſis, pro alioqui.

17. cœleſtes ignes repræſentari.] Vide inſrã lib. primum aduerſ. Marcion. ad illa verba: panem quo ipſum corpus ſuum repræſentat.

18. Parum hoc, ſi non etiam proditorem, &c.] Cyprianus (adnotante Rhenano) his verbis ſententiam iſtam circumloquitur: Nec mirandum (inquit) quod circa obediētes talis exſpiteris, qui iudicium potius uſque ad extremum longa patientia ſuſtinere, cibum cum inimico ſumere, hoſtē domeſticum ſcire, nec palam offendere. Ergo quod Tertullianus dicit: denotare, id velut explicans Cyprianus dixit: oſtendere. Quæ ipſa ſignificatione dixit inſrã lib. de Fel. Virg. cap. 9. in Eccleſia denotaretur. Alibi ſerè pro: argue-re ab Auctore accipitur, uti patet lib. de Pall. ſuprà n. 3.

19. ne vnus quidem diſcentis.] Diſcentem (inquit Rhenan.) vocat diſcipulum compluribus locis, ſicut audientes, auditores; in lib. de Patientia, & lib. de Vera carne Chriſti. Sed quidiam (inquit) diſcentes Pontici illius. In lib. de Præſcript. adu. hæreticoſ. c. 3. Nonne ab ipſo Domino quidam diſcentium ſcandalizati de- uerterunt. c. 20. ſiue diſcentibus ſeorſum, c. 22. Diſcentibus ſiue diſcentibus (inquit) meis eadem ad vos prædicare mandaueram. Intellegit autem hic Petrum. Eodem item libro: Etiam proprii (inquit) diſcentes & ſucceſſores eorum. Sic etiam lib. adu. Marc. 4. tres de diſcentibus.

20. Itaque & gladii opera maledixit in poſterum.] Quum frequentiſſimè (ut lib. de ſpectaculis n. 1. latius gladiatores impugnet, contra eos propriè hoc dictum videtur; de quo interim latius lib. de Corona Militis.

21. Taceo quod figitur, &c.] Figitur accipit Auctor pro: cruci figitur. Atqui pro: ſubeundæ morti, MS. 3. ſubiendæ, quod neſcio ſi ita antiquius uſurpatum ſit. Paulò autem latius S. Cyprianus hoc proſequitur, additis pulcherrimis antiſiſtheis ab eo loco: Sub ipſa autem paſſione, &c. cæ.

22. penes nos verò ratio & ſtructio.] Alludit ad illud 1. Cor. 1. Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſeu genibus ſtultitia, nobis autem Dei virtus eſt. Eſt autem MS. 3. legant: inſtructio, magis tamen placet ſtructio. Nam (ſicut Rhenanus adnotat) ſtructionem uſurpat, pro: inſtructione, ut l. de Cult. ſæm. c. 11. ſtructius comparatum, pro: inſtructus; & ſtructus, pro: inſtructus, ut in hoc libro paulopost: De ſuo experimento (inquit) quid ad peccatum adiutaret ſtructus: in libro de Reſurr. carn. Quot ſteriles, inquit, utriſque naturæ inſtructioſis genitalibus ſtructi.

23. Igitur ſi probos quoſque ſeruos, &c.] Inſcriptionem capiti huic dedimus: De patientia oblequij, quam viciffim Deo debemus. Accipit autem ingenium dominicum, pro: ingenio dominorum. Legit autem MS. 3. ſecundum Dominum morigeros, pro eo quod excuſi: moratos. quod adeò in textum repoſui, quia nuquam repperi moratos, pro: morigeros.

24. non in compe, aut pileo.] Primum illud uiretè adnotauit Rhenan.) ſeruitutem & pœnam, poſterius manuſcriptionem libertatemque reſpicit. Virgilij interpres ſeruius auctor eſt, ſeruos in Feronia templo olim raſo capite pileum accipere ſolitos. Erat enim inſigne libertatis pileum. Hinc illud: Ad pileum vocare ſeruos, paſſim apud Auctores obuium. Eodem pertinè numiſma Bruui, pileo duobusque pugionibus inſignitum; nam ex his (inquit Dion hiſtor. lib. 47.) Bruui ſignificabat à ſe & Caſſio patriam ſeruitute liberatam. De alijs quoque libertatis inſignis vide T. 3. l. de Præſcript. aduerſ. hæreſes.

25. ſeruitute ſubnixis.] Sic Cyprianus alibi (citante Rhen. de Luciferò loquens lib. de Zelo & liuore. ille (inquit) dudum angelica maiestate ſubnixus, ille Deo acceptus & carus. Quamquam ibi aliter uideatur accipi, nempe pro eo qui nitabatur maiestate, & nimium ea ſibi conſidebat; hic verò pro: ſubiectis.

26. viſibus noſtris eas à Domino prouifas.] Adludit ad illud Gen. 1. Dominamini piſcibus maris, &c. item quod eſt Gen. 9. Terror & tremor veſter ſit ſuper omnia animalia, &c. Atqui pro eo quod ſequitur non ita multò poſt: quis de bono eius latere retractet, MS. 3. legunt: tractet, ſed non placet, quia videtur propriè hic: retractet accipi, non ſicuti alibi, pro tractare, quem admodum lib. adu. Præſcript. T. 3. latius.

27. in expedito.] Phraſis Iureconſultorum in expedito eſſe. Hinc illud Vlpiani l. ſi dubitet. ff. De ſideiuſſ. quum numeratio totius debiti non ſit in expedito. Similiter & illud: in præſcriptionis compendio. Verum de eo latius in Adnot. noſtris ad lib. de Præſcript. adu. hæreſes n. 1.

CAP. V.

28. Verumtamen procedere diſputationem, &c.] Titulus huius capiti haud immeritò inſcribitur: De impatientia. de qua non Auctor modo, ſed & S. Cyp. lib. ſuprà citatis c. 7. tractant latiffimè, multis iſdem penè verbis etiam utens.

29. neutrum alteri facere.] Videtur (inquit Rhenan.) dictum à Tertulliano: Neutrum alteri facere, pro eo quod eſt, neutrum cum altero facere, id eſt: neutrum alteri conſentire.

30. natales impatientiæ.] Appellat (inquit Rhenan.) impatientiæ natales, originem ſue initium impatientiæ. Sic lib. 1. adu. Marc. natales agnitionis dixit: Idcirco (inquit) à Pentateucho natales agnitionis ſupputabuntur. Et in lib. de Pallio: natales mundi: Ab ipſius (inquit) mundi natalibus compotes ſumus.

31. malitiam ab impatientia auſpicatam.] Frequentèr adnotat Tertullian. hic participio paſſiuè Vti. Similiter autem inſrã lib. de Cor. milit. reuelari auſpicatus, ubi idem: Auſpicari (inquit) uſurpat pro ſimpliciter incipere. Atqui pro: quid ad peccandum adiutaret; legunt MS. 3. adiutaret, perinde eſt.

32. si diuino interdicto patientiam perferuisset.] Sic ex 3. MS. pro eo quod erat: præsueruisset. De diuino autem illo interdicto Latius lib. de Feiunio T. 5.

33. apud Adam nondum matitum.] Idem est quod alibi contra Iouinian. habet Hier. Adam quamdiu in paradiso fuit, virginem fuisse.

34. ad traducem.] Quamquam obscure, videtur tamen ad peccatum originale alludere. Verum de eo Latius lib. de Baptif. T. 3. Latius censet legendum, ac traducem: meo quidem iudicio recte.

35. & circa diaboli circumfcriptionem.] Deceptionem (vbi adnotauit Rhenan.) intelligit, qua diabolus Euam circumuenerat. Hanc refutare debebat Adam. Circumfcribere, decipere significat; & Cicero circumfcribere fenatum, est auctoritate fenatum priuare; tracta à fabricis aut chirurgis Metaphora, qui quæ præfieri sunt, prius circumfcribunt. Et reuera primi parentes nostri à diabolo sunt circumfcripti, cuius astu de paradiso sunt ciecti, atque exsilio damnati, omni iure possessionis sibi adempto. Eodem pertinet illud Cornificij: Ne omnino Patres Conscripti circumfcripti putentur.

36. Innocens erat.] De Adami innocentia ante lapsum pleni sunt libri S. Augusti. Aduersus Pelagianos, ad quos Lectorem remittimus.

37. At vbi semel succidit impatientiæ.] MS. 3. succubuit; verum illud placet, eo quod alibi frequenter succidere accipiat Auctor pro: succumbere; vt exempli gratia lib. de Cor. milit. vanitati succidisse, & infra huius lib. cap. 14. conflictationibus succidamus.

38. vsurpari.] Vsurpant (inquit Rhenanus) ad quos ius possessionis spectat. Sic impatientia veluti iam possidens hominem, facile eum ad quidvis traxit, quod Deum offenderet. Est etiam hæc iureconsultorum vox. Non multo autem post legimur ex MS. 3. cum Latino: si iratus fratri suo non est.

39. impatientiæ tunc infantis, &c. incunabula.] Eleganter (inquit Rhenanus) vir vndequaq; doctissimus Tertullianus incunabula impatientiæ vocat prima exordia ac quasi rudimenta. Alioqui incunabula pro natalibus & origine sumere solent Auctores. Iustinus lib. 12. Si non solum tyrocinia, verum etiam incunabula, in ipsis castris possisset. Idem lib. 31. Contra Romanos auitos lares & incunabula maiorum templaque, ac Deorum simulacra inexplabile desiderium videndi tenebat. Aptè verò addit infantis. Similiter dixit Auctor lib. de Præsript. adu. hæreses: quibus incunabulis institutum est corpus.

40. Hæc vt principalia penes Dominum delicta.] Haud absimiliter S. Cyprian. lib. de Bono patient. cap. 5. Adulterium, fraus, homicidium, mortale crimen est, super quo aliquid diximus nostris adnotat. num. 36. Hoc interim hic notandum, quod quum S. August. & alij recentiores delicta accipiant pro peccatis minoribus, Tertull. in genere accipiat pro omni genere peccatorum; vbi autem de grauioribus agit, addit: principalia, capitalia, mortalia. Verum de hoc Latius lib. 4. adu. Marc.

41. excetra delictorum.] Magis placet hæc lectio postrema editionis Basilienfis, quam ea quam habent Lugdunensis & alia quadam, quamque interpretatur Rhenanus, exhedra, eo quod plus habeat energetice dicere impatientiam excetram, id est: hydram, quam dumtaxat: exhedra, id est sedem delictorum. Maxime quum etiam S. Hieron. (vbi iam olim ad me scripsit Ioan. Harrisus, hanc comprobans) epist. 37. ad Iulianum Diaconis eodem significatu excetram accipiat, & multi scripto-

res hydram ab Hercule superatam, eodem appellant nomine.

42. Post manna escatilem pluuiam.] MS. 3. manna. Verum illud placet, tum quod sequatur: petra aquatilem sequalem, tum quod lib. aduers. Jud. cap. 3. ablatino casu versis dicat: manna cibauit, & in accusatiuo aduers. Marc. lib. 4. legi manna. Atqui (vbi adnotauit Rhenanus) hic audis scholasticam phrasin eius temporis.

C A P. VI.

43. Ipsa adeo est, &c.] Vt elipsim initium huius capitis titulum indicat: Quod Patientia fidem antecedit & subsequatur, quod ex parte etiam imitatur S. Cypri. vbi supra c. 4.

44. & iustitiæ depuratus est ab illo, &c.] Omitenda est hic marginalis suspecta adnotatio, In Abraham typica fidei contestatio. Neque enim illud ad fidem aliam quam viam pertinere, ipse Auctor hic indicat, dum subiicit: sed fidem eius Patientia probauit; & paulopost, fides patientia illuminata. Cui similem planè adnotauimus num. 13. Facit pro eodem quod paraphrasticè vertit illud: & iustitiæ deputatus est ab eo, id est: iustus deputatus est, pro eo quod legitur Gen. 22. Et deputatum est ei ad iustitiam.

45. sine iudicij periculo licet.] Istud non tam pertinet ad illud: nec fatue (quod Græcè est μαρό) quidem dicere; quia hoc prohibet Christus sub pœna gehennæ, quam ad id quod præcedit: nec verbo quidem lacessere; quia sic legitur Matth. 5. Quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Nisi dicamus iudicium hic ab Auctore in genere accipi, tamen pro concilio, quam pro gehenna. Atqui in us que sequuntur, rursus Cyprian. Auctorem imitatur sub finem 2. cap.

46. quando ne linguæ quidem malefacere concessum est.] Adnotatu digna hæc ex 3. MS. restitutio, qua: linguæ legimus, pro: dignè; vt non sit opus nos torquere cum Rhenano in huius sententiæ explicatione.

C A P. VII.

47. Iam verò percurrentibus nobis, &c.] Capitis huius titulus rectè hic poni possit: Quod contemptum sæculi Patientia operetur. In quo iterum Auctorem imitatur S. Cyprianus de Bono patient. cap. 5.

48. Ita detrimentum patientiæ, &c.] Obscura (inquit Rhenanus) sententiæ. Videtur sic intelligenda distinguendaque. Ita Dominus præministravit patientiæ detrimentum, subaudi rei familiaris, fastidium opulentiæ, hoc est, contemptum diuitiarum, Apposituè; vt sit sensus, Dominus primus ostendit patientiæ tolerandum esse detrimentum rei familiaris, dum docet diuitias esse contemnendas. Sic aptè cohererebit clausula qua sequitur.

49. Læsuras quoque earum computandas non esse.] Læsuras (interpretatur idem) vocat detrimenta siue dispendia, quum aliquid de re familiari nostra amittitur. Potuisset dicere, iacturæ; sed placuit nouum vocabulum. Sic lib. de Resurr. carn. Præsuras enim & læsuras quibus corrumpitur homo exterior. Eodem lib.

lib. ex læsuris & animæ & carnis obueniunt.

50. Itaque si damno affecti impatienter sententiamur.] Iterum hoc ex MS. 3. restitutum, quum phrasin sit Tertullianicam, pro eo quod Rhenanus suum, vt fatetur, iudicium secutus: impatienter erimus. Cum quibus etiã veteres sequimur legendo: adfines, pro: affines. & supplemus illud: quum alienum amiffum dolentes ægrè sustinemus. & mox: Libentes, pro eo quod tanquam elegantius erat substitutum: Libenter.

51. etiam in foro.] Istud videtur referendum ad forum iudicarium, vt agat contra aduocatos, qui pecunia gratia nihil damnationis timentes, quiduis adgredi dubitant.

52. quum denique ludo & castris sese locant.] Ludum (inquit Rhenan.) gladiatorium intelligit, cuius præfectus Lanista dicebatur; per castra militiam, de quibus latius partim lib. de Spectac. partim lib. de Cor. milit.

53. in mores bestiarum.] Hoc iterum restitui, pro eo quod tanquam elegantius legebatur: more bestiarum. Nam ita legisse Tertullianum (Rhenano teste) codex Paterniacensis aperit ostendit, vt sit: in mores, pro: in morem, pro quo quidam offensi ea lectione legebant, sed vitiose: immemores.

C A P. VIII.

54. Ipsam animam, ipsumque corpus, &c.] Quum à detrimentis temporalibus ad iniuriarum patientiam transeat, rectè hoc caput inscripsimus: De iniuriarum Patientia. In quo partim illum imitatur S. Cypri. vbi supra.

55. minorum deliberatione lædemur, &c.] Similiter dixit Auctor lib. adu. Marc. 4. non decem mensium cruciatu deliberatus. Ad quem locum Rhenanus, deliberatus, inquit, pro: liberatus, & mox locum hunc sic explicat: minorum deliberatione, hoc est dum solliciti sumus vt à minoribus periculis liberemur. Idem autem illud lib. adu. Valentianus: animale medicæ spei deliberatum, longè aliter interpretatur, pro: adiudicatum, ac si diceret: deliberatum, citans Festum Pompeium, qui deruati: deliberare, à libella qua quid perpenditur. Ego quomodo loci illi intelligendi sint, illic Lectorem remittens, hic existimo simpliciter accipi debere pro simplici deliberatione, que minimum à cogitatione differt, vt sit sensus: Minorum iniuriarum deliberata cogitatione lædemur, qui ad maiores iniurias integrum corpus expositum gerere debemus.

56. monela.] Sic monelam (inquit Rhenanus) vsurpat à monendo, pro monitione, sicut à sequendo, sequelam. Paulo ante: Post petra aquatilem sequelam sperant de Domino. Sic lib. adu. Marc. 5. Imò (inquit) nostri monela de cælo.

57. Quiuis ictus.] Dixit (inquit Rhenanus) Quiuis, pro: Quantuscumque.

58. Dominus ipse maledictus in lege est.] Necessariò hoc referri debet ad illud Deuter. 21. Maledictus à Deo omnis qui pendet in ligno. Item ad locum Gal. 3. Vbi post eam scripturam citatam, addit: Vt in Gentibus benedictio Abraham fieret in Christo Iesu. hoc est enim quod addit: & tamen solus benedictus. Quod quum & Patri tribuatur frequentissimè, sanè debet intelligi vt pater non excludatur, sicuti e contrariò filius non excluditur, quum de Patre dicitur: Soli Deo honor & gloria.

59. non vasculorum inquinamentis, &c. hominem communicari.] Sic omnino legendum, pro: communicare, patet tum ex MS. Anglico cod. infra lib. de

ieiuniis, tum ex MS. 3. Vatic. & I. editione, & exciis, illic qui legunt: coinquinari. Quod adeo etiam placeret, nisi constaret citari ab Auctore hic non Mattheum (vbi opinatur Rhenanus) sed Marcum cap. 7. cuius interpres hæc voce: communicare, pro: coinquinare videtur; vt potè apud quem, non verò apud Mattheum, recensentur à Christo Baptismata calicum; cui respondet quod hic habet Auctor: non vasculorum inquinamentis. Plura illic videat Lector.

60. telum, &c. libratum.] Librare hic pro magna vi conicere accipit, imitatus illud Virgilij Aeneid. 9.

- Summa telum librabat ab aure.

Alioqui significatio propria longè alia est, pro ponderare.

C A P. IX.

61. Ne illa quidem Impatientiæ species, &c.] Titulus huius capitis à nobis ponitur: Quod patientia luctum etiam temperet. Quod imitatur S. Cyprian. sub finem libri de Mortalitate.

62. Credentes enim Christi resurrectione, &c.] Paraphrasticè explicat quod sequitur apud Apostolum 1. Thess. 4. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, &c. Atqui paulopost legimus ex 3. MS. Cur enim doleas, pro: Cur ergo.

63. Cupio, inquit Apostolus, recipi iam & esse cum Christo.] Ita ex MS. 3. pro: esse cum Domino. nam Græcè quod ἔργισθαι legitur. Videtur autem etiam hic aliam quam hodie existet, editionem secutus: nam pro eo quod habet: recipi, Græcè est: ἐναλυσθαι, quod rectè vertit noster interpres, dissolui; & tamen eodem modo legit infra, & lib. de Spectac. cap. 28. & lib. 1. ad P. rorem, cap. 5.

C A P. X.

64. Est & alius summus impatientiæ stimulus, &c.] Hoc caput inscripsimus: Quod Patientia vltionis libidinem excludat. In quo isdem penè verbis imitatur Auctorem S. Cyprian. de Bon. Patient. cap. 16. multo latius, quò Lectorem remittimus compendij gratia.

65. tamen iudicantis impatientiam cauit.] Synecdochica (inquit Rhen.) locutio huic Auctori familiarissima, vt, præpositionem & subintelligamus, secundum, vel per impatientiam. Cauere autem iuris verbum. Cauet sibi aliquis ab aliquo. Hic itaque erit sensus Auctoris, ac si dicat: Tamen per iudicantis impatientiam de hoste suo sibi cauit, id est (vbi in verbis iuris persistamus) satis accepit, quod alij satisfacere dicerent. Legimus autem cum eodem Rhenano: incurfare consueuerat, pro: incurfare.

66. quotiens instantia eius deterior facta est caussis suis?] Etiam (inquit Rhenan.) instantia iuris vox est. quare miror à quo postea sit substitutum: quoties impetu eius, nullo plane sensu. Reperitur enim hæc vox leg. finali, De pignorat. actio.

67. Quod si patientiæ incubabo.] Incubare (inquit Rhenan.) pro indormire, translatione sumpta à rebus caris, quas ne perdamus etiam cum dormimus, nobis supponimus custodia causa. Cyprian. in lib. de Eleemosynis: Quod diuitiis tuis solus incubas? Sic in lib. de Præsript. adu. hæres. Tertull. Pectori eius (inquit) incubantem dixit: & in lib. de Resurr. carn. Et de isto (inquit) cælo, quod nobis incubat. Nam cum Maro cecinit:

- Ponto nox incubat atra,
rem incommodam violentamque voluit exprimere. Sanè Plinius aliter loquitur in initio lib. 2. de Natura agens: Aut si vna omnes incubaret, hoc est foueret, ab auiibus

fecificantiis sumpta Metaphora. Similem autem locum S. Hieron. adfert idem Rhenan. ad illud lib. de Pœnit. sacco & cineri incubare, ubi dixit ad Demetriadem: repositis opibus incubare.

C A P. XI.

68. Post has principales, &c.] Inscriptio huius capituli hæc est: Quod præterquam quod reliqua eludat mali spiritibus incitamenta, etiam pro mercede æternam felicitatem recipiat.

69. necessarius.] Comparativum (inquit Rhenan.) inusitatum. Sic necessarius dixit in neutro, in lib. de Car. Christi. Quasi (inquit) necessarius aliquid adferrent, eò quod ille tum maxime agebat. Similiter autem dixit etiam lib. 4. adu. Marc. maius & necessarius lumen, & lib. de Habit. mulier. operas plures & necessarios.

70. quæ à Malo infliguntur.] Similiter supra: vt nobis non magis à Malo, & infra cap. 14. dissecabatur Malus. Vtrobique autem (vt adnotauit Rhen.) Mali nomine diabolus intelligit. Hunc quoque malignum vocat in lib. de Fuga in persecut. Sed crue nos (inquit) à maligno, id est, ne nos induxerit in tentationem, permittendo nos maligno. Sic enim τὸν ὄντον ὄντων, permittendo nos maligno. Aut Mali infidiis. Similiter infra lib. de Cult. fem. Christianus à Malo illo. cap. 5. Et lib. 2. ad Vxor. cap. 6. à Malo immiffa, ac cap. 7. vbi que Malo se inferunt, item: à Malo conciliatur, denique cap. 11. ibi & Malus non est.

71. æquanimittatis.] Non semel & antea & postmodum æquanimittatem accipit Auctor pro patientia.

72. interuenimus.] Interuenimus (inquit Rhen.) erroribus nostris aut mali infidiis, cum nos illis opponimus non consentiendo, sed euitando potius. Sic enim olim Tribunus Senatus consulis intercedebat: at admonitionibus Domini interuenimus, cū illis obsequimur. Sic infra: Omnibus mandatis eius interuenit.

73. eius officij magna merces, felicitas scilicet.] Similes loci à nobis sunt adnotati, & lib. de Pœnit. complures, & aliquot libro ad Martyras. Et imitatur hunc in hoc S. Cyprianus de Bono Patient. c. 4. in hæc verba: Tot denique Prophete interfecit, tot Martyres gloriosis mortibus honorati, qui omnes ad celestes coronas patientie laude venerunt. Neque enim potest accipi dolorum & passionum corona, nisi præcedat in dolore & passione patientia. Deinde etiam libro de Exhortat. Martyrū c. 12. cui hunc dedit titulum: Quæ spes & merces maneat iustos & Martyras post confectationes huius temporis; vbi de hoc adfert complura scripturarum testimonia, & inter ceteras eam qua hic citatur: Merces enim vestra copiosa est in cælis. Vt omittamus alios eius locos qui in indice nostro citantur. Quæ ipsa rursum ab eodem repetuntur Testim. l. 3. ad Quir. c. 16. & 17. Eodem pertinet quod ex persona Dei dixit cap. præced. Ego patientiam remunerabo. & quod habet lib. 4. adu. Marc. Pro differentia mercedum, operarum quoque credenda distantia est. Quum autem merces sit correlativum meriti, locus erat etiam de illo hic aliquid tractandi: sed de eo latius infra cap. 13. contra huius temporis sectarios. Hic sufficiat hæc adnotasse contra eos, qui quum Catholici censeri velint, tamen omnes passiones Martyrum penas esse peccatorum dicere non verentur.

74. Itaque talibus & aduocatio & risu promittitur.] Aduocationis (inquit Rhenanus) vocabulo consolationem accipit; nam sic vertit Græcam dictionem παρακλησιν. Similiter dixit lib. adu. Marc. 3. aduocare

languentes, pro consolari, seu aduocatum languentium agere, quem paulapost illic vocat: aduocatozem. Atqui his verbis non modo interpretatur illud Matth. 5. Quoniam ipsi consolabuntur, sed & id quod habet Lucas: Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

75. merces enim vestra plurima in cælo.] Græcè est & apud Matth. & apud Lucam, ὁ μισθὸς ὑμῶν, pro quo Latine ab omnibus vertitur merces. Atqui merces, teste Varrone lib. 3. de ling. Lat. à merendo dicta. Siquid (inquit) datum pro opera aut opere, merces à merendo. Iidem μισθὸς Græcè apud nullos inquam Auctores reperitur alia significatione quam mercedis, stipendij, præmij. Quæ adnotati diligentius, vt ne quisquam euadere possit, siquis vitam æternam mercedem negare ausus fuerit. Quibus addo, quod etiam aliis locis scripturæ sacræ merces Vita æterna appellatur. Ruth 2. Ecclesiasticus II. 18. 36. ac 50. Sapient. 5. & 10. Matth. 10. 1. Cor. 3. Hebr. 2. 2. Ioan. 1. & Apocal. 11. Item & præmium, Tob. 4. Sap. 4. Item brauium, 1. Cor. 9. Philipp. 3. Denique remuneratio, 2. Cor. 6. Hebr. 10. & 11. Græcè quoque locis citatis μισθὸς, βερεῖλλον, ἀντιμισθία, μισθοδοσία. Quæ omnia eodem pertinere perspicuum est ei qui Græcè nouit. Neque obstat quod in loco Rom. 6. Vocetur Gratia Vita æterna, quia non esse simpliciter Gratiam patet ex illo 1. Joan. Gratiam pro gratia.

C A P. XII.

76. Quod pacis gratiff. Deo adtinet disciplinam, &c.] Titulum huic cap. dedimus: Quod & paci quoque & pœnitentiæ ministret patientia. Imitatur hic etiam Auctorem S. Cypr. c. 6. de Bon. Patient. Atqui (vt adnotat Rhenan.) Adtinere disciplinam dicit, pro disciplina seu ad disciplinam adtinere.

77. conuenientia.] Conuenientiam (inquit idem Rhenan.) usurpat substantiue, pro conuentione & pacto. Quia interest. Alludit ad illud Matth. 5. Esto cū consentiens aduersario tuo, ego potius puto pro: consensu & beneuolentia accipi. Sic enim legit lib. de Orat. & adu. Marc. l. 3. vbi de hoc latius. Adnotat idem figuratam locutionem, vbi legitur & onuullus animum, pro quo MS. 2. animi, sed perinde est lib. de Orat. c. 10. sic istud circumloquitur: siquid discordiæ vel offensæ cū fratre tuo cõtraxeris.

78. cum disuncto matrimonio.] Loqui videtur (vt rectè Rhenanus adnotauit) de Christianis, seu Viris, seu feminis, qui se ethnicis in matrimonio cõiungunt. Hic aliquando contingebat, vt uxor Christiana marito ethnico tandem continentiam persuaderet, quam amplexus ille seruabat; mulier vero pœnitentiam agebat, atque prius factum expiabat apud Ecclesiam iuxta ritum eius temporis. Atque hoc est quod sequitur: Quantum boni vtrique confert, alterum adulterū non facit, alterum emendat. Consentit quod infra dicit: Pœnitentiæ expectat, exomologesin adsignat.

79. hæc exorat pœnitentiam.] Ita hunc locum restitimus, pro: exhortatur, partim ex Paterniacensi cod. qui iuxta quod adnotat Rhenanus legit: exortat, & Gorziensi qui habebat: etortat; partim vero ex MS. 3. Vtic. qui habent: & orat. Neque placet quod putat legendum Rhenan. extortat, vel: etortat, forma frequentatiua, ac si diceret: extorquet, quia apud alios Auctores neutrum illud reperitur.

80. Dilectio, inquit, magnanimis est, &c.] Paulinum (inquit Rhenanus) verbum μακροθυμεία vertit Tertullianus, magnanimis est, quod vocabulum Latinis insolens est. Sed suo more loqui solet. Cyprianus emulato Tertulliani sed styli purioris, Caritas (inquit) magna

magnanima est. Idem μακροθυμεία, magnanimitatem reddidit in lib. de Eleemossina. Alius magis placet longanimis & longanimitas. Vertit etiam: benefica, pro eo quod S. Cyprian. & alij plerique: benigna. quod postremum magis conuenit voci Græcæ μακροθυμεία. Illud Niciasim: Nec proteruum sapit, correspondet voci Græcæ προτερον; nam & Erasmus vertit: non est procaz, & quadam Græca scholia eodem teste interpretantur extollit & ostentare se. Similiter Auctor vertit: proteruit, pro eo quod Græcè est ὄσχυρον, & noster interpres vertit: non est ambitiosa. Item: Nec incitatur, pro eo quod noster interpres, nec irritatur. Nos autem id quod est intermedium: offert sua, dum alteri prodest, pro: suffert sua, quod nullo sensu legebatur, debemus Dn. Latini. Placeret etiam magis: Merito ergo nunquam excidit, quod ita Græcè sit & Latine apud Apostolum; sed nolimus immutare, eo quod sic legantur & MS. Et proinde tum vt constet sensum, tum vt respondeat Apostolo, legimus: euacuabuntur, consummabuntur, exhaustientur, non exhaustientur. Atqui est contrarij ordine hic subiiciuntur, tamen iuxta Apostolum sic intelligendus est Auctor: euacuabuntur prophetiæ, consummabuntur linguæ; nam Græcè est ὡλοσονται, exhaustientur, (vbi repetitur vox: καταργηθήσεται) scientiæ. nam plurali numero γινώσεις legisse videtur.

C A P. XIII.

81. Vt que huc de Patientia tandè simplici, &c.] Tractat hoc caput & ita inscribitur: De Patientia corporis tam in ieiuniis & continentia, quam in subeundis Martyriis. De qua etiam S. Cyprian. lib. de bon. Patient. cap. penult.

82. demerendo Domino.] Similes locos adnotauimus de meritis Pœnitentiæ & Martyrum lib. præced. de Pœnit. & Ad Martyras, eoque vtrouque complures; hic habes merita ieiunij & continentie. Alibi in genere quoque: Pro meritorum nomine (inquit) ordo refurgentium disponetur, & lib. adu. Marc. 2. quoniam & aliàs positum hominem sub iudicio Dei oportebat iustum illum efficere de arbitrij sui, id est liberi, meritis: ceterum nec boni nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non voluntate. Denique Scorpiæ aduersus Gnosticos: Aut quomodo (inquit) multa mansiones apud Patrem, si non pro varietate meritorum. Apud S. Cyprian. in nostro Indice similes locos reperire est numero xvii. Vt ne hic in citando prolixiores simus. Similiter merita Martyrum concelebrant SS. Chrysof. hom. 42. in Genes. 2. in Psalm. 50. in Matth. 27. ad popul. Antioch. 77. & ea quam scripsit post reditum prioris exsili; item lib. 3. adu. Vituper. Vit. Monast. ac Sermonem de Pœnit. & Confess. Ambros. Serm. 91. & 93. Ephemem de laudibus SS. Mart. in fine. August. lib. qui super Exod. cap. 149. lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 36. ac lib. 18. cap. 11. lib. item de Cura pro mort. cap. 5. & lib. 1. de cons. Euangel. cap. 10. Paulinus Nat. 8. Felicitis, Lucianus presbyt. epist. ad vniuers. Eccles. Maximus Serm. de Nazar. & Celfo, Sophron. Serm. de Assumpt. B. Mariæ, & Leo Papa. 1. Serm. 1. & 3. de ieiunio mens. Sept. Neque vero etiam scriptura defunt. Inter quas occurrit imprimis illa Hebr. 13. Talibus enim hostijs promeretur Deus. & Ecclesiast. 16. Omnis misericordia faciet locum vnicuique, secundum meritum suum. Atqui meritum correspondere mercedi supra ex Varrone dictum cap. 11. num. 75. Eodem pertinet vox

Græca ἀξίωσται, sine ἀξίωσθ, vbi legitur loco citato Eccles. 16. ἐκαστος ἕξ τῶ ἐργα αὐτοῦ ἀξίωσθ, que promereri significat. A qua etiam deriuatur vox, qua dicitur Apost. Hebr. 13. τοιαύταις (inquens) γὰρ ὑποσταίς ἀξίωσεται ὁ θεός. Sufficiunt hæc contra eos, qui merita Martyrum aut bonorum operum negat, quia caria deficiet, siquis omnia tum sacræ scripturæ, tum Patrum loca eò pertinentia velit producere. Quid? quod & milites (inquit Isidor. Etym. lib. 10.) vt stipendia accipiant, mereri dicuntur. Quare rectè Auctor infra cap. 15. Quantum (inquit) patientiæ licet, vt Deum habeat debitorem.

83. adlaboret.] Adlaborandi Verbo (inquit Rhen.) Horatius quoque vsus est Odarum lib. 1.

Simplici myrtho nihil adlabores.

84. vtpotè quæ ab ipso Domino, &c.] In prima editione non aliud legebatur quam vtpotè quæ ab ipso Domino in Apostolis sustinendo vicerit; neque etiã aliud legitur 3. MS. Vaticanis codices. Verum ex vetusto codice quæ deerant, suppleuit Gagnæus sua editione per lineas 24. quæ etiam genuina esse Tertulliani styli satis indicat, tum etiam quod nullus sit sensus in verbis illis prioribus, & probè constet sententia quum legitur: vtpotè quæ ab ipso Domino in corporis quoque virtute edita est, & sub finem huius Adpendicis iterum in hæc verba: quæ prophetæ, quæ Apostoli sustinendo vicerunt. Sunt autem voces hæ & phrasæ Tertullianicæ: negotiatio Patientiæ; afflictatio carnis; squalore septenni; altiores gradus patientiæ digerere; sanctitati procurat, virginem adsignat, incommoda militat, aliæque de quibus nostra subiiciuntur Adnotationes. Est interim adhuc Hyperbaton, & corruptus seu mutilus locus, vbi legitur initio huius Adpendicis: siquidem rector animus facillè communicat spiritus inuecta cum habitaculo suo.

85. Hæc & viduam tenet.] De viduarum continentia infra libro duobus ad Vxor. S. Cypr. de Bon. Patient. cap. 9. sic mentem Auctoris expressit: in viduis laboriosam castitatem, in virginibus tuetur beatam integritatem. Atque hoc est quod subiungitur.

86. & virginem adsignat.] Similiter infra cap. 15. exomologesin adsignat. Est autem adsignare etiam vox Iureconsulti vsitata. Sic enim adsignare libertum Modestinus usurpat de Verb. signific. quamquam vti videtur paulò alia significatione. Atqui de virginum continentia infra lib. de virginibus velandis.

87. voluntarium spadonem ad regna cæli leuat.] De continentia spadonum voluntariorum, seu virorum Ecclesiasticorum, infra lib. Exhortat. ad castit. Tom. 5. & latius infra lib. de Cultu fem. c. 9. nu. 51.

88. Si fuga virgeat, &c.] Cum hic fugam in persecutione non improbet, patet scriptum hunc librum ante hæresin, atque adeo ante eius tituli librum, quem habemus, infra Tom. 5. vbi ea de re latius.

89. ad occasionem secundæ intinctionis.] Ita Baptismum sanguinis seu Martyrium nuncupat, de quo libro de Baptismo Tom. 3. vbi eadem phrasæ illud circumscribit.

90. ad ipsum diuinæ sedis ascensum.] Simile est illud S. Cypriani Epist. 52. ad Antonian. vbi Martyres dicit ad gloriam peruenire, statim fidei & virtutis accipere mercedem, omnia peccata passione purgare, statim à Domino coronari. Idque iuxta illud Apostoli supracitatum cap. 9. Cupio iam recipi, & esse cum Christo. Adnotati profectò digni loci ad diluendum, quod Au-

Etlori quidam impingunt, quasi senserit animas Martyrum non ante iudicium in celum recipi. de quo latius inter eius errores in nostris Prolegomenis.

91. aduersus omnem subuertenda fidei, vel puniendae paraturam.] Sic omnino legendum censo, pro eo quod erat: paratum; quod Auctori frequentissima sit vox paratura, pro apparatu, quemadmodum alibi latius.

C A P. XIII.

92. His patientiae viribus secatur Isaias.] Inscriptionem capituli hanc ipse contextus inuit: De exemplis patientiae Isaias, Stephani & Iob. Atqui quod Isaias secutus sit, testantur Epiphanius, Dorotheus, & Isidorus de Vitis Prophetarum.

93. Lapidatur Stephanus, &c.] Locum hunc imitatus S. Cyprianus lib. de Bono Patient. cap. 6. scilicet & apud Rhenan. tacito citatur nomine: Non poteris (inquit) ista perferre, nisi tolerantia & patientia teneas firmitatem. quod factum videmus in Stephano, qui quum à Iudaeis & lapidibus necaretur, non sibi vindictam, sed intercessoribus veniam postulabat, dicens: Domine, ne status illis hoc peccatum. Sic esse oportuit primum Martyrem Christi, qui Martyres sequuturos gloriosa morte praecurrens, non tantum Dominice praedicator esset passionis, sed & patientissima lenitatis imitator.

94. O felicitis illum quoque, &c.] De Iob haud dubie loquitur, ut manifestum est ex S. Cypri. ubi supra.

95. Quale in illo viro feretrum, &c.] Inter instrumenta triumphi (inquit Rhenan.) feretrum est, in quo pompa fertur. Intelligit in quo diabolus triumpharetur, Deo trophaeum statuente. Nam Iob per diuinam gratiam diabolus vicit, impatientia nequam succumbens; quasi dicat: Quale trophaeum de diabolo Deus erexit? Olim circumferebantur arma deuictarum gentium in pompa, mox suspendebantur. Aptè ergo sequitur: Quale vexillum.

96. distringeret.] Basiliens. editio: destringeret. Perinde est utrum legas, quum virumque abraderet significet. Alludit enim ad illud Job 2. quod testa saniem radebat.

97. quum erumpentes bestiolas, &c.] Mirum est unde hoc habeat Tertullianus. nam in libro Job, de bestiis non alia mentio, quam quod habetur cap. 17. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea & soror mea vermis. Existimo autem hoc exemplo motum S. Franciscum; de quo simile quid legitur, quale hic narrat Auctor. Atqui rectè meo iudicio restituit Rhenan. foraminosa, pro eo quod erat aut refoffa, aut reforata; magis enim refert phrasin Africanam.

98. Et si filios quoque restitui voluisset, &c.] si inquam aliis, certè hic est in Auctore ἀποδοῦναι τιμωμῶν, aut non vidit extremam partem ultimi capituli. nam ibi in editione non Latina modo, sed & Graeca, & eiusdem versione, manifestè legitur fuisse Iob filios septem & filias tres, & quod videtur filios suos & filios filiorum suorum in quartam generationem. Verum de hoc latius inter errores eius in Prolegomenis.

C A P. XV.

99. Adeo fati idoneus, &c.] Inscriptum hoc capitulum: Quod omnibus Dei mandatis interueniat, ac de effigie patientiae. In cuius priori parte Auctorem S. Cypri. imitatur cap. 9. & similiter Prudentius in Psychomachia his verbis:

Omnibus vna comes virtutibus associatur,
Auxiliumque suum fortis patientia miscet.

Nulla anceps luctamen inuit virtute sine ista:

Virtus nam vidua est, quae non Patientia format.

100. patientiae sequester.] Elegantisimè (inquit Rhenan.) dictum à viro inaequaque doctissimo. Sequester est, Modestino Iureconsulto desinente, apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deponunt. sic dictus, auctore Launio, quem citat Aulus Gellius, quod eius utraque pars fidem sequatur. Eandem significationem indicat etiam Auctor lib. de Resurr. car. infra Tom. 3. Sequester (inquit de Christo loquens) Dei & hominum appellatus, ex vtriusque partis deposito commisso sibi.

101. omnibus mandatis eius interuenit, &c.] Simile (inquit Rhenan.) Patientiae Encomium non omisit amulor Tertulliani S. Cyprian. lib. de Bono Patient. Patientia est (inquit) quae nos Deo commendat, & seruat. Atqui de vocibus: Exomologesi, & inculcat, pro conculcat, vide lib. de Penitentia.

102. infirmum non extendit, valentem non conulmit.] Quum impatientia infirmitates praecolera soleat augere, & valeudinem bonam consumere, eò certè Auctor videtur alludere: Patientia infirmum non extendit, hoc est non prorogat eius infirmitatem, & valentem non consumit, id est, rectè valentem non conulmit.

103. Age iam si & effigiem, &c.] Locum hunc partim imitatus est in Psychomachia sua Prudentius, dum in pugna Patientiae & Ira sic illam describit:

Ecce modesta graui stabat Patientia vultu,
Per medias immota acies, variisque tumultus,
Vulneraque, & rigidis vitalia peruia pilis
Spectabat defixa oculos, & lenta manebat.

104. quem tertio vidit Helias.] Quandoquidem agit Metaphoricè de throno Patientiae posito, nò in turbine aut nubilo, sed qui sit tenera serenitatis, apertus & simplex, videtur mihi alludere ad nubem lucidam, quae obumbravit Christum, Moysen & Heliam in transfiguratione Domini, Matth. 17. idque eo magis, quod ibi de Christi passione, qui Patientia primum fuit exemplar, sermocinarentur. Atqui tertio vidisse nubem talem Helias dicitur, quia primum 3. Reg. 18. legitur, puero suo ostendisse nubeculam paruum quasi vestigium hominis ascendentem de mari, deinde 4. Reg. 2. per turbem in nube ignea raptus in caelum, tertio denique cum Christo in nube lucida, serena, aperta & simplici apparuit.

105. Si nos cum spiritu, &c.] Hic (inquit Rhen.) variis aliis coniecturis distracti sumus. Verum simplicius videtur, si pro: non, legamus: nos, hoc modo: Si nos cum spiritu admiserimus, in nobis morabitur semper. Aut si cum spiritu. Nam pro: morabitur, legere: inorabitur, pro in extremitate versabitur, ab ora deducto verbo, prorsus durum & absurdum videtur, quamquam in lib. de Resurr. carn. sic loqui videtur. At enim & calix benè sibi conscius, & de diligentia ministerij commendatus, coronis quoque potatoris sui inorabitur, pro eo quod est, in ora suae extremitate cingetur, ut illic indicauimus. Vi autem illa placet restitutio, ita cum omnibus excusis retineo illud: solus sustinere non poterit, eo quod ad spiritum id referatur, non autem (viti Rhenan. opinatur) ad patientiam, utpote de qua sequitur: carens instrumento sustinendi.

C A P. XVI.

106. Haec patientiae ratio, &c.] Caput vltimum insigniuimus hoc titulo: De falsa ethnicorum Patientia, de qua & supra aliquid dixit cap. 1. & latius etiam additis

additis scripturis tractat S. Cyprian. initio sui libri de Bono Patientiae.

107. haec opera caelestis & vera.] Hic iterum non placet coniectura Rhenani, quae legendum censet: vera, & opera, neutro genere in plurali accipit; quia vox vel ipso teste, frequenter: opera feminino genere & singulari numero à Tertulliano pro opere accipitur, ut ipse adnotauit ad illud lib. adu. Hermog. Vbi & opera & operæ operator.

108. Domino diabolus emularetur.] Emulari (viti rectè adnotauit Rhenan.) cum Dativo construit. Iustinus lib. 7. Siquidem amisso qui emulari consueuerant, in segnitiam torporèque resoluti. Sic & Fabius loquitur. Sic etiam dixit lib. de Praescript. adu. heret. emula fidei, & lib. adu. Marc. 5. Christo emula, & lib. de Coron. mil. cap. 11. signum emulum Christo.

109. magnitudinis par.] Tres quidem MS. legunt: magnitudine. Verum (viti ante me adnotauit Rhenan.) par cum Genitiuo iungere solet. Sic in lib. de Praescript. adu. heret. A diabolo, scilicet (inquit) cuius sunt patres. & adu. Marc. lib. 5. Dicimus (inquit) circumferri ab Apostolo aut creatorem, aut (quod nolit Marcion) parem creatoris. Id in plerisque vocibus adiectiuus facit, pro Dativo Genitiui usurpans. Similiter dixit lib. adu. Marc. 3. par creatoris, ac: quorum & ipse par sit. Item lib. 5. parem creatoris.

110. lenociniis negotiantes.] Etiam haec phrasim est Iureconsultorum. nam teste Plpiano, de iis qui notantur infamia. Athletas: lenocinium facit, qui quaestuarum mancipia habuerit, sed & qui in liberis (adde ex sententia Auctoris uxorem) hunc quaestum exercet.

111. Quae aucupandis orbitibus.] Notat (inquit Rhenanus) testamentorum captatores, quos Satyra 12. redarguit Iuuenalis: contra quos etiam alicubi, maxime

clericos, S. Hieronymus.

112. quae ventris operarios, &c.] Appellat (inquit Rhenanus) operarios ventris, quum parasitos & alienarum mensarum asseclas, quibus nihil aliud magis est cura, quam ut ventri satisfiat; tum eos qui se in diuitum diemelam tradunt, quibus illi postea abutuntur. Nam contumeliosorum patrociniis nomine, patronos contumeliosos intelligit, quibus tamen ob ventrem replendum clientes, imò propudiosa mancipia, nusquam non obsequantur. Huiusmodi partim Satyra quinta, partim nona notat Iuuenalis. Ordina bis sic Verba: Quae, subaudi Patientia, operarios ventris addicit gula, hoc est, vendat, sive in nexum dat gula: nam vtrumque significat addicere) subiectione libertatis contumeliosos patrociniis, hoc est subiciendo libertatem contumeliosos patrociniis. Parasitos & ventris mancipia Graeci γαστρὸς ἀσλδιοντες appellant; & in Symposiacis Plutarchus, non minus eleganter quam verè, τῆ γαστρὸς, & τῆ ψυχῆς σωλῆτρως; vocat.

113. Sed viderint suam.] Sic ex coniectura Dn. Latini; patientiam namque. Atqui de vsu verbi illius: viderint, & viderit, vide Adnot. nostras in S. Cypri. epist. 2. num. 53.

114. sui Praesides.] Sui (inquit Rhenan.) dixit pro: eorum.

115. quam patientia subter ignis expectat] Quam (inquit Rhenan.) subaudi patientiam Genitium, subter, id est in inferno, patientia ignis expectat, id est, eterna damnatio.

116. quam pro nobis ipse dependit.] Ex coniectura Ioannis Harrisij Angli, & Dn. Latini Latinijs Itali, substituuimus: dependit, pro: defendit; eo quod alibi quoque sic loquitur Auctor: cum caro & anima dependitur.

ARGVMENTVM LIBRI DE SPECTACVLIS,

PER IACOBVM PAMELIVM.

QVVM iam anno xij. Seueri Romae indicti essent Ludi (de quibus latius in vita Auctoris) seculares octauis, quos & imitari solebant reliquae prouinciae, atque adeo & apud Carthaginem superstitiosa illa (quorum meminit Auctor Scorpiaco aduersus Gnosticos) certamina Graecarum religionum & voluptatum iam celebrari inciperent, in quibus omnis generis Spectacula exhiberi consueuerant, ne aut ignorando aut dissimulando quis peccaret, librum hunc ea occasione scripsisse videtur Tertullianus.

Primum autem recenset ethnicorum argumenta duo, tum quod nihil dicebant religioni obstrepere oculorum solatia, cuius contrarium maxime se demonstrare paratum; tum etiam quod Christianus Spectaculis erudiretur, quò facilius vitam contemneret, quasi verò pigeret propter Deum mori.

Item & iis respondet, qui pretendebant omnia à Deo instituta, & bona omnia, atque adeo & ea ex quibus Spectacula instruuntur; nempe non hoc solum respiciendum, quo omnia sint instituta, sed à quo interpolatore, diabolo nempe, in corruptelam conuersa; alioqui omnes malorum species, quum ex operibus Dei constent, prohibendas non esse.

Jam verò & ad suorum argumentum respondet, qui per scripturas non nominatim denuntia dicebant, hanc Spectaculorum abdicationem, ad hanc speciem pertinere primam illam Dauid vocem: Felix qui non abiit in concilium impiorum, &c.

Nequis autem argumentari illum putet, conuertitur ad principalem auctoritatem I I I.

signaculi nostri, cum aquam ingressi, & Christianam fidem in legis suae verba professi, renuntiassent nos diabolo & pompis & angelis eius ore nostro contestamur; eo quod ex idololatria uniuersa Spectaculorum paratura constet.

- V. Quod comprobatur, primum ex Ludorum origine, qui religionis nomine inter ceteros ritus superstitionum instituti sint, & diebus festis & templis Deorum reputabantur.
- VI. Deinde ex eorum titulis, per quos signatum est, cui idolo & cui superstitioni utriusque generis Ludi notarentur, tum sacri, tum funebres.
- VII. Ex Apparibus item eorundem, maxime Circensium; precedente pompa, de simulacrorum serie, de imaginum agmine, quos precedant etiam, intercedant, succedant sacra & sacrificia; in quibus moueantur collegia, sacerdotia, officia.
- VIII. Ex locis denique, quippe quum Circus Soli principaliter consecratus sit, & singula ornamenta eius, singula templa sint; Non quidem quod loca nos contaminent, atque adeo extra Spectaculorum tempus adiri possint, sed quae in locis fiunt.
- IX. Nunc si particulatim Circenses ludos quis discutiat, Diis deputari, vel elementis, & verò etiam elementorum damnatam idololatriam.
- X. Theatri etiã Apparibus qui ad Scenam spectant, à templis ac aris auspiciari, & Veneris adem à Pompeio superposita; itaque & Liberi domum esse: quae verò voce, modis, organis & lyris trafiguntur, Apollines, Musas, Minervas, Mercurios habere mactantes.
- XI. Agones & ipsos sacros, vel funebres, aut Diis Nationum, aut mortuis fieri; apparatus item illorum idololatria conspurcari. Stadio Circum amulari, & Gymnasticas artes Castorum esse, Herculum, Mercuriorum.
- XII. Munus denique ab officio dictum quod mortuis faciebant, quos humano sanguine propitiari creditum erat, quum impietate postea placuit voluptate adumbrare; postea prouecti ad tantam crudelitatem, ut & feris humana corpora dissiparentur, in quorum idolis demonia consistebant. Acerbioribus item Amphitheatrum consecrari demonibus.
- XIII. Non quod idolum sit aliquid, sed quod quae faciunt, demonibus faciant, atque adeo tum & mortui & Dij unum sint, utraque idololatria abstinere debere Christianos.
- XIII. Atqui non solum idololatria, sed & concupiscentia saeculi nomine, interdici Spectacula.
- XV. Deinde Spiritui lenitatis non posse cum Spectaculis conuenire, ubi per amulationem, furor, bilis, ira & dolor.
- XVI. Furorem enim maxime in Circo praesidere, populo iam de sponsonibus concitato, unde & in discordias itur.
- XVII. Impudicitiae etiam consistorium, quam amoliri iubemur, esse Theatrum, in quo etiam Tragediae, & Comediae, scelerum & libidinum nutrices.
- XVIII. Stadium etsi in scripturis nominetur, quae in eo geruntur, indigna conspectui nostro, & diaboli negotia esse.
- XIX. Amphitheatri denique repudium de scripturis peti, si saeuitiam, impietatem, feritatem consideremus.
- XX. Atque ita responsum illis, qui abstinentiam Spectaculorum specialiter in scripturis non determinari argumentantur, sicuti & illis, qui à Sole & Deo Spectacula conspici argumentantur, nec contaminari, quum alioqui in illum scelus damnatum censeretur.
- XXI. Aliam esse ethnicorum rationem, qui pro libidine interpretantur alibi bonum, quod alibi malum, & e contrario.
- XXII. Atque adeo ab ipsis Auctoribus Spectaculorum manifestè artifices damnari capitibus diminutione, & arceri honoribus omnibus.

Quanto

Quanto magis diuina iustitia in huiusmodi artifices animaduertet, maxime quum xxiii. faciant quae scripturae fieri vetant.

Sed & praeterquam quod in baptismo pompam diaboli eiurauimus, ipsorum ethnorum xxiiii. corum testimonio Spectacula Christianis interdicta esse, eo quod Christianum factum intelligant ex repudio eorundem.

Neque verò de Deo cogitare posse illic ubi nihil est de Deo, & quale est de Ecclesia xxv. Dei in diaboli Ecclesiam tendere: illas manus quas ad Dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare: ex ore quo Amen protuleris, gladiatori testimonium reddere: eis à iuuis alij dicere, nisi Deo & Christo?

Atque adeo non mirum esse, si eiusmodi demoniis penetrabiles fiant, uti duobus xxvi. exemplis comprobatur.

Cum illic nomen Dei blasphemetur, illic quotidiani leones in Christianos expositi xxvii. lentur, inde persecutiones decernantur.

Saginentur itaque voluptatibus ethnici, lugeant Christiani, quorum voluptas non xxviii. in saeculo, sed in caelo esse debeat.

Neque verò etiam hic voluptatibus carere Christianos multo iocundioribus; Qui xxix. bus pro Ludis Circensibus intueri liceat saeculi cursum, pro scenica doctrina satis sit canticorum, pro pugillatu & luctatu agones quibus coronantur; sanguis denique Christi, si sanguinis aliquid velint.

Postremo, quale Spectaculum Aduentus Domini in proximo, cum tanta saeculi ve- xxx. tustas uno igne haurietur, tot Reges cum ipso Ioue in imis tenebris congemiscetes cernentur; item Praesides persecutores saeuioribus quam ipsi saeuierunt flammis liquecentes; denique qualia illa, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Ceterum libri huius nominatim meminit ipse Tertullianus lib. de Habitu muliebri. Nam (inquit) & omnes ista prophana Spectaculorum secularium voluptates, sicut de ipsis suum volumen edidimus, ipsa etiam idololatria ex rebus Dei constat. Non tamen ideo Circi furoribus, aut harenae atrocitatibus, aut Scenae turpitudinibus Christianum adfici oportet; quia Deus & Equum & Pantheram, & vocem homini dedit. Sic etiam lib. de Coron. militis, non Latino modo, sed & Graeco stylo, se de Spectaculis scripsisse disertis verbis significat, quae in Tomum quintum differimus. Hinc est quod Abbas Trithemius, etsi non vidiasset, alioqui initium libri sicuti aliorum descripturus, tamen inter opera Tertulliani librum hunc recenser. Et iam olim ex illo multa descripserunt B. Isidorus Etymol. lib. 18. cap. 16. 27. 28. 29. 34. 35. 37. 42. 43. 53. ac 61. Hrabanus noster De Naturis rerum. Quare optime de Republ. meritis est Gagnaus, qui primus in editione Parisiens. in lucem edidit; quippe quum ad intellectum faciat liber iste omnium praeceptorum Auctorum, non sacrorum modo, sed & profanorum, sicubi de Spectaculorum aliquo genere mentionem faciunt. Castigatus fuit deinde per Sigismundum Gelenium multis in locis ex Lalandi Britannico codice; denique nunc postremum emendatur, partim ex Isidoro & Hrabanis & coniecturis quibusdam Latinij, in totum autem ex codice Anglico, pie memoriae Dn. Doct. Ioannis Clementis, viri longè eruditissimi: Adiectis nunc primum & Argumento & Adnotationibus nostris, quibus illustrantur obscuriores loci quamplurimi; usque adeo ut alio de Spectaculis commentario praeter librum hunc posthac non sit opus.

Y

CAP. I.

I I.
Gen. I.

Exod. 20.

V¹ status fidei, quæ ratio veritatis, quod præscriptum disciplinæ inter cetera seculari errorum etiam spectaculorum voluptates adimat, Dei serui cognoscite, qui cum maximè ad Deum acceditis, recognoscite qui iam accessisse vos testificati & confessi estis, ne aut ignorando aut dissimulando quis peccet. Tanta est enim vis voluptatum, ut & ignorantiam protelet in occasionem, & conscientiam corruptat in dissimulationem, aut vtrunque. Adhuc forsitan alicui opinioniones ethnicorum blandiuntur, quæ in ista causa aduersus nos ita argumentari consueuerunt: Nihil obstrepere religioni in animo & conscientia tua tanta solatia extrinsecus oculorum vel aurium: nec verò Deum offendi oblatione hominis, quæ saluo erga Deum metu & honore, suo in tempore & suo in loco frui scelus non sit. Atquin hoc cum maximè paramus demonstrare, quemadmodum isthæc non competant veræ religioni & vero obsequio erga Deum verum. Sunt qui existiment Christianum expeditum morti genus ad hanc obstinationem abdicatione voluptatum erudiri, quo facilius vitam contemnant amputatis quasi retiaculis eius, ne desiderent quam iam superuacua sibi fecerint: ut hoc consilio potius & humano prospectu non diuino præscripto definitum existimetur. Pigebar scilicet etiam perseuerantes in tantis voluptatibus propter Deum mori. Quanquam & si ita esset, tam apto consilio, tantæ obstinatio disciplinæ debebat obsequium. [Iam verò nemo est, qui non hoc quoque prætendat, omnia à Deo instituta, & homini attributa (sicut prædicamus) & vti que bona omnia, ut boni auctoris: inter hæc deputari vniuersa ista, ex quibus spectacula instruuntur, Circum verbi gratia, & leonem, & vires corporis, & vocis suauitates. Igitur neque alienum videri posse, neque inimicum Dei, quod de conditione constet ipsius: neque cultoribus Dei vitandum, quod Dei non sit inimicum, quia nec alienum. Planè & ipsæ extructiones locorum, quod saxa, quod cæmæta, quod marmora, quod colunæ Dei res sint, qui ea ad instrumentum terræ dedit: sed & ipsi actus sub cælo Dei trāsfiguntur. Quam sapiens argumentatrix sibi videtur ignorantia humana, præsertim cū aliquid eiusmodi de gaudiis & de fructibus seculi metuit amittere. Plures denique inuenias, quos magis periculum voluptatis quam vitæ, auocet ab hac secta. Nam mortem etiam stultus ut debitam non extimescit, voluptatem etiam sapiens ut tantam non contemnit, cū alia non sit & stulto & sapienti vitæ gratia, nisi voluptas. Nemo negat, quia nemo ignorat quod vltro natura suggerit, Deum esse vniuersitatis conditorem, eamque vniuersitatem tam bonam quam homini micipatā. Sed quia non penitus Deum norunt, nisi naturali iure, nō etiam familiarij, de longinquo, nō de proximo, necesse est ignorēt, qualiter administrari aut iubeat aut prohibeat quæ instituit, simul quis sit æmulus ex diuerso, adulterādis vñs diuinæ conditionis, quia neque voluntatem, neque aduersarium noueris eius, quæ minus noueris. Non ergo hoc solum respiciendum est, quo omnia sint instituta, sed à quo cōuersa. Ita enim apparebit cuius vi sint instituta, si appareat cuius nō sint. Multum interest inter corruptelam & integritatem, quia multum est inter institutorem & interpolatorem. Ceterum omnes species malorum, quæ etiam ethnici indubitatè & prohibent & defendunt, ex operibus Dei constant: Vis homicidium ferro, veneno, magis deuinctionibus perfici. Tam ferrum Dei res est quam herbæ, quam angeli. Nunquid tamen in hominis necem auctor ista prouidit? Atquin omnem homicidij speciem vno & principali præcepto interemit: Non occides. Proinde aurum, æs, argentum, ebur, lignum, & quæcunque fabricandis idolis materia captatur, quis in seculo posuit, nisi seculi auctor Deus? Nunquid tamen ut hæc aduersus ipsum adorentur? Atquin summa offensio penes illum idololatria est. Quid non Dei est quod Deum offendit? sed cū offendit, Dei esse desinit, & cū desinit, offendit. Ipse homo omnium flagitiorum actor, non tantum opus Dei, verum etiam imago est: & tamen & corpore & spiritu desciuit à suo institutore. Neque enim oculos ad concupiscentias sumpsimus, neque linguam ad maliloquium, & aures ad exceptaculum maliloquij, & gulam ad gulæ crimen, & ventrem ad gulæ fatietatem

A tatem, & genitalia ad excessus impudicitia, & manus ad vim, & gressus ad vagam vitam, aut spiritus idè in situs corpori, ut infidiarū, & fraudum, & iniquitatum cogitatorum fieret, non opinor. Nam si omnem malignitatem, & si tantā malitiam excogitatum Deus exactor innocentia odit, indubitatè quæcunque condidit, non in exitum operum constat condidisse quæ damnat, licet eadem opera per ea quæ condidit administrantur, quando hæc sit tota ratio dānationis peruersa administratio conditionis à conditis. Nos igitur qui Domino cognito etiā æmulum eius inspicimus, qui institutore comperto etiā interpolatorem vnā deprehēdimus, neque mirari neque dubitare oportet, cū ipsum hominē opus & imaginem Dei totius vniuersitatis possessore illa vis interpolatoris & æmulatoris angeli ab initio de integritate deiecerit, vniuersam substantiam eius pariter cum ipso in peruersitate demutatam aduersus institutorem: ut quā doluerat homini concessam nō sibi, in ea ipsa & hominem reum Deo faceret, & suam dominationem conlocaret. [Hæc conscientia instructi aduersus opinioniones ethnicorum, conuertamur magis ad nostrorū detractatus. Quorundā enim fides aut simplicior, aut scrupulior, ad hæc abdicationem spectaculorum de scripturis auctoritatem exposcit, & se in incertū constituit, quod nō significanter neque nominatim denūtiatur seruis Dei abstinētia eiusmodi. Planè nusquam inuenimus quemadmodū apertè positum est, Non occides, nō idolum coles, non adulterum, non fraudem admittes: ita exertè definitum, non in Circū ibis, non in theatrum, argonem, munus non spectabis. Sed inuenimus ad hæc quoque speciē pertinere illam primam vocē David, Fœlix, inquit, qui non abiit in concilium impiorū, & in via peccatorū non stetit, & in cathedra pestium non sedit. Nam etsi iustum illū videretur prædicasse, quod in concilio & in confesso Iudæorum de Deo denegando consultantium non cōmunicauit, latè tamen semper scriptura diuina diuiditur, vbicunque secūdū præsentis rei sensum etiam disciplina munitur, ut hinc quoque nō sit aliena vox à spectaculorum interdictione: Si enim paucos tunc Iudæos impiorū concilium vocauit, quanto magis tantū conuenium ethnici populini pij ethnici, minus peccatores, minus hostes Christi, quàm tunc Iudæi, quod & cetera congruunt. Nam apud spectacula & in via statur. Vias enim vocant cardines balteorum per ambitum, & discrimina popularium per proclium. Cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad cōfessū situs. Itaque cōtrariō infœlix qui in quodcunque conciliū impiorū abierit, & in quacūque via peccatorū steterit, & in quacunque cathedra pestium sederit, generaliter dictum intelligamus, cū quid etiam specialiter interpretari capit. Nam & specialiter quædā pronuntiata, generaliter sapiunt. Cū Deus Israëlitas admonet disciplinæ vel obiurgat, vti que ad omnes habet: cū Ægypto & Æthiopiæ exitum cōminat, in omnē gentem peccatricem præiudicat. Sic omnis gens vocatur Ægyptus & Æthiopia, à specie ad genus. Quemadmodum etiam de origine spectaculorum omne spectaculum concilium vocat impiorum, à genere ad speciem. [Ne quis argumentari nos putet, ad principalem auctoritatem conuertat ipsius signaculi nostri. Cū aquam ingressi Christianam fidem in legis suæ verba profitemur, renūciasse nos diabolo & pompæ & angelis eius ore nostro contestamur. Quid erit summum ac præcipuum, in quo diabolus & pompæ & angeli eius censeantur, quàm idololatria? ex qua omnis immundus & nequam spiritus, ut ita dixerim, quia nec diutius de hoc. Igitur si ex idololatria vniuersam spectaculorum paraturam constare constitit, indubitatè præiudicatum erit etiam ad spectacula pertinere renunciationis nostræ testimonium in lauacro, quæ diabolo & pompæ & angelis eius sint mancipata, scilicet per idololatriam. Commemorabimus origines singulorum, quibus incunabulis in seculo adoleuerint: exinde titulos quorundam, quibus nominibus nuncupentur: exinde apparatus, quibus superstitionibus instruantur: tum loca, quibus Præsidiis dicentur: tum artes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idolum pertinuerit, id neque ad idololatriam, neque ad nostram eierationem pertinebit. [De originibus quidem ut secretioribus & ignotis penes plures nostrorum altiùs, nec aliundè inuestigandum fuit, quàm de instrumentis ethnicarum litterarum. Exstant auctores multi, qui super ista re commentarios ediderunt. Ab his Ludorū origo sic traditur. Lydos ex Asia transuenas in Hetruria confedisse, ut Timæus refert, duce Tyrreno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Hetruria inter ceteros ritus superstitionum suarum, spectacula quoque religionis nomine instituunt. Inde Romani accersitos artifices mutuatur, tempus, enunciationem, ut ludi à Lydis vocarentur. Sed & si Varro ludos

à ludo, id est à lusu interpretatur, sicut & Lupercos ludos appellabant, quod ludendo discurrat: tamen cum lulum iuuenum & diebus festis, & templis, & religionibus reputat. Nihil iam de causa vocabuli, cum rei causa idololatria sit. Nam & cum promiscue ludi Liberalia vocarentur, honorem Liberi patris manifestè sonabant. Libero enim à rusticis primò fiebant ob beneficium quod ei adscribunt pro demonstrata gratia vini. Exinde ludi Consualia dicti, qui initio Neptunum honorabant. Eundem enim & Consuum vocabant. Dehinc Equiria Marti Romulus dixit: 36 quamquam & Consualia Romulo defendunt, quod ea Conso dicauerit Deo, ut volunt, consilij: eius scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitauit. Probù planè consiliù & nunc quoque apud ipsos Romanos iustum & licitum, ne dixerim penes deum. Facit etenim ad originis maculam, ne bonum existimes, quod initium à Malo accepit, ab impudètis violentiæ alio Deo, à 38 fratricida institutore, à filio Martis: & nunc 39 ara Conso illi in Circo defossa est ad primas metas sub terra, cum inscriptione huiusmodi, **CONSVS CONSILIO, 40 MARS DVELLO, 41 LARES COMITIO POTENTES.** Sacrificant apud eam nonis Iuliis 42 sacerdotes publici, xij. 43 Kalen. Septembres 44 flamen Quirinialis, & virgines. Dehinc idem Romulus 45 Ioui Feretrio ludos instituit in Tarpeio, 46 quos Tarpeios dictos & Capitolinos Pilo tradidit. 47 Post hunc Numa Pompilius Marti & Robigini fecit. Nam & Robiginis deam finxerunt. 48 Dehinc Tullus Hostilius. 49 Dehinc Ancus Martius, & ceteri quoque per ordinem. Et quibus idolis ludos instituerunt, positum est 50 apud Suetonium Tranquillum, vel à quibus Tranquillus accepit. Sed hæc satis erunt ad originis de idololatria reatum. [51 Accedit ad testimonium antiquitatis subsecuta posteritas, formam originis de titulis huius quoque temporis præferens, per quos signatum est cui idolo, & cui superstitioni vtriusque generis ludi notarentur, 52 Megalenses & 53 Apollinæ, item 54 Cereales & 55 Neptunales, & 56 Latiæ, & 57 Florales in commune celebrantur: reliqui ludorum, de natalibus & solennitatibus regum, & publicis prosperitatibus & 58 municipalibus, fastis superstitionis causas originis habent. Inter quos etiam priuatorum memoriis legataria editiones parentant, id quoque secundum institutionis antiquitatem. Nam & à primordio bifaria ludi censebantur, 59 facti & funebres, id est diis Nationum & mortuis. Sed de idololatria nihil differt apud nos sub quo nomine & titulo, dum ad eosdem spiritus perueniat, quibus renunciamus, licet mortuis, licet diis suis faciant. Proinde mortuis suis ut diis faciant, vna conditio partis vtriusque est, vna idololatria, vna renuntiatio nostra aduersus idololatriam. [60 Communis igitur origo ludorum vtriusque generis, communes & tituli, ut de communibus causis, proinde apparatus communes habeant necesse est de reatu generali idololatriæ conditricis suæ. 61 Sed Circensium paulo pompator suggestus, quibus propriè hoc nomen pompa, præcedit, quorum sit in semetipsa probans, de 62 simulacrorum serie, de imaginum agmine, de 63 curribus, de thenis, de 64 armamaxis, de sedibus, de coronis, de exuviis, quæta præterea sacra, quæta sacrificia præcedant, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia moueantur, sciunt homines 65 illius urbis in qua dæmoniorum conuentus confedit. Ea si minore cura per prouincias pro minoribus viribus administratur, tamè omnes vbiq; Circenses illuc deputadi, vnde & petuntur, inde inquinantur, vnde sumuntur. Nam & riuius tenuis ex suo fonte, & furculus modicus ex sua fronde, qualitate originis continet. Viderit ambitio siue frugalitas eius quo Deum offendit: qualiscumque pompa Circi, & si pauca simulacra circuferat, in vno idololatria est: & si vnam thenam trahat, 66 Iouis tamè plaustrum est: quæuis idololatria fordidè instructa, vel modicè locuples, splendida est censu criminis sui. [67 Ut & de locis, secundum propositum exequar, 68 Circus soli principaliter consecratur: cuius ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod non putauerint sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. 69 Quod spectaculum primum à Circe habent. Soli patri suo, ut volunt, editum adfirmant: ab ea & Circi appellationem argumentantur. Planè venifica eis vtiq; negotium gessit hoc, nomine quorum sacerdos erat, dæmoniis & angelis scilicet. Quot igitur in habitu loci ipsius idololatrias recognoscis, singula ornamenta Circi, singula templa sunt. 70 Oua 71 honori Castorum adscribunt, qui illos ouo editos credendo de cygno Ioue non erubescunt. 72 Delphinos Neptuno vident, 73 columnas fessas à sementationibus, messias à messibus, tutelinas à tutelis fructuum, sustinent. ante has tres aræ, trinis diis parent, magnis, potentibus, valentibus. Eisdem 74 Samothracas existimant. 75 Obelisci enormitas, ut Hermateles adfirmat, Soli proficitur

CAP. VI.
De Titulis.

CAP. VII.
De Apparibus.

CAP. VIII.
De Loco.

A stituta: scriptura eius, vnde & census, de Ægypto supersticio est. Frigebat dæmonum concilium sine sua 76 matre magna; ea 77 itaque illic præsidet euripo. Consus (ut diximus) apud metas sub terra delitescit. 78 Murtias quoque idolum fecit. Murtiam enim deam amoris volunt, cui in illa parte ædem vouere. Animaduerte Christiane, quot nomina immunda possederint Circum. Aliena est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupauerunt. de locis quidem locus est retractandi ad præueniendam quorundam interrogationem. Quid enim inquis, si alio in tempore Circum adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla est præscriptio de locis. Nam non sola ista conciliabula spectaculorum, sed etiã templa ipsa sine periculo discipline adire seruus Dei potest vrgere causa simplici duntaxat, quæ non pertineat ad proprium eius loci negotium vel officium. 79 Ceterum & plateæ, & fori, & balneæ, & stabula, & ipsæ domus nostræ sine idolis omninò non sunt, totum seculum fatanas & angeli eius repleuerunt. Non tamè quod in seculo sumus, à Deo excidimus, sed si quid de seculi criminibus attigerimus. 80 Proinde si Capitolium, si Serapeum sacrificator & adorator intraero, à Deo excidam: quemadmodum Circum vel theatrum spectator. Loca nos non contaminant per se, sed quæ in locis sunt, à quibus & ipsa loca cõtaminari altercati sumus: de contaminatis contaminamur. Propterea autem cõmemoramus quibus eiusmodi loca dicuntur, ut eorum demonstremus esse, quæ in his locis sunt, quibus ipsa loca dicantur.

B [81 Nunc de artificio quo Circenses exhibentur. 82 Res equestris retrò simplex de dorso agebatur, & vtiq; communis vsus reus non erat. Sed cum ad ludos coactus est, trãsit à Dei munere ad dæmoniorum officia. 83 Itaque Castori & Polluci deputatur hæc species, quibus equos à Mercurio distributos Stesichorus docet. 84 Sed & Neptunus equestris est, quæ Græci ἰππιον appellant. De 85 iugo verò quadrigas soli, bigas lunæ sanxerunt. Sed & 86 *Primus Eriethonius currus est quatuor ausus Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.*

Eriethonius Mineræ & Vulcani filius, & quidem de caduca in terram libidine, portetum est dæmonicum, imò diabolus ipse, non coluber. Si verò 87 Trochilus Argiuis auctor est currus, 88 primò Iunoni id opus suum dedicauit. Si Romæ Romulus quadrigam primus ostendit, puto & ipse inter idola conscriptus, si 89 idem est Quirinus. Talibus auctoribus quadrigæ productæ, meritò & aurigis coloribus idololatriam vestierunt, & ab initio duo soli fuerunt, 90 albus & rufus. Albus hyemi, ob niues cãdidas: rufus æstati, ob solis ruborẽ voti erant. Sed postea tam voluptate, quàm superstitione prouecta, 91 rufum alij Marti, alij 92 album Zephyris consecrauerunt: 93 Prasinum verò terræ matri vel verno: Venetum cælo & mari, vel autumno. Cum autè omnis species idololatriæ damnata sit à Deo, vtiq; etiã illa datur, quæ elementis mundialibus profanatur. [94 Transeamus ad scenicas res, quarum & 95 originem communem, & titulos pares secundum ipsam ab initio ludorum appellationem & administrationem coniunctam cum re equestri iam ostendimus. Apparatus etiã ex ea parte cõtibus Scenicis.

C sortes, quæ ad scenam spectant: nam à templis & aris, & illa 96 infelicitate thuris & sanguinis 97 inter tibias & tubas itur, duobus inquinatissimis arbitris, funerum & sacrorum, 98 designatore & haruspice. Ita cum de originibus ludorum ad Circenses trãsimus, inde nunc ad scenicos ludos dirigimus, à loci vitio. 99 Theatrum propriè sacrarium Veneris est. Hoc denique modo id genus operis in seculo euasit. 100 Nam sæpè censores renascentia cum maxime theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingès de laetitia prouidebant, ut iam hinc ethnicis in testimonium cedat sententia ipsorum nobiscum faciens, & nobis in exaggerationem discipline etiam humanæ prærogatiua. 101 Itaque Pompeius Magnus solo teatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoque memoriæ suæ censoriam animaduersionem, 102 Veneris ædem superposuit, & ad dedicationem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupauit, cui subiecimus, inquit, gradus spectaculorum: ita damnatum & damnandum opus templi titulo prætextuit, & disciplinam superstitione delusit. sed Veneri & Libero conuenit. Duo ista dæmonia conspirata & coniurata inter se sunt, ebrietatis & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus est. Nam & alios ludos scenicos Liberalia propriè vocabant, præter quàm Libero deuotos, 103 quod sunt Dionysia penes Græcos, etiam à Libero institutos. Et est planè in artibus quoque scenicis Liberi & Veneris patrocinium, quæ priuata & propria sunt scenæ, de gestu & corporis fluxu. Nam mollitiam Veneri & Libero immolant: illi per sexum, illi per fluxum, dissoluti.

104 Quæ verò voce & modis & organis & lyris trãsuntur, 105 Apollines & Musas & Mi-

CAP. IX.
De arte Circi.

CAP. X.
De Theatris, & artibus Scenicis.

neruas & Mercurios mancipēs habēt. oderis Christiane, quorum auctores non potes non odisse. Iam nunc volumus suggerere de artibus, & de his, quorum auctores in nominibus execramur. Scimus nihil esse nomina mortuorum, sicut nec ipsa simulacra eorum. Sed non ignoramus, qui sub istis nominibus & institutis simulacris operentur & gaudeant, & diuinitatem mentiantur, ¹⁰⁵ nequam spiritus scilicet dæmones. Videmus igitur etiam artes eorum honoribus dicatas esse, qui nomina incolunt auctorum earum, nec ab idololatria vocare, quarum institutores etiam propterea dii habentur. Imò quod ad artes pertinet, altius præscripsisse debemus, dæmonas ab initio prospicientes sibi inter cetera idololatriæ etiam spectaculorum inquinamenta, quibus hominem à Deo auocarent, & suo honori obligarent, eiusmodi quoque artium ingenia inspirasse. Neque enim ab aliis præoccupatum fuisset, quod ad illos peruenturum esset. Nec per alios tunc homines edidissent, quàm per ipsos, in quorum nominibus & imaginibus & historiis fallaciam con-

CAP. XI. fecrationis sibi negotium acturæ constituerant. [¹⁰⁶ Vt ordo peragatur, ineamus etiam De Agonum retractatum. Origo istis de ludorum propinquitate est. Inde & ipsi sacri vel funebres instituti, aut diis nationum aut mortuis sunt. ¹⁰⁷ Proinde Tituli ¹⁰⁸ Olympia Ioui, quæ sunt Romæ capitolina. Item ¹⁰⁹ Herculi Nemæa, ¹¹⁰ Neptuno Isthmia, ceteri mortuorum varij agones. Quid ergo mirum, si apparatus agonum idololatria conspurcat de coronis profanis, de ¹¹¹ sacerdotibus Præsidibus, de collegiariis ministris, de ipso postremo boum sanguine, vt de loco suppleam, vt de loco communi pro collegio artium musicarum & mineralium, & apollinariū, etiam martialium, per duellum, per tubam, ¹¹² vt stadio Circum æmulètur, quod vtique templum est, & ipsum eius idoli cuius solennitates agit. ¹¹³ Sed & gymnicas artes Castorū & Herculum & Mercuriorum disciplinæ

CAP. XII. prodiderunt. [¹¹⁴ Superest illius insignissimi spectaculi acceptissimi recognitio. Munus dictum est ab officio: ¹¹⁵ quoniam officium etiam Muneris nomen est. Officium autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres arbitrabantur, posteaquàm illud humaniore atrocitate temperauerunt. Nam olim quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, ¹¹⁶ captiuos vel malo ingenio seruos mercati in exequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos parauerant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantum vt occidi discerent: mox edicto die ¹¹⁷ Inferiarum apud tumulos erogabant: Ita mortem homicidiis consolabantur. Hæc Muneris origo, sed paulatim prouecti ad tantam gratiam, ad quantam & crudelitatem, quia ferrum voluptati satis non faciebat, ¹¹⁸ nisi & feris humana corpora dissiparentur. ¹¹⁹ Quod ergo mortuis litabatur, vtique parentationi deputabatur. Quæ species proinde idololatria est, quoniam & idololatria parentationis est species. Tam hæc quàm illa mortuis ministrat. In mortuorum autem idolis dæmonia consistunt, vt & titulos consideremus: licet transferit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viuentium, ¹²⁰ quæsturas dico & ¹²¹ magistratus & ¹²² flaminia & sacerdotia: cum tamen nominis dignitas idololatriæ crimine teneatur, necesse est quidquid dignitatis nomine administratur, communicet etiam maculas eius, à qua habet causas. Idem de apparatus interpretabimur in ipsorum honorū suggestu deputandis, ¹²³ quòd purpuræ, quòd fasciæ, quòd vittæ, quòd coronæ, quòd denique ¹²⁴ conciones & edicta, & ¹²⁵ pultes pridianæ sine pompa diaboli, sine inuitatione dæmonum nō sunt. Quid ergo de horrido loco per-orem, quæ nec periuria sustinent: pluribus enim & asperioribus nominibus ¹²⁶ amphitheatrum consecratur, quàm ¹²⁷ capitolium omnium dæmonum templum est. Torillie immundi spiritus confidunt, quot homines capit. Vt & de artibus concludam, ¹²⁸ Martem

CAP. XIII. & Dianam vtriusque ludi Præsides nouimus. [¹²⁹ Satis, opinor, impleuimus ordinem, quot & quibus modis spectacula idololatriæ committant, de originibus, de titulis, de apparatus, de locis, de sacrificiis, quo certi sumus, nulla ex parte competere nobis ea, qui idolis renunciauimus: Non quòd idolum sit aliquid (vt Apostolus ait) sed quòd quæ faciunt, dæmoniis faciunt, consistentibus scilicet in ¹³⁰ consecrationibus idolorum siue mortuorum, siue (vt putant) Deorum. Propterea igitur, quoniã vtraque species idolorum conditionis vnus est, dum mortui & dii vnum sunt, vtraque idololatria abstineamus: nec minus templa, quàm monumenta despuimus: neutram aram nouimus, neutram effigiem adoramus: non sacrificamus, non parentamus, sed neque de sacrificio & ¹³¹ parentato edimus, quia non possumus cœnam Dei edere, & cœnam dæmoniorum. Si ergo gulam & ventrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis angustiora nostra

1. Cor. 10.
1. Cor. 10.

A oculos & aures ab ¹³² idolothytis & necrothytis voluptatibus abstinemus, quæ non intestinis transfigurantur, sed in ipso spiritu & anima digeruntur: quorum munditia magis ad Deum pertinet, quàm intestinorum. [¹³³ Nunc interposito nosse de idololatria, quod **X I I I.** solum subiectum sufficere deberet ad abdicationem spectaculorum, alia iam ratione tractemus ex abundantia: propter eos maxime qui sibi blandiuntur, quòd non nominatim abstinentia ista præscripta sit, quasi parum etiã de spectaculis pronuncietur, cum ¹³⁴ concupiscentiæ seculi damnantur. Nam sicut pecuniæ, vel dignitatis, vel gulæ, vel libidinis, **1. Ioan. 2.** vel gloriæ: ita & voluptatis concupiscentia est. Species autem voluptatis etiam spectacula (opinor) generaliter ¹³⁵ nominatæ concupiscentiæ continent in se & voluptates: Æque generaliter intellectu voluptates specialiter & in spectacula differuntur. Ceterum retulimus suprà de locorum conditione, quòd non per semetipsa nos inquinant, sed per ea quæ illic geruntur, per quæ simul inquinamentum combiberint, tunc & in alteros respuunt. [¹³⁶ Viderit ergo, vt diximus, principalis titulus idololatriæ, reliquas rerum **x v.** ipsarum qualitates contrariis omnes feramus. ¹³⁷ Deus præcepit spiritum sanctum, vt potè pro naturæ suæ bono tenerem & delicatum, tranquillitate & lenitate, & quiete & pa-

B & probè spectaculis fruitor, pro dignitatis vel ætatis, vel etiam naturæ suæ conditione: non tamen immobilis animi est sine tacita spiritus passione. Nemo ad voluptatem venit sine adfectu, nemo adfectum sine casibus suis patitur. Ipsi ¹³⁸ casus incitamenta sunt adfectus. Ceterum si cessat adfectus, nulla est voluptas, & est reus iam ille vanitatis eò conueniens, vbi nihil consequitur. Puto autem etiam vanitas extranea est nobis. Quid quòd & ipse se iudicat inter eos positus, quorum se similem nolens vtique detestatorem confitetur? Nobis satis non est, si ipsi nihil tale faciamus, nisi & talia facientibus non conferamus. Si furem, inquit, videbas, concurrebas cum eo. Vtinam ne in seculo quidem **Psal. 49.** simul cum illis moraremur: sed tamen in secularibus separamur, quia seculum Dei est, secularia autem diaboli. [¹⁴⁰ Cum ergo furor interdicatur nobis, ab omni spectaculo **x v i.** ferimur, etiam à Circo, vbi propriè furor præsidet. Aspice populum ad id spectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum, ¹⁴¹ iam de sponsonibus concitatum. ¹⁴² Tardus est illi Prætor, semper oculi in vrna eius cum fortibus volutantur. Dehinc ad signum anxij pendens, vnus dementiæ vna vox est. Cognosce dementiam de vanitate: Mistr ¹⁴³ dicunt, & nunciant inuicem quod simul ab omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatatis, non vident missum quid sit, mappam putant: sed est diaboli ab alto præcipitati figura. Ex eo itaque itur in furias & animos & discordias, & quidquid non licet sacerdotibus pacis. Inde maledicta, conuicia sine iustitia, odij etiam suffragia sine merito amoris. Quid enim consecuturi suum illic agunt, qui sui non sunt? nisi fortè

C hoc solum, per quod sui non sunt: de aliena infœlicitate contristantur, de aliena fœlicitate lætantur. Quidquid optant, quidquid abominantur, extraneū ab illis est. ita & amor apud illos ociosus, & odium iniustum. Et forsitan sine causa amare liceat, quàm sine causa odisse. Deus certè etiam cum causa prohibet odisse, qui inimicos diligere iubet. Deus **Math. 5.** etiam cum causa maledicere non sinit, qui maledicentes benedici præcipit. Sed Circo **Marc. 7.** quid amarius, vbi ne ¹⁴⁴ principibus quidem aut ciuibus suis parcunt? Si quid horum **Rom. 13.** quibus Circus furit, ¹⁴⁵ aliubi competit sanctis, etiam in circo licebit. Si verò nusquam, idèd nec in Circo. [¹⁴⁶ Similiter impudicitiam omnem amoliri iubemur. Hoc igitur **mo. x v i i.** do etiam à teatro separamur, quod est priuatum consistorium impudicitæ, vbi nihil probatur, quàm quod alibi non probatur. Ita summa gratia eius de spurcicia plurimum concinnata est, ¹⁴⁷ quam Atellanus gesticulator, ¹⁴⁸ quam Mimus etiam per mulieres representat sexum pudoris exterminans, vt facilius domi quàm in scena erubescant. Quam ¹⁴⁹ denique Pantomimus à pueritia patitur in corpore, vt artifex esse possit. Ipsa etiã prostibula publicæ libidinis hostiæ in scena proferuntur, plus miseræ in præsentia sceminarum, quibus solis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur, locus, ¹⁵⁰ stipes, elogium, etiam quibus opus non est, prædicatur. Taceo de reliquis, ea quæ in tenebris & in speluncis suis delitescere decebat, ne diem cõtaminarent. Erubescat

fenatus, erubescant ordines omnes. Ipsæ illæ pudoris sui interemptrices de gestibus suis ad lucem & populum expauescetes semel anno erubescunt. Quod si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire quæ loqui non licet? Cum etiam scurrilitatem & omne vanum verbum iudicatum à Deo sciamus, cur æquè liceat videre, quæ facere flagitium est? Cur quæ ore prolata communicant hominem, ea per oculos & aures admissa non videantur hominem communicare: ¹⁵¹ cum spiritui appareant aures & oculi, nec possit mundus præstari, cuius apparitores inquinantur? Habes igitur & theatri interdictionem, de interdictione impudicitia. [¹⁵² Sin & doctrinam secularis litteraturæ vt stultitiæ apud Deum deputatam aspernamur, satis præscribitur nobis & de illis speciebus spectaculorum, quæ seculari litteraturæ ¹⁵³ lusoriam vel agonisticam scenam dispungunt: quod sint tragædiæ & comædiæ scelerum & libidinum auctrices, crueltæ & lasciuæ, impiæ & prodigæ. Nullius rei aut atrocis, aut vilis commemoratio melior est: quod in facto reicitur, etiam in dicto non est recipiendum. ¹⁵⁴ Quod si & stadium contendas in scripturis nominari, sanè obtinebis. Sed quæ in stadio geruntur, indigna conspectui tuo non negabis, pugnos & calces & colaphos & omnem petulantiam manus, & quamcunque humanioris, id est, diuinæ imaginis depugnationem. ¹⁵⁵ Non probabis vsquam vanos cursus & iaculatus & saltus vaniores, nusquam tibi vires aut iniuriôsæ aut vanæ placebunt, sed nec cura factitij corporis, ¹⁵⁶ vt plasticam Dei supergressæ propter ocium Græciæ altiles homines oderis. Et ¹⁵⁷ palæstrica diaboli negotium est. ¹⁵⁸ Primos homines diabolus elisit. Ipse gestus colubrina vis est tenax ad ocepandum, tortuosa ad obligandum, liquida ad elabendum. Nullus tibi coronarum vsus est, quid de coronis voluptates aucuparis? [¹⁵⁹ Expectabimus nunc vt & Amphitheatri repudium de scripturis petamus. Si ¹⁶⁰ scuitiam, si impietatem, si feritatem permissam nobis contendere possumus, eamus in amphitheatrum. Si tales sumus quales dicimur, delectemur sanguine humano. Bonum est cum puniuntur nocentes. Quis hoc nisi nocens negabit? Et tamen innocens de supplicio alterius lætari non potest, cum magis competat innocenti dolere, quod homo par eius tam nocens factus est, vt ¹⁶¹ tam crudeliter impendatur. Quis autem mihi sponsor est, nocentes semper vel ad bestias vel ad quodcunque supplicium decerni, vt non innocentia quoque inferatur, aut vltione iudicantis, aut infirmitate defendentis, aut instantia quæstionis? Quam melius ergo est nescire cum mali puniuntur, nesciam & quum boni pereunt, si tamen boni sapiunt. ¹⁶² Certè quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, vt publicæ voluptatis hostiæ fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale est vt de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiat. Sed hæc ethnicis respondi. Ceterum absit vt de istius spectaculi auersione diutius discat Christianus: quamquam nemo hæc omnia plenius exprimere potest, nisi qui adhuc spectat. malo non implere quàm meminisse. [Quam ¹⁶³ vana igitur, immò desperata argumentatio eorum, qui sine dubio tergiuersationem admittendæ voluptatis ostendunt. Nullam eius abstinentiæ mentionem specialiter vel localiter in scripturis determinari, quæ directò prohibeant eiusmodi conuentibus interesse seruum Dei. Nouam proximè defensionem ¹⁶⁴ suauiudij cuiusdam audiui. Sol (inquit) imò etiam ipse Deus de cælo spectat, nec contaminatur. Planè sol & in cloacam radios suos defert, nec inquinatur. Vtinam autem Deus nulla flagitia hominum spectaret, vt omnes iudicium euaderemus. Sed spectat & latrocinia, spectat & falsa, & adulteria, & fraudes, & idololatrias, & spectacula ipsa. Idcirco ergo nos non spectabimus, ne videamur ab illo qui omnia spectat. Compares hominem & iudicem: reum, qui quia videtur, reus est: iudicem, qui quia videt, iudex est. Nunquid ergo & extra limites circi furori studemus, & extra cardines theatri impudicitia intendimus, & insolentia extra stadiū, & immiseri cordiæ extra amphitheatrum, quod Deus etiam extra cameras, & ¹⁶⁵ gradus, & ¹⁶⁶ apulias oculos habet. Erramus, nusquam & nunquam excusatur quod Deus damnat. Nusquam & nunquam licet, quod semper & vbique non licet. Hæc est veritatis integritas, & quæ ei debetur disciplinæ plenitudo & æqualitas timoris, & fides obsequij, non immutare sententiam, nec variare iudicium. Non potest aliud esse, quod verè quidem est bonum seu malum. Omnia autem penes veritatem Dei fixa sunt. [¹⁶⁷ Ethnici, quos penes nulla est veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis Deus, malum ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretantur, alibi bonum quod alibi malum, & alibi malum quod alibi bonum. Sic ergo euenit, vt qui in publico vix necessitate vesicæ tunicam leuet: idem in circo aliter non exulter, nisi totum pudorem

A ¹⁶⁸ corem in faciem omnium intentet. & qui filia virginis ab omni spurco verbo aures tueretur, ipse eam in theatrum ad illas voces gestulationesque deducat, & qui in plateis litteram manu agentem aut compefcit, aut detestatur, idem in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat. Et qui ad cadauer hominis communi lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derosa & dissipata, & in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis desuper incumbat. Imò qui propter homicidæ pœnam probandam ad spectaculum veniat, idem ¹⁶⁹ gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum. Et qui insigniori cuique homicidæ leonem poscit, idem gladiatori atroci ¹⁷⁰ perat rudem, & pileum præmium conferat. Illum verò confectum etiam amoris spectaculo repetat, libentius recognoscens de proximo, quem voluit occidere de longinquo, tanto durior si noluit. [¹⁷¹ Quid mirum de inæquata ista hominum miscentium & commutantium statum boni & mali per inconstantiam sensus & iudicij varietate? ¹⁷² Etenim ipsi auctores & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xyfticos, harenarios illos amarissimos, quibus viles animas foeminae, aut illi etiam corpora sua substernunt, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte quam magnificiunt, deponunt, & deminuunt, imò ¹⁷³ manifestè damnant ignominia & ¹⁷⁴ capitis minutione, ¹⁷⁵ arcentes curia, rostris, fenatu, equite, ceterisque honoribus omnibus simul ac ornamentis. Quibus quanta peruersitas. Amant quos multant, depreciant quos probant. Artem magnificant, artificem notant. Quale iudicium est, vt ob ea quis offuscetur, per quæ promeretur? Imò quanta confessio est malæ rei, quarum auctores, quum acceptissimi sint, sine nota non sunt. [¹⁷⁶ Quum igitur humana recordatio etiam obstrepente gratia voluptatis damnandos eos censeat ademptis bonis dignitatum in quendam scopulum famositatis, quanto magis diuina iustitia in eiusmodi artifices animaduertit? An Deo placebit auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister, tot statuum, vt sacerdos coronatus, vel ¹⁷⁷ coloratus vt leno, quem curru rapiendum diabolus aduersus Heliam exornauit? Placebit & ille, qui ¹⁷⁸ vultus suos nouacula mutat infidelis erga faciem suam, ¹⁷⁹ quam non contentus Saturno & Ifidi & Libero proximam facere, insuper ¹⁸⁰ contumeliis alaparum sic obiicit, quasi de præcepto Domini ludat? Docet scilicet & diabolus verberandam maxillam patienter offerre: ¹⁸¹ Sic & tragædos cothurnis extulit, ¹⁸² quia nemo potest adicere cubitum vnum ad staturam suam, mendacem facere vult Christus. Iam ¹⁸³ verò ipsum opus personarum, quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem verat fieri, quanto magis imaginis suæ. Non amat falsum auctor veritatis: adulerterium est apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem sexus, ætates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adseuerantem non probabit, qui omnem hypocrisim damnat. Ceterum cum in lege præscribit, ¹⁸⁴ maledictum esse qui muliebribus vestietur, ¹⁸⁵ quid de Pantomimo iudicabit, qui etiam muliebribus curatur? Sanè & ille artifex pugnorum impunitus ibit? Tales enim cicatrices castuum, & callos pugnorum, & ¹⁸⁶ aurium fungos à Deo cum suo plasmate accepit. Ideò illi oculos Deus plasmavit, vt vapulando deficiant. Taceo de illo, qui hominem leoni præ se opponit, ne parum sit homicida, quàm qui eundem postmodum iugulat. [¹⁸⁷ Quot adhuc modis perorabimus, nihil ex his quæ spectaculis deputantur, placitum Deo esse, aut congruens Dei seruis, quod Domino placitum non sit. si omnia propter diabolum instituta, & ex diaboli rebus instructa monstrauimus: nihil enim non diaboli est, quidquid Dei non est, vel Deo displicet: hoc erit pompa diaboli, ¹⁸⁸ aduersus quam in signaculo fidei eieramus. Quod autem eieramus, neque factò, neque dicto, neque visu, neque prospectu participare debemus. Ceterum nonne eieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testatione eius? Nunquid ergo superest vt ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? Illi iam nobis renuncient, an liceat Christianis spectaculo vti. Atquin hinc vel maximè intelligunt factum Christianum, de repudio spectaculorum. Itaque negat manifestè, qui per quod agnoscitur, tollit. Quid autem spei superest in huiusmodi homine? nemo in castra hostium transit, nisi proiectis armis suis, nisi destitutis signis & sacramentis principis sui, nisi pactus simul perire. [¹⁸⁹ An ille recogitabit eo tempore de Deo, positus illic vbi nihil est de Deo? pacem opinor habebit in animo contendens pro auriga, pudicitiam ediscet, attonitus in mimos. Imò in omni spectaculo nullum magis scandalum occurret, quàm ipse ille mulierum & virorum accuratior cultus: ipsa consensio, ipsa in fauoribus aut conspiratio aut dissensio inter se de commercio ¹⁹⁰ scintillas libidinum conflagellant. Nemo denique in

spectaculo ineundo prius cogitat, nisi videri & videre. Sed tragædo vociferante exclama-
 tiones ille alicuius prophete retractabit. Inter effœminationis modos Psalmũ secum cõ-
 miniscetur, & cum athletæ agent, ille dicturus est repercutiendum non esse; poterit & de
 misericordia moueri defixus in morsus vrsorum, & ¹⁸⁸ spongias retiariorum. Auertat
 Deus à suis tantam voluptatis exitiosæ cupiditatem. Quale est enim de ecclesia Dei in
 diaboli ecclesiam tendere? de ¹⁸⁹ cœlo (quod aiunt) in cœnum? illas ¹⁹⁰ manus quas ad
 Dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex ¹⁹¹ ore quo Amen in
 sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, *uis aias* alij omninõ dicere nisi
 x x v i . Deo Christo? [Cur ¹⁹² ergo non eiusmodi etiã dæmoniis penetrabiles fiant? Nam
 & exemplum accidit Domino teste, eius mulieris quæ theatrum adiit, & inde cum dæ-
 monio rediit. ¹⁹³ Itaque in exorcismo cum oneraretur immundus spiritus, quod ausus
 esset fidelem adgredi: constanter & iustissimè quidem (inquit) feci, in meo eam inueni.
 Constat & alij linteam in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragædum audierat, cum
 exprobratione nominato tragædo, nec vltra quintũ diem eam mulierem in seculo fuisse.
 Quo vtique & alia documenta cesserunt de his qui cum diabolo apud spectacula cõmu-
 nicando à Domino exciderunt. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Quid luci
 cum tenebris? quid ¹⁹⁴ vitæ & mortis? [¹⁹⁵ Odisse debemus istos conuentus & cœtus
 ethnicorum, vel quod illic nomen Dei blasphematur, illic ¹⁹⁶ quotidiani in nos leones
 expostulantur, inde persecutiones decernuntur, inde tentationes emittuntur. Quid fa-
 cies in illo suffragiorum impiorum æstuario deprehensus, non quasi aliquid illic pari pos-
 sis ab hominibus, nemo te cognoscit Christianum, sed recogita quid de te fiat in cœlo.
 Dubitas enim illo momento, quo in diaboli ecclesia fueris, omnes angelos prospicere de
 cœlo, & singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis
 aures diabolo aduersus Deum ministrauerit? Non ergo fugies sedilia hostium Christi,
 illam cathedram pestilentiariã, ipsumq; aërem qui desuper incubat, sceleris vocibus con-
 stupratum? Sint dulcia licet & grata & simplicia, etiã honesta quædam. Nemo venenum
 temperat felle & elleboro, sed conditis pulmentis & ¹⁹⁷ benè saporatis, & plurimũ dul-
 cibus id mali iniicit: ita & diabolus lethale quo conficit, rebus Dei gratissimis & acceptif-
 simis imbuit. omnia illic seu fortia, seu honesta, seu sonora, seu canora, seu subtilia, pro-
 inde habe ac si stillicidia mellis de ¹⁹⁸ libacunculo venenato: nec tanti gulam facias vo-
 luptatis, quanti periculum. [¹⁹⁹ Per suauiatatem saginentur eiusmodi dulcibus conuiuæ
 sui, & loca & tempora & inuitator ipforum est. Nostræ cœnæ, nostræ nuptiæ, nondum
 sunt. non possum cum illis discumbere, quia nec illi nobiscum. Vicibus disposita res est.
 i o a n . 16 . Nunc illi lætantur, nos conflictamur. Seculum (inquit) gaudebit, vos tristes eritis. Lu-
 geamus ergo dum ethnici gaudent, vt quum lugere cœperint, gaudeamus, ne pariter
 nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es Christiane, si & in seculo
 voluptatē concupiscis, immo ²⁰⁰ nimium stultus, si hoc existimas voluptatem. ²⁰¹ Philoso-
 phi quidē hoc nomen quieti & tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea auocantur, in
 ea etiã gloriantur. Tu mihi ²⁰² metas & scenas & puluerē & harenas suspiras. Dicas velim.
 Non possumus viuere sine voluptate, qui mori cum voluptate debebimus? Nam quod est
 aliud votum nostrum, quàm quod & Apostoli, exire de seculo, & recipi apud Dominũ?
 x x i x . Hæc voluptas, vbi & votum. [²⁰³ Iam nunc si putas delectamentis exigere spatium hoc,
 cur tam ingratus es, vt tot & tales voluptates à Deo contributas tibi satis nõ habeas, neq;
 recognoscas? Quid enim iocundius, quàm ²⁰⁴ Dei patris & Domini reconciliatio, quàm
 veritatis reuelatio, quàm errorum recognitio, quàm tantorum retrõ criminum veniã
 quæ maior voluptas, quàm fastidium ipsius voluptatis, quàm seculi totius contemptus,
 quàm verã libertas, quàm conscientia integra, quàm vita sufficiens, quàm mortis timor
 nullus; ²⁰⁵ quod calcas deos Nationum, quod dæmonia expellis, quod medicinas facis,
 quod reuelationes petis, quod Deo viuus? Hæc voluptates, hæc spectacula Christiano-
 rum, sancta, perpetua, gratuita: in ²⁰⁶ his tibi ludos Circenses interpretare, cursus seculi
 intuere, tempora labentia dinumera, metas consummationis expecta, societates Eccle-
 siarum defende, ad signum Dei suscitare, ad tubam angeli erigere, ad martyrij palmas
 gloriare. Si ²⁰⁷ scenicæ doctrinæ delectant, satis nobis litterarum est, satis versuum est,
 satis sententiarum, satis etiam canticorum, satis vocum, nec fabulæ, sed veritates, nec
 strophæ, sed simplicitates. Vis ²⁰⁸ & pugillatus & luctatus? præstõ sunt, non parua, sed
 multa. Aspice impudicitiam deiectam à castitate, perfidiam cæsam à fide, sæuitiam à mi-
 feri

A fericordia contusam, petulantiam à modestia obumbratam, & tales sunt apud nos ago-
 nes, in quibus ipsi coronamur. Vis ²⁰⁹ autē & sanguinis aliquid habes Christi. [²¹⁰ Qua- x x x .
 le autem spectaculum in proximo est aduētus Domini iam indubitati, iam superbi, iam
 triumphantis? Quæ illa exultatio angelorum, quæ gloria resurgentium sanctorum? qua-
 le ²¹¹ regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Hierusalem? At enim super sunt alia
 spectacula, ille vltimus & perpetuus iudicij dies, ille nationibus insperatus, ille derisus,
 cum tanta seculi vetustas, & tor eius natiuitates vno igni haurientur. Quæ tunc specta-
 culi latitudo? quid admirer? quid rideam? vbi gaudeam, vbi exultem, spectans tot ac
 tantos Reges, qui in cœlum recepti nuntiabantur, cum ipso Ioue & ipsis suis testibus in
 imis tenebris congemiscetes? item Præsides, persecutores Domini nominis sæuiori-
 bus quàm ipsi flammis sæuierunt, insultantibus contrã Christianis, liquecentes: quos
 præterea sapientes illos Philosophos coram discipulis suis vnã conflagrantibus erubescen-
 centes, quibus nihil ad Deum pertinere suadebant, ²¹² quibus animas aut nullas, aut non
 in pristina corpora redituras adfirmabant, etiam poetas ²¹³ non ad Rhadamanti, nec ad
 Minois, sed ad inopinati Christi tribunal palpitantes? Tunc magis tragædi audiendi,
 magis scilicet vocales in sua propria calamitate. Tunc histriones cognoscendi solutiores
 multo per ignem: tunc spectandus auriga, in flammæ rota totus rubens: tunc xyfici
 B contemplandi non in ²¹⁴ gymnasiis, sed in igne iaculati, nisi quod nec tunc quidem illos
 velim visos, vt qui malim ad eos potius conspectum insatiabilem conferre, qui in Domi-
 num desæuierunt. Hic ²¹⁵ est ille (dicam) fabri aut quæstuarii filius, sabbati destructor,
 Samarites & dæmonium habens. Hic est quem à Iuda redemistis, hic est ille arundine
 & colaphis diuerberatus, sputamentis dedecoratus, felle & aceto potatus. Hic est quem
 clam discentes subripuerunt, vt resurrexisse dicatur, vel ²¹⁷ hortulanus detraxit, ne lactu-
 cæ suæ fręquentia commentium læderentur. Vt talia spectes, vt talibus exultes, quis
 tibi Prætor aut Consul, aut Quæstor, aut sacerdos de sua liberalitate præstabit? & tamen
 hæc iam quodammodo habemus per fidem spiritu imaginante repræsentata. Ceterum
 qualia illa sunt quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt?
 Credo, Circo & ²¹⁸ vtraque cauea & omni stadio gratiora.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE SPECTACVLIS.

I. **D**E Spectaculis.] *Vti ne sæpius infra eadem repetenda sint, initio tum de iis que Spectaculis omnibus cõmunia sunt, tum de Spectaculorum variis generibus præfari visum est operæpretium, quo fiet, vt reliqua ei fiant dilucidiora, qui hac memorie sue inculcauerit. Imprimis autem Auctori sunt eadem Spectacula, Ludi, Certamina, in genere. Deinde ad omnis generis Spectacula referuntur quæ cap. v. vij. viij. & viij. tractat de Ludorum Origine, Titulis, Apparibus, & Locis. Item ad omnia generatim pertinet, quam cap. xiiij. impugnat, concupiscentia, vel pecuniæ, vel dignitatis, vel gulæ, vel libidinis, vel gloriæ aut voluptatis. Præterea illud cap. 15. vbi voluptas est, ibi & studium; vbi studium, ibi & æmulatio; porro vbi æmulatio, ibi & furor, & bilis, & ira, & dolor; denique (Vti addit cap. sequ.) amor ociosus, & odium iniustum.*

Atqui quatuor genera Spectaculorum improbantur, non à Tertulliano tantum, sed & à BB. Cypriano, Epiphano, Isidoro & Hieronymo; nempe Ludi Circenses in Circo, Artes scenicæ in theatro, Agones in stadio, & Munera, venationes, seu gladiatorij Ludi in Amphitheatro. De quibus quidam singulis

Tertull. singulariter eodem ordine tractat cap. ix. x. xi. & xij. & rursus xxvi. xxvij. xxvij. ac xix. Verum alibi quicquid in illis quatuor fieri solet, vno quidem fasce & eadē serie coniungit, exceptis tribus locis, quos ad eundem ordinem reduximus, idque non modo in hoc libro, sed & in Apologetico, & lib. ad Martyr. ac adu. Marcionem, quos hic adnotandos duximus, quia magnopere ad intellectum totius libri faciunt. Locis sunt isti libri huius, cap. 2. Circum (inquit) Verbi gratia, vocis suauitates, vires corporis, & leonem. Cap. 3. Non in Circum ibis, non in theatrum; Agonem, munus non spectabis. Cap. 20. Nunquid ergo extra limites Circi furori studemus; extra cardines theatri impudicitia, insolentia extra stadium, immisericordia extra Amphitheatrum? Cap. 21. Sic ergo euenit, vt in Circo totum pudorem in faciem omnium intentet, filiam in theatrum ad voces gestulationesque deducat; in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat; in Amphitheatro derosa & dissipata, & in suo sanguine squalentia corpora patientiss. oculis desuper incumbat. Cap. 22. Quadrigarios scenicos, xyfticos, harenarios. Cap. 23. An Deo placebit Auriga curru rapiendus? sic & Tragædos cothurnis extulit; sanè & ille artifex pugnorum illæsus abibit? taceo de illo

qui hominem leoni præ se opponit. *Cap. 25. pacem opinor habebit in animo contendens pro Auriga; Tragedo vociferante exclamations alicuius Prophetae tractabit; cum Athleta agent, ille dicit non esse reperciendum, poterit & de misericordia moneri defixus in morsus visorum & spongiarum retiariorum. Cap. 28. Tu mihi Metas, scenas, puluerem, & harenas suspiras. Cap. 29. In his tibi Ludos Circenses interpretare; si Scenica doctrina delectant; vis pugillatus & luctatus; vis autem & sanguinis aliquid? Cap. 30. Tunc spectandus Auriga in flamma romphaea totus rubens; histriones cognoscendi multo solutiores per ignem. Xystici contemplandi non in gymnasiis, sed in igne iaculati; nec tunc quidem illos velim visos, qui in Domitium defecerunt. Denique ibidem in ipsa calce libri. Credo (inquit) Circo & vtraque cauca (theatro nempe & Amphitheatro) & stadio gratiora. Item Apologet. cap. 38. Nihil nobis est (inquit) cum infania Circi, cum impudicitia theatri, cum xysti vanitate, cum atrocitate harenæ. Et isdem penè verbis lib. 1. aduers. Marc. Nihil est nobis dictu, visis, auditu cum infania Circi, & c. Ut prius. Postremo libro ad Martyras cap. 2. Non clamoribus Spectaculorum, vel impudicitia, vel furore, vel atrocitate celebrantium caderis. Haud absimiliter D. Cyprianus quatuor enumerat Spectaculorum species libro quo Auctorem imitatur de Spectaculis, & de singulis eorum singula habet capita, nempe III. IIII. V. & VI. sed alio ordine. Primum enim reprehendit cruenta Spectacula, ad quæ rabida fera nutritur in deliciis ad pœnam hominis; deinde Circensia certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, inde scenæ sales inuercundos, & c. denique Græca certamina, & fœda illa luctamina. Quorum duo Gladiatoriis & scenicis Ludos etiam redarguit epist. 2. ad Donatum, & postremum Epistol. 62. ad Histrionem. Nec dissentit Epiphanius, qui sub finem operis aduersus hereses. Ecclesia (inquit) prohibet Ludos equestres, Theatra, Musicos item & venatores. Eodem pertinent que ipsi Tertulliani verbis habet Isidorus vbi supra cap. 62. Proinde (inquit) nihil debet esse Christiano cum Circensi infania, cum impudicitia theatri, cum Amphitheatri crudelitate, cum atrocitate harenæ, cum luxuria ludi (seu sicut legendum censo, xysti.) Que ipsa cap. 16. clarius explicans: Ludus autem (inquit) aut Circensis est, aut Scenicus, aut Gymnicus, aut gladiatorius. Et eadem repetit Efrabanus vbi supra.*

Porro deseruente illo priori feruore Christianismi, quum vbiq; ferè vanitatem xysti appelleret Auctor dumtaxat, & apud Græcos propter numerum Olympiacum, quæ dicebantur ab Agoniis Olympiis quinto quoque anno celebratis, tolerandum videtur tertium illud genus Spectaculorum; posteriores scriptores, Arnobius, Lactantius, Hieronymus tres tantum reliquas species impugnarunt, fortassis retento quarto illo, vti iuxta Apostolum exemplo eorum sic currerent Christiani ut apprehenderent, & meminissent quod nisi legitime certauerint, coronari non possunt, & quod multi currunt, vnus autem accipit brauium, maximè sublati vti videtur impudicis illis in xysto meretricum colluctationibus. Arnobius quidem de Amphitheatri lib. 2. paulo post medium, in quibus (inquit) mudi homines ceruerent & bestiarum laniatibus dissipari, interficere se alios nullius ob meritum causam, sed ingrattam voluptatem confessorum; ipsosque illos dies, quibus tantum committeretur, nefas, in gaudiis communiibus du-

cerent, & festa hilaritate sacrent. Idem de Circensibus, quum aliquid adigisset lib. 4. tractat de origine eorundem latissime lib. 7. aliquot ante finem paginis. Denique de Theatralibus ludis sub finem lib. 4. aduersus Gentes. Lactantius verò latissime de singulis horum trium generum verbis infra citandis tractat lib. 6. cap. 20. ita tractatum suum concludens: Et primitus quidem venationes, quæ & Munera vocantur, Saturno adtributæ sunt; Ludi autem Scenici Libero; Circenses Neptuno; paulatim verò & ceteris diis idem honos tribui cepit, singulique Ludi eorum nominibus consecrati sunt, sicut Silinnius Capito in libris Spectaculorum docet. Cui similia repetuntur Epitome eiusdem cap. 6. B. Hieronymus denique partim Tertullian. imitatus in Vita Eularionis: Non (inquit) Circi furoribus, non theatri luxuria, non harenæ sanguine delectabatur. Et ad Marcelam: Habeat sibi Roma suos tumultus, Circus infantiar, theatra luxurient, harena sæuiat.

Ex quo adeò loco constat, etsi (Eusebio lib. 4. de vita eiusdem capite 28. & Zozom. lib. 1. histor. Eccles. testibus) Constantinus Gladiatoriis ludos lege lata sustulerit, quæ exstat lib. 2. Cod. de Gladiatoriis, adhuc tamen Romæ non in vniversum abolitæ fuisse. Quod ipsum satis etiam constat ex lib. 2. de Gladiat. Cod. Theodosiani per Constantium lata, quæ Munerarios prohibet esse Auctoratos milites, aut Palatina prædicos dignitate. Item ex lib. 2. de Spectacul. eiusdem Cod. Theodosiani, vbi inter cetera dumtaxat interdicitur Magistratibus per Gratianum, Valentinianum & Theodosium, alio tempore ferarum curribus vacare, quam quo die aut nati aut Imperij sceptrum Principes susceperint. Rursum ex B. Augustino lib. 6. Confess. cap. 8. vbi meminit Gladiatorijs ludis Romæ in sua adolescentia celebratis. Denique ex Prudentio ad finem lib. 2. ad Symmachum, qui Honorium Imperatorem hortatur vti illos tollat his verbis:

Tu mortes miserorum hominum prohibeto litari, & c.

Qui certè tantum profecit, ut omnino Gladiatorium ludum interdixit occasione cuiusdam Telemachij Monachi, qui quum Amphitheatrum ingressus pugnantem separare miseretur, à populo lapidibus fuit obrutus, quem admodum à Theodoro memoria prodium est Eccles. hist. lib. 5. cap. 26.

Perum ennuero permissa sunt reliqua duo Spectaculorum genera à Cesaribus, quum Christianis, quantumvis repugnantibus Episcopis, ne (vbi loquuntur Arcadius & Honorius) nimia tristitia in populo generaretur, interdicit dumtaxat Maiumæ fædo & obscuro Spectaculo, vti patet ex l. vlt. ff. de Maiuma in Cod. Theodof. Vnde & multos subinde subortos tumultus docent historia Ecclesiastica Auigarum Agitatorumque factionibus. Hinc factum vti B. Chrysof. & Augustinus, dum frequenter aduersus Spectacula scribunt, non tam aliorum meminerunt quam eorum quæ in Circo aut Theatro fiebant. Chrysofostomus quidem Circensium hom. 31. in Ioan. Scenicorum homil. 2. 6. & 69. in Matth. & vtrorumque in Psal. 50. & hom. de Kalendis. Augustinus verò lib. 2. de Symbolo c. 2. & l. 2. de Ciuit. Dei c. 6. Circensium. Lib. verò 1. de consensu Euangelist. c. 37. & dict. l. 2. de Ciuit. Dei cap. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. 13. ac 14. Scenicorum. Hoc interim effecerunt suis Declamationibus sancti illi viri, ut saltem omnino Theatrorum atque Circensium voluptas per vn-

uersis

uersas vrbes prohibita sit Dominicis diebus, & Festis Natalis, ac Epiphania Domini, Pascha item, & per totam Pentecosten. l. Dominico. de Spectaculis. in Cod. Theodof. quæ data est Kalend. February, Constantinopoli, Theodof. XI. & Valentiniano Cesar. Coss. vti rectè ante me adnotauit quisquis Auctor est libri Observationum diuini & humani iuris, à quo non parum hac in re me adiutum ingenue fateor. Quæ interim rectè & illud adnotauit Constantinopoli postea inoleuisse Ludos illos Gladiatorios, ex eo quod exstat lex vlt. Cod. de feriis, qua Zeno Imperator interdicit (non simpliciter, sed Dominicis dumtaxat die) Scenam Theatrali, Circense certamen, & ferarum lacrymosa Spectacula. Ego verò existimo aut

non permissa nisi de Maleficis, qui ad bestias subinde condemnabantur, aut certè non nisi ferarum inter se certamina, quæ tamen subinde lacrymosa facta sunt, quando (vbi Tertulliani verbis vti lib. ad Martyras) feræ in medijs ciuitatibus elapsæ caueis, homines deuorauerunt. Certè etiam Circense, aut aliud aliud Spectaculum Dominico die fieri interdicitum est 6. Synodi in Trullo celebratæ, can. 66. Quod vnam etiamnum obseruaretur, quum videamus plerumque Dominicis & Festis diebus Spectacula exhiberi, nec modo Comædiarum aut Tragediarum veterum honestiorum dramata, sed & lubrica subinde & pudenda, etiam ad mediam noctem vsque.

Ceterum post absolutas dudum huius libri Adnotationes, vti Lector æquus facilè colliget, tandem nactus Circi Maximi descriptionem Romæ à Bolognino Zalterio formis editam, auctore Pyrrho Ligorio Pictore Neapolitano, eandem à nobis subinde castigatam nouis formis excusam, in Lectorum gratiam simul edi, & superiori folio adiungi iussimus.

C A P. I.

2. Qui status fidei, quæ ratio veritatis, & c.] Præter Praefationem quandam hoc caput hanc meretur inscriptionem: De responso ad duo ethnicorum argumenta pro Spectaculis. Atqui scriptum hinc librum non ad iam Christianos tantum, sed & Catechumenos, quos Auctor Audientes solet nuncupare, patet tum ex verbis istis: Dei serui cognoscite, qui maximè ad Deum acceditis, quæ ad catechumenos, tum ex illis: recognoscite qui iam accessisse vos testificati & confessi estis, quod ad iam baptizatos, qui fidei testificationem in Baptismo reddiderant, pertinet, vti infra lib. de Baptismo latius.

3. saluo erga Deum metu & honore.] Hoc ipsum argumentum in causa simili dilutum reperire est lib. de Pœnitenti. cap. 5. Quantum autem præstiterit Gelenium, vel ex loco licet deprehendere, vbi rectè legitur, nec verò Deum offendi, pro: nec verbo; & qua, pro: quo. item paulopost: definita, pro: descripta.

4. ad hanc obstinationem.] Familiaris est Auctori vox obstinatio in bonam partem, pro constantia, sicuti & apud Tacitum lib. 19. obstinatio fidei. quare non placet quod paulopost pro: obstinatio disciplinæ, MS. codex Anglicus habeat: obseruatio. Atqui ex comectura Latini legimus: quæ iam superuacua sibi fecerint, pro: superuacuum.

C A P. II.

5. Iam verò nemo est, & c.] Titulum similem huic capiti dedimus: De tertio ethnicorum argumento, quod idè permittitur sint Spectacula, quia ex rebus consent à Deo institutis & homini adtributis. Quod in simili iterum soluit Auctor infra lib. de Habitu mulierum, haud procul à fine, quem admodum ex verbis supra in argumento allegatis constat.

6. Leonem.] Auctor loco citato Pantheram recenset, pro eo quod hic leonem; non enim leones dumtaxat, sed & Pantheras omnis generis in Amphitheatrum adduci ad venationem solitas ex Plinio manifestum est, hist. nat. lib. 8. cap. 16. & 17. Leonem (inquit) plurimum pugnam princeps Romæ dedit Quænuola Pifilius in Curuli Edilitate. Centum autem iudiciorum primus omnium L. Sylla, qui postea Dictator fuit, in Prætura. Post eum Pompeius Magnus in Circo DC. in

ius Judiciorum CCCXV. Cesar dicitur DCCC. Vbi certè Circus pro Amphitheatro Pompeij accipiendus, de quo infra. De Pantheris verò senatusconsultum (inquit) vetus fuit, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Contra hoc vult ad populum C. Aufidius Tribunus plebis; permisitque Circensium gratia importare. Primus autem scaurus Edilitate sua Varius C. L. vniuersis dedit; dein Pompeius Magnus CCCCX. Diuus Augustus CCCCXX.

7. inimicum Dei.] Sic ex MS. cod. pro: Deo; nam Tertullianicum esse, vti Adiectiua cum Genitio constructa, adnotauimus vlt. cap. li. de Patient. & mox id ipsum etiam in excisis legitur. Ex quo etiam restitui: neq; cultoribus Dei vitandū, pro eo quod corruptiss. legebatur putandū. 8. ab hac secta.] Rursum in bonam partem accipitur secta, pro Christiana religione.

9. voluptatem etiam sapiens, ut tantam non contemnit.] Locus obscurus & fortassis corruptus, quia Lactantius vbi supra, tum ex Cicerone in Catone maiore, tum aliunde, adstruit Philosophos voluptatem oculorum sustulisse, dicentes multo præclarior esse cælum, quam cæcælatæ intueri; ad quod etiam Spectaculum adhortatur B. Cypri. vlt. cap. lib. de Spectac.

10. Deum esse vniuersitatis conditorem.] Zenonis & aliorum Philosophorum sententia hac de re videre est apud Iustinum Martyrem, Apol. 2. & Anaxagoram eiusdem argumenti lib. Item supra Apol. cap. 21. qui vniuersitatis artificem & facilitatorem Deum seu Rationem dicunt, de quo latius Lact. lib. 4. verbis ibidem citatis, nu. 310. & 311. Pro eo autem quod erat: quæ sit æmula ex diuerso, legimus & melius, quis sit æmulus, quia mox sequitur: aduersarium, & interpolatorem, & postea: æmulum.

11. magicis deuinctionibus.] Deuinctiones accipiunt pro ligaturis, de quibus latius lib. de Anima. Et hic verò pulchra est Gelenium castigatio: in hominis necem Auctor pro: in nece est auctor. Ex MS. paulopost lego: flagitiorum auctor, pro: auctor; neque enim homo, sed Diabolus interpolator illorum est auctor.

12. gulam ad gulæ crimen.] Gulæ crimen solummodo Ecclesiasticis notum pro gulæ intemperantia seu gula, prophanis non item. Similiter dicit lib. de Ieiuniis Adam salutem gula vendidit, & li. i. adu. Marc. co-

mitibus gulae, libidini scilicet atque luxuria. Sine autem *logus*: gulae fatietatem cum excusis, siue societatem cum *MS.* perinde est.

13. aut spiritus idem infusus corpori.] *Videtur hoc pertinere ad eius errorem de anima traduce, de quo inter Prolegomena.*

14. non in exitum operum constat condidisse quae damnat.] *Locus adnotandus contra Caluimium, qui Instit. lib. 3. cap. 22. 23. & 24. asserit, quod Deus creauit maximam partem mundi ad damnationem & perditionem simplici decreto voluntatis suae, quemadmodum ipsi ab Heluetiis obiectum est. Verum de hoc latius lib. de Habitu virginum. Hic sufficiat quod subiungit: quando haec sit tota ratio damnationis, peruersa administratio conditionis à conditis. Legimus autem: neque mirari neque dubitare, ex coniectura Ioan. Herissey Angli, pro: dubitari, & cum Gagneo: illa vis interpolatoris & aemulatoris angeli ab initio de integritate deiecerit, pro eo quod irrepserat: illi interpolatoris, &c. deiecerit.*

C A P. III.

15. Hac conscientia instruitur, &c.] *Caput hoc inscripsimus. Quod est non expressè, tacitè saltem in scripturis Spectacula prohibeantur. In quo Auctorem imitatur B. Cypri. lib. de Spect. cap. 1. & Chryso. hom. 62. ad popul. Antio. Vbi de Spectac. interpretatur illud Psalmi primi: Felix qui non abiit in concilium impiorum, &c.*

16. ad nostrorum detractatus.] *Similiter li. ad Roxorem 2. detractata & exerta sententia est; vbi Rhennus: Nouum (inquit) huius verbi usus: detractio. Sic & de Virgim. Velandis: Nec detractamus, quare non & puerum nominari. Compositum pro simplici. Atque legimus iterum cum Gagneo: ad hanc abdicationem spectulorum, pro: ab hac abdicatione. Est autem etiam hac fureconsultorum vox.*

17. Non occides, non idolum coles, &c.] *Non fuit hic ordinis curiosus Auctor; nam alioqui oporteret coniungere, sicuti alibi facit: Non occides, non adulterium, non fraudem facies, & proponere illud: Non idolum coles, quod ipsum Paraphrastice citat. Verum de his latius alicubi adu. Marc.*

18. Vias enim vocant cardines balteorum per ambitum, &c.] *Facit ad huius loci intellectum quod habet Nonius Marcellus. Neutro (inquit) genere nempè, Varro rerum diuinarum lib. 11. Tragica vincula Baltea sunt. Accius ΑΙΔΟΥΣ & ΑΙΔΩΝ lib. 8. Aetoribus manuleos, baltea, macheras. Dicit itaque Auctor vias vocari cardines, id est qua patebat ingressus, balteorum siue singulorum è corio bullis ornatorum (nam ita balteum definit idem Varro lib. 4. de ling. Lat.) quibus theatrum concludebatur. Alludere autem videtur ad Theatra duo pensilia C. Curionis, quae (teste Plinio hist. natur. lib. 36. cap. 10.) fecit amplissima ex ligno cardinum singulorum, versatili suspensa libramento. In quibus viri, quae antemeridiano ludorum spectaculo edito inter se auersis, ne iniucem obstreperent scenae, & repente circumactis ut contra starent; postremo iam die descendentes tabulis & cornibus inter se coeuntibus faciebat Amphitheatrum, & Gladiatorum spectacula edebat; ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens. Quid enim miretur quisque in hoc primum? inuentorem, an inuentum? artificem, an auctorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an iubere? Super omnia erit populi furor, sedere ausi iam infida instabilique sede. &*

paupolost. Ecce populus Romanus vniuersus velut duobus nauigiis impositus binis cardinibus sustinetur, & seipsum depugnans spectat, periturus, moientem aliquo laxatis machinis. Parauit (inquit paupolost) hanc suam magnificentiam se suis turbatisque cardinibus, & Amphitheatri forma custodita, nouissimo die duabus per medium scenis Athletas edidit, rapisque e contrario repente pulpitis, eodem die Victores & Gladiatores suos produxit. Vide infra cap. 8. num. 68. Verba Casiodori huc pertinentia, & totius Circi descriptionem Catagraphicam, quam Adnotationibus huius libri ad maiorem intellectum vna excudi supra iussimus.

19. Cathedra quoque nominatur ipse in anfractu ad confessum situs.] *Anfractum, siue, ut legit Varro lib. de ling. Lat. anfractum, intelligit theatri totius circuitum flexuosum. Est autem & illa phrasis Terullianica: interpretari capit, de qua latius lib. 5. aduers. Marc.*

20. Nam & specialiter quaedam pronuntiata, generaliter sapiunt.] *Regula ad intellectum scripturae sacrae adprime utilis. Atque quod hic dicit omnibus dictum quod Israelitis dicebatur, non vno in loco adnotauit B. Hieronymus in Prophetas; quod addit de Aegypto & Ethiopia, isdem penè verbis habes supra lib. adu. Iud. cap. 9. & infra lib. 3. adu. Marc. (Vbi de hoc latius) praeterquam quod vtriusque vocibus: omnis gens, pro eo quod ibi: totus orbis.*

C A P. IIII.

21. Nequis argumentari, &c.] *Inscriptio capituli huius haec est: Quod in baptismo cum Diabolo & pompae & angelis eius renuntiauerimus, etiam Spectaculis renuntiauerimus. In quo etiam Auctorem imitatur B. Cypri. lib. de Spectaculis cap. 2. & id ipsum repetit Auctor infra cap. 5. & 24. Eodem pertinet quod habet Iffidorus Etymol. lib. 18. cap. 62. Deum (inquit) negat, qui talia praesumit: fidei Christianae praeruator effectus est, qui id denuò appetit, cui (ita enim lego, pro: quod) in lauacro iam pridem renuntiauit: id est, Diabolo, pompae, & operibus eius. De qua renuntiatione etiam latius infra Tom. 3. lib. de Baptismo, sicut & de Christianae fidei in eo professione.*

22. Igitur si ex idololatria, &c.] *Isdem penè verbis B. Cyprianus: Omnia ista spectaculorum genera (inquit) damnauit, quando idololatriam sustulit, ludorum omnium matrem, &c. quae compendij gratia omittimus. Atque de hac Metaphora Auctoris, quibus incunabulis adoleuit, vide lib. precedent. de Patientia, cap. 5.*

C A P. V.

23. De originibus quidem, &c.] *Veterem titulum huius capituli retinuimus, sed ad marginem reiecit. Unde ludi dicti, pro quo *MS.* etiam non male: De origine ludorum. Cuius ipsa verba pleraque repetuntur ab Iffidoro Etymol. lib. 18. cap. 17. & quaedam etiam à B. Cypriano cap. 2. Vbi supra.*

24. Exstant Auctores multi, &c.] *Auctores qui de Spectaculis scripserunt, citantur hic ab Auctore, Timaeus, Varro, Piso, Suetonius Tranquillus, Hermateles & Stephoborus, de quibus infra latius. At verò à Lactantio vnicus Sigisminius, seu Sifinnius Capita.*

25. Lydos ex Asia tranfluens in Hetturia confedisse, &c.] *De hoc ita Plinius li. 3. c. 5. Patet ora Liguria inter annes Varri & Macroium c. CX. I. M. pass. Ad-*

necti

nectitur septima, in qua est Hetturia ab amne Macro ipsa, mutatis sepe nominibus; inde Pmbros exegere Pelasgi, hos Lydi; à quorum Rege Tyrreni, mox à sacrificij ritus lingua Graecorum Thufci sunt cognominati. Eodem pertinet quod habet Auctor lib. de Pallio cap. 1. de Togae Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, de quo ibi in Adnot. nostris num. 14.

26. vt Timaeus refert.] *Timaeus Siculus Historiæ recensetur à Plutarcho in Nicia, & à Diodoro Siculo, & à Cicerone lib. 2. de Orat. & Epist. ad Lucium lib. epist. 12.*

27. Inde Romani accersitos artifices, &c.] *Ludiones (inquit Liu. lib. 7. Decad. 6.) ex Hetturia acciti ad tibicinum modos saltantes.*

28. vt ludi à Lydis vocarentur.] *Hac pertinet quod habet Nonius Marcellus: Ludios Romani Lydios vocabant, vt est in lib. 1. Varronis de vita populi Romani.*

29. Sed etiam Varro Ludos à ludo, &c.] *Quum priorem sententiam ex modo citatis verbis videatur M. Varro secutus, nec etiam reperitur hodie apud Varronem de ling. Latina fortassis non ad M. Varronem, sed ad Varronem Attacinum, quem sepe citat Plinius, referendum, aut certe in libris Varronis de Scenici originibus, qui non exstant, id legebatur. Certè Varroni etiam istud adscribit Iffidorus vbi supra. Varro autem (inquit) dicit Ludos à Luso vocatos, seu potius Lusu, quemadmodum hinc est castigandum.*

30. sicut & Lupercos ludos, &c.] *Lupercalia dicta (inquit Varro de ling. Lat. lib. 5.) quod in Lupercali Luperci sacra faciunt. & paulopost: Nam & Lupercalia Februario, vt in Antiquitatum libris demonstrat. Atque in festis etiam ludos Lupercos exhiberi solitos alibi idem Varro testatur, in quibus nudi discurrebant iuuenes, idque in honorem primum Panis, qui & Lupercus ab Arcadibus, deinde à Romanis in honorem Lupa Romuli matris. Vide item Adn. nostras in Apolog. cap. 26. num. 419.*

31. & cum promiscuè ludi Liberalia vocarentur, &c.] *Id ipsum repetitur infra c. 10. Pertinet autem eodem quod supra ex Lactantio citauimus, Ludos Scenicos Libero attributos; quod ipsum etiam repetit vbi supra Iffidorus, & Alexander ab Alexandro, Genial. diu. lib. 6. cap. 19. Aperiunt autem B. Cyprianus: Ceterum dum urbem fames occupasset, ad aduocationem populi acquisiti sunt ludi Scenici, & Cerei & Libero dicati; qui per agros fiebant Athenis mense Poseidone.*

32. pro demonstrata gratia vini.] *Quod demonstrator vini dumtaxat Liber fuerit, non inuentor, dixit Auctor supra Apo. c. 11. Vbi vide Adn. nostras n. 167.*

33. Exinde ludi Consualia dicti, &c.] *Consualia (inquit Varro de ling. Lat. lib. 5.) dicta à Conso, quod tum feria publica ei Deo, & in Circo ad aram eius ab sacerdotibus fiant Ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ.*

34. qui initio Neptunum honorabant, &c.] *Hunc imitatus Lactantius; Neptuno adtributos scribit ludos Circenses, vbi supra. Nam eundem & Consum vocatum tradunt Linius, Dionys. & Plutarchus (quem infra cap. 9. huius libri Auctor Neptunum equestrem dicit) cuique fuerit templum edificatum ab Arcadibus ante Romulum & Remum. Halicarnassens interrim videtur lib. 6. eam magis probare sententiam, quod Ludi equestres Neptuno fiebant, at ara constructa fuerit alteri Genio arcana, quem Consum ab arcanis consiliis nuncuparunt.*

35. Dehinc Equiria Marti Romulus dixit.]

Equiria (inquit Varro vbi supra) ab equorum cursu. Eo enim die currunt equi in campo Martio. & isdem Auctoris verbis Festus (ex quo adeò desumpsisse videtur) Equiria ludi, quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exercebantur. Ea autem (vt adnotauit Gyraldus, hist. Deorum syn. tag. 17.) duplicia Ouidius commemorat Martio & Aprilis mensibus.

36. quamquam & Consualia Romulo defendunt.] *Praeterquam quod aperitissimè id habet B. Cypri. & li. de Idol. Vanitate, & lib. de Spectaculis, id ipsum habent Auctores mox citati: quippe qui scribunt eius Dei consilio sum Romulum in rapiendis Sabinis. Certè etiam Arnobius lib. 3. & August. lib. 4. de Ciuitate Dei cap. 11. consilij Deum, Consum nuncupant, & latiss. historiæ recenset Linius lib. 1.*

37. & nunc quoque apud ipsos Romanos, &c. licitum, &c.] *Ironia est; nam multis locibus ante Christianae fidei notitiam, rapus virginum (vel ipso Auctore teste alicubi) seuerè est prohibitus. Lego autem: ab impudentis violentiae alio Deo, pro impudentia, & correspondente ei, de quo prius, Consilij Deo, Conso nempè, qui etiam violentiae Deus sit; aut loquitur de ipso Romulo: nam & (vt inquit B. Cypri. lib. de idol. Vanitate) Romulus peierante Proculo Deus factus est; de quo ibi Adnot. nostris num. 19.*

38. à fratricida institutore, à filio Martis.] *sic Romulum nuncupat, quod fratrem Remum interfecerit, sicuti passim narrans historiæ. Et teste Quintiliano lib. 3. c. 7. Remulus Martis filius, educatusque à Lupa dicitur.*

39. & nunc ara Conso illi in Circo defossa est, &c.] *Ara Consi fit mentio apud Varronem lib. 5. de ling. Lat. & Dionys. Halicarnassensem lib. 2. Plutarchus in Romulo, dicit reperiendam ab eo aram conditam sub terra in Circo, eique Deo nomen indidisse Conso, à consilio; aramque ipsam reliquis latere temporibus, in equestribus verò certaminibus aperiri. Quod postremum videtur quidem prima facie repugnare cum eo quod dicit infra cap. 8. Conso, vt diximus, Deus apud Metas sub terra delitebat; sed quum hic ipsam inscriptionem Arae recitet, quae videri non potuit, nisi aperiretur, consentire cum Plutarcho videtur. Atque de Metis infra latius cap. 28. Porro habes etiam Aram Consi consilij Dei in Circi descriptione apud Metas à parte Septentrionali; cui etiam P. Victor adfuerit.*

40. MARS DVELLO.] *Duellum (inquit Varro lib. 6. de ling. Lat.) id postea bellum; ab eadem causa ficta Duellona Bellona. Idem itaque haec Deius inscriptio significat, quod aliis dicitur Mars Bellipotens.*

41. LARES COMITIO POTENTES.] *De Laribus vide Adnot. nostras in Apolog. cap. 13. nu. 188. Atque an propterea Comitio potentes, quod ades Larium ab Emilio Rugillo Praetore dedicata fuerit in campo Martio, in quo fiebant comitia, an verò legendum Compitalitio potentes; quippe in quorum honorem celebrari soleant Compitalitij ludi. Elabes & Latium aram in Circi descriptione, iuxta Metas; item & Aras potentium ac valentium. Deorum De quibus etiam infra num. 74.*

42. sacerdotes publici.] *Quod Varro vbi supra ad Sacerdotes in genere refert, Auctor restringit ad sacerdotes publicos. Quod verisimile interrim facit ibidem Varro, qui mox subiungit, quod Opeconsua die in Dea Opeconsua (forte ab Ope & Conso in vnum idolum conflata) sacrificium praeter virgines Vestales & sacerdo-*

tem publicum introeat nemo.

43. xii. Kal. Septembres.] Quum Gyraldus scribat, Vbi de Confo agit, raptas fuisse Sabinas x vi i. Kalend. Septembres, forte ita hic legendum, nisi apud illum numerus correctione indigeat, Vt pote qui nullum Auctorem citet.

44. Flamen Quirinalis.] Flamines dicti (teste Varro lib. 4. de ling. Lat. quod licio in apice velati erant semper, ac caput cinctum habebant filo. Qui quum omnes sint à singulis Deis cognominati (vii idem inquit lib. 6.) in quibusdam apparent Etyma, ut cur sit Martialis, Quirinalis, &c. in aliis latent origines.

45. Ioui Feretrio ludos instituit, &c.] Post pompam triumphali (inquit Dionys. Halcarnass. lib. 2. hist.) & sacrificium, Romulus exstructo templo in vertice montis Capitolini (qui & antiquitus Tarpeius dicebatur) Ioui, quem Feretrium Romani vocant, Ceninensium in eo Regis sua manu interfecti spolia consecrauit.

46. quos Tarpeios dictos & Capitolinos Pifo tradidit.] Ludos Capitolinos recenset etiam Alexander ab Alexand. Genial. diar. lib. 6. cap. 19. L. Pifonis autem de Amalibus libro frequenter citat Plinius, ad quem allussisse Auctorem est verisimile vel ex loco infra citato.

47. Post hunc Numa Pompilius Marti & Robigini fecit, &c.] Robigalia (inquit Varro de ling. Lat. lib. 5.) dicta ab Robigo. secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes. Atque & feminino genere Robiginem appellat Lactantius lib. 1. cap. 20. item August. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 22. Nec Dea (inquit) Robigo. Atque Plinium hic imitatur Auctor, qui lib. 18. cap. 29. Rubigalia (inquit) Numa constituit anno regni sui x i. qua nunc aguntur ad vii. Kal. Maii, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. In iis igitur ludos institutos Auctor adfirmat.

48. Dehinc Tullus Hostilius.] L. Pifo (inquit Plinius lib. 28. cap. 2.) primo Annalium, auctor est Tullum Hostilium Regem ex Numæ libris, eodem quo illum sacrificio, Iouem caelo deuocare conatum, quoniam parum ritè fecisset quendam, fulmine ictum; quod refert B. August. de Ciuit. Dei lib. 3. cap. 15. Attribuit autem huic etiam ludos quosdam ad imitationem Numæ sui prædecessoris.

49. Dehinc Ancus Martius, & ceteri quoque per ordinem.] Quos ludos Ancus Martius instituerit, nondum reperire licuit. A Seruio Tullio verò institutos Ludos Compitalios, & postmodum renouatos per dictum Lucium Pisonem, auctor est, vbi supra, Alexander ab Alexandro. Macrobius item satur. lib. 1. narrat restitutos fuisse Laribus & Manæ ludos Compitalios à Tarquinio Superbo ex responso Apollinis, cum sacrificio quo pueri mactabantur; quod Junius Brutus Coss. pulso Tarquinio, mutavit in capita papaueris pro capitibus puerorum.

50. apud Suetonium Tranquillum.] Videtur librum peculiarem de ludis scripsisse Suetonium Tranquillum, idem cuius existant historiae Caesarum, & libri de Claris Grammaticis & Oratoribus.

CAP. VI.

51. Accedit ad testimonium antiquitatis, &c.] Etiam hic titulum veterem seruauius, ad marginem tamen: De titulis ludorum. Atque dum dicit, vtriusque generis ludi, refert ad stencicos & Circenses, quippe de quibus solis egit cap. præced.

52. Megalenticis.] Megalenticis (inquit Varro lib. 5. de

ling. Lat. dicta à Græcis, quod ex libris Sibyllineis accepta ab Attalo Rege Pergami Pessinunte, Vbi Megalenticum templum eius Dea (magne inquam matris Deum) unde aduecta Romam. Hinc & Ludi Megalentici, de quibus in hac Verba B. August. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 4. Veniebamus nos etiam aliquando adolecentes ad spectacula ludibriæque sacrilegiorum, spectabamus arreptitios, audiebamus symphonias, ludis turpissimis qui Diis Deabusque exhibebantur, delectabamur. Cælesti Virgini & Berecynthiae matri Deorum omnium talia per publicum cantabantur à nequiss. Scenicis, qualis non dico matrem Deum, sed matrem quorumcumque Senatorum, vel quorumlibet honestorum virorum; immò verò qualis nec matrem ipsorum Scenicorum deceret audire. Linius lib. 29. dicit celebrari solitos pridie Idus Apriles, & lib. 35. primos scenicos hos fuisse scribit, à Marco Iunio Bruto primum exhibitos. Alludit ad eosdem Auctor Apolog. cap. 15. his verbis: Cybele pastorem suspirat fastidiosum, non erubescit vobis. & paulopost: Vidimus aliquando castratum Atyn illum Deum ex Pessinunte, de quo latius ibi adnotat. nostratum num. 221.

53. & Apollinæ.] De Apollinaribus ludis infra latius lib. de Bapif.

54. item Cereales.] Cerealia (inquit Varro lib. 5. de ling. Lat.) à Cerere: ita & ludi Cereales, quos factos narrat Linius 16. anno secundi belli Punici ex Senatusconsulto à Dictatore Gn. Seruilio Gemino, & Magistro Equitum Elio Pato. Deinde primus Edilitatis causa eosdem C. Memmius Adil. Cur. fecit eos in Circo celebrari. Neque tamen propterea iidem sunt cum Circensibus: in quo hallucinantur Politianus & Alexander ab Alexand. quippe multo antiquiores à Romulo primum instituti, & in honorem (vii infra Auctor cap. 4.) Neptuni equestris, non Cerecis.

55. & Neptunales.] Neptunalia (inquit Varro vbi supra) à Neptuno: eius enim Dei feria. Neptunales autem ludos eosdem esse existimo cum Circensibus, Neptuno equestris sacris.

56. & Latiar.] Quod Latius Rex (inquit Festus in Oscillo) prelio quod ei fuit aduersus Mezentium Carinum Regem, nusquam apparuerit, iudicatisque sit Iupiter factus Latiaris; itaque per sex eos dies feruatos, liberos seruisque requirere eum, non solum in terris, sed etiam qua videretur caelum posse adiri per oscillationem, &c. quæ compendij gratia hic omitentes, Lectorem remittimus ad Adnotat. nostras in lib. de Pallio cap. 1. num. 17. Et ergo sex dierum Auctori ludi Latiar. dicitur, Macrobio verò: Latiar, quod in honorem fierent Iouis Latiaris seu Latialis, vii legunt Lactantius & Minutius locis citatis Apolog. 8. capit. num. 126. Vbi Auctor: Ecce in illa religiofiss. vrbe Aeneadarum piorum est Iupiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine. Sed bestiarj, inquit. Hoc opinor minus quam hominis, &c. Ex quo loco patet fuisse hos Gladiatorios ludos.

57. & Florales.] De Flora (quam meretricem vocat Minutius in Octauo, & Tatianus aduersus Gentes) florum vii loquebantur Dea, tractat Lactantius lib. 1. cap. 20. Augustin. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 8. Vbi adnotat Vines quibusdam canem esse Floram, quæ Arca Laurentina, matrem Romulæ. Floralia autem (teste Plinio li. 18. ca. 29.) III. Kal. Martis instituerunt, Vrbis anno 516. ex Oraculis Sibyllæ, ut omnia benè deflorescerent. Hunc diem Varro determinat (inquit ibidem) sole Tauri partem

partem quartamdecimam obtinente. Atque de Ludis Florilibus in hac Verba B. August. de consens. Euan. gel. lib. 1. cap. 37. Cicero (inquit) sibi Floram matrem Ludorum celebrare placendam ait. In quibus Ludis tanta turpitudine exhiberi consuevit, ut in eorum comparatione ceteri honesti sint.

58. & municipalibus Fastis superstitionis.] Sic denouo cum Gagnao, pro eo quod erat mendose superstitionibusque. Quæ admodum enim Fastorum superstitionis Romane scripsit 12. libros (quorum sex perierunt) Ouidius, sic & singula Municipia suos Fastos habebant. Fastos autem circa forum in albo propositos à Flauio scribit Linius prope finem lib. 9. ut quando agi lege possent, sciretur.

59. sacri & funebres.] Sacri erant, de quibus paulo ante Magnæ matris Deum, Apollini, Cereri, Neptuno, Latari, Ioui, & Floræ dicantur: funebres verò, de quibus infra cap. 12.

CAP. VII.

60. Communis igitur ludorum origo vtriusque generis, &c.] Nihil etiam hic in titulo immutauimus, sed caput hoc ad marginem inscripsimus: De apparatus Ludorum. Atque placet magis illud excusorum cod. de reatu generali, quam quod habet MS. genitili.

61. Sed Circensium paulo pompatorum suggestus.] Suggestus pro apparatus vel ornamentis frequentur accipitur ab Auctore; eleganter autem pompator nouam vocem formauit à pompa; nam & sequitur: quibus propriè hoc nomen pompa præcedit. Ac si dicat propriè pompam dici Circensium ludorum, ac inde etiam ad usum communem venisse. Hinc Varro lib. 4. vna reddit rationem cur Circus dicatur, quod ibi circus Metas pompa feratur. Huc pertinet illud Ciceronis lib. 1. Offic. Cauendum ne tarditatibus vitamur in gressu mollioribus; ut pomparum ferculis similes esse videamur: & illud Ouidij Fastorum supradictorum lib. 4.

Circus erit pompa celebris. 62. de simulacrorum ferie, de imaginum agmine.] Ad intellectum facit quod citatur à Gyraldo hist. Deorum, syntag. 7. ex Plutarcho de simulacro Apollinis Heliopolitani: Vebatur (inquit) ferculo, Veluti deuehebantur in pompa ludorum Circensium imagines Deorum.

63. de curribus, de thenfis.] Currus, prophana, thenfa sacra erant vehicula. Thenfam enim (teste Festo) ait vocari Simmum (seu, vii legendum ex Lactantio patet, Sismum) Capito vehiculum, quo exiuit Deorum ludicris Circensibus in Circum ad puluinar dehuntur, & ex ebore, ut apud Titimum in Barbato, & ex argento. Quæ ipsa Festi Verba malimus ponere, quam quod habebat Rhenanus partim ex illo, partim ex Padiano in illud Terulliani lib. de Coron. milit. quas (nempe coronas, de quibus ibi latius) ad deducendas thenfas cum palmatis togis fumunt. Ex quo interim illud Ciceronis etiam adnotandum: Omnèque Diij, qui vehiculis thenfarum sollempnes cætus ludorum ire iussistis.

64. de armamaxis.] ἀρμαξίματα, vehiculi genus, de quo Herod. lib. 7. εν τῷ ἀρμαξίματι, quod Verit interpret, ex curru in effedum. Valla putat esse virorum vehiculum, ὡς ἐν τῷ ἀρμαξίματι, sed pro curru, quo mulieres dehuntur, clausis vndique tabernaculis, accipit Plutarcho in Themistocle. Plinius lib. 3. 4. cap. 13. narrat effeda, vehicula, petorita etiam argento ornari solere; quod ad

pompam Circensium pertinere puto.

65. illius vrbs, &c.] Rectè in margine Gagnæus adnotauit Romam intelligi. Est autem de vinea intelligendum quod dicit: & ferculus modicus ex sua fronde; neque enim ex frondibus aliarum arborum, sed ex trunco aut radice ferculi oriuntur.

66. Iouis tamen plaustrum est.] Quum Deorum omnium exiuit (vii mox diximus) thenfa deherentur, maximè certè, Iouis Deum patris supremi. Ceterum ex coniecturâ Latini, omiſſa particula: sed, legimus in huius capitis calce: vel modicè locuples, splendida est cœnfu criminis sui.

CAP. VIII.

67. Vt & de locis secundum propositum exequar, &c.] Retinimus etiam hic titulum priorem ad marginem: De ludorum locis. Multa autem ex hoc capite descripsit Isidor. lib. 18. Etymol. cap. 28. & post eum Erabanus vbi supra.

68. Circus Soli principaliter consecratur, &c.] Primus (teste Casiodoro Variarum lib. 3. Epist. 51.) hoc spectaculum apud Helidem Asia ciuitatem Oenomanus fertur edidisse. Quod postea Romulus in raptis Sabinarum necdum fundatis adificijs mirabiliter ostendit Italia. Deinde (Lino teste lib. 1.) Tarquinius Priscus Romæ Circum primus instituit, in quo ludos opulentius instructisque quam ceteri Reges fecit. Postea mundi dominus (inquit ibidem Casiodorus) ad potentiam suam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam in Vallem Martiam terendit Augustus; ut immensa moles firmiter præcincta montibus (Palatino nempe & Auentino, iuxta Pomponium Latium de Antiquit. Rom.) contineret, vbi magnarum rerum iudicia clauderentur. Bisse-na quippe ostia ad duodecim signa posuerunt. Hæc ab Herkulis fumibus demissis (quod alludit haud dubie supra Auctor, quum loquitur de cardinibus balteorum per ambitum) subita aequalitate panduntur. Quod sic explicat sua descriptione Pyrrhus Izgorius, ac si vnicò ictu ostia duodecim panderentur. Rationem autem reddit Auctor, & post eum Isidorus (cum quibus etiam conuenit Circi catagraphica sæpè dicta descriptio) quod edes Solis medio spatio Circi, & effigies de fastigio ædis emicet. In eo autem quod habet Auctor, Solem non sub tecto fuisse consecratum, sed in aperto, imitatur Vitruuium, vbi de templorum situ tractat. Qui Ioui fulguri (inquit) & caelo & soli & lune ædificia sub diuo hypætræque construuntur. horum enim deorum & species & effectus in aperto mundo & lucenti presentes videmus. Quamquam tamen ille ibidem Herculi, non Soli, edem ad Circum collocari iubet, vbi non fuerint gymnasia neque amphitheatra. Est autem Circus (teste Isidoro) omne illud spatium quod circuire equi solent. Atque quum Varro lib. 4. de ling. Lat. faciat mentionem Circi maximi, Circi intimi, & Circi Flaminij: videtur primum, iuxta quod habet Isidorus dicti lib. cap. 27. locus ille idem, qui Circus dicitur, ensibus dumtaxat circumdari solitus, deinde & balteis per ambitum conclusus (vii supra cap. 3. Auctor subindicat) postremum spectaculis (vii supra cap. 3. Auctor subindicat) circumadificatus. Et intimus Circus, id est interior pars ad Murium vocatus, siue à Muris, quod is locus esset inter singulos, siue à Murto, siue à sacello Murie Veneris, de qua paulopost auctor. Deinde qui amplior factus esset, Circus Maximus appellatus sit. Næ (inquit Plin. lib. 36. c. 15.) Circum

Maximum à Cesare Dictatore exstructum longitudine stadiorum trium, latitudine unius, sed cum edificis iugerum quaternum, ad sedem c c l x. milium inter magna opera dicimus. Postremum & Circus Flaminius dicitur, qui edificatus est circa campum Flaminiū; qui an idem sit, an alius, dispiciant alij. Exstant interim diuersa quidem viriusque de descriptione, sed quae in multis consentiant.

69. Quod spectaculum primum à Circe habent. Ad concordiam huius loci cum Varone, faciunt verba haec Isidori ubi supra. Romani (inquit) dictum putant à circutu equorum, eo quod ibi circum metas equi currant. Graeci vero à Circe, filia Solis, quae patri suo hoc genus certaminis instituit, asserunt nuncupatum, & ab ea Circi appellationem argumentantur. Fuit autem Maga & venefica & sacerdos daemonum, in cuius habitu & opere Magica artes & cultus idololatriæ recognoscuntur. Atqui quantum hunc Solem fuisse, qui Colubis. Etiam & Circem procreauerit, testatur Cicero lib. 2. de nat. Deorum; ad quem alludit Arnob. lib. 4. adu. Gentes: Quintus (inquit) Sol scythici Regis & versipellis habetur Circes pater nemp.

70. Qua. Ipsa curricularum in Circo ouis notata fuisse ex Livio, Diono, & Casiodoro primus adnotauit Alciatus lib. 4. Peregion cap. vlt. Quod etiam alludit Varro de re Rustica lib. 1. ca. 2. quum dicit apud Agris. Nō modo illud ouum sublatum est, quod Ludis Circensibus nouissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ouum vidimus, quod in Cereali pompa solet esse primum. De his ita ubi supra Casiodorus: Nec illud irritum putetur, quod Metarum circuitus ouorum erectionibus exprimitur; quando actus ipse, multis superstitionibus grauius, ouis exemplo, geniturum se aliqua profectur. Atqui ad huius loci intellectum etiam facit dicta descriptio. Vide etiam num. 72.

71. honori Castorum adscribunt. Explicatius paulo Isidorus: Castoris & Pollucis, quippe qui nomine Castorum antiquitus vocentur. Hinc apud Trebellium Pollionem & Capitolinum, Aedes Castorum. Arnobius similiter. Tindaridæ Castores (inquit) unus equos domitare consuevit, alter pugillator bonus. Castori interim singulari numero usurpat etiam Auctor infra lib. 4. aduers. Marc. ubi de eorum patre latius, & cap. sequent. Itaque Castori & Polluci deputatur haec species.

72. Delphinos Nepruno vouent. Gagn. Delphines. Perinde est. Delphinos autem vocat Auctor columnas Delphinis inscriptas, de quibus citat Alciatus loco citato Dionem lib. 49. qui tradit Marcum Agrippam, quum in ἰπποδρόμῳ (quod nos Circum dicimus) videret plerisque errantes in numero, dum duorum stadiorum circuitionem cursūque minus recte obseruarent, iussisse fieri τὸς τε θεῶν φωνὰς καὶ ὁμοίῳ ἀντισημειώματα (pro quo interpret dedit machinas seu phalax in oui formam, quas Metas dicimus,) quibus viarum circuitus certius demonstrarentur. Atque eō alludere Iuuenalem hoc Versu.

Cōsultit ante Phalax Delphinorumque colūnas. Atqui tum ad has, tum ad eas quae sequuntur columnas, refertur illud Seueri & Antonini hac tempestate rescriptum: si columnas Circensibus promissisti, &c. l. i. §. denique. ff. de pollicit. Atqui comprobatur Auctoris sententia, quod habet Hyginus in Delphino: Qui Nepruno (inquit) simulacrum faciunt, Delphinum aut in manu aut sub pede eius consistere videmus, quod Nepruno

gratiss. esse arbitrantur. Atque adeo in dicta descriptione super Columnas Delphino sacras oportet superius adsculpi Delphini.

73. columnas fessias à fementationibus, messias à messibus, tutelinas à tutelis fructuum. Religione veteri constitutum fuit (si Celio Rhodigino Antiqu. lect. lib. 1. cap. 30. creditur) ut qui Salutem Semoniam, Setiam Segeftam, Tutelinam inaspicadō nominasset, is ferias obseruasset. Quod habere illum ex Macrobio testatur Turnebus Aduer. lib. 20. cap. 36. ubi & citat locum Plinii similem lib. 18. cap. 2. Seiam (inquit) à serendo, Segeftam à segetibus appellabant, quarum simulacra in Circo sunt, tertiam ex iis nominare sub tecto religio est. Hanc postremam Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 16. vocat, quemadmodum & hic Auctor, Tutelinā; atque adeo quum adnotet Turnebus in MS. Plinio legi: Seriam, ego ex vicinitate literarum puto legendum Setiam, quamquam interim Macrobius vocet; & eandem recte adnotat Turnebus hic vocari Seftiam. Ego vero etiam existimo eandem esse Plinii Segeftam, Macrobiij Segetiam, & Tertulliani Messiam. Quae tria explicatius distinguuntur à Petro Crinito de honest. discipuli. lib. 25. cap. 11. & B. August. de Ciuit. Dei. lib. 4. cap. 8. Scia (inquit) quae satis frumentis opitulatur, antequam è solo existant; Segetia, cui segetes ipsae commendantur; Tutulina collectis atque reconditis, seu potius (ubi & apud Varonem & Nonium Marcellum & omnes scriptores) legendum censet, quod à Tutela deriuetur, Tutelina. fuit namque et & ara dicata, in Auentino, ad tutelam populi Romani. Habes Columnas Fessias, Messias & Tutelinas etiam in dicta descriptione.

74. Eisdem & Samothracas existimant. Imitatur hic Auctor Varonem lib. 4. de ling. Lat. Terra enim (inquit) & cælum, ut Samothracum initia docent, sunt Dei Magni, & hi quos dixi multis nominibus. Nam neque quae Samothracia (sic enim lego, pro eo quod alij Ambracia, vel Imbrasia) duas viriles species abeneas Dei Magni, neque ut Volgus putat, hi Samothracij Dy, qui Castor & Pollux; sed hi mas & femina, & hi quos Augurum libri scriptos habent sic: Diuipotes (hoc est enim quod addit Auctor: potentibus, valentibus) & sunt pro illis, qui in Samothrace deoī duvaxoi. Habes ubi supra etiam Aras Deorum Potentium & Valentium, de quibus & num. 4. r.

75. Obelisci enormitas, ut Hermateles adfirmat, &c. De hoc Plinius lib. 36. cap. 9. Is autem Obeliscus (inquit) quem Diuus Augustus in Circo magno statuit, excisus est à Rege Semnepteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit, centum viginti quinque pedum & dodrantis præter basim eiusdem lapidis. Is vero qui est in campo Martio, nouem pedibus minor, à sefostride. Inscripti ambo, rerum natura interpretationem Aegyptiorum (atque hinc est quod addit Auctor: Scriptura eius, vnde & census, de Aegypto superstitio est) opera Philosophia continent. An autem legendum sit cum Gelenio: Hermateles, an cum Gagneo: Termateles, poterit iudicare Lector, ubi aliquid de alterutro Auctore inuenierit. Atqui Casiodorus ubi supra duos in Circo Obeliscos ponit: Obeliscorum (inquit) prolixitates ad cæli altitudinem subleuantur; sed potior Soli, inferior Lunae dicatus est. Vbi sacra priscorum Chaldaicis signis (pro eo quod Tertull. & Plinius de Aegypto) quasi litteris indicantur. Eisdem reperire est in suprascripta descriptione.

76. matre magna. Ita Tellurem nuncupatam manifestū est, ex eo quod infra cap. sequ. Terræ matri, inquit, que

que Euripo præsidebat, sicuti ex dicta descriptione constat, leoni insidens, iuxta illud:

Sedibus in curru hyugos agitare leones.

77. ea itaque illic præfider Euripo. Plinius similiter lib. 8. cap. 7. post Suetonium, ubi de Elephantis agit, qui ne erumperent, circumdati erant clabris, seu ut alij legunt, clostris ferreis. Quae de causa (inquit) Caesar Dictator postea simile spectaculum editurus, Euripis harenam circumdedit, quos Nero Princeps sustulit. Super quo loco Hermolauus: Euripi, fosse in ludis circumdata pro sepibus, quorum loco temporaria prius clostra fuerunt. Eodem pertinet quod habet Spartianus in Heliogabalo: Euripis diuino plenis nauales Circenses exhibuit. De eodem Casiodorus in hac verba ubi supra. Euripum maris vitrei reddid imaginem, vnde illic Delphini equorei aquas interfluunt.

78. Murtias quoque idolum fecit. Murtiam enim, &c. Sic omnino legendum, non Mortiam, tum quod præcedit Murtias, tum quod omnes veteres Auctores Murtiam, seu Murceam, hanc Deam nuncupent. Atqui quod apud Metas coheretur, indicat illud Apuleij lib. 6. cum dixit Metas Murtias, tum quod P. Victor in xi. regione Urbis. Adem Murciæ constituit, sicuti & Circum. Quod autē Murtia Dea amoris vocata sit, patet ex Plinio lib. 15. Quin (inquit) & ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murtiam vocant. Aliunde interrim deriuat eam hic Auctor à Murtia, qui idolum primum fecerit. Plinio partim consentit Varro de ling. Lat. li. 4. loco supra citato, deriuans aut à Murteto, ut Plinius, in quo sacellum erat edificatum Murtiæ Veneri, aut à Murcis, id est figulis. Atqui in dicta Circi descriptione visitur etiam Ad. Murtiæ.

79. Ceterum & plateæ, & forum, & balneæ, & stabula, & ipsa domus nostræ sine idolis nō sunt. Platearum, siue Compitalitios Deos supra cap. 5. Lares esse diximus. Mercurio Vitruuius in foro templum constructi vult. In balneis & in stabulis & in domibus Diu penates constitui solent. Eodem pertinent, de quibus libro sequ. Ostiorum dij.

80. Proinde si Capitolium, si Serapeum. De Capitolio infra cap. 12. num. 127. de Serapeo supra Apolog. cap. 18. num. 271.

CAP. IX.

81. Nunc de artificio quo Circenses exhibentur, &c. Caput hoc ad marginem adnotauimus eodem titulo quo prius: De arte Circi. quod integrum ferè descripterunt Isidorus & Erabanus ubi supra.

82. Res equestris retrō, &c. Hunc locum ad Verbum penè transcripsit Isid. lib. 18. cap. 27. de ludis Circensibus. Vbi quod Auctor retrō dicit, ipse antea, item & vti que cōmunis vsus huius reatus non erat, pro: cōmunis vsus reus non erat; & translatus est, pro eo quod Auctor transit, iuxta MS. non enim recte legebatur transit. Recte autem Tertullianus; nam & ab equis Hippodromos Graecis Circus dicebatur.

83. Itaque Castori & Polluci deputatur haec species. Iffidorus: deputantur hæc species; sed illud placet, eo quod præcedat: res equestris de dorso agebatur. Hinc autem pertinet imprimis quod habet Arnobius lib. 8. Testes equestrium fratrum in lacu sicut se ostenderant, statua consecrata, qui anheli spumantibus equis atque sumantibus de Perse victoriam eadem die qua fecerant, nuntiauerunt. Ad quod alludit Prudentius adu. Symmachum his verbis:

Nocturnique equites celsæ duo Numina Romæ. Legit etiam Isidorus: quibus equos à Mercurio distributos

historia docent, pro eo quod nos: Stesichorus docet; qui si exstaret, aliquid hac de re adnotari posset. Fortasse id habet libro quem scripsit de Visitatione Helene; de quo Stesichoro inquam, Poëta insigni, Quintil. lib. 16. cap. 1. & Horatius lib. 4. Carm.

84. Sed & Neptunus equestris, &c. Fictissimè hic castigandus est Isidorus ommissa voce ludus, & ita ut legatur ἵππων, non Hippon. Atqui de Neptuno equestri latiss. Gualdus histor. Deorum syntag. 5. ex Dionysio Hælicarnassæo, Pausania in Achaicis & Arcadicis, Diodoro Siculo, Valerio Probo, Festo, Phurnuto, Artemidoro 1. Oniroicon. Qui ferè in hoc consentiunt, quod equitationis inuentor fuerit, ut fabulas omittamus, quodque primus equos domuerit. Atqui Isidorus hic addit: Sed & Marti & Ioui in ludis equi sunt consecrati. cui correspondet, quod legatur etiam Hippus Mars, & Hippia Iuno. quare videtur apud illum potius legi debere & Iunoni, quum nusquam Iupiter Hippus legatur aut equestris.

85. De iugo verò quadrigas Soli, bigas Lunæ, &c. Iffidorus ubi supra cap. 36. de equis quibus currunt: Quadrigæ (inquit) & Bigæ & trigæ, & seingæ, à numero equorum & iugo dictæ. Ex quibus Quadrigas Soli, Bigas Lunæ, trigas inferis, seingas Ioui, desultores Lucifero & Hespero sacrauerunt. Quadrigas idèō Soli, quia per quatuor tempora annus vertitur, ver, æstatem, autumnum, & hyemem. Bigas Lunæ, quoniam (sic enim lego, pro: quo) gemino cursu cum Sole contendit, siue quia nocte videtur & die; iungunt enim vnum equum nigrum, alterum candidum. Vide infra latius num. 90.

86. Primus Erichtonius currus & quatuor aufus Iungere equos, rapidisq; rotis insistere videtur, &c. Ita hunc locum restituumus, iuxta quod admonuit Harrisus, tum ex Virgilio Georg. 3. ex quo sumpti sunt hi versus, tum ex Isidoro ubi supra cap. 34. qui addit Erichtonium, quod res est, Athenis regnasse, & legit portentum dæmoniacum, pro eo quod excussit Tertulliani cod. dæmoniacum, sed istud placet, eo quod & Lactantio dæmoniacæ fraudes appellantur. Atqui ad huius loci intellectum facit, quod habet in dictum Virgilij locum Seruius: Vulcanus (inquit) impetrato à Ioue Minerva coniugio: illa reluctante effectum libidinis proiecit in terram. Inde natus est puer draconteis pedibus, qui appellatus est Erichtonius, quasi de terra & luto procreatus. Hic ad tegendam pedum seditatem iunctis equis vsus est curru. Porro his consentit etiam Plinius lib. 7. cap. 56. Bigas (inquit) primum iunxit Phrygium natio, Quadrigas Erichtonius.

87. Trochilus Argius, &c. Hinc ita castigandus & supplendus Isidorus: Si verò Trochilus Argius auctor est currus, primò (sic enim & hic lego, pro eo quod erat prima) Iunoni currum dedicauit. Lego enim iuxta emendationem Leopardi lib. 1. cap. 15. Trochilus, pro eo quod hic antea erat Acrophilus, iuxta Gelenium & Gagneum, aut Prophilus in margine apud Gagneum. Adducitur autem auctoritate Theonis in hac verba: οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν ἠνίοχον λέγουν εἶναι ἐλάδαν ἢ βελλεροφόντην, ἢ τροχίλον τῆς καλλιθέας παιδός, &c. Item Pausania in Atticis ὑπερον (inquit) δὲ τροχίλον τὸν ἱεροφάντην φυρόντα ἐξ ἀργύρου, &c. Quare eodem modo etiam legendum est apud Eusebium in Chronicis: Primus quadrigas iunxisse fertur Trochilus, non autem uti hæctenus: Arogilus, seu Proclitus, & apud Hyginum. Nonnulli etiam qui de Syderibus scripserunt, hunc natione Argæum, Trochilum

(non autem Orsilochum) nomine, primum inuentorem quadrigaram esse dixerunt, & pro inuentione siderum locum possedisse.

88. primò Iunoni id opus suum dedicauit.] An quia Argiua Iuno, an Verò quòd dedicator eius currus, quo de more ad sacra perficienda pergebat, duobus fratribus currum subeuntibus, Vti narrat Palephatus in Incred. hist. Herodotus & Valerius Maximus, si creditur Gyrardo Vbi supra Sntag. 3.

89. si idem est Quirinus.] Vide Adnotat. nostras in Cypr. lib. de Idol. Vanit. nu. 19. & supra cap. 6. nu. 37.

90. albus & rufus.] Pro eo quod hic, & bis postea: rufus legitur, Gagnam legebat & similiter Isidorus: rufus. verum nostram veram esse lectionem patet vel ex his verbis: rufus estati ob Solis ruborem, Quum enim duo soli adscribantur equi à Martiali, Xanthus & Eithon, & ἔσθδος Græcè rufum significet flauum, & proinde etiam rufum. Eodem pertinent ferè quatuor nomina equorum apud Ouidium, Pyrois, Eous, Eithon, & Phlegon, & qua sunt apud Fulgentium Mythol. lib. 1. Erythraeus, Acteon, Lampos, & Phlegon. Nam Pyrois & Erythraeus, rufum etiam significat, si Græcam derivationem spectemus. Certè etiam Cato Orig. lib. 7. rufica facie dixit, de qua latius lib. de Hab. mulieb. Similiter castigandus Cassiodorus lib. 3. Variarum epist. 34. Colores autem in vicem temporum quadrifaria diuisione funduntur. Præsumit Virenti verno; Venetus nubila hyemi, rufus æstati flammæ, albus pruinoso autumnino dicitur est.

91. rufum alij Marti.] Etiam hinc confirmatur dicta lectio. Quod enim Calaber Paralip. in Homer. lib. 8. inter quatuor Martii equos, Phlogium etiam enumerat, ab igne, cuius color rufus.

92. album Zephyris.] Imprimis Phœnicen Vsonem Taauto templa posuisse, & illi sacra fecisse narrat Eusebius lib. de Preparat. Euang. Vbi de Phœnica theologia tractat, si Gyrardo creditur, Sntag. 5. Virgilius Verò Æneid. 8. inducit pecudem albam Zephyris salicibus immolasse. Reddit rationem Isidorus Vbi supra cap. 4. 2. quia sereni ferè Zephyri.

93. prafinum terræ matri.] Huius rationem reddidit etiam ibidem Isidorus, quia terra viridis, & similiter Veneti, quod mari tribuebatur, quia carules est coloris.

C A P. X.

94. Transcamus ad Scenicam, &c.] Hic ex tribus titulis in vnum caput coniunctis, vnicum hunc in margine adnotauimus: De Theatro & Artibus Scenicis. Imitatur autem etiam hic, & quadam ad verbum describit Vbi supra Isidorus cap. 43. cuius hoc ad intellectum huius capitis & 17. facit. Scena (inquit) erat locus infra Theatrum in modum domus constructa cum pulpito, qui pulpius orchestra dicebatur; Vbi cantabant Comici, Tragicæ, atque saltabant Histiones & Mimi. Dicta autem Scena, Græca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa: Vnde & apud Hebræos Tabernaculorum dedicatio à similitudine domiciliorum Scenopœgia dicebatur. In Orchestra autem Vti addit cap. 4. 4. etiam Poëta, Comædi & Tragædi ad cantum cōscendebant, hisque canentibus alij gestus edebant. Officia Scenica, Tragædi, Comædi, Themelici, Histiones, Mimi, & Saltatores.

95. infœlicitate thuris & sanguinis.] Vide Adnotat. nostras in Apolog. cap. 30. num. 4. 4. 2. & 4. 4. 4.

96. inter tibus & tubas.] Tibiæ (inquit) Gyrardus hist. Deor. Sntag. 17.) quibus in sacris utebantur, ex busco fuerant; quæ autem in ludis, ex tibus astringuntur, aut ex argento confectæ erant. Vbi etiam citat latiore hæc de re tractatum suum in Poëtarum historia de Scena. Desumpsit ille id ex Plinio lib. 16. cap. 36. Qui etiam lib. 7. cap. 56. Obliquam (inquit) tibiæ Midas in Phrygia, geminas tibus Marsyas in eadem gente inuenit. Vbi & paulo prius Æneam tubam Difeum Tyrrenum inuenisse tradit.

97. designatore & haruspice.] Sic omnino lego, pro eo quod erat: designatore. Ex eo verò quod præcedit: funerum & sacrorum, videtur Auctor loqui de funerum designatore, & sacrorum haruspice. de hoc infra latius lib. de Idololatria, & de Animæ. Designator autem, est Budæo qui funebri pompa præerat, & ab Auctore Pollinctor appellatur Apolog. cap. 13. Vti ibi adnotauimus num. 198. Verum quia ibi quo differt (inquit) ab haruspice pollinctor, nam & haruspex mortuis apparet, verisimilius est & ad funera, & ad sacra referri ab Auctore Designatorem & haruspicem: immò & ad Ludos. Nam Plinianus l. Athletas. ff. De his qui notantur infamia. Designatores nominat, quos Græci βεβουτας appellant, qui ministerium, non autem artem ludicram exercent. βεβουτας autem is erat, qui distribuere βεβουτα.

98. Theatrum propriè sacrarium Veneris est.] Quum Agricultores feriatis diebus (inquit) Cassiodorus Variarum lib. 4. epist. 52.) sacra diuersis numinibus per lucos vicisque celebrarent Athenienses, primum agreste principium in Urbanum spectaculum collegerunt. Theatrum Græco vocabulo Vidorum nominantes, quod eminens astantibus turba consentiens sine aliquo impedimento videatur. Frons autem Theatri Scena dicitur, ab Umbræ luci densiss. Vbi à pastoribus inchoante Verno diuersis sacris carmina cantabantur, ibi & actus musici & prudentiss. seculi dicta claruerunt. Theatrum verò ἀνὰ τὸ θεῶν μὲν, id est, à spectando. Clarus Terullianum explicans Isidor. dicti lib. cap. 42. Theatrum erat (inquit) quo Scena includebatur, semicirculari figuram habens, in quo stantes (immò postea etiam sedentes) omnes inspicunt. Cuius forma primum rotunda erat, sicut & Amphitheatri, postea ex medio Amphitheatro Theatrum factum est. Cur verò Veneris sacrarium, infra hinc & cap. 17. apparet. De theatris verò pensilibus Curionis, supra ex Plinio diximus cap. 3. De Theatro M. Scauri ibidem paulo prius: Hic (inquit) fecit in Adilitate sua opus maximum omnium quæ unquam fuerunt humana manufacta, non temporaria mora, verum etiam æternitatis destinatione. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex in altitudine cccclx. columnarum, in ea ciuitate quæ sex Himettias nō tulerat sine probro cuius ampliss. ima pars Scenæ è marmore fuit, dimidia è Vitro: inaudito etiam postea genere luxuria. Summa tabulis inauratis, ut diximus, ima duodequadragenum pedum. Signa ærea inter columnas fuerunt tria milia numero. Cauca ipsa cepit lxxx. hominum milia. Meminit item idem Theatri Marcelli ab Augusto dedicati lib. 8. cap. 17.

99. Nam sæpè Censores renascentia cum maxime theatra destruebant.] Quum plures eiusmodi Censorum edicta aduersus Theatra passim occurrant in Livio, de Nasica Scipione sic scribit B. August. lib. 2. de ciuitate Dei cap. 5. de simulacro agens, & ludis Deum matris. Absit (inquit) ut Senator populi Romani, ea mente præditus, quæ Theatrum ædificari in vrbe for-

tium

tium virorum prohibuit, sic coli vellet matrem suam, & talibus Dea sacris propitiaretur, qualibus matrona verbis offenderetur. Atqui videtur Auctor pro eodem habere: in testimonium, &: in exaggerationem.

100. Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, &c.] Terullianum imitatus videtur his verbis Vbi supra Cassiodorus: Hos ritus (inquit) Romani sicut ceteras culturas ad suam temp. trabentes, adificium alta cogitatione conceptum magnanimitate mirabili condiderunt. Vnde non immeritò creditur Pompeius hinc potius Magnus fuisse vocatus. De hoc etiam Vbi supra Plinius. Pompeij Amphitheatri cauea toties multiplicata vrbe, tantòque maiore populo, sufficit large xl. milibus. Fortassis fuit duplex Theatrum, quale supra Curionis, atque hinc à Plinio Amphitheatrum dictum. Aut potius, quod colligi potest ex Variis Plinij locis, tum antea, tum postea hoc libro citatis, patet pro eisdem Vsurpasse Plinium & Circum & Theatrum, & Amphitheatrum, Vbi de Variis animalibus Romæ exhibitis agit.

101. Veneris ædem superpoluit, &c.] Tractat latius istud Plutarchus in Vita Pompeij, quod iuxta Porphyriorem, victrici Veneri ædes superposita sit in theatro Pompeij. Meminit & Plinius lib. 8. Pompeij (inquit) altero Consulatu dedicatione templi Veneris victricis pugnauerit in Circo xx. aut Vt quidam, xvii. elephanti, Getulis ex aduerso iaculantibus, mirabili vnus dimicatione, qui pedibus confosis repositis in caueas, arrepta scuta iacens in sublime, quæ decidentia voluptate spectantibus erant in orbem circumacta, veluti arte, non furore belluæ iacerentur.

102. quòd sunt Dionysia penes Græcos.] De Liberalibus supra cap. 5. Eadem fuisse appellata à Græcis Dionysia vel inde patet, quod eundem fuisse & Liberum, & Bacchum, manifestum sit quàm quod probatione indigeat, atque Bacchum Dionysium à Græcis appellatum tradit Euseb. de Preparat. Euang. lib. 2. cap. 2. eo quod ad speluncam Nyses, quæ inter Phœniciam & Nilum sita est, puer à Mercurio transmissus sit, ibidem à Nymphis educatus. Quibus addit quod huic loco maxime conuenit. Satyri (inquit) eum secuti dicuntur, qui saltando & Tragice canendo voluptatem eum adferebant. Ab hoc primum Theatrum & Muscam fuisse harmoniam inuentam. Atqui hic omisit illud: DE ARTIBVS SCENICIS, & quod non ita multiplex erat: DE ARTIBVS, quia ex margine in textum irrepserant. Deinde ex MS. & Isidor. dicti lib. cap. 51. legimus: quæ priuata & propria sunt Scenæ de gestu & corporis fluxu, non flexu, eo quod sequatur, iuxta quod castigauimus ex eodem: Nam mollitiam (seu molliciem) Veneri & Libero immolant, illi per sexum, illi per fluxum dissoluti, pro quo corrupte legebatur: dissolutis.

103. Quæ verò voce & modis & organis & Lyris transiguntur.] Ita etiam ex eodem, pro eo quod erat: organis & litteris; nam & Poëtae lyris sua concinebant carmina: hinc Lyrici dicti. Si interim ad Mercurios profremum illud referatur, posset reineri litteris, Vtpote quarum inuentum illi tribuit Auctor infra de Coron. militis. Verum tamen ibidem: Sed etsi neruos (inquit) idem in fonum strinxit, non negabo: quorum quum usus sit etiam in lyris, placet magis hæc lectio. Coniungitur denique ea lectio ex B. Cypriano lib. de Spect. cap. 2. Vbi Auctorem imitatus; Græca (inquit) certamina vel in cantibus, vel in fidibus, vel in Vocibus, vel in Viribus præsidet suos habent varia demonia.

104. Apollines & Musas & Minervas & Mer-

curios mancipis habent.] Vel hinc confirmatur præcedens lectio: nam & Apollinis simulacro lyra adiungebatur, & Musis tribuebatur lyra septichorda, quemadmodum & Musica ab eis ita cognominata, atque adeo omnis generis & Vocum modi & organa instrumenta reliqua. Rectè etiam & Mineruis & Mercuriis eadem tribuuntur, eo quod artium omnium illi parentes tradantur. Plura vide apud Gregorium Gyrardum de Diis Gentium, de Apolline & Musis Sntag. 7. de Mineruis Sntag. 11. & de Mercuriis Sntag. 9. Ex quo opere multa me passim fateor descripsisse huius in hunc librum Adnotationibus, eoque magnopere me adiutum, quippe qui multum lucis addere possit scriptoribus omnibus. Porro quid mancipis dij, vide Apolog. cap. 11. num. 164.

105. nequam spiritus scilicet demones.] De his vide peculiariter capita integra 2. 2. 23. & 27. Apolog. tici, & Adnotat. ibidem nostras. Atqui lego in calce capitis: constituerant ex MS. pro: constituerunt.

C A P. XI.

106. Vt ordo peragatur, ineamus etiã agonum retractatum.] De titulo priori nihil immutauimus, præterquam quòd ad marginem reiecerimus, qui est: De Agonibus. Atqui nemo exactius omnis generis Agones describit quàm Auctor ipse. Imprimis infra in Scorpiaco: Agonas (inquit) istos, contentiosa sollempnia, & superstitionia certamina Græcarum & religionum & voluptatum, quanta gratia sæculum celebret, etiam Africa liquit. Adhuc Carthaginem singulae ciuitates gratulando inquitant, donatam Pythico agone post Stadij senectutem. Ita ab æuo (alludens quantum apparet ad Ludos saculares, de quibus in Argumento) digniss. creditum est, studiorum experimentum committere artes, corporum & vocum præstantiam expendere, præmio indice, spectaculo iudice, sententia voluptate; qua nulla sunt prælia, nonnulla sunt vulnera, pugni quassant, calcæ arietant, cæstus dilaniant, flagella dilacerant; nemo tamè Agonis Præfidem saggillauerit, quòd homines violentiæ obiectet. Iniuriarum actiones extra Stadium: sed quantum liuores illi & cruores & vibices negotiantur intendit, coronas scilicet, & gloriam, & dorem, priuilegia publica, stipendia ciuica, imagines, statuas, & qualem potest præstare sæculum de fama æternitatem, de memoria resurrectionem. Pyctes ipse non quæritur, dolere se non vult; corona premit vulnera, palma sanguinem obscurat; plus victoriatum est quàm iniuriatum. Hunc tu læsum existimabis, quem vides lætum? Sed nec victus ipse, de Agonotheta casum suum exprobrabit. Deinde Metaphoricè Christus ab Auctore cap. 3. lib. ad Martyras vocatur Agonothetes, Xystarches & Epistates, vbi rectè exponitur per Rhenanum Agonothetes, qui certamen instruit præmiis propositis, Xystarches, Xysti præses, loci (inquam) in quo per hyemem exercebantur, & Epistates, Athletarum magister; addens apud Athenienses, qui decem viris diurno præerat imperio, ἐπιστάτης dictum Demostheni, Metaphora accepta ab iis qui in acie ἐπιστάται & πρὸς δόξαν apud Alianum appellantur, quos rectè Ihesalonicensis Gæza transtulit Substitutes & Assites. Adijcit ibidem Rhenanus apud Græcos olim luctatores Athletas ceromate, id est oleo cerato perfundi solitos, quibus sic Vitis puluis inspergebatur; hinc Vinctores Ceromatis dictos, atque adeo Christum suos athletas spiritu vnguere. Deinde locum certaminis, in quo athleta cogrediu-

tur, οχθιμια Græcis dictum, quod is fossa cingi solet, πρυο το οχθιμια, atque adeo proverbialiter dixisse ibidem Tertull. ad hoc Scamma produxit, de quo latius inter Proverbiales formulas in nostris Prolegomenis. Denique Et Athletas ad frictiorem disciplinam segregari solere, & ibidem Tertull. epist. 2. ad Donatum tradit B. Cyprianus, de quo videat ibi Lector Adnot. nostras num. 23. & infra quoque, ubi de Gladiatoribus agemus; nam id ipsum in illos competet.

107. Proinde Tituli.] Hinc Tituli ex MS. adiecit; nam eodem ordine & de reliquis agit, primum ab origine, deinde à Titulis, ab apparatus & à locis.

108. Olympia Ioui quæ sunt Romæ Capitolina.] Hercules (inquit Plinius lib. 7. cap. 56.) Olympia Athleticam instituit, ab his quod quinto quoque anno fierent Olympiades, de quibus sic Euseb. in Chronicis: Afchylus (inquit) Iudicis Atheniensium anno 2. prima Olympia acta, qua erat Agon Gymnicus, in quo Chorabus Heliensis exstitit victor. Hely enim agunt quinquennale certamen quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituuntur quatuor: quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis sive Hæmonis primus construxit: idque anno 3. Phæcia regis Isræel. Cui correspondet illud Pompeij Mela: in Achaia quondam Pisa Onomai Elis, & nomen delubrumque Olympij Iouis, certamine Gymnico, ipso simulacro, quod Phidie opus est maxime celebre.

109. Herculi Nemæa.] Nemæa (inquit Rhenanus in lib. de Cor. milit.) celebrabantur in honorem Herculis, qui in Nemæa sylva leonem occidit. Ludi instituti propter Arcætorum.

110. Neptuno Isthmia.] Ludos Gymnicos (inquit ubi supra Plinius) in Arcadia Iycaon, funebres Acæstus in Iulco, post eum Thebens in Isthmo. Hinc & Strabo lib. 8. in Isthmo (inquit) Neptuni, quem Isthmium vocant, templum eminet, picearum arborum luce circumclusum, ubi ludos Isthmicos decertatos Corinthis celebrare solent. Legimus autem cum MS. ceteri mortuorum varij agones, pro eo quod erat: mortuarij.

111. de sacerdotibus præsidibus, de Collegiatis ministris.] Similiter supra dixit cap. 7. Quot collegia, quot sacerdotia, quot officia. Atqui Sacerdotum Collegij meminit Cicero aduers. Ferrem, & mox Auctor Collegij artium Musicarum, Minerualium, Apollinarium, & Martialium per duellum, per tubam. Atqui Numa Pompilius plura in ciuitate (ut Plutarchus scribit) Collegia constituit, quæ per artes singulas distinxit. Ea L. Iulio & C. Mario Coss. Senatusconsulto sunt sublata, quum aduersus Remp. esse viderentur. Post nouem deinde annos quam sublata fuerant, P. Clodius (ut est apud Padianum) legem tulit de Collegiis restituendis, nouisque in ciuitate instituendis. Vnde Cicero: Collegia (inquit) non solum quæ Senatus tulerat restituta, sed innumerabilia quedam ex omni face Urbis ac feruio concitata; idque ad varios Deorum honores. Dehinc Iulius Cæsar (Suetonio teste cap. 42.) cuncta Collegia præter antiquius constituta detraxit. Quod ipsum testatur etiam in Octauij cap. 11. idem refert in Claud. c. 21. quod in cooptandis per Collegia sacerdotibus, neminem nisi iuratus nominauit.

112. ut stadio Circum æmulentur.] Sôδαιον iuxta Gell. lib. 1. cap. 1. οὐδὲ τῆς σôδαιος, id est à statione, quod Hercules eo spatio vno spiritu confecto, constitisset. Institutum quippe ab Hercule Stadium tradunt, eumque pedibus suis metatum esse id Stadium, quod est Pisis apud Iouem Olympicum, fecissetque longum pedes sexcentos.

tos. Atqui Domitianus Romæ inter cetera etiam Stadium extruxit. Hinc Iulio Firmico Stadiodromus, qui Stadium præcurrit; item & Plinio lib. 34. cap. 8. Leontius (inquit) fecit Stadiodromum Astylos, qui Olympia ostendit. Neque enim Astylos, loci ipsius nomen, ut quidam volunt, sed Athleta. Legimus verò cum MS. & ipsum eius idoli, ex quo adiecit; eius.

113. Sed & Gymnicas artes Castorum, &c. disciplina prodiderunt.] Sic iterum cum Gagneo, pro eo quod irrepserat Gymnicæ. Gymnicus autem ludus (inquit Isidor. ubi supra cap. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23.) est Velocitatis aut Virium gloria. Antea certantes cincti erant ne nudarentur: post relaxato cingulo repente prostratus & exanimatus est quidam cursor, quare ex consilij decreto tunc Archon, id est Xystarches, Etippomenes, ut nudè deinceps omnes exercerentur, permisit. Ex illo γυμνικός dictus est (sic enim legendum ubi cœsio, non Gymnasium, de quo prius egerat) quod iuuenes nudi exercantur in campo, ubi sola tantum pudenda operantur. Genera autem Gymnicorum quinque, Saltus, cursus, iactus, virtus, atque luctatio. Atqui teste Plinio lib. 7. cap. 56. ludos Gymnicos instituit in Arcadia Iycaon.

C A P. XII.

114. Superest illius insignis.] Spectaculi acceptiff. recognitio. Munus, &c.] Etiam hic priorem titulum retinimus, et in marginè reiecit istum: De Munere. Quod ipsum ita pulchrè quid sit explicat, ut commentario magno non sit opus, ut etiam adiecit epist. 2. B. Cyp. ad Donatum, num. 27. ad illud: Et spectaculi licet pretium largior Muneris apparatus amplifcet. Eodem pertinent phrasæ Iurij consulti, Munus dare, l. Mortuo. & Munus edere, l. Charidemus. De pollicite. Quod autem Auctor hic & Apolog. cap. 4. non vno in loco Cicero simpliciter Munus, Suetonio in Cæsar. cap. 39. Munus gladiatorum dixit. Munerarium autem (inquit Quintilian. lib. 8. cap. 31.) Augustus primus dixit: eodem appellat nomine & Suetonius Domitianum cap. 10. cum ferarum spectaculum seu Gladiatorum ludum exhiberet. Cuiusmodi, quando, & à quibus exhibiti sint ludi, mox dicemus latius. supra etiam aliquot adnotauimus nu. 77. 98. & 101. Atqui B. quoque Irenæus lib. adu. hæres. 1. cap. 1. hereticis inter cetera impingit, quod non abstinerent, quod est apud Deum & homines odiosum (sic enim lego pro: oiosum) Muneris homicidiale spectaculum.

115. quoniam officium etiam Muneris nomen est.] Hinc pertinet quod Veteres Officium munusque ferè coniungere soleant. Hinc Cicero lib. 1. de Diuin. Officium & munus oculorum, & lib. 4. de Finibus: Officiū munitisque sapientia; quamquam interim Auctor Officium accipere magis videatur pro Officio mortuorum, quod postremum officium Tacito lib. 5. & Q. Curtio lib. 3. dicitur.

116. captiuos vel malo ingenio seruos mercati in exequiis immolabant.] Habet id ipsum Alexander ab Alexandro Genial. dierum lib. 6. adiens apud Athenienses vsum obtinuisse, ut Imperatore Vita functo duodecim captiuos ad sepulchrum iugulati vna tumularentur.

117. edicto Inferiarum die apud tumulos erogabant.] Inferiæ (inquit Festus) sacrificia quæ diis Manibus inferebant. Facit autem pro Auctore illud Virgiliy 10. Æneid.

Viuentes rapit inferias quos immolet vmbri.
Atqui etiam huius secundo introductæ consuetudinis meminit Alexander ab Alexandro, adiciens ad id certamen

tamen, non modo Gladiatores à Lanistis eruditos produisse, sed & à Nerone exhibitos ad ferrum Senatores cccc. Equites dc. Et Domitiani quoque temporibus nõ modo Nobiles ad Virtutis specimen ostendendum, in arenam produisse, sed & mulierum pugnas illum commississe, donec cautum fuit, ne Equites Romani Ludo arena polluerentur. Primum autem & Iunium Brutum, in honorem patriæ munus edidisse Gladiatorum testis est Linius in Perioche. Legimus autem ex MS. cod. quia ferrum voluptati satis non faciebat, pro eo quod erat: ferarum voluptati satis non fiebat; alioqui enim repetitio fieret supernacanea in eo quod subiungitur.

118. nisi & feris humana corpora dissiparentur.] Valerius Max. lib. 2. tradit Appium Claudium & Fulvium Coss. primos in foro Boario Gladiatores cum feris commississe. De hoc in hæc Verba Isid. ubi supra cap. 58. Ferarum pugna erat, missas bestias iuuenes excipere, & pugnare aduersus eas, vtrouero funere certare, non crimine, sed furore.

119. Quod ergo mortuis litabatur, vtrique parentationi deputabatur.] Alludere videtur ad illud Ciceronis pro L. Flacco. Litemus igitur Lentulo, parentem Cethego. Parentare enim primum accipiebatur pro parentibus iusta celebrare, deinde & ad alios translatum. Ad institutum autem nostrum pertinet illud Seneca epist. 123. Mortuis certè vni parentantur.

120. Quæsturas dico.] De Quæstoribus aliquid diximus in epist. 2. ad Donatum B. Cyp. num. 42. Atqui hæc pertinet quod habet ubi supra Alex. ab Alex. Quum antea Gladiatori Ludj Imperatorum munus forent, Claudius princeps ut pecunia Quæstorum fieret, cauit edicto.

121. & Magistratus.] Magistratus (teste Festo) qui per imperia potentiores sunt quam priuati. Hac itaque appellatione intelligit Auctor Adilitatem, Præcuram, Consulatum ac Dictaturam. Nam apud Plinium lib. 8. hist. natur. legitur, in Adilitate Curuli Claudij Pulcri primum Romæ pugnasse Elephantos, deinde & Lucullorum, cap. 7. Leonum plurimum pugnam Romæ primum edidisse Q. Scæuolam P. filium, cap. 16. M. Scæurum 150. Pantheras & 5. Crocodilos, cap. 17. & 26. Domitium denique Anobarbum Vrsos Numidicos 100. & totidem Venatores Ethiopas, cap. 36. In Prætura vero centum iudiciorum Leonum pugnam primum omnium L. Syllam, qui postea Dictator fuit, cap. 16. In Consulatu Pompeij altero Elephantos 20. & Leones 60. Cæsaris Dictatoris tertio Elephantos etiam 20. ac Leones 400. cap. 7. & 16. Denique Dictatoris Cæsaris Lucij Circensibus primum Visam Camelopardalim, cap. 18.

122. Flaminia & sacerdotia.] Fortassis ob Flamines & sacerdotes, qui Munerum editionem præter morem usurparent, Tiberio imperante, cautum fuit (ut scribit Alexander ubi supra) ne quis Gladiatorum munus daret, cui minus quadringentis milibus census esset.

123. quod purpuræ, quod fasciæ, quod vittæ, quod coronæ.] Ita omnino lego, pro eo quod irrepserat corruptiss. fasces. neque enim fasces in Gladiatorio munere usurpabantur, sed fasciæ. Vide autem de purpuris & vittis Adnotat. nostras ad cap. 15. Apolog. nu. 231. De coronis verò, quarum hoc lib. frequentiss. mentio, lib. de Cor. milit. penè integrum, & ibidem de Ianis seu fasciis, cap. 18.

124. conciones & edicta.] Similiter loquitur Lini. lib. 2. Concione (inquit) edicto fecit fidem, ne quis ciuem Romanum vincitum aut clausum teneret. Videntur

itaque ante editionem Muneris Gladiatorij aut inter sacrificandum, aut paulopost, varia fuisse usurpata conciones & edicta (ut cum Tacito loquar) in populum; quæ plerumque etiam edicebantur contra Christianos, ut infra latius cap. 23.

125. & pulces pridiana.] Pulcium & liborum solitos Deorum victus irridet Arnob. lib. 7. dicens se opinari propterea illis vino opus esse in sacrificiis, quo putrescat facilius, & percoquatur cibus. Et multo ante eodem lib. Quid fritilla (sic enim lego à frit, pro fitilla) quid frumen; quid gratilla, catumeum, consolum, cunibala, ex quibus duo quæ priora sunt, pulcium nomina, sed genere & qualitate diuersa, series verò quæ sequitur liborum significatias continet.

126. Amphitheatrum.] Amphitheatrum (inquit Isidorus, ubi supra, cap. 52.) locus est spectaculi, ubi pugnant Gladiatores, ita dictum, quod ex duobus theatris sit factum: nam rotundum est, theatrum verò semicirculi figuram habet. Huc pertinet illud Suetonij in Nerone. Hos Ludos spectauit è Prosenj fastigio, munere quod in Amphitheatro dedit. Addit Cassiodorus V. ar. lib. 5. epist. Theodorici Regis ad Maximum: Oui specie (sic enim castigo) eius arenam concludens.

127. Capitolium omnium dæmonum templum est.] Capitolium non modo Romæ, sed & aliis in locis atque ciuitatibus erectum fuisse ex Sidonio patet, qui & Narbonensis, & Ruenmatis, & Tolosani Capitolij meminit, in Vitis sanctorum Apollinaris & Saturnini; atque adde & Carthagini fuisse Capitolium patet ex Cypriani epist. 55. & lib. de lapsis. Atqui de Romano Capitolio clariss. omnium scribit Arnobius adu. Gentes lib. 4. Nonne (inquit) vides in Capitolis omnibus virginales esse species Mineruarum? & lib. 6. Regnatoris (inquit) in populi Capitolio quis est hominum qui ignoret, Toli esse sepulcrum Fulcentani? Quis est, inquam, qui non sciat, ex fundaminum sedibus caput hominis euolutum, non ante plurimum temporis, aut solum sine partibus ceteris (hoc enim quidam ferunt) aut cum membris omnibus humanationis officia sortitum? Quod si plenum feri testimonij postulat Auctorum; Sammonicus, Granius, Valerianus Vobis & Fabius indicabunt, cuius Tolutus filius fuerit, gentis & nationis cuius, ut à germani seruolo vita fuerit spoliatus & lumine, quid de suis commiserit cibus, ut ei sit abnegata telluris patriæ sepultura. Condiscetis etiam (quamuis nolle istud publicare se fingant) quid sit capite resecto factum, vel in qua parte fuerit curiosa obscuritate conclusum, ut immobilis videlicet atque fixa obsequati omnis perpetuus staret. Quod quum opprimi par esset, & vetustatis obliuione celari, compositio nominis iecit in medium, & cum suis causis per data sibi tempora inextinguibili fecit testificatione procedere; nec erubuit ciuitas maxima & numinum cultorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quam ex nomine Iouis nuncupare.

128. Martem & Dianam, &c.] Vtrumque Ludum intelligit, opinor, tum eum qui per solos Gladiatores Marti, tum eum qui cum feris fiebat Dianæ consecratis: Diana (inquam) Scythica, ut tradit Theodoricus Rex epist. ad Maximum, Valerianum Cassiodorus lib. 5.

C A P. XIII.

129. Saris, opinor, impleuimus ordinem, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Præcedentium Epilogus; quo nempe concluditur ab omnium 4. generum spectaculis, tanquam ab idololatria abstinentium.

130. in consecrationibus idolorum siue mortuorum, siue (vt putant) Deorum.] *Vide Adnot. in Apolog. cap. 12. nu. 176. De consecrationis ritu, & quod Dij non sint, sed homines mortui, integris duobus capitibus tractat Auctor eiusdem Apolog. cap. 10. & 11. De idolis etiam, quod nihil sint, libro sequenti de idololatria.*

131. de parentato edimus.] *De abusu obsoniorum parentantium ad busta, vide Adnot. nostras supra ad lib. de Testim. anim. cap. 4. num. 20.*

132. ab idolothytis & necrothytis voluptatibus.] *Quemadmodum εἰδωλόθυτα in scripturis sacris appellatur qua idolis immolantur, ita & eadem derivatione dicitur Auctor νεκρόθυτα, mortuus immolata.*

CAP. XIII.

133. Nunc interposito nosse de idololatria, &c.] *Capituli huius titulus à nobis attributus est: Quod concupiscentiæ nomine interdicanter Spectacula. Legimus autem omnino: nosse de idololatria, ac sic dicit: Postquam interpositum notitiam de idololatria, quod nempe ad idololatriam pertineant Spectacula. Et mox cum MS. quasi parum etiam de Spectaculis pronuncietur, pro: de litteris.*

134. cum concupiscentiæ sæculi damnantur, &c.] *Alludere videtur ad illud 1. Ioan. 2. Omne quod est in sæculo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex sæculo est, & sæculum transit, & concupiscentia eius.*

135. nominatæ concupiscentiæ.] *MS. nomina concupiscentiæ, sed neutrum satisfaciit; integra periodus hæc aut inutilis est, aut corrupta.*

CAP. XV.

136. Vident ergo, vt diximus, principalis titulus idololatriæ, &c.] *Capituli hoc inscriptum: De furore, bile, ira, & dolore. Porro etiam hic corruptus est locus, cui sine MS. codicum plurimum ope mederi non potuimus.*

137. Deus præcepit Spiritum sanctum, &c. tranquillitate, &c. tractare, &c.] *Alludit haud dubie ad illud Ephes. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis, in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia; indicatis per posteriora illa verba explicari præcedentia.*

138. & dolor.] *Insigne huius rei exemplum recitat Plinius lib. 8. cap. 7. Vniuersi (inquit) Pompeiani elephantum eruptionem tentare, non sine vexatione populi, circumdatis clostris ferreis. Sed amissa fugæ spe misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes, supplicauerunt, quadam sese lamentatione complorantes. Tanto populi dolore, vt oblitus Imperatoris, ac munificentia honoris suo exquisita, flens vniuersus consurgeret, diris que Pompeio quas ille mox luit, pœnas imprecaretur. Atqui siue legas immobilis animi, cum excusis, siue: immobili animo, cum MS. perinde est.*

139. Ipsi casus incitamenta sunt adfectus.] *Huius quoque experientiam videre est apud D. August. Confess. lib. 6. cap. 8. de Alypio. Quum (inquit) auerteretur & detestaretur talia, quidam eius amici & condiscipuli, cum forte de prandio redeuntibus obuius esset, recitantem vehementer & resistentem, familiariter violentia duxerunt in Amphitheatrum, crudelium & funestorum Ludorum diebus, hæc dicentem: Si corpus meum in illum*

locum trahitis, & ibi constituitis, nunquid & animum & oculos meos in illa Spectacula potestis intendere? Adero itaque absens, & sic & vos & illa superabo. Quibus auditis illi nihilosecius eum abduxerunt secum, idipsum explorare cupientes, utrum posset efficere: Quò ubi venimus est, & sedibus quibus potuerunt locati sunt, seruebant omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausis foribus oculorum, interdicit animo, ne in tanta mala procederet; atque Vinam & aures obturasset. Nam quodam pugnæ calu, quum ingens clamor populi totius vehementer eum pulsasset, curiositate victus, & quasi paratus quicquid illud esset, etiam visum contemnere & vincere, aperuit oculos. Et percussus est grauiore vulnere in anima, quam ille in corpore quem videre concupiuit, ceciditque miserabilis, quam ille quo cadente factus est clamor. Porro post aliquot lineas, pro eo quod excusis legunt: nisi & talia facientibus non conferamur, MS. facitantiibus, eligit alterutrum Lector.

CAP. XVI.

140. Quum ergo furor interdicitur nobis, &c.] *Huius capituli titulum dedimus: De furoribus Circi. In quo imitatur illum B. Cypri. locis supra citatis, præterquam quod hic pulcherrime explicat morem Sponsionum in populo committendorum Gladiatorum, iuxta sortes in vrna volutatas, & similia, de quibus mox latius.*

141. iam de sponsonibus concitatum.] *Sponsones (inquit Turnebus Aduers. lib. 8. cap. 4.) intelligit depositis pignoribus aut pecunia de alicuius Gladiatoris Victoria factis. Eodem pertinet illud Martialis:*

Sed cum sponso fabulæque lassæ

De scarpo fuerint & incitato.

142. Tardus est illi Prætor, &c.] *Eodem istud pertinet cum eo quod mox sequitur: Dehinc ad signum anxij pendent. Nam Prætor (vt adnotat Turnebus lib. Aduers. 18. cap. 33.) signum quadrigis mittebat, vt è carceribus exirent. Missus autem seu emissio quadrigarum sorte mittebatur, & Prætor qui Ludis præerat, ex vrna eas educebat; hoc est enim quod habet Auctor. Semper oculi in vrna eius cum sortibus volutantur. Hæc ille. His adde quod adnotat Politianus, agens de Ludis secularibus in suis Miscellaneis: Centum missus solere fieri in Circensibus; proinde Domitiani Ludis, quò facilius totidem peragerentur, singulos à septenis spatris ad quina ab eo fuisse correptos. Deinde alludit huc haud dubie Auctor supra lib. de Pallio cap. 1. his verbis: At quum secularium fortium variavit vrna, ubi aliquid de eo more fortium in vrnam mittendorum diximus num. 9. Certè etiam in Scenicis Spectaculis sorte emitti solere citharados, patet ex illo Suet. de Nerone cap. 21. Nomen suum (inquit) in albo profitentium citharadorum iussit adscribi, sorticulaque in vrnam demissa cum ceteris, intravit ordine suo.*

143. Misit dicant, &c. non vident missum quid sit, Mappam putant.] *Mappam (inquit Quintil. lib. 1. cap. 9.) iustitiam nomen Circo, Pœni sibi vendicant. Super quo loco intelligit interpres Mappam Victori Aurigæ à Prætoris mitti solitam. Verum magis placet Budæi sententia, qui tradit signum fuisse committendorum aurigarum, quam sequitur & Turnebus ubi supra, eo quod sequatur: Ex eo itur in furias & animos & discordias, &c. Odij etiam suffragia. si enim in mappa Victoria signum erat post brachium seu coronam datam, frustra fiebant suffragia. Confirmatur idipsum ex Suetonio, qui de Nerone cap. 22. ita scribit: Vniuersorum (inquit) se oculis in Circo Maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam,*

mappam, vnde magistratus solent. In qua sententia Casiodorus fuisse adnotat in Suetonium Sabellicis, allegans ibidem similes locos, Martialis lib. 12.

Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam, Prætor mappam surripit Hermogenes. & Iuuenalis Satyr. 22.

Interea Megalefiacæ Spectacula mappæ.

Certè nostram sententiam Veriorem esse conuincit dictus Casiodorus Variarum lib. 3. epist. 51. supra citata ad Fastum Præpositum: Mappa (inquit) quæ signum dare solet Circensibus, tali casu fluxit in morem. Quum Nero prandium protenderet, & celeritatem, vt assolet, audis spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, insit abijci per fenestram, vt libertatem daret certaminis postulat. Hinc tractum est, vt ostensa Mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Atqui inde Prouerbum ortum indicat Auctor lib. adu. Valentin. infra Tomo sequenti: Sed (inquit) mappa, quod a iunt, missa. Vbi postmodum eadem multa apud Rhenanum reperi. Atqui illud: sed est diaboli ab alto præcipitata figura, etiam confirmat nostram sententiam, eo quod post mappam missam incipiant diaboli instinctu furia & discordia, &c. Est autem Terullianicum illud: quam sine causa odisse, pro: potius quam.

144. vbi ne Principibus quidem suis aut ciuibus parcunt.] *Præterquam quod supra eius rei exemplum posuimus, certè idipsum habet supra Auctor sui Apolog. cap. 35. Ipsos (inquit) Quiritis; ipsam veraculam septem collium plebem conuenio, an alicui Cæsari suo parcat illa lingua Romana? Testis est Tiberis & scholæ bestiarum. Huc pertinet illud Suetonio in Domitiano: Patremfamilias quod Thracem Myrmilloni parem, munerario (Imperatori nempe) impari dixerat, detractum è Spectaculis in harenam, canibus obiecit cum hoc titulo: Impie locutus Parmularius. Quare & has iniurias Theodorici Rex epist. 27. 30. 31. & 32. lib. 1. Variarum Casiodori edicto reuocauit. Atque idè (inquit epist. 30.) Edictali programme desinimus, vt si atroces iniurias in quempiam Senatorum vox iniusta scripserit, nouerit se à Præfecto vrbis legibus audiendum, &c. ne prolixiores simus. Idipsum de scena ibidem subiungens, quamquam paulo obscurius, clarius autem B. August. de Comædia, & Cicero nis lib. 4. de Republica, mentionem faciens de lege XII. Tabul. contraria lib. 2. de Ciuit. Dei, cap. 9. & 12.*

145. aliubi.] *MS. & Gagnæus: alicubi. verum illud placet: nam similiter Plinius lib. 11. cap. 14. Aliubi (inquit) saxi cera Spectabiles gignuntur, vt in Pelignis, Sicilia; aliubi mellis copia, vt in Creta, Cypro, Africa; aliubi magnitudine, vt in Septentrionalibus.*

CAP. XVII.

146. Similiter impudicitiam omnem amoliri iubemur.] *Dedimus huic titulum capituli: De Theatri impudicitia. In quo illum disertis verbis imitantur B. Cyprian. epist. 2. & lib. de Spectaculis, cap. 5. Lactantius lib. 6. cap. 20. & August. lib. 2. de Ciuitate Dei cap. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. Alludit autem hic Auctor ad illud Marci 7. de quo reliqua citat sub finem huius capituli: Quæ de homine exeunt, illa communicant hominem. Ab intus enim de corde hominum male cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes,*

impudicitia, &c. Omnia hæc ab intus procedunt, & communicant hominem. Fortassis & ad illud Roman. 13. Non in cubilibus & impudicitia.

147. Atellanus gesticulator.] *Ita omnino legendum cum Latino, pro: gesticulatur. Atella Ptolomæo & Stephano oppidum Oscorum, ubi grande & egregium Amphitheatrum; hinc Atellani ludi, Liuso teste lib. 7. quod genus ludorum (inquit ille) ab Oscis acceptum tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est.*

148. quam Mimus etiam per mulieres repræsentat.] *Ita omnino legendum, pro eo quod antea corruptiss. minus. nam isdem pene verbis & B. Cyprianus epist. 2. & Lact. & August. de Mimis loquuntur, de quibus aliquid diximus ad dictam Cyprian. epist. num. 30. Alludit huc etiam Isidorus, quum dicit: Theatrum etiam lupanar vocatum & prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur. Quod ipsum iam diu antea reprehendit Chrysost. hom. 6. in Math.*

149. Quam denique Pantomimus.] *Similiter distinguit Arnobius lib. 4. Quid Pantomimi vestri, quid Histriones, quid illa Mimorum atque exoleti generis multitudo? Dicebatur autem Pantomimus tamquam personarum omnium imitator efficiorque. Hinc Casiodorus ubi supra lib. Variar. 4. epist. 16. Pantomimo (inquit) à multisaria imitatione nomen est. Idem corpus Herculeum designat & Fenerem (cui similia Auctor Apolog. cap. 19. feminam præsentat & marem, Regem facit & militem, senem reddit & iuuenem, vt in vno credas esse multos, tam varia imitatione discretos.*

150. Stipes, elogium.] *Alludere videtur ad ludos Scenicos Matris Deum Cybeles, de quibus potiss. August. valde obscuris, nam edicto cauebantur (vt adnotauit Alexand. ab Alex. ubi supra). Præter Ideæ matris familiaris, easque iussis diebus ne quis stipem cogito. Quæ ipsa de re plura videat Lector in Apolog. cap. 13. nu. 195. & 42. cap. num. 555. De elogio vero lib. ad scapulam cap. 4. num. 26.*

151. cum spiritui appareant aures & oculi.] *Similiter dixit lib. de Resurr. carnis: apparere animæ super quo loco Rhenanus: Apparere (inquit) est ministrare, famulari, inferuire. Et est, vt Asconius docet, minoris ad maiorem. Vnde & Apparitores dicti Viatores, qui iudicibus præsto sunt, & iussa, missisque eorum expectant. Quo sensu & hic accipi patet, vel ex eo quod de iisdem oculis & auribus subiungitur: cuius apparitores inquinantur. Eodem etiam significato dixit Auctor lib. de Prescript. adu. hæres. & apparitio deuota.*

CAP. XVIII.

152. Sin & doctrinam secularis litteraturæ.] *Inscriptum hoc capituli, De stadij & palæstrica vanitatibus. In quo imitatur Auctorem B. Cyprian. lib. de Spectac. cap. 7. & Lactantius ubi supra, ac Arnob. lib. 7. Alludit autem ad illud 1. Cor. 3. sapientia huius sæculi stultitia est apud Deum.*

153. Iustoriam vel Agonisticam scenam.] *Quamquam prima facie pertinere istud adhuc videatur ad Theatrum, certè & in Olympiis, ac quinquenniorum certaminibus quæ in stadio fiebant, more Græcorum (quod pertinet illud propter Græcia ocium) ceperunt tandem etiam Comædiæ & Tragediæ celebrari. Quod imprimis indicat illud B. Cyprian. lib. de Spectac. cap. 2. Græca illa certamina, vel in cantibus, vel in fidibus, vel in votibus, vel in viribus; præsidet suos habent diuersa demonia*



atque adeo etiam Comicos & inutiles curus, & Tragicae vocis insanias cap. 6. inter Graeciae oblectamenta recenset. Deinde Alexand. ab Alexand. ubi supra: Fuit praeterea (inquit) quinquennale ludicrum, in quo tam versu quam prosa oratione Graecè Latineque (en secularium, de qua hic Auctor, litteraturam) tum Musica per citharædos & citharistas, tum Gymnicis ludis certabatur. Quos Nero Caesar primus ad morem Graeci certaminis ex Graecia Romam deduxisse, Iouisque Capitolino dicasse, atque singulis quinquennis magno animorum certamine celebrasse legitur apud Suetonium, iam intermissos ducentis annis à Lucij Memmij triumpho, qui primus hoc spectaculi genus in Urbe praestitit. C. Caligula verò horum instar, miscellos Ludum fecit, Graeciae Latinaeque facultate experimento; in quo lege sancitum erat, ut victi victoribus hoc praemij darent, ut ipsorum laudes tanquam obnoxij carmine celebrarent. Postea à Domitiano triplex institutum ferunt eodem Capitolino Joui, Musicum, Equestre, & Gymnicum, in quo Publius Mimographus palmam tulisse fertur.

154. Quòd si & stadium contendas in scripturis nominari. Hunc locum imitatur B. Cyprian. lib. de Spectacul. cap. 2. De stadiis (inquit) Apostolus sumit exemplum; corone quoque collocat praemia. Cur ergo homini fideli Christiano non liceat spectare, quod licuit diuinis litteris scribere? Respondet autem: Argumentum est excitanda virtutis, non permissio sine libertas spectaculorum. Alludit verque ad illud 1. Cor. 9. Ne scitis quòd in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit praemium? Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet; & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

155. Non probabis vsquam vanos cursus & iaculatus, &c.] Huc pertinet illud Iffidori libri sapientiae cap. 26. Agonum genera, immensas virium, cursus celeritas, sagittandi perita, standi patientia, ad citharam quoque vel tibis incedendi modus; de moribus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terrestris quoque & naualis praelij perpetuorumque suppliciorum certamina.

156. ut plasticam Dei supergressæ propter oecium Graeciae atiles homines oderis. Si hoc modo legatur, constabit aliquis sensus; alioqui Hyperbaton est, si legatur supergressæ propter Graeciae oecium. De Plastica infra lib. de Culus famini. Porro atiles homines pulcherrima metaphora docet Athletas, qui ad instar altitium, id est animantium, quae inclusa aluntur ut pinguescant, saginabantur. De quibus in hac verba B. Cyprianus epist. 2. ad Donatum: Impletur in succum cibis fortioribus corpus, & aruinae toris membrorum moles robusta pinguescit, ut saginatus in pacem carius pereat. Alebantur autem & instituebantur Rauennae Gladiatores à Lanistis, Strabone teste.

157. Et Palæstrica diaboli negotium est, &c.] Palæstram (inquit) Iffidori ubi supra cap. 24. vel ἀπό τῆς πάλαι (sic enim suppleo quod desiderabatur) id est, à luctatione, vel ἀπό τῆς πάλαι, id est à motu ruinae fortis, nominatam dicunt, scilicet quòd in luctando, cum mediis arripiant, ferè quatiant, idque apud Graecos πάλαι vocatur. Et rectè quidem ille, non secus atque alij qui deriuant ἀπό τῆς πάλαι, id est à motu ruinae, eo quòd ducta sorte luctabantur. Nam πάλαι & vibrare, & concutere, & sortiri significat. Addit ibidem: Quosdam opinari artem lu-

standi versus contentione monstratam; namque inter ceteras feras eos solos & erigi congestos, & suscipere celeriter ac reuerti; ac modo manibus tentare inuicem, modo complexu abigere (seu potius, vii lego, subigere) sese more luctantium, dicunt.

158. Primos homines diabolus elisit, &c.] Metaphoricè istud adaptat ad lapsum primi hominis, in finitru diabolus in forma colubri seu serpentis, Gen. 3. ad quod Auctor potius referre videtur luctæ originem. Quod verò Christiano nullus coronatum vius, latiss. tractat integro libro de Corona militis.

CAP. XIX.

159. Expectabimus nunc, vt & Amphitheatri repudium de scripturis petamus. Dedimus titulum huic capiti: De Amphitheatri scauitia. Imitatur autem Auctorem B. Cyprian. & Lactantius locis saepe citatis, ac Arnobius lib. 2. Verbis initio huius libri citatis, & Theodoricus Rex epist. 42. ad Maximum, lib. 5. Variarum Casiodori, ubi diuersissima hominum cum feris certamina quasi ad oculum verbis aliquanto obscurioribus depingit, quò Lectorem compendij gratia remittimus. Idem epist. 49. lib. 3. meminit ruinarum Amphitheatri Catanensis, vnde patet etiam in alijs ciuitatibus erecta fuisse. Suetonius verò in Augusto cap. 29. Theatrum scribit exstructum à Cornelio Balbo, Amphitheatrum à Statilio Taurio. Fuisse & ligneum Amphitheatrum erectum, testis est Suetonius in Nerone, cap. 11. Amphitheatrum autem maius Augustus destinauit, Vespasianus exstruxit, Titus dedicauit.

160. Si scauitiam, si impietatem, si feritatem permissam nobis, &c.] Alludit ad scripturas interdicentes scauitiam, impietatem, feritatem. Quales sunt imprimis illa Gen. 9. Qui effuderit sanguinem hominis, pro sanguine hominis eius effundetur. Deinde preceptum Decalogi Exodi 20. Non occides: illique correspondet sermo Domini in monte, Math. 6. & complures alij. Lego autem paulopost: Et tamen innocens de supplicio alterius lætari non potest, pro eo quod irrepserat citra editionem Gagnai: nocentes & non oportet, eo quòd sequatur: cum magis competat innocenti.

161. vt tam crudeliter impendatur. Impendi hic accipit Auctor pro: morte confumi.

162. Certè quidem Gladiatores innocentes in Ludum veniunt, &c.] Iisdem penè verbis haec repetuntur ab Auctoribus initio huius capitis allegatis, & ipso Tertulliano supra lib. ad Martyras. Gladiatores autem genera plura ex Rhenano, libro ad Martyras recensimus in dictam 2. epist. B. Cyprianus ad Donatum num. 22. De Retiariis infra latius cap. 25. Certè initio (ut scribit Senatus Vrbis Romae Rex Theodoricus, Variarum Casiodori lib. 1. epist. 30.) non erant armata certamina, sed pugnis se quamlibet feruida laceſſebat intentio; vnde & Pugna nomen accepit. Postea Belus ferreum gladium primum produxit, à quo & Bellum placuit nuncupari. Consilium atrox deinde crudele praesidium, ferina certatio. Non permittatis igitur à famulis vestris fieri in ciuibus, quod adhuc debet in hostibus accusari.

CAP. XX.

163. Quàm vana igitur, immò desperata, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quòd alia sit ratio hominis & Dei in adſpectu Spectaculorum. Est verò Tertullianicum illud: specialiter vel localiter.

164. suauiludij cuiusdam. Eodem modo dixit: Suau-

bus in harena inter cubicularum Gladiatores depugnasse. Porro de Pileo libertatis insigni, vide supra lib. de Pantiem. cap. 4.

CAP. XXI.

170. Quid mirum de inæquata ista hominum, &c. varietate, &c.] Caput hoc inscripsimus: Quòd capitis diminutione damnati fuerint quadrigarij, Scenici, Xystici, & harenarij. Porro omnino hoc modo legendum, pro eo quòd erat corruptiss. Quid mirum, inæquata ista, &c. varietatem. Accipitur autem: inæquata, pro: inæquali.

171. Etenim ipsi auctores & administratores. Iterum ex MS. pro eo quòd erat mendose: auctores; nam agit de Auctoribus seu datoribus munerum Imperatoribus, quos alij vocabant Munerarios; & inter ceteros Suetonius, loco supracitato num. 144. Administratores vero Praetores intelligi constat, tum ex cap. supra 16. tum ex Edicto Praetoris, ad quòd mox alludit.

172. manifestè damnant ignominia. Eodem pertinet quòd initio cap. sequentis, eos damnatos dicit (vii castigat, de quo infra, Petrus Faber) in quendam scopulum famolitaris. Alludit haud dubiè ad Edictum Praetoris (quem Spectaculorum Administratorem diximus) quòd exstat lib. 3. Digesti. Tit. 2. De his qui notantur infamia. lib. 1. quo inter cetera continetur: Infamia notatur, qui artis ludicrae pronuntians de causa in Scenam prodierit. Ad quòd Edictum lib. 6. ita rescripti Vlpianus ibidem l. 2. §. 1. Et. Eos enim qui questus causa in certamina descendunt, & omnes propter praemium in Scenam prodexerint, famulos esse Pegasus & Nerua filius responderunt. Atque adeo etiam intelligi debet locus hic Tertulliani de iis, qui questus gratia in Circum quadrigarij, in Scenam Scenici, in Xystum Xystici, aut in harena prodibant harenarij. Nam Ministros ludorum sacrorum, qui à quibusdam etiam appellabantur generali nomine Agitatores, Thymelici, Xystici, ignominiosos non haberi respondisse Sabinum & Cassianum idem Vlpianus eodem lib. tradidit leg. 4. tituli supradicti.

173. & capitis minutione. Hæc quoque phrasiss est Iureconsultorum, apud quos est Digesti. lib. 4. Tit. 5. De capite diminuitis. Atque quum teste Paulo lib. 2. ad Sabinum, vti illic legitur l. 1. Capitis diminutionis tria sint genera, maxima, media, minima; tria enim esse quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam; quæ quum omnia amittimus, maximam esse capitis diminutionem; cum etiam amittimus ciuitatem, mediam; cum familia tantum mutatur, minimam: Videtur hic improprie accipi capitis minutio ab Auctore, proſama diminutione, atque hinc vocari à Casiodoro Variarum lib. 7. cap. 35. fama diminuti. Nam neque ciuitate pulsi sunt nisi ad tempus ab Augusto (vii est apud Suetonium Octauij cap. 41.) neque inſeruitutem redacti, Senatu tamen moti & omnibus honoribus, ut sequitur, quia infames.

174. arcentes iurcia, rostris, Senatu, Equite, ceterisque honoribus omnibus simul ac ornamentis. Quibus quanta peruerſitas. Ita omnino legendum, pro eo quòd erat mendose: ac ornamentis quibusdam. Quanta peruerſitas. Quòd autem Senatu arcerentur, patet ex Suetonio in Casare cap. 39. Munere (inquit) in foro dimicauit A. Calpurnius Senator quondam; ac si dicat, antea quidem Senator, at nunc minime Clarus item ex eiusdem Octauio capite 43. de Equite. Ad Scenicas (inquit) & Gladiatoriis

Suauiludios nostros lib. de Coron. militis, quos rectè Rhenanus ibi interpretatur, eos qui ex Christianis Spectaculorum adhuc oblectamentis, seu suauitate ludorum delectabantur. Paulopost MS. legit: Planè sol & in cloacam radios suos deflectit, sed placet magis quod vulgatum est: radios suos defert. Lego verò: Comparas homo reum & iudicem, pro eo quòd erat: Comparas.

165. extra gradus. In Circo gradus fuisse patet ex Suetonio. Hinc lex illa Orthonis, Lulio, & Plin. testibus, ne quis nisi cui 400. essent sestertia, ex XIII. gradibus Spectaret: quam legem Iuliam theatrali alicubi Plinius nuncupat.

166. & apulias. Vox est Graeca, composita ex ἀνα πύλας, quæ idem significat quòd extra portas. Simile Aristophani dicitur ὄρα ἀπὸ πύλας, pro effrenato ore, ac si dicas sine foribus, sin manus extra columnas, quum πύλας etiam columnam significet, vt alludat ad Circum. Si apeleas legeretur, posset intelligi de locis à Sole remotis, voce composita ab ἀπὸ & ἔλν. Denique eodem pertinet, quòd consusiss. ac solutiss. spectandi morem correxerit Augustus, vt primus subelliorum ordo vacaret Senatoribus, Legati in secundo subsellio collocarentur. Militem etiam se creuit à populo: maris est plebe proprios ordines adsignauit: praetextatis caueam suam proximam pedagogis: faminis, ne Gladiatores quidem nisi ex superiori aliquo loco Spectare concessit. Solis Vestalibus locum in Theatro separatim contra Praetoris tribunal dedit, vti patet ex Suetonij Octauio cap. 41. 42. & 43. Item quòd Nero Caesar Circensibus Equi loca secreta à ceteris tribuisse legitur apud Sueton. cap. 11. Hinc confirmatur mea coniectura libri ad Scapulam, quòd subinde Auctor ex duabus vocibus Graecis vnam nouam componat, vbi tractauimus illud Eubo de procuratorem num. 34. cap. 4. Vt sit confirmatur etiam hinc Meekerchi de pronunt. ling. Graecæ sententia, quòd v Graecum Latini per V. literam reddere soleant. Paulopost legit MS. quòd verè quid est, pro: quidem; & penes vos veritate defixa sunt, pro: penes veritatem Dei fixa, sed placet excusorum codicum lectio.

CAP. XXI.

167. Ethnici quos penes nulla est veritatis plenitudo, &c.] Inſcriptione huius capitis dedimus: Quòd Ethnici alibi sit malum, quòd in Spectaculis bonum dicunt. Porro qui alibi Latini Gentes aut Gentes plerumque, hic & lib. de Resurr. carn. Ethnici vocantur secundum Graecos. Si autem vsquam alibi, certè hic multum valet Sigismundi Gelenij castigatio, vti ex collatione cum editione Gagnai colligere est.

168. Gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum. Huc imprimis pertinere videtur quòd de Casare scribit Suetonius cap. 27. quòd Gladiatores, scilicet infestis Spectatoribus dimicarent, vti rapiendo referendisque mandauit. Certè sentit Auctor Gladiatores à Lanistis, siquando tardiores essent in pugna, flagellis compulſos.

169. rudem petat, & pileum praemium conferrat. Rudem petere dixit eodem significatu, quo Cicero 2. Philip. Tam bonus (inquit) gladiator iam citò rudem accepisti, id est, dimissus es à munere: quæ cessatio indicabatur virga rudi, quæ dimissus dabatur; vnde & Rudarij dicti, eo quòd tantum Rudibus batuere (iuxta quòd & Turnebus ubi supra adnotauit) cogentur, quòd confirmat Lampridius in Commodò, quum cum ait Rudi-

operis, & Equibus Romanis aliquando usus est; verum prius quam Senatusconsulto interdiceretur. Unde patet sub Augusto tale Senatusconsultum editum, ad quod haud dubie Auctor alludit. De quo plura apud Petrum Fabrum Praesidem Tholosatem Semestrium lib. 1. cap. 20. si non fallit memoria. nam nunc ad manum non erat liber. Atqui de Curia vide Adnot. nostras in Apolog. cap. 39. num. 51. & de Rostris in B. Cyprian. sepelitam Epist. 2. num. 5. Reliqua notiora sunt.

C A P. XXI I.

175. Quum igitur humana recordatio, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod si humana, multo magis diuina iustitia in Spectaculorum artifices animaduertat. Et comprobatur id ipsum apte singulis scripturis.

176. coloratus ut leno.] De coloribus equorum in ludis Circensibus supra affatum diximus cap. 9. Hic indicat etiam Aurigas seu moderatores equorum (nam utroque nomine appellantur a Cassiodoro Variarum lib. 2. cap. 9.) etiam diuersis coloribus usus, & a coloribus singulas nomen suum habuisse factiones, diuisas in partes & populos. Huc pertinet illud eiusdem Cassiodori lib. 3. epist. 51. Transit Prasinus, pars populi moeret; procedit (nam sic lego, pro eo quod erat: praecedit) Venetus, & potior turba ciuitatis affigitur. similiter de rufco & albo aurigae dicere licuit. Quin quod etiam Scenicos Pantomimos diuersis iisdem coloribus usus significet idem Cassiodorus li. 1. epist. 2. 27. & 33. Partis (inquit) Prasini insinuatione comperimus (quoniam hoc introductum est, ut populi de colore vocitentur) seditiones turbulentes (sic enim corrigo, pro: turbulenta) a quibusdam sceleratiss. incitari, & causam laetitiae publicae ad furoris certamina prorupisse. Quapropter, &c. a vobis Prasini Pantomimus constituitur, &c. Eodem pertinet illud Antonini Imperatoris in vita sua: τὸ μὲν ποσειδῶνος, μὲν τε θευτιοῦος, μὲν τε περυσλάειος: intelligens eos qui factioni fauebant Prasinæ aut Venetæ. Item Prasini agitatoris meminit Suetonius in Nerone cap. 22. Spartianus, qui Nerone Prasinæ factioni fausse tradit. Item quod Domitianus duas Circensibus gregium factiones aurati purpureaeque panni ad quatuor pristinas addidit; apud eundem cap. 7.

177. qui vultus suos nouacula mutat, &c.] De his abunde lib. de Pallio supra cap. 44. num. 62. Quod autem addit: infidelis erga faciem suam, latius explicat B. Cyprian. de Disc. & habit. Virg. tanquam peccetur contra Dei similitudinem, ad quam nos factos Gen. 1. scriptura dicit.

178. quam non contentus Saturno & Iſidi & Libero proximam facere.] significat Auctor depingi solere imberbes Saturnum, Iſidem, & Liberum, quod ex diuersis Numismatibus Goltzi est animaduertere. De Saturno id ipsum confirmatur a Gyraldo, libello suo De facie in orbe luna apparente, quodque castratus a loue filio tradatur, cuiusmodi cavere barba solent. De Iſide, quod Dea fuerit, nihil difficultatis. Alludit fortasse etiam ad eius sacerdotes, qui non barbam modo, sed & caput solent rasare. Liberi denique simulacrum (Macrobio teste) partim puerili, partim iuuenili etate pingebatur: ad que Auctor respicit: nam rariora erant barbata specie.

179. insuper contumeliis alaparum sic obiicit, &c.] Mimi enim (vni adnotat loco supracitato Turnebus) in Theatralibus spectaculis quum dabantur, alios Mimos ad risum excitandum alapis cadere solebant. Alludit autem ad preceptum Domini, seu monelam,

vii commodius lib. de Patient. cap. 8. loquitur (de quo alibi latius.) Verberanti te in faciem etiam alteram genam tribue.

180. Sic & Tragædos cothurnis extulit.] De cothurnis diximus aliquid in Epist. B. Cypriani 2. num. 29. Formam vero eiusmodi calceorum tradit Cassiodorus Variarum lib. 4. epist. vlt. Tragædia (inquit) ex Vocis vastitate nominatur, quæ concaviu repercussionibus roborata, talem sonum videtur effusere, ut penè ab homine non credatur exire. Erigitur autem in hircinos pedes, quia si quis inter pastores tali voce placuisset, capri munere donabatur.

181. Iam verò ipsum opus personarum, &c.] Persona (inquit Plin. lib. 12. cap. 14.) adicitur capiti, densæve reticulus. Huc autem pertinent quæ supra dixi num. 149.

182. maledictum esse qui muliebribus vestitur.] Hunc locum imitatus est B. Cypri. epist. 6. 1. ad Eucharium de Histrione, ubi facit ad intellectum eius quod hic dicitur: qui etiam muliebribus curatur, quod ibi legitur; sed & gestus quoque turpes & molles & muliebres magisterio impudica artis exprimeret. quo fit ut corruptum putem illud: curatur, & legendum cenleam: curat. nam Plautus Trinummio, curare rebus publicis dixit; deinde Auctori vsitatum pro curare cum Dauio offendimus li. ad Scapulam cap. 4. num. 34. & curare similiter, Apolog. cap. 46. num. 575.

183. & aurium fungos.] Fungum adnotat ubi supra Turnebus, appellari a similitudine in auribus pugilum tuber prominens ex scissibus castium.

C A P. XXI I I.

184. Quot adhuc modis perorabimus, &c.] Inscriptimus hoc caput simili quo 4. cap. supra titulo: Quod in Baptismo Spectacula eieramus, & Christiani agnoscamur de repudio eorum; nam id ipsum latius hic repetit, quod & facit cum imitatus B. Cyprian. sepelita epist. 2. Nos autem omnino legimus: Quot modis, pro eo quod corruptiss. legebatur Quod, in Lugdunensi editione.

185. aduersus quam in signaculo fidei eieramus.] Latius hac de re lib. de Baptismo. Vox autem: eierare vsitata est ab Auctore, pro: abiurare; & lib. de Pallio cap. 4. & Apolog. & de Cor. militis, ubi: eierare patrem & matrem dicit. Ad quem locum rectè Rhenanus: Eierare siue eiuurare, renuntiare est & abdicare. Unde illud apud Tacitum: Eiuurato magistratu. Sic etiam paulo inferius: semel iam in sacramenti testatione eierati. Cui simile est quod hic subiungit: Ceterum nonne eieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius; Quam Contestationem nuncupat supra cap. 4. quæ renuntiasse nos diabolo & pompæ & angelis eius ore nostro contestamur. Pertinet etiam huc illud B. Hieronymi ad Gerontiam, de Monogamia. Hierophanta apud Athenas eierat (seu, ut alij legunt: eiuurat) virum. Qua de re vide etiam infra Tom. 3. lib. de Prescript. adu. her. cap. 33. num. 185. Atqui de Proverbialibus formulis: Proicere arma, & destituere signa & sacramenta, vide nostra Prolegomena.

C A P. XXV.

186. An ille recogitabit eo tempore de Deo, &c.] Huius capitis titulum scribimus: Quod de Deo cogitare non possit in Spectaculis positus.

187. scintillas libidinum conflabellant.] Elegans compositio vocis: conflabellant, metaphorâ sumpta ab iis,

ab iis, qui scintillas quantumvis exiguas in ignem excitant.

188. & spongias Retiariorum.] Spongius (inquit Turnebus ubi supra) Retiarij ad succidendum vulnerrum sanguinem & reprimendumuebantur, cum saepe numero vsu veniret, ut cum Persis alisque bestijs, aut cum Myrmillonibus depugnantes vulnerarentur, vitopè non satis aduersus eos muniti, cum toti in reti iaciendo intenti essent. Retiarius autem (Isidoro teste ubi supra cap. 54.) ita dictus ab eo armatura genere, quod in Gladiatorio ludo contra alterum pugnantem occultè ferebat, rete, quod iaculū appellatur, ut aduersarium cuspide insistente (seu potius infixo) operirent, impeditumque viribus superarent; quæ armatura pugnatat Neptuno Tridentis causa. Inseruit Caius Caesar etiam cateruas Astorum Campanorumque pugilum, vti est apud Sueton. cap. 8. Secutor verò (vii idem habet Isidorus cap. 55.) ab inseguendo Retiarium dictus. Gestabat enim cuspidem & massam plumbeam, quæ aduersum iaculum impederet, ut antequam ille feriret rete, iste superaret. Hac armatura sacraata erat Vulcani; ignis enim semper insequitur, idèoque cum Retiario componebatur, quia ignis & aqua semper inter se inimica sunt. Atqui eundem fuisse cum Secutore Myrmillonem patet, ex illo Quintiliani lib. 6. cap. 3. Et Pedro (inquit) de Myrmillone qui Retiarium consequebatur, nec feriebat, Vium, inquit, capere vult. Thrax econtrario videtur idem fuisse cum Retiario, ut illo Ciceronis de Provinc. cons. Rex (inquit) Ariobarzanes Consulem Vestri ad eadem faciendam tanquam aliquem Thracem conduceret, quippe qui occultè (vii modò diximus) ferire soleant. Addit autem ibidem Isidorus (vii omnia perstringam eadè opera Gladiatorum genera) Equestrem ludum cap. 53. qui Marti ob duellum sacrabatur, quæ per Thesalos equites exhibuit Claudius apud Sueton. cap. 21. & c. 56. Laqueatorum pugnam addit Isidorus, quorum erat fugientes iniecto laqueo impeditos prosternere, (nam sic lego, pro: prostrare) amictos umbone pelliceo. Denique c. 57. Felitum, qui vltro citroque tela obiectabant, sic dictorum siue a Delitatione, siue a ciuitate Hetruscorum Felite.

189. de cælo (quod aiunt) in cænum.] Vide inter Prouerbialia formulae Prolegomena nostra.

190. illas manus quas ad Dominum extuleris.] De manibus ad Dominum extolli consuetis in sacrificio Christiano, vide lib. de Orat. cap. 3. & Adnotat. nostras ibidem num. 1. & 51.

191. ex ore quo Amen in sanctum protuleris, &c.] Eo quod additur: εὐχαριστῶς alij dicere quàm Christo, videtur loqui de sacerdotibus, quos non pudebat spectacula frequentare; quod etiam confirmatur ex precedentibus verbis: exclamationes ille alicuius Prophetæ retractabit, ac: Psalmum secum comminiscetur, quæ magis in illos quàm Laicos competunt. Atqui similem locum Irenei quoque de illo εὐχαριστῶς adnotauimus ad dictum lib. de Oratione num. 1. ubi de reliquis Missæ ceremonijs latissimè.

C A P. XXVI.

192. Cur ergo non eiufmodi, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod dæmonij fiant penetrabiles qui Spectacula adeunt.

193. Itaque in exorcismo, &c.] De Exorcismo vide infra lib. de Baptismo, qui etiam præmitti iam ab initio Ecclesie consuevit. Est autem exemplum, quod merito à Spectaculis deterere debeat, sicuti etiam id quod sequitur, de lineo in somnis ostenso.

194. quid vitæ & mortij.] Quum istud non adda-

tur apud Apostolum, videtur alludere ad illud Ecclesiastici 33. Contra mortem vitam. Vide id ipsum infra lib. de Idol. cap. 13. num. 85.

C A P. XXVII.

195. Odisse debemus istos conuentus, &c.] Titulum dedimus huic capiti: Quod odisse debeamus istos conuentus, in quibus nomen Dei blasphematur.

196. quotidiani in nos Leones expostulantur.] Qua de re aliquid diximus Apolog. cap. 40. num. 524. ad illud: Christianos ad Leonem. Quod ipsum iisdem verbis repetitur lib. de Refurr. carnis. Paulopost lego ex MS. Sint dulcia licet, pro eo quod erat corrupte: licet bit.

197. & benè saporatis.] Similiter alicubi Ammianus: In vita (inquit) inuenti sunt asperi, ut neque igni neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium, & semicruda cuiusvis pecoris carne vescantur. Atque adeo accedit sententia Turnebi Aduers. lib. 28. cap. 45. Vt similiter legi debeat apud Maronem:

Melle saporatam & medicatis frugibus offam. Melle enim (vii ille rectè adnotauit) veteres in omni opere dulciario vsi soliti, quum saccharum prisici non nouerint: pro quo etiam facit Auctor, eo quod paulopost sequatur stitilicidia medijs. Legimus autem: Ita & diabolus lethale quo conficit, pro: quod.

198. de libancunculo venenato.] Ego sic omnino scribendum existimo, pro: liuacunculo; vt à libaudo deriuetur vox noua.

C A P. XXVIII.

199. Per suauitatem faginatur eiufmodi, &c.] Caput hoc tali titulo inscribimus: Quod à Christianis nulla debeat in hoc sæculo concupisci voluptas.

200. immò nimium stultus, si hoc existimas voluptatem.] Paulò aliter, sed in eandem sententiam (quæ doquidem etiam Philosophorum auctoritate nititur) Laetani. lib. 6. cap. 20. Deus (inquit) idcirco virtutem dedit, ut expugnaret ac vinceret voluptatem, eamque egredirentem, fines sibi datos infra præscriptum coërceret; ne hominem suauitatibus delinitum & captum ditioni suæ subiceret, ac sempiterna morte mulceret. Voluptas oculorum varia & multiplex est, quæ capitur ex aspectu rerum quæ sunt in vsu hominum, vel natura, vel opere delectabiles. Hanc Philosophi (Architus nempe, Cato, Cicero) rectiss. iustulerunt. Aiunt enim multo esse præclarior, & homine dignior, cælum potius quàm cœlata intueri.

201. Philosophi quidem hoc nomen quieti & tranquillitati, &c.] Fortassis alludit ad Epicureos, qui quum summum bonum voluptatem dicerent, eam interpretatur Auctor Apolog. cap. 38. animi æquitatem ex Cicer. li. 1. de Fin. bonorum. Eodem pertinet quod habet Laetanius lib. 3. cap. 7. Epicurus summum bonum è voluptate animi esse censet; item illud cap. sequ. apud eundem: Sapienter ergo non fuit, qui summum bonum credidit voluptatem, quoniam siue illa securitas (quam Auctor quietem & tranquillitatem vocat) siue gaudium, communis est omnibus.

202. Metas.] Septem Metis (inquit Cassiodor. Variarum lib. 3. cap. 51.) omne certamen peragitur, in similitudinem hebdomadis reciproce. Ipsa verò Metæ secundum Zodiacos decanos ternas obtinent summitates, quas adinstar Solis celeres Quadrigæ peruagantur. Ars erat proinde vti adnotauit Vines ad B. August. lib. 2. de Ciuit. Dei, cap. 6.) non parua in equis roisique stectendis ad finem Metarum, ne posterior dextertate stectendis prioribus antecederet. Atque adeo huc pertinet illud Propertij:

Æa iij

Haud prius infecto deposcit pramia cursu,
Septima quam Metam tulcrit ante rota.

Et illud Suetonii in Domitiano cap. 4. supradicto: Circensium (inquit) die, quod facilius centum missus peragerentur, singulos a septem spatii ad quina corripuit. Qui etiam tradit in Claudio cap. 21. quod Circum Maximum marmoreis carceribus (erant carceres, quibus equi coërebantur ne longius progredierentur, Isidoro teste supradicto lib. ca. 32. usque XII. numero, ut ex supradicta Circa descriptione manifestum est) auratisque Metis, quæ utraque & topina (id est ex vili topio lapide) lignea antea fuerant, excoluerit. Quod haud dubie spectat illud B. Cyprian. lib. de Spectac. cap. VI. Quod Theatrum (inquit) humanis manibus exstructum operibus Dei poterit comparari? Magnis licet lapidum molibus exstruatur, crusta sunt montium, & auro licet tecta lacunaria resurgant, astrorum fulgore vincuntur. Sicut autem qui scribunt (et consentit dicta descriptio) Metas exstructas fuisse in formam conii, seu struis alicuius in acutius tendentis; ita dictas, quod in dimenso spatio sint constitutæ. Atqui septem hæc spatia circum Metas (teste Isidoro ubi supra cap. 37.) creta signabantur. Atque hoc est quod dicit Plinius lib. 36. cap. 17. Est vilsissima creta, qua Circum præducere ad Victoria notam instituerunt maiores. Quod quomodo factum, Cassiodorus loco citato memorat: Alba (inquit) linea non longe ab ostiis in utrumque podium quasi regula directa produciuntur, ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ne dum semper prope conantur elidere spectandi voluptatem, viderentur populis abrogare. Qui Podium utrumque vocat locum spectaculis accommodatum insular pulpi exporrecti, ut commodius spectare liceret.

CAP. XXIX.

203. Iam nunc si putas, &c.] Contrarium præcedenti titulum hic posuimus: Quod longè maiores voluptates à Deo contributas habeamus, quale quid habet etiam B. Cyp. VI. cap. lib. de Spectacul. præterquam quod alias voluptates recenseat, quæ licet capere ex sæculi huius cursu longè latius.

204. quàm Dei patris & Domini reconciliatio, &c.] Ista periculis ad beneficia Baptismi pertinet, de quibus omnibus latius lib. de Baptismo.

205. quod calcas Deos nationum, &c.] Istud ad Gratiarum diuisiones pertinet, de quibus Apostol. I. Cor. 12. Alij quidem datur per spiritum sermo sapientia, quo calcas (ut Tertull. inquit) Deos gentium: alij fides sine operatio virtutum in eodem spiritu, qua demonia expellit; alij gratia sanitarum, qua medicinas facit; alij prophetia, qua reuelationes petit; alij discretio spirituum, qua Deo vivit.

206. in his tibi ludos Circenses, &c.] Pulcrè hic ad mores Christianos accommodat ea quæ ad Circenses ludos spectant, cursus, tempora, metas, societatis signum, tubam, & palmam denique, de quibus omnibus alicubi supra, exceptis temporibus. Quod pertinere videtur illud Cassiodori Variarum lib. 3. epist. 51. Nec vacat (inquit) quod viginti quatuor mensibus conditio huius certaminis expeditur, ut diei noctisque horæ tali numero clauderentur. Quod ipsum quum obscurum sit, videtur sentire quod singulis viginti quatuor mensibus renouari solent ludi Circenses.

200. Si Scenicæ doctrinæ delectant, &c.] De his supra latè num. 153. Hic præterea exprimit in Scenis vitata, litteras, versus, sententias, cantica, voces, fabulas, & strophas, & contrariò exhortatur ad

cantica Ecclesiastica, quemadmodum etiam B. Chrysof. hom. 2. in Matth. de quibus aliquid diximus initio libri de Oratione num. 1. & plura Apolog. cap. 39. num. 520. quemadmodum & de laccarum litterarum commemoratione ibidem num. 501.

208. Vis & pugillatus & luctatus? &c.] Plurali numero usurpat utrumque. Pugillatus autem voce utitur & Plautus Captiuus, & Luctatus Plinius lib. 8. cap. 12. & lib. 32. cap. 2. Est autem similis locus apud B. Chryf. hom. 31. in Joannem, & in Psychomachia Prudentij, ubi aspiceret est, impudicitiam seu libidinem à castitate seu pudicitia deiecitam; perfidiam suæ idololatriam cælam à fide; sæuitiam iræ nomine à misericordia, quam patientiam ille vocat, contusam: pecculantiam denique luxuria titulo, à modestia, quæ & sobrietatis obumbratam. Sic enim lego prorsus pro eo quod erat: adumbratam.

209. Vis autem & sanguinis, &c.] Sanguinis à Christo effusi memoriam obicit sanguinarius voluptatibus.

CAP. XXX.

210. Quale autem Spectaculum in proximo est, &c.] Postremum hoc caput inscripsimus: Quod multo ampliora Spectacula sint Christianis iudicij die expectanda. Quem quomodo Tertullianus in proximo esse dicit, alibi, ni fallor, libris aduersus Marcionem latius, ne hic prolixiores simus. B. Cyp. sub finem libri de Spectaculis, hortatur Christianos ad Spectacula miraculorum conditi & redempti mundi, nisi quod etiam addat postremo loco, diabolium illum, qui totum detriumphauerat mundum, sub pedibus Christi iacentem spectandum iri; quod hic etiam infra insinuat.

211. quale regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Hierusalem?] Istud forsatis ad errorem Milenariorum pertinet, de quo latius inter errores Tertulliani nostris in Prolegomenis, quemadmodum & illud quod subiicit: de tot sæculi natiuitatibus.

212. item Præfides, persecutores Domini nominis, &c.] Tum ex hoc loco, tum ex superiori, de quo supra num. 146. patet, librum hunc in ipsa persecutione Christianorum conscriptum fuisse. Legimus autem ex MS. insultantibus contra Christianis, pro eo quod erat corruptiss. Christianos.

213. quibus animas aut nullas, &c.] De duobus his Philosophorum erroribus latius lib. de Anima, & de Resurr. carnis; aliquid etiam diximus de postremo, Apolog. integro capite 48.

214. non ad Rhadamanti, nec ad Minois.] De his etiam diximus Apolog. cap. 23. num. 368. ubi similis est locus.

215. non in gymnasiis.] Gymnici ludi locus (inquit lib. 18. supra dicto Isid. cap. 17.) Gymnasium dicebatur, ubi exercebantur Athletæ, & cursorum velocitatis comprobabatur: ita dictum, quod iuuenes nudi exercebantur. Hinc accidit, ut omnium propè Artium exercitia Gymnasia dicantur. Sic & Cassiodorus Variarum lib. 5. epist. 23. Ostentent (inquit) iuuenes nostri bellis, quod in Gymnasio didicere virtutis: schola Martia mittat examina.

216. Hic est ille (dicã) fabri aut quaestuarij filius.] Omnino sic lego, pro: quaestuarii. Neque enim legitur usquam Christus nisi fabri filius, nempe Matth. 13. ubi vox Græca non modo fabrum, sed & quaestuarium significat. Atqui de Discipulis, pro discipulis, alibi.

217. vel hortulanus detrahit, ne lactuca suæ frequentia commecantium læderentur.] Fronia hæc videtur

videtur irridere aliquem illorum hereticorum, qui Christum verè passum negant, Marcionem nempe, Cerdonem eius magistrum, & ante eos Basilidem, & Simonem Magum.

218. & utraque cauca.] intelligit caucam & Theatri, & Amphitheatri. De cauca Theatri Scavri meminuit Plinius lib. 36. cap. 17. & mediæ caucæ mentionem facit Sueton. in Claudio cap. 21. & Virgilius dixit: totum caucæ confessum. Qui omnes videntur accipere caucam pro altiori parte Theatri, in qua erat confessus spectantium; & similiter Cassiodorus lib. 4. Variarum epist. 52. his ver-

bis; Cauca illas facis pendentibus absidatæ, ita iuncturis absconditis in formas pulcherrimas conuenisse, ut cryptas magis excessi montis crederes, quam aliquid fabricatum esse iudicares. Sic etiam Cicero lib. de Senect. de eo qui in prima cauca spectat, & eo qui in vltima. Verum Auctor hoc loco & Chrysof. hom. de Kalendis, item August. lib. 1. de Consens. Euang. cap. 37. Cauca accipiunt pro area in medio Theatri aut Amphitheatri, ad imitationem caucæ ferarum vndique clausæ, primum clostris seu claustris ligneis, deinde ferreis, denique & euripis, uti supra diximus cap. 8.

ARGVMENTVM LIBRI DE IDOLOLATRIA,
PER IACOBVM PAMELIVM.

OST librum de Spectaculis editum (uti infra patet cap. xij.) quantumuis adhuc durante persecutione, cupiens Tertullianus etiam reliquas Idololatria species in vniuersum tollere, hunc sibi conscribendum putauit, ne diutiùs Christiani ignorantia crassa laborarent, existimantes in solo Idolorum cultu Idololatriam consistere.

Imprimis autem docet omnia crimina in Idololatriæ crimine, I. in omnibus Idololatriam deprehendi.

Deinde in multas venas eam defundi, & multifariam seruos Dei subuertere. II. Ita ad originem Idololatriæ, & interpretationem vocabuli descendens, Idola esse ostendit habenda, non solum hominis effigie consecrata, sed quæcunque simulacra.

Agens deinde aduersus confectores Idolorum Christianos, ostendit tam fieri quàm coli prohibita Idola. III.

Neque se excusare illos posse prætextu operationis manuum ab Apostolo præscriptæ, v. qua intelligitur de Artibus quas Ecclesia Dei recipit, neque à Deo sunt prohibita.

Maximè quod renuntiantes Diabolo & angelis eius, illis repudiū dixerimus, quippe vi. quibus plures Deos, eosque falsos factò confiteantur, atque adeo eosdem colant, qui faciunt ut coli possint.

Quod denique Zelus fidei prohibeat Christianum ab Idolis in Ecclesiam venire, ad VII. tollere ad Deum Patrem manus matres Idolorum, his manibus adorare, eaque admo- uere corpori Domini quæ Dæmoniis corpora conferunt; multò verò magis in Ordinem Ecclesiasticum adlegi artifices Idolorum, quorum manus potius amputandæ, quibus quotidie corpus Christi laceffunt, quibus Domini corpus scandaliatur.

Eandem esse rationem fabricæ templi, aræ, ediculæ, domus, in honorem Idolorum, VIII. siue expressionem in bractea, aut insignibus eorundem.

Deinceps Professiones Astrologorum, Mathematicorum, Magorum, Idololatria obnoxias esse tradit. IX.

Item & Ludimagistros, ceterosque litterarum professores ad fines esse multimodæ Idololatriæ, qui eorundem sollempnia obseruent, quum etiam fidelium sit magis discere quàm docere litteras.

Quin etiam negotiationes mercium earum, quæ ad Idololatriam pertinent, XI. Et verò necessitates humanas minimè prædicta omnia excusare, quod fidei semel XII. obsignatæ sint contraria, atque adeo propter Dominum derelinquenda Apostolorum exemplo.

- XIII. Porro non solum à sacrificiis & sacerdotiis Idolorum & Spectaculis (de quibus alio volumine) sed & à festis illorum diebus abstinentum, etiam extraordinariis.
- XIII. Neque in his placere nos ethnicis posse, ut eos lucrifaciamus, quod nomen Dei blasphemetur, quando Saturnalia, Ianuaria, idque genus alia à Christianis frequentantur; quum ipsi e contrario non octavo quoque die Dominicum diem, non Pentecosten, immò nullam Christianorum sollemnitatem obseruent.
- XV. Immò neque sollemnibus Caesarum tabernas, seu ianuas Christianorum lucernis ornandas, aut laureis coronandas, tum quod omnis Idololatria ab hominum cultura cœperit, & ipsos Deos Nationum homines retrò fuisse constet, tum quod & Ostiorum dii varij apud Romanos, tum denique quòd Magistratibus subditos quidem esse oporteat, sed intra limites Christianæ disciplinae.
- XVI. Aliud esse iudicium de communibus aut priuatis sollemnitatibus & sponsalium, & nuptiarum, nisi quis interfit illorum Idolorum sacrificiis.
- XVII. Neque verò etiam seruis licere ministros esse Idololatriæ.
- XVIII. Omnem item superfluum vestium ornatum & honorum apparatus, maximè qui Idololatriæ dicatus sit, ab initio in diaboli pompa damnatum esse.
- XIX. Item & militiam, cui necessitas sit immolationum vel capitalium iudiciorum, eamque in qua militandum sit sub signo diaboli, cui non conuenit cum signo Christi.
- XX. Quum autem conuersatio diuina disciplinae etiam verbis periclitetur, ne Idola Deos uocemus interdictum; item & deiterationem omnem; exempli gratia; Me Hercule, Me Deus fidius, & similia.
- XXI. Perinde etiam esse, siue iuret quis per Idola, siue ab alio adiuratus adquiescat, siue per liem dicat, Iupiter tibi sit iratus, siue respondeat: Immò tibi.
- XXII. Æquè etiam benedici per Deos Nationum Christo initiatum non debere permittere; exempli gratia, si elemosynam accipiens Deos suos propitios ethnicus impreceatur, respondendum, Dei causa id factum esse.
- XXIII. Postremò neque pecuniam ab ethnicis mutuantes Christianos iuratos cauere posse, quum æquè stylo & scripto, etiam alio dictante, atque verbo Christus negetur.
- XXIII. Epilogo denique breui concludit, inter hos scopulos, inter hac uada & freta Idololatriæ, uelificare debere fidem Dei tutam & securam.
- Ceterum hunc librum uerè Tertullianicū esse, uel ex eo constat, quòd his uerbis citer supradictū Spectaculorū librū c. xij. De Spectaculis autem & voluptatibus eiusmodi suum iam volumen impleuimus. Viderunt etiam iam olim B. Cypr. qui ad instar conscripsit librum de Idolorum uanitate, & B. Isidorus, qui Etymol. lib. 8. ca. ult. uerbis ipsis utitur cap. 3. huius libri, ubi agit de uocabuli Idoli interpretatione. Quòd itaque Trithemius & Politianus hunc præterierint, hinc factum, quòd nusquam exemplar MS. reppererint. Certè Gagneus sua editione ex MS. Gallico codice illum edidit, & post illum ex Britannico Lelandi codice quàm accuratiss. per Sigismundum Gelenium castigatus est, usque adeò ut uix ullus hiatus, aut corruptus supersit locus. De qua eius diligentia tanto magis nobis congratulandum, quòd nullus etiam mihi MS. codex contingere potuerit. Nostris interim Adnotationibus haud parum illustratus, Deo fauente, nunc primum prodit.

A Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI DE IDOLOLA-
TRIA LIBER.



RINCIPALE crimen generis humani, summus seculi reatus, CAP. I. tota causa iudicij, Idololatria. Nam et si suam speciem tenet unumquodque delictum, & si suo quoque nomine iudicio destinatur, in Idololatriâ tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognosce, Idololatres, idem homicida est. Quæris quem occiderit? si quid ad elogij ambitionem facit, non extraneum nec inimicum, sed seipsum. Quibus insidiis? erroris sui. Quo telo? offensa Dei. Quot plagis? quotquot Idololatriis. Qui negat Idololatrem perisse, is negabit Idololatrem homicidium fecisse. Proinde adulterium, & stuprum in eodem recognoscas: nam qui falsis deis seruit, sine dubio adulter est ueritatis, quia omne falsum adulterium est. Sic & in stupro mergitur. Quis enim immundis spiritibus operatus, non conspurcatus & constupratus incedit? B² Atque adeò scripturæ sanctæ stupri uocabulo utuntur in Idololatriæ exprobratione. *Ezech. 23.* Fraudis conditio ea est opinor, si quis alienum rapiat, aut alij debitum deneger, & utique ergo hominem admissa fraus maximi criminis nomen est. At enim Idololatria Deo fraudem facit, honores illi suos denegans, & conferens alijs, ut fraudi etiam contumeliam coniungat. Quòd si tam fraus quàm stuprum atque adulterium mortem adferunt, iam in his æquè Idololatria de homicidij reatu non liberatur. Post talia crimina, tam exitiosa, tam deuoratoria salutis, cetera quoque ad aliquem modum, & seorsum proinde disposita, in Idololatria conditionem suam repræsentant. In illa & concupiscentiæ seculi. Quæ enim Idololatriæ solennitas sine ambitione cultus & ornatus? In illa lasciuia & ebrietates, cum plurimum uictus & uentris & libidinis causa frequentantur. In illa iniustitia. Quid enim iniustius ea, quæ iustitiæ patrem nescit? In illa etiam uanitas, quum tota eius ratio uana sit: in illa mendacium, quum tota substantia eius mendax sit. Ita fit, ut omnia in Idololatria, & in omnibus Idololatria deprehendantur. Sed & aliàs quum uniuersa delicta aduersus Dominum sapiant, nihil autem quod aduersus Dominum sapiat, non dæmoniis & immundis spiritibus deputeretur, quibus Idola mancipantur: sine dubio Idololatriam admittit, quicumque delinquit: id enim facit quod ad Idolorum⁴ mancipios pertinet. [Sed uniuersa nomina criminum discedant in operum suorum proprietates, remaneat Idololatria in eo quod ipsa est: sufficit sibi tam inimicum Deo nomen, tam locuples substantia criminis, quæ tot ramos porrigit, tot uenas defundit, ut de hoc cum maximè materia suscepta sit, quot modis nobis præcauenda sit Idololatriæ latitudo. C Quoniam multifariam seruus Dei nec tantum ignorata, sed etiam dissimulata subuertit. Plerique Idololatriam simpliciter existimant his solis modis interpretandam, Si quis aut incendat, aut immolet, aut polluceat, aut sacris aliquibus aut sacerdotiis obligetur: quemadmodum si quis existimet adulterium in osculis, & in amplexibus, & in ipsa carnis congressione censendum: aut homicidium in sola sanguinis profusione, & in animæ ereptione reputandum. At enim Dominus quàm extensius ista disponat certi sumus, cum adulterium etiam in concupiscentia designat, si oculum quis impegerit libidinosè, & animam commouerit impudicè: cum⁷ homicidium etiam in uerbo maledicti *ibidem.* uel conuicij iudicat, & in omni impetu iræ, & in negligentia charitatis in fratrem. Sicut Ioannes docet homicidam esse qui oderit fratrem. Alioquin in modico confisteret, & *1. Ioan. 3.* diaboli ingenium de malitia, & Dei Domini de disciplina, qua nos aduersus diaboli altitudines munit, si in his tantum delictis iudicaremur, quæ etiam nationes decreuerunt uindicanda. Quomodo abundabit iustitia nostra super Scribas & Pharisæos, ut Dominus præscripsit, nisi abundantiam aduersariæ eius, id est iniustitiæ perspexerimus? Quòd si caput iniustitiæ Idololatria est, prius est ut aduersus abundantiam Idololatriæ præmuniamur, dum illam non solum manifestis recognoscimus. [Idolum⁸ aliquamdiu *111.* retrò non erat. Prius quàm huius monstri artifices ebullissent, sola⁹ templa & uacua ædes erant, sicut in hodiernum quibusdam locis uetustatis uestigia permanent. Tamen Idolo-

latria agebatur, nō in isto nomine, sed in isto opere. Nam & hodie extra templum & sine D
Idolo agi potest. At ubi artifices statuarum & imaginum, & omnis generis simulacrorum
diabolus seculo intulit, rude illud negotiū humanæ calamitatis, & nomen de Idolis con-
sequutum est, & profectū. Exinde iam caput facta est Idololatria: ars omnis quæ Idolum
quoquomodo edit. Neque enim interest, ¹⁰ an plastes effingat, an cælator exculpat, an
Phrygio detexat: quia nec de materia refert, an gypso, an coloribus, an lapide, an ære, an
argenteo, an filo formetur Idolum. Quando enim & sine Idolo Idololatria fiat: utique cum
adest Idolum, nihil interest quale sit, qua de materia, qua de effigie, ne qui putet id solum
Idolum habendum, quod humana effigie sit cōsecratum. Ad hoc necessaria est vocabuli
interpretatio. ¹¹ ἰδωλός Græcè formam sonat; ab eo per diminutionem ἰδωλάκιον deductum,
æquè apud nos formulam fecit. Igitur omnis forma vel formula Idolum se dici exposcit.
Inde Idololatria omnis circa omne Idolum famulatus & seruitus. Inde & omnis Idoli
artifex, eiusdem & unius est criminis: nisi parū Idololatriam populus admisit, quia ¹² simu-
lacrum vituli, & nō hominis sibi consecrauit. [¹³ Idolum tam fieri quàm coli Deus pro-
hibet. Exod. 32. Quanto præcedit ut fiat quod coli possit, tanto prius est ne fiat si coli non licet.
Propter hanc causam, ad eradicandam scilicet materiam Idololatriæ, lex diuina procla-
mat: Ne ¹⁴ feceritis Idolum. Et coniungens, Neque similitudinem eorum quæ in cælo
sunt, & quæ in terra, & quæ in mari. Toto mundo eiusmodi artibus interdixit seruis Dei.
¹⁵ Antecesserat enim hoc prædicans Enoch omnia elementa, omnem mundi sensum, quæ
cælo, quæ mari, quæ terra continentur, in Idololatriam versuros dæmonas, & spiritus
defertorum angelorū, ut pro Deo aduersus Dominum consecretarentur. Omnia igitur col-
lit humanus error, præter ipsum omnium conditorem. Eorum imagines Idola, ¹⁶ imagi-
num consecratio Idololatria. Quicquid Idololatra committit, in artificem quemcumque
& cuiuscunque Idoli deputerur necesse est. Denique idem Enoch simul & cultores Idoli
& fabricatores in cōminatione prædamnat. Et rursus: Iuro vobis peccatores, quod in diē
sanguinis perditionis penitētia parata est. Qui seruitis lapidibus, & qui imagines facitis
aureas, & argenteas, & ligneas, & lapideas, & fictiles, & seruitis phantasmatibus, & dæmo-
niis, & spiritibus infamibus, & omnibus erroribus nō secundum scientiam, nullam ab iis
inuenietis auxilium. Esaias verò: Testes, ait, vos estis, si est Deus absque me. Et non erant
tunc qui fingunt & exculpunt, omnes vani qui faciunt libita sibi, quæ illis non præde-
runt. Et deinceps tota illa pronuntiatio, qua in artifices, qua in cultores detestatur, cuius
clausula est, ¹⁷ Cognoscite quod cinis sit cor illorum, & errant, & nemo animam suam li-
berare possit. Vbi æquè Dauid, Et ¹⁸ tales fiant, inquit, qui faciūt ea. Et quid ego modicæ
memoriæ homo vltra quid suggeram, quid recolam de scripturis, quali aut non sufficiat
vox spiritus sancti, aut vltra deliberandum sit, an maledixerit atque damnauerit Dominus
ipso prius artifices eorum, quorum cultores maledicere & damnat? [¹⁹ Planè impensius
respondebimus ad excusationes huiusmodi artificum, quos nunquam in domum Dei ad-
mitti oportet, si quis eam disciplinā norit. Iam illa obiici solita vox: Non habeo aliud quo
viuā: districtiùs repercuti potest, Viuere ergo habes. Quid tibi cū Deo est: si tuis legibus.
²⁰ Tum quod & de scripturis audent argumētari: dixisse Apostolum, ut ²¹ quisque fuerit in-
uētus, ita & perseueret: possumus igitur omnes in peccatis perseuerare ex ista interpreta-
tione. Nec enim quisquam nostrum non peccator inuentus est, cum Christus non alia ex
causa descenderit, quàm peccatorum liberandorum. Item: eundem præcepisse dicunt se-
cundum suū exemplum, ut manibus vnusquisque operetur ad victum. Si hoc præceptum
ab omnibus manibus defendatur, credo & ²² fures balnearios manibus suis viuere, & ipsos
latrones manibus agere quo uiuant. Item falsarios utique non pedibus, sed manibus ope-
rari malas litteras. Histriones verò non manibus solis, sed totis membris victum elabora-
re. Pateat igitur Ecclesia omnibus, qui manibus, & suo opere tolerātur, si nulla exceptio
est artium quas Dei disciplina non recipit. Sed ait quidam aduersus similitudinis inter-
dictæ propositionem, ²³ Cur ergo Moses in eremo simulacrum serpentis ex ære fecit? Seor-
sum figuræ quæ dispositioni alicui arcanæ præstruebantur, non ad erogationem legis, sed
ad exemplarium causæ suæ. Alioquin si hæc ut aduersarij legis interpretemur, nunquid
& nos, quod & Marcionitæ, inconstantiam adscribimus omnipotenti, quem illi hoc
modo destruunt ut mutabilem, dum alibi vetat, alibi mandat: Si quis autem dissimulat il-
lam effigiem ærei serpentis suspensi in modum, ²⁴ figuram designasse Dominicæ crucis à
serpentibus, id est ab angelis diaboli liberationis nos, dum per semetipsam diabolium, id est serpen-

A serpētem interfectum suspendit, siue quæ alia figuræ istius expositio dignioribus reuelata
est, dummodò Apostolus affirmet omnia tūc figuratè populo accidisse: bene quod idem ^{1. Cor. 10.}
Deus qui lege vetuit similitudinem fieri, extraordinario præcepto serpentis similitudinē
interdixit. Si eundem Deum obseruas, habes legem eius, Ne feceris similitudinem. Si &
præceptum factæ postea similitudinis respicis, & tu imitare Moysen, Ne facias aduersus ^{Exod. 20.}
legem simulacrū aliquod, nisi & tibi Deus iusserit. [²⁴ Si nulla lex Dei prohibuisset Idol-
la fieri à nobis, nulla vox spiritus sancti fabricatoribus Idolorum non minus quàm cultoribus
comminaretur: de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis aduersas esse fidei
eiusmodi artes. Quomodo enim renunciauimus diabolo & angelis eius, si eos facimus?
Quod repudium diximus his, non dico cum quibus, sed de quibus viuimus? Quam di-
scordia suscepimus in eos, quibus ²⁵ exhibitionis nostræ gratia obligati sumus? Potes lin-
gua negasse, quod manu cōsiteris? Verbo destruere, quod facto struis? Vnum Deum præ-
dicare, qui tantos efficit? Verum Deum prædicare, qui falsos facis? Facio (ait quidam) sed
non colo, quasi ob aliam causam colere non audeat, nisi ob quam & facere non debeat,
scilicet ob Dei offensam utrobique. Imò tu colis, qui facis ut coli possint. Colis autem nō
spiritu ²⁶ vilissimi nidoris alicuius, sed tuo proprio: nec anima pecudis impensa, sed anima
tua. Illis ingenium tuum immolas, illis sudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accē-
dis. Plus es illis quàm sacerdos, cum per te habeant sacerdotem. Diligentia tua numen il-
lorum est. Negas te quod facis colere? Sed illi non negant, quibus hanc saginatioem &
²⁷ auratioem & maiorem hostiam cædis, salutem tuam. [²⁸ Tota die ad hanc partem ze-
lus fidei perorabit ingemens Christianum ab ²⁹ Idolis in Ecclesiam venire, de aduersaria
officina in domum Dei venire, ³⁰ attollere ad Deum patrem manus matres Idolorum, his
manibus adorare quæ foris aduersus Deum adorantur, eas ³¹ manus admouere corpori
Domini, quæ dæmoniiis corpora conferunt. Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab ³² aliis mani-
bus accipiant quod contaminant, sed etiam ipsæ tradunt aliis quod contaminauerunt.
³³ Adleguntur in ordinem Ecclesiasticum artifices Idolorum. Prò scelus! Semel Iudæi
Christo manus intulerunt, isti ³⁴ quotidie corpus eius laceffunt. O manus præcidendæ!
Viderint iam an per similitudinem dictum sit, Si te manus tua scandalizat, amputa eam.
Quæ magis amputandæ, quàm in quibus Domini corpus scandalizatur? [³⁵ Sunt & aliæ
complurium artium species, quæ et si nō contingunt Idolorum fabricationem, tamen ea
sine quibus Idola nil possunt, eodem crimine expediunt. Nec enim differt, an extruas vel
exornes, si templum, si aram, si ædiculam eius instruxeris, si bracteam expresseris, aut insi-
gnia, aut etiam domum fabricaueris. Maior est eiusmodi opera, quæ nō effigiem confert,
sed auctoritatē. Si ita necessitas exhibitionis extenditur, habent & alias species, quæ sine
exorbitatione disciplinæ, id est, sine Idoli confectura opem victus præstent. Scit ³⁶ alba-
rius tector & tecta sarcire, & tectoria inducere, & ³⁷ cisternam liare, & ³⁸ cymatia disten-
dere, & multa alia ornamenta præter simulacra parietibus incrustare. Scit & pictor & mar-
morarius, & ærarius, & quicunq; cælator, latitudines suas utiq; multò faciliores. ³⁹ Nam
qui signū describit, quanto facilius abacum linit? ⁴⁰ Qui de tiliā Martem exculpit, quan-
to citius armarium compingit? Nulla ars non alterius artis, aut mater, aut propinqua est.
Nihil alterius vacat. Tot sunt artium venæ, quot hominum concupiscentiæ. Sed de ⁴¹ mer-
cedibus & mansuetudinibus interest. Proinde interest & de labore. Minor merces frequēti-
ore actu repensatur. Quot parietes signa desiderant? Quot templa & ædes Idolis ædifican-
tur? Domus verò & prætoria & balnea & insule quantæ? ⁴² Soccus & baxa quotidie deauran-
tur, Mercurius & Serapis non quotidie. Sufficiant ad quæstum artificiorum, frequen-
tiores omni superstitione luxuria & ambitio. ⁴³ Lances & scyphos facilius ambitio, quàm
superstitio desiderabit. Coronas quoq; magis luxuria, quàm solemnitas erogat. Cum igitur
ad hæc artificiorum genera cohortemur, quæ Idolum quidem, & quæ Idolo compe-
tunt, non attingant, sint autem & hominibus communia sæpè quæ & Idolis, hoc quoque
cauere debemus, ne quid sciētibus nobis ab aliquibus de manibus nostris in rem Idolo-
rum postuletur. Quod si concesserimus, & non remediis tam vstratis egerimus, non puto
nos à cōtagio Idololatriæ vacare, quorum manus non ignorantium in officio vel in ho-
nore & vfu dæmoniorum deprehenduntur. [⁴⁴ Animaduertimus inter Artes etiam pro-
fessiones quasdam obnoxias Idololatriæ. ⁴⁵ De Astrologis ne loquendum quidem est.
Sed quoniam quidam istis diebus prouocauit defendens sibi perseuerantiam professio-
nis istius, paucis vtar. Non allego quod Idola honoret, ⁴⁶ quorum nomina cælo inscriptis,

quibus omnem Dei potestatem addixit: quod propterea homines non putant Deum requirendum, præsumentes stellarum nos⁴⁷ immutabili arbitrio agi. Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei,⁴⁸ amatores sceminarum,⁴⁹ proditores etiam huius curiositatis, propterea quoque damnatos à Deo. O diuina sententia usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt.⁵⁰ Expelluntur Mathematici sicut angeli eorum.⁵¹ Vrbs & Italia interdicitur Mathematicis, sicut cælum & angelis eorum. Eadem poena est exilij discipulis & magistris. ⁵² Sed Magi & Astrologi ab Oriente venerunt. Scimus *Math. 2.* Magiæ & Astrologiæ inter se societatem. Primi igitur stellarum interpretes natum Christum annunciauerunt, primi munerauerunt. Hoc nomine Christum (opinor) sibi obligauerunt. Quid tum? Ideò nunc & Mathematicis patrocinabitur illorum Magorum religio? ⁵³ De Christo scilicet est matheis hodie, stellas Christi, non Saturni & Martis & cuiusq; ex eodem ordine mortuorū obseruat & prædicat. At ⁵⁴ enim scientia ista usque ad Euangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cælo interpretetur. Nam & thus illud & myrrham & aurum ideò infanti tunc Domino obtulerūt, quasi clausulam sacificationis & gloriæ secularis, quā Christum erat adempturus. Quod iisdem Magis somnium sine dubio ex Dei voluntate suggestit, ut irent in sua, sed alia non qua venerant via, id est ne pristina secta sua incederent: ne illos Herodes persequeretur, qui nec persecutus est etiam ignorans alia via digressos, quoniam & qua venerat ignorabat. A deo viam rectam & disciplinam intelligere debemus. Itaque magis præceptum, exinde aliter incederent. Sic ⁵⁵ & aliam illam speciem Magiæ quæ miraculis operatur, etiam aduersus Moysen æmulata, patientia Dei traxit ad Euangelium usque. Nam exinde & Simon Magus iam fidelis, quoniam aliquid adhuc de ⁵⁶ circulatoria secta cogitaret, ut scilicet inter miracula professionis suæ etiam spiritum sanctum per manuum impositionem enundinaret, maledictus ab Apostolis de fide eiectus est: & alter Magus qui cum Sergio Paulo, quoniam iisdem aduersabatur Apostolis, luminum amissione multatus est. Hoc & Astrologi retulissent credo, si quis in Apostolos incidisset. Attamen cum Magia punitur, cuius est species Astrologia, utique & species in genere damnatur. Post Euangelium nusquam inuenias ⁵⁷ aut sophistas, aut Chaldaeos, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos, nisi planè punitos. Vbi sapiens, vbi ⁵⁸ litterator, vbi conquisitor huius aui? Nonne infarnauit Deus sapientiam huius seculi? Nihil scis Mathematicæ, si nesciebas te futurum Christianū. Sin sciebas, hoc quoque scire debueras nihil tibi futurum cum ista professione. Ipsa te de periculo suo instrueret, quæ aliorū ⁵⁹ climacterica, præcauit. Non est tibi pars neque fors in ista ratione. Non potest regna cælorum sperare, ⁶⁰ cuius digitus aut radius abutitur cælo. ⁶¹ Quærendum autem est etiam de ludimagistris, sed & ceteris professoribus litterarū. Imò non dubitandum affines illos esse multimodæ Idololatriæ. Primum quibus necesse est Deos Nationum prædicare, nomina, genealogias, fabulas, ornamenta honorifica quæque eorum enunciare, tum solennia festaque eorundem obseruare, ut quibus vectigalia sua suppetant. Quis ludimagister, si ⁶² nō tabularia Idolorum, quinque tria tamè frequentabit? Ipsam ⁶³ primam noui discipuli stipem Mineruæ & honori & nomini consecrat, ut etsi nō prophanatus alicui Idolo, verbotenus de Idolothyto esse dicatur, pro Idololatra vitetur. quid minus est inquinamēti eo quod præstat quæstus & nominibus & honoribus Idolo nuncupatus? ⁶⁴ tam Minerualia Mineruæ, quam ⁶⁵ Saturnalia Saturni, quæ etiam seruiculis sub tempore Saturnalium celebrari necesse est. Etiam strenæ captandæ, & ⁶⁶ septimontium, & brumæ, & caræ cognationis honoraria exigenda omnia, flore scholæ coronandæ. ⁶⁷ Flaminicæ & ⁶⁸ ædiles sacrificant Cereri, ⁶⁹ schola honoratur feriis. Idem fit Idoli natali, omnis diaboli pompa frequentatur. Quis hæc competere Christiano existimabit, nisi qui putabit cōuenire etiam non magistro? Scimus dici posse, Si docere litteras Dei seruis nō licet, etiam nec discere licebit. Et quomodo quis institueretur ad prudentiam interim humanam, vel ad quemcunque sensum vel actum, cum instrumentum sit ad omnem vitam litteratura? Quomodo repudiamus secularia studia, sine quibus diuina nō possunt. Videamus igitur necessitatem litteratorij eruditionis, respiciamus ex parte eā admitti non posse, ex parte vitari, fideles magis discere quam docere litteras capit. Diuersa est enim ratio discendi & docendi. Si fidelis litteras doceat infertur Idolorū prædicatione, sine dubio dum docet, cōmendat: dum tradit, affirmat: dum commemorat, testimonium dicit. ⁷⁰ Deos ipsos hoc nomine obsignat, ⁷¹ cum lex prohibeat (ut diximus) deos pronunciarī, & ⁷² nomē hoc in vano collocari. Hinc prima diabolo fides

A fides ædificatur ab initiis eruditionis. Quære an Idololatriam cōmittat, ⁷³ quid de Idolis catechizat. At cum fidelis hæc discit, si iam sapit qui sit, neq; recipit, neq; admittit, multo magis si nondum sapit. Aut vbi cœperit sapere, prius sapiat oportet quod prius didicit, id est de Deo & fide. Proinde illa respuet nec recipiet. Et erit tam tutus quam qui sciens venenum ab ignaro accipit, nec bibit. Huic necessitas ad excusationem deputatur, quia aliter discere non potest. Tāto autem facilius est litteras non docere quam nō discere, quanto & reliqua scholarū de ⁷⁴ publicis propriis solennitatibus inquinamenta facilius discipulus fidelis non adibit, quam magister non frequētabit. ⁷⁵ Degenerabimus, si cetera delictorum recogitemus, in primis cupiditatē radicē omnium malorum, ⁷⁶ qua quidā irretiti, circa fidē naufragij sunt passi: quamuis & Idololatria ab eodē Apostolo dicta sit cupiditas, tū mendaciū cupiditatis ministrum. Taceo de periurio, quādo ne iurare quidē liceat. Negotiatio seruo Dei apta est: Ceterū si cupiditas abscedat, quæ est causa adquirendi: cessante causa adquiritur, non erit necessitas negotiandi. ⁷⁷ Sit nunc aliqua iustitia quæstus securus de cupiditatis & mendacij obseruatione, in crimē offendere Idololatriæ eā opinor, quæ ad ipsam Idolorum animam & spiritū pertinet, quæ omne dæmoniū saginat: an non illa principalis Idololatria viderint si eadē merces, ⁷⁸ thura dico & cetera peregrinitatis sacrificium Idolorum. Etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, ⁷⁹ nobis quoq; insuper ad solatia sepulturæ vsui sunt. Certè cum pompæ, cum sacerdotia, cum sacrificia Idolorum de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de discursibus negotiationibusve instruantur, quid aliud quam procurator Idolorum demonstraris? Nemo cōtendat posse hoc modo omnibus negotiationibus controuersiam fieri. Grauiora delicta quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obseruationis, ut nō ab his tantum abscedamus, sed & ab iis per quæ fiunt. Licet enim ab aliis fiat, non interest si per me. In nullo necessarius esse debeo alij, cum facit quod mihi nō licet. Ex hoc quod vetor facere, intelligere debeo curandum mihi esse ne fiat per me. Denique in alia causa non leuioris reatus præiudicium istud obseruo. Nam quod mihi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut operæ aut conscientiæ exhibeo. Nam quod ipsam carnem meam ad lupanaribus segregari, agnosco me neque lenociniū, neque id genus lucrū alterius causa exercere posse. Sic & homicidij interdictio ostendit mihi ⁸⁰ lanistam quoque ab ⁸¹ Ecclesia arceri: nec per se non faciet quod faciendum aliis subministrat. Ecce magis proximum præiudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad fidem accedat, permittes ei in eo negotio permanere: Aut si iam fidelis id agere susceperit, retinēdū in Ecclesia putabis? Nō opinor, nisi si quis & de thurario dissimulabit. scilicet ad alios peruenit procuratio sanguinis, ad alios odorū. Si antequam Idola in seculo essent, his mercibus adhuc informis Idololatria transigebatur, si & nunc ferè sine Idolo opus Idololatriæ incendiis odorum perpetratur, ecquid maioris operæ & erga dæmonia thurarius: nam facilius sine Idololatria quam sine thurarij merce. Ipsius fidei conscientiam perrogemus, quo ore Christianus thurarius si per templa transibit, quo ore fumantes aras despuet, & ⁸² exsufflabit quibus ipse prospexit? Qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam cellariam præstat: Ille quidem si excluderit dæmonium, non sibi placeat de fide. Neque enim inimicum excludit. Facile debuit de eo impetrare quæ quotidie pascit. Nulla igitur ars, nulla professio, nulla negotiatio, quæ quid aut instruēdis aut formandis Idolis administrat, carere poterit titulo Idololatriæ: nisi si aliud omninō interpretemur, Idololatriā, quàm famulatum Idolorum colendorum. ⁸³ Malè nobis de necessitatibus humanæ exhibitionis supplaudimus, si ⁸⁴ post fidem obsignatam dicimus, Non habeo quo viuam. Iam hic enim plenius illi abruptæ propositioni respondebo. Serò dicitur. Antè enim fuit deliberandum ex similitudine prouidentissimi ⁸⁵ ædificis illius, qui prius sumptus operis cum viribus suis supputat, ne vbi cœperit defunctus postea erubescat. Sed & nunc habes dicta Domini exempla adimentia tibi omnem causationem. Quid enim dicis? Egebo. *Math. 5.* Sed foelices egenos Dominus appellat. Victum non habebo: Sed ⁸⁶ nolite, inquit, cogitare de victu. Et vestitus habemus exemplum lilia. Substantia mihi opus erat: Atquin *Math. 6.* omnia vèdenda sunt, & egentibus diuidenda. Sed filiis & posteritati prouidendum. *Math. 9.* Nemo aratro manum imponens & retrò spectans aptus est. ⁸⁷ Opera & conditionalis *Luc. 9.* eram. Nemo duobus dominis seruire potest. Si vis Domini discipulus esse, crucem tuam *Math. 6.* tollas, & Dominum sequaris necesse est, id est, angustias & cruciatus tuos, ⁸⁸ vel cor- *Math. 16.* pus solum, quod in domum Christi est. Parentes, coniuges, liberi propter Deum relin- *Marc. 10.*

quendi erunt. De artibus & negotiationibus, & de professionibus etiam liberorū & parentum causa dubitas. Iam tunc demonstratum est nobis & pigra, & artificia, & negotia propter Dominum derelinquenda, cum Iacobus & Ioānes vocati à Domino & patre nauemque derelinquunt. Cū Matthæus de teloneo suscitatur. Cū etiam sepelire patrem tardum fuit fidei. Nemo eorum quos Dominus allegit, Non habeo dixit quo viuā. Fides famem non timet. Scit etiam famem non minus sibi contemnendam propter Deū, quam omne mortis genus. Didicit non respicere vitam, quanto magis victum? Quotusquisque hæc adimpleuit? Sed ⁸⁸ quæ penes homines difficilia, penes Deum facilia. Sic tamen nobis de mansuetudine & clementia Dei blandiamur, ut non vsque ad Idololatriæ adfinitates necessitatibus largiamur. [⁸⁹ Sed omnem adflatum eius vice pestis etiam de longinquo deuitemus, non in his tantum quæ præmisimus, sed in vniuersa serie humanæ superstitionis, siue deis suis, siue defunctis, siue regibus mancipatæ, ut ad eosdem spiritus immundos pertinentis, modò per sacrificia & sacerdotia, modò per spectacula, & hoc genus, modò per festos dies. Sed de sacrificiis & de sacerdotiis quid loquar? De ⁹⁰ Spectaculis autè & voluptatibus eiusmodi suum iam volumina impleuimus. Hoc loco retractari oportet de festis diebus, & aliis extraordinariis solennitatibus, quas interdum lasciuia, interdum timiditati nostræ subscribimus aduersus fidei disciplinam ⁹¹ communicantes nationibus in Idolicis rebus. De hoc quidem primo cōsistam, an cum ipsis quoque nationibus communicare in huiusmodi seruis Dei debeat, siue habitu, siue victu, vel quo alio genere lætitiæ earum. Gaudere cum gaudentibus, & lugere cum lugentibus, de fratribus dictum est ab Apostolo ad vnanimitatem cohortate. Ceterum ad hæc, nihil communio-
Enis est lumini & tenebris, ⁹² vitæ & mortis: aut scindimus quod est scriptum: Seculum gaudebit, vos verò lugebitis. Si cum seculo gaudemus, verendum est ne cum seculo & lugeamus. Seculo autè gaudere lugeamus, & seculo postea lugente gaudebimus. Sic ⁹³ & Lazarus apud inferos in sinu Abrahamæ refrigerium consecutus, contra diues in tormento ignis constitutus, alternas malorum & bonorum vices æmula retributione compensant. ⁹⁴ Sūt quidem dies munerū, quæ apud alios honoris titulum, apud alios mercedis debitum expungunt. Nunc ergo, inquis, recipiam meum, vel rependam alienum: si hunc morem sibi homines de superstitione consecrauerunt, tu extraneus ab omni eorum vanitate, ⁹⁵ quid participas Idolothyta solennia, quasi tibi quoque præscriptum sit de die, quo minus id quod homini debes, vel tibi ab homine debetur, citra diei obseruationem luas, vel recipias, da ⁹⁶ formam in quam velis agi tecum. Cur enim & lateas, cum ignorantia alterius tuam conscientiam contamines, si non ignoraris quòd sis Christianus, tentaris. Et contra conscientiam alterius agis, tanquam non Christianus. Enimuerò est simulareris, tētatus additus es. Certè siue hac, siue illac, reus es confusionis in Deo. Qui autem confusus super me fuerit penes homines, & ego confundar super illo, inquit, penes patrem meū, qui est in cælis. [⁹⁷ Sed enim plerique iam induxerunt animo ignoscendum esse quandoque his quæ ethnici faciunt, ne ⁹⁸ nomē blasphemetur. Porro blasphemia quæ nobis omninò deuitanda est, hæc opinor est. Si quis nostrum ad iustā blasphemiam ethnicum deducat, aut fraude, aut iniuria, aut cōtumelia, aliāve materia digna querelæ, in qua nomē merito
Fpercutitur, ut merito irascatur & Dominus. Ceterum si de omni blasphemia dictum est: vestri ⁹⁹ causa nomē meū blasphematur, perimus vniuersi cum totus Circus scelestis suffragiis nullo merito nomē laceffit, desinamus, & nō blasphemabitur. Imò dū sumus, blasphemetur in obseruatione non in exorbitatione disciplinæ, dum probamur, non dum reprobamur, ob blasphemiam martyrij, affinē, quæ tunc me testatur Christianū, cum propter eam detestatur. benedictio est nominis, maledictio custoditæ disciplinæ. Si ¹⁰⁰ hominibus inquit, vellem placere, seruis Christi nō essem. Sed idem alibi iubet, omnibus placere curamus. Quemadmodū ego, inquit, omnibus per omnia placeo. Nimirum ¹⁰¹ Saturnalia & ¹⁰² Kalēdas Ianuarias celebrās hominibus placebat, an modestia & patiētia, an grauitate, an humanitate, an integritate. Proinde cum dicit, Omnia omnibus factus sum, ut ¹⁰³ omnes lucrifaciam, nūquid Idololatriæ Idololatriæ, nunquid ethnicis ethnicus, nunquid secularibus secularis? Sed et si non prohibet nos conuersari cum Idololatriæ & adulteris & ceteris criminosis dicens, Ceterum ¹⁰⁴ de mundo existetis: non utique eas habenas conuersationis immutat, ut quoniā necesse sit & conuiuere nos & cōmiscere cum peccatoribus, idè & cum eis peccare possimus. Ibi est commercium vitæ, quod Apostolus cōcedit: hic peccare, quod nemo permittit. Licet cōuiuere cum ethnicis, commori non licet.

A cet. Conuiuamus cum omnibus: cōlætetur ex communione naturæ, non superstitionis. Pares anima sumus, non disciplina: compossessores mūdi, nō erroris. Quòd si nobis nullum ius est cōmunionis in eiusmodi cum extraneis, quāto scelestius est hæc inter fratres frequētare? Quis hoc sustinere aut defēdere potest? Iudæis dies suos festos exprobrat spiritus sanctus. ¹⁰⁵ Sabbata, inquit, vestra & neomenias & ceremonias odit anima mea. Nobis quibus sabbata extranea sunt & neomenia & feriæ à Deo ¹⁰⁶ aliquādo dilectæ, Saturnalia, & Ianuariæ, & ¹⁰⁷ Brumæ, & ¹⁰⁸ Matronales frequētatur, munera cōmeant, strenæ consonant, lusus, cōuiuia constrepunt. O melior fides nationum in suā sectam: quæ nullā solennitatem Christianorū sibi vindicat, ¹⁰⁹ non Dominicū diem, nō ¹¹⁰ Pentecostē. etiā si nosset, nobiscum nō cōmunicasset; timerēt enim ne Christiani viderentur: Nos ne ethnici pronūciemur, nō veremur. Si quid & carni indulgēdū est, habes nō dicā tuos dies tantum, sed & plures. Nam ethnicis semel annuus dies quisque festus est: tibi octauo quoque die. Excerpe singulas solennitates nationum, & in ordinem texe, Pentecostē implere nō poterūt. [¹¹¹ Sed luceant, inquit, opera vestra. At nunc luceant tabernæ & ianuæ nostræ: xv. plures iam inuenies ethnicorum fores sine lucernis & laureis quāni Christianorū. De ista
Math. 5. quoque specie quid videtur? Si Idoli honor est, sine dubio Idoli honor Idololatria est. Si hominis causa est, ¹¹² recogitemus omnē Idololatriā in hominis causa esse. Recogitemus omnē Idololatriā in homines esse culturā, cum ipsos Deos nationū homines retrò fuisse, etiam apud suos constet. Itaque nihil interest superioris, an huius seculi viris superstitio ista præstetur. Idololatria nō propter personas quæ opponuntur, sed propter officia ista dānata est: quæ ad dæmones pertinet. Reddēda sunt Cæsari quæ sunt Cæsaris, benè quod
Math. 22. apposuit, & quæ sunt Dei Deo. Quæ ergo sunt Cæsaris? scilicet de quibus tūc cōsultatio
Luc. 20. mouebatur, præstandūne esset census Cæsari, an nō. Ideò & monetā ostendi sibi Dominus postulari, & de imagine cuius esset requisitum. Et cum audisset, Cæsaris, Reddite, ait, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, id est imaginē Cæsaris Cæsari, quæ in nūmo est, & imaginē Dei Deo, quæ in homine est: ut Cæsari quidem pecuniā reddas, Deo temetipsū. Alioquin quid erit Dei, si omnia Cæsaris? Ergo, inquis, honor Dei est, lucernæ pro forib⁹, & laurus in postibus: nō utique quod Dei honor est, sed quod eius qui pro Deo huiusmodi officiis honoratur quātū in manifesto est, salua operatione quæ est in occulto, ad dæmonia perueniēs. Certi enim esse debemus, si quos latet per ignorantia litteraturæ secularis, etiā ¹¹³ ostiorū Deos apud Romanos, ¹¹⁴ Cardeam à cardinibus appellatam, & ¹¹⁵ Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ¹¹⁶ ipsum Ianum à ianua: & utique scimus, licet nomina inania atque cōficta sint, cum tamen in superstitione deducuntur, rapere ad se dæmonia & omnem spiritum immundū per consecrationis obligamētū. Alioquin dæmonia nullū habent nomen singularim, sed ibi nomen inueniunt, vbi & pignūs. Etiam apud Græcos ¹¹⁷ Apollinem *Ἰουγχιον*, & ¹¹⁸ Antelios dæmonas ostiorum præfides legimus. Hæc igitur ab initio præuidēs spiritus sanctus, etiam ostia in superstitionem ventura præcecinit per ¹¹⁹ antiquissimum propheten Enoch, ¹²⁰ Nam & alia ostia in balneis adorari videmus. Si autè eorum sunt quæ in ostiis adorētur, ad eos & lucernæ & laureæ pertinebunt: Idolo feceris quicquid ostio feceris. Hoc in loco ex auctoritate quoque Dei contestor, quia nec tutū est subtrahere quodcūque vni fuerit ostēsum, utique omniū causa. Scio ¹²¹ fratrem per visionem eadem nocte castigatum grauitate, quòd ianuam eius subito annūciatis gaudiis publicis serui coronassent. Et tamen non ipse coronauerat aut præceperat, ¹²² nā antè processerat, & regressus reprehenderat factum: adeò apud Dominum in huiusmodi etiā disciplina familiaris nostræ æstimatur. Igitur quod attineat ad honores regum vel imperatorum, satis præscriptum habemus, in omni obsequio esse nos oportere, secūduṁ Apostoli præceptum subditos magistratibus & principibus & potestati-
Rom. 13. statibus. Sed intra limites disciplinæ, quousque ab Idololatria separamur. Propterea enim & illud exemplum trium fratrum præcurrit, qui aliās obsequentes erga regem Nabu-
Dan. 3. chodonosor, honorem imaginis eius constantissimè respuerint, ¹²³ probantes Idololatriā esse quicquid vltra humani honoris modum ad instar diuinæ sublimitatis extollitur. Sic & Daniel cetera Dareio subnixus, tamdiu fuit in officio, quamdiu à periculo disciplinæ vacaret. Nam id ne subiret, non magis leones regio timuit, quā illi regio ignes. Accendāt igitur quotidie lucernas quibus lux nulla est, adfigāt postibus lauros postmodum arsuras, quibus ignes imminēt; illis competunt & testimonia tenebrarum, & auspi-
Math. 5. cia pœnarum. Tu lumen es mundi, & arbor virens semper. Si templis renūciasti, ne fece-
Psal. 1.

ris templum ianuā tuā. Minus dixi: si lupanaribus renūciasti, ne indueris domi tuæ faciē D
 noui lupanaris. [¹²⁴ Circa officia verò priuatarum & communiū solēnitatū, vt ¹²⁵ togæ
 xvi. puræ, vt spōsalium, vt nuptialium, vt ¹²⁶ nominalium, nullum putem periculum obseruari
 de flatu Idololatriæ quæ interuenit: causæ enim sunt cōsiderandæ quib⁹ præstatur officiū.
 Eas mūdas esse opinor per semetipsas, quia neq; vestitus virilis, neq; anulus aut cōiūctio
 maritalis, de alicuius Idoli honore descēdit. Nullū deniq; cultum à Deo maledictum in-
 uenio, nisi muliebrē in viro. Maledictus enim, inquit, omnis qui muliebrē induitur. To-
 ga verò etiam appellatione virilis est. Nuptias quoq; celebrari non magis Deus prohibet
 quàm nomē imponi. ¹²⁷ Sed his accommodantur sacrificia. Si in ¹²⁸ vocatus nec in sacrificiis
 fit titulus officij, & operæ meę expūctio, quid tū? si liber. Vtinā quidē nec videre possimus
 quæ facere nobis nefas est. Sed quoniā ita malis circūdedit seculū Idololatria, licebit ad-
 esse in quibusdā, quæ nos homini nō Idolo officiosos habēt. Planē ad sacerdotiū & sacri-
 ficiū vocatus nō ibo (propriū enim Idoli officiū est) sed neq; cōsilio neq; sumptu, aliāve
 opera in eiusmodi fungar. Si propter sacrificiū vocatus adistā, ero particeps Idololatriæ:
 xvi. si me alia causa cōiungit sacrificiū, ero tantū spectator sacrificij. [¹²⁹ Ceterū quid faciēt
 serui vel liberi fideles, ¹³⁰ itē officiales sacrificiū dominis vel patronis vel præsidibus suis
 ,, adherētes? Sed si merū quis sacrificiū tradiderit, imò si verbo quoq; aliquo sacrificio ne-
 cessario adiuuerit, minister habebitur Idololatriæ. Huius regulę memores etiā magistra-
 tibus & potestatibus officiū possumus reddere secūdam patriarchas & ceteros maiores,
 qui regibus Idololatriæ vsq; ad finē Idololatriæ apparuerūt. Hinc ¹³¹ proximē disputatio
 suborta est, an seruus Dei alicuius dignitatis aut potestatis administrationē capiat, si ab
 omni specie Idololatriæ intactū se aut gratia aliqua, aut astutia etiā præstare possit: secū-
 dū quod & Ioseph, & Daniel mūdi ab Idololatria, & dignitatē & potestatē administra-
 uerunt, in ¹³² ornāmēto & purpura extitere, totius Ægypti siue Babylonie. Credamus ita-
 que succedere alicui posse vt in quoquo honore, vt in solo honoris nomine incedat, neq;
 Gen. 41. Dan. 2. 7. ¹³³ sacrificet, neq; sacrificiis auctoritatem suā accommodet, non hostias locet, nō curas
 templorum deleget, nō vectigalia eorum procuret, nō spectacula edat de suo aut de pu-
 blico, aut edendis præsit: nihil solemne pronunciet vel edicat, ne iuret quidem. Iam verò
 quæ sunt potestatis, ¹³⁴ neq; iudicet de capite alicuius vel pudore (feras enim de pecunia)
 neque damnet neq; prædamnet, neminem vinciat, neminē recludat, aut torqueat; si hæc
 credibile est fieri posse. [Iam ¹³⁵ verò de solo suggestu & apparatu honoris retractandum:
 xvi. proprius habitus vniuscuiusque est, tā ad vsū quotidianum, quàm ad honorē & digni-
 tatē. ¹³⁶ Igitur purpura illa & aurum ceruicis ornāmētum eodē more apud Ægyptios &
 Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabæ, ¹³⁷ vel palma-
 tæ, & coronæ aureæ sacerdotū prouincialium, sed nō eadē cōditione. Tantū enim honoris
 nomine cōferebatur his qui familiaritatem regum merebantur. Vnde & purpurati regū
 vocabātur à purpura, sicut apud nos à ¹³⁸ toga candida candidati: sed non vt suggestus ille
 sacerdotis quoq; aut aliquibus Idolorum officiis adstringeretur. Nam si ita esset, vtique
 tātā sanctitatis & cōstatiæ viri statim habitus inquinatos recufassent, statimq; apparui-
 fet Danielē Idolis non deseruisse, nec Belē nec draconē colere, quod multo postea ap-
 paruit. Simplex igitur purpura illa, nec iā dignitatis erat, sed ¹³⁹ ingenuitatis apud Barba-
 ros insigne. Quēadmodū enim & Ioseph qui seruus fuerat, & Daniel qui per captiuitatē
 Gen. 41. Dan. 7. ¹⁴⁰ ingenuitatis: sic penes nos quoq; fideles si necesse fuerit, poterit & pueris prætexta cōcedi,
 & puellis stola, natiuitatis insignia, nō potestatis: generis, nō honoris: ordinis, nō supersti-
 tionis. Ceterū purpura vel cetera insignia dignitatum & potestatum, insertę dignitati & po-
 testatibus Idololatriæ ab initio dicata, habēt profanationis suæ maculam: cum præterea
 ipsis etiā Idolis in quantū ¹⁴¹ prætextæ & trabæ & laticlavi, fascēs quoque & virgæ præ-
 ferātur, & merito. Nam dæmonia magistratus sunt seculi huius, vnius collegij insignia fa-
 scēs & purpuras gestant. Quid ergo proficies, si suggestu quidem vtaris, opera verò eius
 non administres? Nemo immūdis mundus videri potest. Tunicam si induas inquinatam
 per se, poteris forsitan illam nō inquinare per te, sed tu per illam mundus esse nō poteris.
 Gen. 41. Dan. 7. Iam nunc quid de Ioseph & Daniel argumentaris, scito nō semper comparanda esse ve-
 tera & noua, rudia & polita, cœpta & explicita, seruilis & liberalis. Nam illi etiā serui cō-
 ditione erant: tu verò nullius seruus in quātum folius Christi, qui te etiam captiuitate se-
 culi liberauit, & forma Dominica agere debebis. Ille Dominus in humilitate & ignobi-
 litate

A rate incescit domicilio incertus: Nam filius, inquit, hominis non habet vbi ¹⁴² caput suum Luc. 9.
 colloquet, vestitu incultus. neque enim dixisset, Ecce qui teneris vestiūtur, in domibus re-
 Math. 11. gum sunt. Vultu ¹⁴³ deniq; & aspectu inglorius, sicut & Esaias pronūciauerat. Si potesta-
 Iai. 53. tē quoque nullā ne in suos quidē exercuit, quibus ¹⁴⁴ fordido ministerio functus est: si re-
 gē se deniq; fieri, conscius sui regni, refugit, plenissimē dedit formā suis dirigendo omni
 Ioan. 13. Ioan. 6. fastigio & suggestu tā dignitatis quam potestatis. Quis enim magis his vsus fuisset quàm
 Dei filius, quales & quanti eum fascēs producerēt, qualis purpura de humeris eius flore-
 ret, quale aurum de capite radiaret, nisi gloriā seculi alienā & sibi & suis iudicasset? Igitur
 quæ noluit reiecit, quæ reiecit damnauit, quæ damnauit in pompa diaboli deputauit. Nō
 enim damnasset, nisi non sua: alterius autē esse non possent, nisi diaboli quæ Dei nō sunt.
¹⁴⁵ Tu si diaboli pompam eierasti, quicquid ex ea attigeris, id scias esse Idololatriā, vel hoc
 te cōmonefaciat, omnes huius seculi potestates & dignitates nō solū alienas, verūm &
 inimicas Dei esse, quod per illas aduersus Dei seruos supplicia consulta sunt, per illas &
 pœnæ ad impios paratæ ignorātur. Sed & natiuitas & substantia tua molestæ tibi sunt ad-
 uersus Idololatriā, ad euitādū remedia deesse nō possunt: cum etsi defuerint, superfit vni-
 cū illud quo felicius factus nō in terris magistratus, sed in cœlis. [¹⁴⁶ Posset in isto capitu-
 xix. lo etiā de militia definitū videri, quæ inter dignitatē & potestatē est. At nunc de isto que-
 ritur, an fidelis ad militiā cōueri possit, & an militia ad fidem admitti ¹⁴⁷ etiā caligata, vel
 inferior quæq; cui nō sit necessitas immolationū vel capitaliū iudiciorum. Non cōuenit
 Math. 12. B sacramēto diuino & humano, signo ¹⁴⁸ Christi & signo diaboli, castris lucis & castris te-
 nebrarū: non potest vna anima duobus deberi, Deo & Cæsari. Et ¹⁴⁹ virgā portauit Moy-
 Exod. 28. ses: ¹⁵⁰ fibulā & Aarō; cingitur loro & Ioānes; agmē agit & Iesus Naue; bellauit & popu-
 Math. 3. lus, si placet ludere. Quomodo autem bellabit, imò quomodo etiā in pace militabit, sine
 Exod. 17. gladio; quē Dominus abstulit? Nā & si adierant milites ad Ioānem, & formā obseruatio-
 Luc. 3. nis acceperant; si etiam cetero crediderat; omnē postea militē Dominus in Petro exar-
 Math. 8. mado discinxit. nullus habitus licitus est apud nos illicito actui ascriptus. [¹⁵¹ Sed enim x x.
 Math. 12. cū cōuersatio diuinæ disciplinæ nō factis tantū, verumetiam verbis periclitetur, (nā sicut
 Exod. 23. scriptū est, ¹⁵² Ecce homo & facta eius, ita: Ex ore tuo iustificaberis) meminisse debemus
 etiā in verbis quoque Idololatriæ incursum præcauēdum, aut de consuetudinis vitio aut
 Exod. 23. timiditatis. Deos Nationū nominari lex prohibet, nō vtique; ne nomina eorum pronūcie-
 mus, quæ nobis vt dicamus cōuersatio extorquet. Nā id plerūque dicendum est, In ¹⁵³ tē-
 plo Æsculapij illum habes, & vico Isis habitō, & sacerdos Iouis factus est, & multa alia
 in hunc modum, quādō & hominibus hoc genus nomina inducūtur. Neq; enim Satur-
 nū honoro, si ita vocauero eum suo nomine; tā nō honoro quā Marcū, si vocauero Mar-
 cū. sed ait: Nomen aliorū deorū ne cōmemorem, neque audiatur de ore tuo. Hoc præ-
 vbi script. cepit, ne Deos vocemus illos. Nā & in prima parte legis, Nō sūmes, inquit, nomē Domi-
 Exod. 20. ni Dei tui in ¹⁵⁴ vano, id est Idolo. Cecidit igitur in Idololatriā, qui Idolum nomine Dei
 honorauerit. Quod si Deos dicēdum erit, adiciēdum est aliquid, quo appareat, quia nō
 ego illos Deos dico. ¹⁵⁵ Nā & scriptura Deos nominat; sed adicit suos, vel nationū. Sicut
 C Dauid cum Deos nominasset, vbi ait: Dei autem nationū dæmonia. Sed hoc mihi ad se-
 psal. 113. quentia magis præstructum est: ceterū consuetudinis vitium est ¹⁵⁶ me Hercule dicere,
 me Dius fidius, accedēte ignorantia quorundam, qui ignorant iusiurandū esse per Her-
 culem. ¹⁵⁷ Porro quid erat deieratio per eos quos eierasti, quàm præuaricatio fidei cum
 Idololatria? quis enim per quos deierat, non honorat? [¹⁵⁸ Timiditatis est autem, cum te x x i.
 alius per Deos suos obligat iuratione vel aliqua testificatione, & tu ne intelligaris quie-
 scis, nā æquē quiescendo confirmas maiestatem eorum, cuius causa videberis obligatus.
 Quid refert Deos nationum dicendo Deos, an audiendo confirmes? iures per Idola,
 an ab alio adiuratus acquiescas? Cur non agnoscamus versutias satanæ, qui quod ore
 nostro perficere non potest, id agit vt suorum ore perficiat, per aures inferens nobis
 Idololatriam? Certē quisquis ille est, aut amica aut inimica congressione adstringit.
 Si inimica, iam ad pugnam vocaris, & scis tibi dimicandum esse. Si amica, quanto secu-
 riūs in Dominū transferes reponsonem tuam, vt dissolvas obligationem eius, per quem
 te Malus honori Idolorum, id est, Idololatriæ quærebat annectere. Omnis patiētia eius-
 modi Idololatria. Honoras eos, quibus impositis obsequium præstitisti. Scio quēdā cui
 Dominus ignoscat, quum illi in publico per litem dictum esset, Iupiter tibi sit iratus, re-
 spondisse, Imind tibi. Quid aliter fecisset ethnicus, qui Iouē Deum credidit? etiam si non
 Bb iij

per eundē retorisset maledictū, nec per vllum Iouis similem, cōfirmauerat Iouem Deū, D per quem se maledictum indignē tulisse demōstrauerat remaledicens. Ad quid enim indignis per eum quē scis nihil esse? Nam si infans, iam esse confirmas, & erit Idololatriæ professio timoris tui: quanto magis cū per ipsum remaledicis, eodē Iouis honorem facis, quo & ille qui te prouocauit: fidelis autem in eiusmodi ridere debet, nō insanire. Imō secundum præceptum ne per Deum quidē remaledicere, sed planē benedicere per Deū, vt & Idola destruas, & Deū prædices, & adimpleas disciplinam. [159] Equē benedici per Deos Nationum Christo initiatus non sustinebit, vt semper reiiciat immūdam benedictionem, & eam sibi in Deum conuertens emūdet. Benedici per Deos Nationum, maledici est per Deum. Si dederō elemosynam, vel aliquid præstitero beneficij, & ille mihi Deos suos vel 160 coloniarū genium propicios imprecetur, iam oblatio mea vel operatio Idolorum honor erit, per quæ benedictionis gratiam compensant. Cur autē nō sciat me Dei causā fecisse, vt & Deus potius glorificetur, & dæmonia non honorētur in eo quod propter Deum feci. Deus videt quoniam propter ipsum feci: pariter videt quoniam propter ipsum fecisse me nolui ostēdere, & præceptum eius Idololatriam quodāmodo feci. Multi dicunt, Nemo se debet promulgare: puto autem nec negare: 161 negat enim quicūque dissimulat in quacunque causā pro ethnico habitus. Et vtique omnis negatio Idololatriæ est, sicut omnis Idololatriæ negatio, siue in factis, siue in verbis. [162] Sed est quædam eiusmodi species in factis & in verbo, bis acuta & infesta vtrinque, licet tibi blādiatur, quasi vacet in vtroque dum factum nō videtur, quia dictum nō tenetur, pecuniam de ethnicis mutuantes sub 163 pignoribus fiduciati, 164 iurati cauent, & sic negant. Scire volunt scilicet tempus persecutionis, & locum tribunalis, & personam præsidis. 165 Prescribit Christus, non esse iurandum. Scripsi, inquit, sed nihil dixi; lingua, nō littera occidit. Hic ergo naturam & consciētiam aduoco: naturam, quia nihil potest manus scribere, etiam si lingua in dictando cessat immobilis & quieta, quod nō anima dictauerit, quanquā & ipsi linguæ anima dictauerit, aut à se cōceptū, aut ab alio traditū. Iam ne dicatur, alius dictauit, hic consciētiam appello, an quod alius dictauit anima suscipiat, & siue comitāte siue residēte lingua ad manum transmittat, & benē quod in animo & consciētia delinquit Dominus dixit: Si, 166 inquit, cōcupiscentia vel malitia in cor hominis ascenderit, pro facto teneris. Cauisti igitur quod in cor tuum planē ascēdit, quod neque ignorasse te contendere potest, neque noluisse. Nā cū caueres, scisti: cū scires, vtique voluisti, & es tā in facto quā in cogitatu, nec potes euerere crimine manus excludere, vt dicas falsum planē effici cauēdo quod nō facis. Tamē non negaui, quia non iuraui. Imō etsi nihil tale fecisses, tamē dicereris deierare si consenseris. Non valet tacita vox in stylo, & mutus in litteris sonus. At enim Zacharias temporali vocis oratione multatus, cū animo collocutus linguam irritam transiit, manibus suis à corde dictat, & nomē filij sine ore pronunciat, loquitur in stylo, auditur in cera manus omni sono clarior, littera omni ore vocalior. Quære an dixerit, qui dixisse cōpertus est. Dominum oremus, ne qua nos eiusmodi contractus necessitas circumstet. Et si ita euenerit, det fratribus 167 operādi copiam, vel nobis abrūpendæ omnis necessitatis constātiā, ne illæ litteræ negatrices vicariæ oris nostri in die iudicij aduersus nos proferantur signatæ signis, non iam aduocatorum, sed angelorum. [168] Inter hos scopulos & sinus, inter hæc vada & fræta Idololatriæ velificata 169 spiritu Dei fides nauigat, tuta si cauta, secuta si attonita. Ceterū inenarrabile excussis profundū est, inextricabile impactis naufragiū est, 170 irrespirabile deuoratis hypobrichium in Idololatria: 171 quicūque fluctus eius offocāt, omnis vertex eius ad inferos desorbet. Nemo dicat, quis tam tutō præcauebit: exeundum de seculo erit. quasi non tanti sit exire, quā Idololatriam in seculo stare. Nihil esse facilius potest, quā cautio Idololatriæ, si timor eius in capite sit. quæcunque necessitas minor est periculo, tanto comparata. 172 Propterea spiritus sanctus consultantibus tunc Apostolis vinculum & iugum nobis relaxauit, vt Idololatriæ deuitandæ vacaremus. Hæc erit lex nostra quo expedita, hoc plenius administranda, propria Christianorum, per quam ab ethnicis agnoscimur & examinamur: hæc accedentibus ad fidem proponenda, & ingrediētibus in fidem 173 inculcāda est, vt accedentes deliberent, obseruantes perseuerent, non obseruantes renuncient sibi. 174 Viderimus enim si secundum archetypum & coruus & miluus & lupus & canis & serpens in Ecclesia erit, certē Idololatriæ in archetypo non habetur. Nullum animal in Idololatriam figuratum est: 175 quod in arca non fuit, in Ecclesia non sit.

AD

XXI I.

XXII I.

Math. 5

Luc. 1.

XXIII I.

Act. 15.

Isai. 34.

Math. 7.

Philip. 3.

Luc. 10.

Gen. 7.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM DE IDOLOLATRIA.

CAP. I.

Rincipale crimen generis humani, & c.] *Capit hoc primum inscriptum: Quod in Idololatria crimen omne, & in omni crimine Idololatria deprehendatur. Atqui de Elogio vide librum ad Scapulam cap. 4. num. 26. Legimus autem cum Gagneo: Proinde, Vocem Tertullianicam, pro eo quod substitutum erat: Perinde. Porro etiam summum delictū Idololatriam nuncupat B. Cyprian. epist. 10. 11. 12. 26. ac 30. libro item de Lapf. & de Idolol. Vanit. & similiter Auctore Chrysof. in Psalm. 113. Nihil est (inquit) aliud in Idolorum festis quam libido, impudicitia, intemperantia, ebrietas, crudelitas, inhumanitas, caedes.*

2. Atque adeo Scripturæ sanctæ stupri vocabulo vtuntur in Idololatriæ exprobratione.] *Aludat inter cetera ad Ezech. cap. 23. Vbi & fornicationem & stupra populo Israël, & in Agypto, & suo tempore exprobrat; quod de Idololatriis loquatur. Eodem perinet quod Clemens Alexandr. lib. 7. Stromatum, tertiam fornicationis speciem Idololatriam faciat.*

3. mortem asperunt.] *ita describit quæ vulgo dicuntur, mortalia peccata, & ipse mox vocat: exitiosa, & deuoratoria salutis. Lego autem non ita multo post: frequentantur, pro: frequententur.*

4. idolorum mancipes.] *Eodem modo dixit lib. de Spectac. cap. 10. Apollines & Musas, & Mineruas, & Mercurios mancipes habent. Hic autem dæmonia intelligit & immundos spiritus, quibus idola mancipantur. De simili B. Cyprian. loco, vbi mancipem pro Prefecto accipit, vide Adnot. nostras ad Epist. eius 69. num. 21. & in Apolog. cap. 11. nu. 164.*

CAP. II.

5. Sed vniuersa nomina criminum, & c.] *Titulum huic capiti indidimus: De variis Idololatriæ modis.*

6. aut polluceat.] *Recte sic legendum adnotauit Hieronimus, pro eo quod erat: proluceat; addens pollucere, ad sacra pertinere, ac si dicas, vouere vel dedicare, aut, vt alij (inquit) volunt, Herculi libamenta in aram projicere. Nam & nos cum Rhenano & Latinio ita castigauimus illud Apolog. cap. 39. Herculanarum decimarum polluctorum sumtus. vbi plura hac de re num. 511.*

7. cū homicidium etiam in verbo maledicti vel conuitij iudicat, & c.] *Large interpretatur illud: Audistis quoniam dictum est antiquis, Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicij, & c. tanquam etiam ira & maledictum, homicidij sint species. Recte proinde Doctores Theologi in illo præcepto Decalogi: Non occides, comprehendi iram tradunt, & maledictum, aliæque eiusmodi.*

CAP. III.

8. Idolum aliquamdiu retrō non erat, & c.] *inscriptionem huic capiti dedimus: De origine Idolorum. in qua Auctorem imitantur partim B. Cyprian. initio lib. de Idol. Vanit. partim Isidorus lib. 8. Etym. cap. vltimo.*

9. sola templa & ædes vacuæ erant, & c.] *similiter dixit Apolog. cap. 25. Nam etsi à Numa concepta est curiositas superstitionum, nondum tamen aut simulacris aut templis diuina res apud*

Romanos agebatur, & c. de quo ibi latius num. 406. & 407. Hic autem amplius dicit: etiam aliquamdiu sola templa sine idolis fuisse. Atque hoc est quod Plutarchus ibidem citatus tradit in Vita Nume Pompili: In prioribus (inquit) centum septuaginta annis templa quidem edificabant; sacræque tuguria erigebant, simulacrum verò nullum corporeum dedicabant. Quod ipsum etiam habet Dionys. Halicarnass. addens Tarquinium Priscum Vanitate & stultitia Græcarum Religionum Hetruscarumque domi imbutum, Romanos docuisse simulacra diis ponere. Atque adeo sic etiam intelligi debent Verba Varronis similia Plutarcho, à B. Augustino citata lib. 4. de Ciuit. Dei cap. 31. quemadmodum adnotauit ibidem Ludouic. Vives, citans in eandem sententiam Clementem Alexandrinum & Eusebium, locis interim non indicatis, qui ibidem etiam recte interpretatur eodem pertinere illud vbi supra Tertull. nondum enim tunc ingenia Græcorum atque Tuscorum fingendis simulacris vrbem inundauerant. Quos ipsos etiam hic artifices statuarum & imaginum appellat.

10. an plastes effingat, an cælator exculpat, an Phrygio detexat.] *Tria genera artificum hic recensentur; Plastes, qui gypso effingit; Cælator, qui in lapide aut ære aut argento illud exculpat; Phrygio, qui filo format idolum. Quia autem etiam addit: an coloribus, forsatis legi debet: an Plastes aut pictor effingat. Recte autem ordine Plasten præponit, quia Plinio teste lib. 34. cap. 7. Plastica prior fuit quàm statuaria; & quemadmodum idem tradit lib. 36. cap. 5. Ars in marmore exculpendi detustior etiam est, quàm statuaria aut pictura. Atque hoc est quod Core Corinthis (vbi tradit post Plinium lib. 35. cap. 12. Athenagoras Apolog. pro Christi.) eam, quæ dicitur Coroplastice, prima inuenisse, traditur. Quum enim amore cuiusdam Viri teneretur, circumlineauit eius dormientis in pariete vmbra; pūta deinde eius similitudine, nihil euariante delectata, circumscriptionem eiusmodi effictam tum late adimpleuit. Quò respexit & Epiphani. in principio Panar. oper. dum per figuram scientiam primum imagines effictas scribit. Vide vtrouique plura de primis statuarum auctoribus, quorum inuentores Græcis & Tuscis antiquiores facit Epiphani. Agyptios, Babylonios, Phryges & Phœnices, immod à Thare, qui in Cappadocia primus Aram sui filij ante defuncti imaginem fieri iusserit, deducit originem: à quo non multum aberrant, qui à Nino primam Belis filij sui statuam effictam restantur; nam eodem dixit tempore. Isidorus interim vbi supra, scribit Ismaël primum simulacrum de luto fecisse: Gentiles verò id Prometheus tribuere, & apud Græcos Cecropi. Adnotanda est autem paulo post phrasis Tertullianica: ne qui putet, pro: ne quis.*

11. Ἐἰδος Græcè formam sonat, & c.] *Hunc locum quum transcripserit Isidorus loco citato, ego eum sic castigandum censeo: Idolum est simulacrum, quod quauis (pro eo quod est: humana) effigie factum & consecratum est, iuxta vocabuli interpretationem: Ἐἰδος enim Græcè formam sonat, & ab eo per diminutionem Ἐἰδων deductum, æquè apud nos formulam facit (quomodo etiam hic lego, pro: fecit.) Igitur omnis forma vel formula Idolum se dici exposcit. Inde Idololatria, omnis circa orane idolum famulatus & seruitus. Quidam verò Latini (nam & sic lego pro:*

Bb iij

Lainē) ignorantes Græcē, imperitē dicunt Idolum ex dolo sumptisse nomen, quod diabolus creatura cultum (aliquid deest, forte: in iniuriam) diuini nominis inuexit.

12. simulacrum vituli, &c.] Patet hinc vera lectio lib. adu. iud. cap. 1. ubi legitur: bubulum caput; & similiter apud B. Cyprian. lib. de Patient. bono, pro eo quod quidam etiam MS. cod. bubalum; nam vitulus censetur habere caput Bubulum.

C A P. IIII.

13. Idolum tam fieri quam coli Deus prohibet, &c.] Inscriptum hoc caput: De interdico ne fiant Idola.

14. Ne feceritis Idolum, &c.] Ad Verbum translit cum Vulgato interprete 70. quod Græcē est ἰδωλον, quemadmodum & B. Cyprian. cap. 1. lib. de Exhort. marty. qua versione explicatur verus huius loci sensus, de quo Auctor latius lib. 2. adu. Marc. ubi locum huius scripturæ interpretatur de imaginibus Idololatriæ substantiam continentibus. Pro autem verbo translit, & quæ in mari, pro eo quod ex Græco alij recte transferunt: & quæcumque in aquis sub terra.

15. Antecesserat enim hoc prædicens Enoch.] Recte adnotauit Harrisius hic adiciendam Vocem: Enoch, eo quod paulopost sequatur: Denique idem Enoch, maxime quod similem etiam eiusdem locum infra citet cap. 15. De Ostrorum Diis. Quum autem Varij loci communes videntur a Patribus ex libro Enoch, certe peculiare est Tertulliano, quod eum citet hic, & infra contra Idololatriam, nisi forte dicamus istud etiam pertinere ad comminationem iudicij Dei, de quo prophetaisse eum testis est Apost. Iudas epist. Canonica, eo quod mox subiungat: quod in diem sanguinis perditionis pœnitentia parata est. De aliis eiusdem libri Enoch locis, & angelis desertoribus, latius infra lib. de Habitu muliebri, ubi eius auctoritatem probat Auctor. Hic sufficiat quod prophetaisse septimum ab Adam Enoch tradat Apostolus Iudas, ad intellectum illius hoc prædicens, eo quod paulopost sequitur: in comminatione prædamnat; item quod infra legitur cap. 15. Hæc igitur ab initio præuidens Spiritus sanctus, etiam Ostita in superstitionem ventura præcæcinit per antiquiss. Propheten Enoch. Quæ omnia diligenter adnotanda sunt ob Ludou. Finem in August. de Ciuit. Dei, qui si diis placet, de Apostolica Veritate dubius, dicit incertum esse, an debeat illud eiusdem Enoch à Iuda citatum hinc Enoch adscribi, quod Moysi corporis meminerit, qui illo multo fuit posterior; quippe qui id prophetie spiritu scripserit.

16. imaginum consecratio Idololatria.] De hac aliquid adnotauimus ad illud Apolog. cap. 12. quasi factum consecratione mutantes, num. 176. Atqui pro: spiritibus infamis, putat legendum Latinius: infamibus, Harrisius: infernis; illud magis placet.

17. Cognoscite quod cinis sit cor illorum, & errant.] Sic omnino restituendus est hic locus, pro eo quod corruptis, legebatur: & terra. nam magna dictionum vicinitas ob eandem litteras, & Græcē est: κινὸν καὶ κορυμνῶνται.

18. Et tales fiant (inquit) qui faciunt ea.] Quum repetitio alioqui esset eiusdem superuacanea, omisitimus factores. nam lib. adu. Gnosticos, non aliud legit quam: Similes erunt illis qui ea faciunt.

C A P. V.

19. Planè impensius respondebimus, &c.] Hinc capiti titulum damus: Aduersus eos qui idola faciunt, peccare se non existimant.

20. vt quisque inuenus fuerit, ita & persecue-

ret.] Sic translitit Auctor, eo quod interpretes alij conformes Græco textui: vnusquisq; in quo vocatus est, in hoc permaneat. Legimus autem: Nec enim ququam nostrum, sensu hoc exigente.

21. fures Balnearios.] Hos præ aliis commemorat, quod scribat Plinius fures balnearios extra ordinem puniendos: cuius rei causam adfert Aristoteles in Problematibus, vti adnotauit Rhenanus ad illud lib. de Fuga in persecutione: & fures balnearum & alcones & leones.

22. Cur ergo Moses in eremo simulacrum serpentis ex ære fecit, &c.] Locus obscurus, sed qui expli-candus venit tum ex lib. adu. iud. supra cap. 10. lib. 3. adu. Marc. ubi eadem iisdem verbis repetit, tum maxime ex lib. 2. contra Marc. ubi respondetur ad obiectionem Marcionis eandem, de qua hic: Alioqui (inquit) si hæc vt aduersarij Legis interpretemur, nunquid & nos, quod Marcionitæ, inconstantia adscribimus omnipotenti, &c. Et certe plenus multo quam hic, utpote ad institutum magis. Proinde (inquit) & similitudinem vetans omnium quæ in cælo & in terra & in aquis, ostendit & causas, Idololatriæ scilicet substantiam cohibentes. Subiicit enim: Non adorabitis ea neque seruietis illis. Serpentis autem ænei effigies postea præcepta Moysi à Domino, non ad Idololatriæ titulum pertinebat, sed ad remediandos eos qui à serpentibus infestabantur. Et taceo de figura remedij. Sic & Cherubin & Seraphin aurea in arcæ figuratum exemplum, certè simplex ornamentum, accommodata suggestui, longè diuersas habendo causas ab Idololatriæ conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinum prohibitarum legi refragari; non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur. Quare nihil facit Tertullian. pro Eiconoclastis, quum sententia eius clara sit, cur prohibita sint imagines, sicuti latius deduximus Adnot. nostris in Apolog. cap. 12. num. 184. Sunt autem Tertullianica: præstruebantur, & exemplarium.

23. figuram gessisse Dominicæ crucis, &c.] Latius hoc tractat lib. adu. iud. ubi supra. & lib. 3. adu. Marc. Nos etiam de figura Dominicæ crucis latè tractauimus Apolog. cap. 16. num. 238. Atqui paulopost cum Latinio legimus: quod idem Deus qui lege vetuit, &c. pro eo quod erat: & lege vetuit; alioqui enim nullus sensus commodus elici poterat.

C A P. VI.

24. Si nulla lex Dei prohibuisset, &c.] Titulus huius capitis à nobis ponitur: Quod in baptismo eiusmodi artibus repudium dixerimus. Atqui de renuntiatione, qua diabolo & angelis eius renuntiauimus, latius infra lib. de Baptismo, & de phrasi illa: repudium dicere, supra lib. de Pœnit. cap. 7. num. 42.

25. exhibitionis nostræ gratia.] Quod capite præcedenti ad victum dixit, hic ita circumloquitur; in qua significatione eadem voce vitur infra cap. 8. & 12. Auctor, & iterum lib. de Corona milit. cap. 8. ubi dicit: instrumenta humanæ exhibitionis. & etiam B. Cyprian. dum & lib. de Orat. & Testim. ad Quirin. lib. 3. cap. 61. transfert ex Græco illud Apost. 1. Tim. 6. Habentes exhibitionem, pro eo quod Vulgatus interpres: Habentes victum. Est autem etiam hæc vox Iureconsultorum: nam exhibuisse, pro alimēta suppeditasse, vsurpat Paulus l. Nefennius ff. de neg. gest. Lego autem cum Latinio paucis interiectis: quasi ob aliam causam, pro: ob aliquam.

26. viliss.

26. viliss. nidoris alicuius.] De nidore Dæmonibus grato Vide Apolog. cap. 22. num. Adnot. nostr. 347. & cap. 23. num. 359.

27. auratiorem & maiorem hostiam cædis.] Hostia (inquit Festus) dicta ab eo, quod est hostire, ferre. Alij ab Hostibus deriuant, quod post Victoriam immolari soleant, sicuti & ipse Festus alibi. Alludit autem ad eas Hostias, quæ auro ornabantur; quas proinde auratas vocat: solent enim subinde boum cornua deaurari, qui immolabantur.

C A P. VII.

28. Totæ ad hæc partem zelus fidei perorabit, &c.] Hoc caput insignitimus ipse titulo: Quod zelus fidei idipsum prohibeat.

29. ab idolis in Ecclesiam venire, &c.] Quam hic Ecclesiam, mox domum Dei vocat. Neque verò est alius apertior locus apud Tertullianum de Christianorum Ecclesiis, siue domibus Dei; quare etiam hic ea de re tractatus habendus. Diximus quidem aliquid in libro de oratione, & in libro de Eleemosynis B. Cyprian. ad illud: Quæ in Dominicam (ita appellat Dominum) domum sine sacrificio venis, num. 32. & Veteris, de Ecclesiis, Apostolorum ætate, plura testimonia ante Tertull. proluxius citata reperire est Lexicon Latinarum nostrorum Tom. 1. pag. 55. & sequentibus; item pag. 80. 81. 83. 84. 85. 88. 92. 93. 95. 96. 124. 139. 145. 150. 152. Post ipsum sunt eadem tam frequentia, vt omnibus sint obuia. Quibus nunc addimus, tam ab initio mundi loca cultui Dei dicata existuisse, eaque variis nominibus appellata. Sic legitur legis natura tempore, Gen. 8. altare seu ἱεραρχεῖον, Gen. 28. ac 35. Domus Dei, & porta cæli. Post legem Moysi, Sanctuarium, Exod. 25. ac Deuter. 12. οἶκος θεοστυχῆς, Isai. 56. Sanctum, Daniel. 7. ac Amos 4. Dei templum, 2. Machab. 14. Templum Domini, ac: Domus Dei, seu Domini, vbiq; tam in libris omnibus Otestæ ubi, quam Isai. & Eccles. ac Prophetarum omnium: Tabernaculum Domini, 2. Paral. 1. & Isai. 131. 144. Deinde à Christo: οἶκος τῆς θεῆς, & οἶκος τῆς πατρὸς, Ioan. 2. Domus orationis, Marc. 11. Denique ab Apostolo Paulo 1. Corinth. 11. Ecclesia Dei, quemadmodum etiam hic ab Auctore, & infra lib. 2. ad Vxorem cap. 9. his verbis: In Ecclesia Dei pariter. Idque per Synecdochen, qua loco applicatur congregationis nomen, quomodo etiam iam antea Deut. 23. Iudith 6. Thren. 1. Quo ferè etiam nomine appellatur plerumque tam à Latinis quam à Græcis Patribus, vnde vox Gallica Ecclesie, siue vti vulgo loquuntur, Eglise. Nec absimiliter infra lib. de Virg. veland. ubi cap. 3. Trahanatur (inquit) virgines sanctæ. in Ecclesiam; notabilis & insignis introëat. Denique cap. 13. Certè virginitatem suam in Ecclesia abfcondant, quam extra Ecclesiam cælant. ac: constanter audeant & in vicis virgines vident, sicuti audent in Ecclesiis. Item lib. de Coron. milit. cap. 3. Aquam adituri ibidem, sed & aliquanto prius in Ecclesia sub manu Antistitis. Ab Auctore verò etià Domus columbæ, his verbis initio lib. adu. Valent. Nostræ columbæ domus, simplex, etiam in æditis semper & apertis ad lucem. Amat enim figuram spiritus sancti, amat Orientem Christi figuram. A Philone Iudæo lib. de Therapeutis, apud Euseb. cap. 16. & 17. lib. 2. hist. Eccl. σεμνῶν καὶ μοναστηρίων. A quibusdam, Orationum. Ab Anacleto Papa, loca sancta. A Græcis verò Patribus alij quoque diuersis nominibus. A posterioribus denique, Concilio Gangr. ac 55.

Ambrosio, Hieronymo, Augustino, nota etiam basilicæ martyrum. Primus autem qui contempsit Ecclesiam χεῖροποιήτης, id est manufactus, fuit Eustathius ille, contra quem congregatum Concil. Gangrense can. 5. anathematizauit eum, qui domos Dei contemnendas diceret. Quem errorem postea renouarunt (iuxta quod scribit Hugo Ferrariensis) anno Christi 1200. Patreni heretici, contra quos exstant Constit. Honorij Pape 111. & Frederici 11. Imperatoris, Cod. de heret. vt. cap. 8. Gazaro. Quos imitati postea Valdenses, Vicleuista, Hussita, & Taborita, circiter ann. 1420. Verum in ventum, vt ita loquar, abijt interea hæc heresis, præterquam apud quosdam Anabaptistas, qui etsi allegare soleant illud Apostoli Pauli ad Athenienses, Act. 17. Deus in manufactis templis non habitat, facilius est ex eo ipso loco responso, ex eo quod additur: Indigens aliquo, quum ipse det omnibus; ac si dicat, sic Deo templa non constitui, tanquam illis indigeret. quemadmodum haud absimiliter Irenæus lib. 4. cap. 34. Offerimus (inquit) ei non quasi indigenti, sed gratis agentes. & mox: Quemadmodum enim Deus non indiget eorum quæ à nobis sunt, sic nos indigemus aliquid offerre ei. Non aliter enim nos quoque Ecclesie indigemus, ad conueniunt, in gratiarum actionem, tum sacrificiorum, tum orationum, tum etiam concionum, agendos. Siqui autem Patrum vetustissimorum, vti Minimus, Arnobius, Lactantius, videantur templa nulla agnoscere, aut de templis Idolorum expresse loquuntur, aut si sua aduersus Gentes defenderent, & αἰσχρολογία metuebant: quare admodum sobrie illorum meminerunt; deinde Templa, vocabant Idolorum, Ecclesias, Christianorum; vti patet infra cap. 11. Christianus (inquit) thurarius, si per templa tranfuit, quum paulo prius dixerit, Lanitam ab Ecclesia arcendum. Quibus adde, quod perdurantibus illis primis Christianorum persecutionibus, vix permissum fuerit Ecclesias adificare; quod pertinent quæ de antelucanis cœtibus Apolog. 39. cap. & alibi frequenter ab Auctore recensentur.

30. atollere ad Deum Patrem manus matres idolorum, his manibus adorare.] Locum hunc pro Adoratione in sacrificio Christiano facere adnotauimus initio lib. de Orat. num. 1. Synecdochicis autē addit: quæ foris aduersus Deum adorantur, eo quod operas iis manibus facta adorentur.

31. manus admouere corpori Domini.] Pertinet hic locus ad eam consuetudinem, qua in manus tradebatur Eucharistia, cuius meminimus loco mox citato, & latius in lib. de Laps. B. Cyprian. num. 82.

32. si ab aliis manibus accipiant, &c.] Hic iterum insinuat alia consuetudo, qua (sicuti loquitur Justinus Martyr Apolog. pro Christianis) Eucharistia de manibus presidentium sumitur, utpote à sacerdotibus corpus Domini, & à Diaconis calix Dominicus, quamdiu administrari fidelibus solet, quorum illud manifestius est quam vt probatione sit opus. Hoc verò à nobis comprobatum est in epist. B. Cyprian. 65. num. 14. & in lib. de Laps. num. 88.

33. Adleguntur in Ordinem Ecclesiasticum.] Quem hic Ordinem Ecclesiasticum, infra lib. de Prescript. adu. heres. sacerdotalia munera appellat, vbi de Sacramento Ordinis, & singulis eius gradibus latius B. Cyprian. epist. 33. & 68. Ordinationes clericas seu clericorum vocat. Græci cum Apostolo Paulo ad Timoth. & Titum χεῖροποιῶν, seu manus impositiones.

34. isti quotidie corpus eius lacessunt.] Similiter

Paulopost: in quibus corpus Domini scandalizatur. quibus adeo locis, & eo quo praesentis, manus admo- vere corpori Domini, mirè probatur veritas corporis Domini in Eucharistia, de qua aliquid adigimus lib. de Oratione cap. 6. num. 23. & plura dicturi infra lib. 4. adu. Marc.

C A P. VIII.

35. Sunt & alia complurium artium species, & c.] Capiti huic inscriptionem datus: Quod etiam Idololatria sit, Idolorum templa, aras, & diculas, aut insignia fabricare, vel exornare. Legimus autem interfectis aliquot lineis cum Latino: sine idoli confectura, pro eo quod erat: confectura.

36. albarius tector.] Terra Chia (inquit Plin. lib. 35. cap. 16.) lacte diluta, tectoriorum albaria interpolantur: & lib. 36. cap. 23. Contra in albario opere, ut macerata calx seu glutinum hereat. Ex quibus locis colligitur, recta albario opere confecta dici, qua calce sarcuntur, & quibus proinde tectoria induuntur: nam eadem voce vides etiam usum Plinium.

37. & cisternam liare.] Albarij tectoris etiam hic officium esse posteriori loco citato indicat idem Plinius: Et cisternas (inquit) harena pura & aspera quinque partibus calcis quam debentissime duabus construi conuenit, fragmentis silicis non excellentibus libras. At qui ego quidem existimo legendum profus: ligare, quam liare; Verum nolui immutare veterem lectionem, si forte, uti multa alia, vox sit Tertulliano peculiaris, iam obsoleta.

38. & cymatia distendere.] Videtur cymatia nuncupare arcus ipsos templorum seu tectorum, creta incrustatos, voce deriuata à κύματι, id est illuue aquarum, quod illi arcus pluuviarum illuuiem impediunt. Atque adeo malum legi paulopost: parietibus incrustare, quam incrispare: quod incrustare parietes calce albarij tectores soleant. Verum neque hic temere aliquid immutandum putauit.

39. Nam qui signum describit.] Signum hic vocat quod supra: insignia. Agit autem contra signa Deorum imaginibus insignia, a quorum missione Sigillaria dies festi Saturnalibus additi nuncupantur à Macrobio Saturn. lib. 1. cap. 10. seu potius qua parietibus solent adfigi, eo quod paulopost sequitur: Quot parietes signa desiderant?

40. Qui de tilia Martem exsculpsit.] Quum non ex omni ligno (vni in proverbio est) Mercurius aut cetera Deorum simulacra fieri soleant, sed iuxta Pausaniam, ex ebore, cupresso, cedro, quercu, simlaxe, loto, buxo, quibus Theophrastus oleam addit, quippe qua Plinio teste lib. 16. cap. 40. cariem vetustatemque non sentiant (quibus ipse alicubi Vitum adicit, ex qua Iouis in Populonia simulacrum vetustissimum) maxime autem ex Thya arbore (si Gyrardo in historia Deorum creditur Syntag. 16.) quam contra vitia omnia incorruptam tradit idem Plinius lib. 13. cap. 16. ego prorsus hic legendum censeo de Thya; sed neque hic coniectura mea nimium tribui velim, quippe qui per Ironiam ita locutus videri possit, quod Plinius lib. 16. cap. 40. tiliam inter ceteras arbores aptissimam dicat scuis faciendis: Mars verò armipotens & armiger dicitur, atque adeo etiam cum scuto aliquando pingatur, maxime quum subiungat: quanto citius armarium compingit. fieri enim solent armaria ex tilia, quod & molliissima sit, & tamen tenacissima, Plin. ibidem teste.

41. mercedibus & manuspretiis.] Similiter haec duo coniuncta sunt à Varrone lib. 4. de ling. Lat. Merces

(inquit) à merendo. Quod manufactura erat, & datum pro eo Manuspretium, à manibus & pretio. Perinde enim est, siue Manuspretium, siue Manuspretium dicas.

42. Soccus & baxa quotidie deaurantur.] Soccus (iuxta quod Rhenanus adnotauit in lib. adu. Valentinianos) Comædorum erat calcis, sicuti cothurnus Tragediarum: Baxa seu baxea Philosophorum, ut diximus lib. de Pall. cap. 4. num. 82. ad illud: Si Philosophis in purpura, cur non & in baxea Tyria, nisi aurum minimè Græcatos decet. Ex quo adeo etiam constat deaurari baxeam, solere, quod de focco hic scribit Auctor.

43. lances & scyphos faciliùs ambitio, & c.] Haud dubie alludit ad lances centenarias & quinquagenarias, de quibus Apolog. cap. 6. & lib. de Pallio cap. 5. num. 102. & 103. De coronis latius lib. de Coron. milit.

C A P. IX.

44. Animaduertimus inter Artes, & c.] Titulum huius capiti scriptissimus: Quod Astrologi & Magi Idololatriæ etiam sint obnoxii.

45. De Astrologis ne loquendum quidem.] Eodem modo coniungit Apologetici cap. 35. Astrologos, aruspices, augures & Magos. item cap. 43. aruolos, aruspices, Mathematicos; unde & ex sequentibus patet, per Astrologos accipere Auctorem Genethliacos (non Astronomos, de quibus alia est ratio) quippe qui stellarum sint interpretes, stellas Saturni & Martis obseruent, & aliorum climacterica nuncient, quorum denique digitus aut radius abutitur cælo. de quibus suis quibusque locis infra latius. Porro contra hos non solum disputant ex Christianis Bardeanes Syrus, Origenes, alique ab Eusebio citati contra fatum, lib. de Prepar. Euang. 6. cap. 2. August. pluribus locis: sed ipsi etiam ethnici, Phavorinus apud Gellium lib. 14. cap. 19. alique Philosophi apud Euseb. lib. citat. cap. 6. denique & Plinius saltem eas artes Mathematicas, qua cum Magia coniunctæ sunt, lib. 30. cap. 1.

46. quorum nomina cælo inscripsit.] B. August. lib. 7. de Ciuit. Dei integro cap. 15. de stellis tractat (Septem Planetis nempe) quas Pagani Deorum suorum nominibus nuncupauerunt. Addit Isidorus lib. 5. Etym. cap. 30. à Diis, quorum nomina Romani sideribus sacrauerunt, etiam dies appellatos. Primum enim (inquit) diem à Sole appellauerunt, secundum à Luna, Tertium à stella Martis, Quartum à stella Mercurij, Quintum à stella Iouis, Sextum à stella Venetis, septimum à stella Saturni. Quibus nomina hæc (inquit Beda lib. de rat. temporum cap. 4.) Gentilitas indidit, habere se credentes à Sole spiritum, à Luna corpus, à Marte sanguinem, à Mercurio ingenium & linguam, à Ioue temperantiam, à Venere voluptatem, à Saturno tarditatem.

47. immutabili arbitrio.] Ita fatum describit, quod agnoscendum non esse Christianis adnotauimus Apolog. cap. 1. num. 17.

48. amatores fœminarum.] De hoc errore Tertulliani latius inter Prolegomena.

49. proditores etiam huius curiositatis.] Dixeris verbis Demonum nequitia inuentam fuisse Astrologiam, aruspiciam, augurationem, oracula, & ipsam artem Magicam, tradit Lactant. lib. 2. cap. 17. Neque obstat illud Arnobij: Quando siderum motus aut ratio cœpta est Genethliaca sciri, nunquid post Theutin Egyptium, aut post Atlantem, ut quidam ferunt? Nam, si

Viii

Viii creditur in lib. 8. de Ciuit. Dei B. August. cap. 26. Theut demonem illum vocat Phedrus in Platone. Quin etiam est cum Plinio lib. 30. cap. 1. & Epiph. initio oper. Panarj, Zoroastrem (qui & Ero Pamphilus) primum inuentorem facimus Astrologia, non dubium quin instinctu demonum primum inuenta sit, maxime si Auctorem sequamur in eo, quod sub sine capitis dicit: Astrologiam Magiæ speciem esse. Vide infra lib. de Hab. mil. cap. 2. num. 22.

50. expelluntur Mathematici.] Eisi μάθησις pro disciplina in bonam partem accipitur subinde, à qua Mathematicæ disciplina, Geometria, Gnomonica, Musica, Arithmetica, Astronomia: tamen Mathematici ferè in malam partem accipiuntur pro Genethliaci, Astrologis seu Chaldeis, quomodo etiam hic ab Auctore & paulopost Mathesis: quo pertinet etiam illud Iuuenalis Sat. 14.

Nota Mathematici generis tua.

Atqui in eandem sententiam B. August. lib. 7. de Ciuit. Dei cap. 15. tradit, Hæc artes etiam ante Saluatoris nostri aduentum in ipsis ciuitatibus Gentium legibus solere prohiberi, & pena seueris vindicari. Qui est præcipue agit de Hydromantia & Necromantia, tamen idipsum hic de Mathematicis videtur affirmare Auctor, nisi forte istud referatur ad id quod sequitur.

51. Vrbs & Italia interdicunt Mathematicis.] De hoc in hæc verba Suetonius in Vitellio cap. 14. Nullis inferior quam vernaculis & Mathematicis, ut quisque desereretur, inauditum capite puniebat. Exacerbatus, quod post Edictum suum, quo iubebat intra Xal. Octobris Vrbe Italiæque Mathematici excederent, statim libellus est propositus, & Chaldaeos dicere, Bonum factum est, ne Vitellius intra eundem Kalendarum diem usquam esset. Vide eadem de re Origenem hom. 6. in Iosue, & 3. in Hieremiam. Tradit etiam Tacitus à Vespasiano pulsos Vrbe Mathematicos.

52. Sed Magi & Astrologi ab Oriente venerunt, & c.] De istis inquit supra Auctor lib. adu. Iud. cap. 9. Nam & Magos Reges Orientis habuit. alludit enim, quantum apparet, ad illud Plinij loco supra citato. Ita Magia possessus hominum sensibus triplici vinculo (Magia nempe, Medicina, & Mathematica) in tantum fastigijs adoleuit, ut hodie etiam in magna parte Gentium præualeat, & in Oriente Regum Regibus imperet.

53. De Christo scilicet est Mathesis hodie, & c.] Ironiam esse patet ex ipso contextu, quare non est quod quisquam hinc opinioni suæ suffragari putet Tertullianum, si quis etiam Christi generis ex stellarum cursu metiri ausus fuerit. Legimus autem post num. 54. omnia negatione non superflua: ne illos Herodes persequeretur. Atqui de Saturno quadrato & Marte trigono vide infra Tom. 3. lib. 1. adu. Marc.

54. At enim scientia ista vsque ad Euangelium, & c.] Hæc causa fuit Constantino primo Christiano Imperatori legem edendi contra hanc scientiam, Cod. lib. 9. tit. 19. Nemo (inquit) Aruspiciem consulat, aut Mathematicum, aut Aruolum: Augurum & Fatum praua confessio conticescat. Chaldaei & Magi, & ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas; etenim supplicium capitis feret gladio dno prostratus, quicumque nostris iussis obsequium denegauerit.

55. Sic & aliam illam speciem Magiæ, & c.]

Etiam hoc necessariò legimus, pro eo quod incongruè legebatur: alia illa species. Atqui de Magia qua miraculis operatur, id est signis mirandis, late tractauit Auctor supra Apolog. cap. 23. integro, & latius infra Tom. 3. lib. de Anima; & nos vtrouque Adnotationibus nostris: Lactantius etiam loco supra citato latius.

56. de circulatoria secta.] Circulatorias præstigas vocat in Apol. vbi vide Adnot. nostras num. 356. 57. aut sophistas, aut Chaldaeos, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos.] De horum inter se differentia, infra etiam latius lib. de Anima, ne hic prolixiores simus.

58. vbi litterator.] Ita transulit vocem Græcam γράμματις (pro eo quod interpretatur: vbi scriba) more suo, quum eodem significatu sit illi vsitata: litteratura cap. sequenti, & lib. de Anima. Auum etiam hic, quod mox: sæculum, interpretatur vocem αἰώνος.

59. climacterica.] Climacterica vsurpat substantiuè, pro climacteres, quas Chaldaei vocant pericula vite, fortunariumque hominum, que Marcus Varro (teste Gellio lib. 3. cap. 10.) grauisima fieri septenariis, præcipue autem anno ætatis 63. scribit. Quod pertinet illud Augusti epist. ad Caium nepotem suum, apud eundem Gell. lib. 15. cap. 7. Spero (inquit) latum & bene Valentem celebrasse quartum & sexagesimum Natalem meum, nam ut vides, ἡλικιωτικὴν & communem seniorum omnium, tertium & sexagesimum annum euasimus. Verum fides penes illos esto: nouit enim Christianus nihil illis tribuendum.

60. cuius digitus aut radius abutitur cælo.] Quemadmodum enim de Radio Geometrico dixit Virgil.

Descripsit radio totum qui gentibus orbem; ita etiam alibi de radio Astrologico dixit, describere radio cæli meatum. Est autem ferreum instrumentum, aut aneum, quo lineæ indicant aut terrarum, aut cæli.

C A P. X.

61. Quærendum autem etiam est, & c.] Inscriptionem dedimus huic capiti: De ludimagistris Idololatriæ.

62. si non tabularia Idolorum, Quinquatria tamen frequentabit.] Tabularia fuisse superior seculum aliquem diem, quo tabulas litterarias Idolis dedicabant. Quinquatria, qui & Quinquatris, dies festus, ita dicitur iuxta Festum, non à numero dierum, sed quod post diem quintum Iduum celebraretur. Mineruæ autem dicatum existimant, quod eo die ædes eius in Auentino consecrata sit. Varro de ling. Lat. lib. 5. etiam Quinquatrus minores narrat, in quibus Idibus Iunus ab similitudine maiorum tibicines ferri per Vrberem vagabantur, & conueniebant ad ædem Mineruæ.

63. Ipsam noui discipuli primam stipem Mineruæ, & c.] Minerual intelligit: ita enim nuncupabant primam stipem, quam magistris noui discipuli dabant. Hinc illud Varronis lib. 3. de re Rustica. Axius: Merula mi (inquit) recipe me quæso discipulum, & c. ille: Quin, simul ac promiseris Minerual, incipiam, id est, cœnam. Meminit etiam B. Hieron. in epist. ad Ephesos, & innuunt Horatius & Ouidius alicubi, quemadmodum primus adnotauit Politianus. Lego autem mox: Quid minus est inquinamenti eo quod præstat, pro: inquinamento quod. Hoc autem: verbotenus de Idolothyto, confirmat illud Varronis, quod Minerual ferè cæna fuerit, quam hic proinde verbotenus Idolothytum nuncupat. Infra autem latius cap. 13. de Idolothytis.

63. tam Minerualia Mineruæ.] Sive Minerualia plurali numero accipiuntur cænam prædictam, sive Mineruæ festa, perinde est. Nam & Quinquatria Mineruæ mox dicimus dicata, & Ofchophoria Athenis celebrabantur, quorum Plutarcho crebra mentio, in quibus pueri ingenui pubescentes eligebantur, qui ferrent ὄρχος, id est, ramos ac palmites cum suis racemis, in templum Mineruæ Sciriados. Item & Panathenæa in Mineruæ honorem singulis quinque annis celebrabantur, in quibus, teste Aristophanè & Suida, pueri tantum certabant, & Victori ex olea corona præmium dabatur.

64. Saturnalia Saturni, quæ etiam feruiculis.] De Saturnalibus latè infra cap. 13. Vbi particulatim agit de festis Idolorum, quem admodum & de strenis & de Brumii honoratiis. Hic sufficit adnotatum, quod sicut à Latinis in Saturnalibus, ita & apud Græcos in Anthisteria celebrata (vbi adnotat Gyraldus hist. Deorum synt. 1. 7. ex quo etiam præcedenti) ferui, quos hic diminutivè feruiculis dicit, conuiuio liberalibus excipiebantur.

65. & septimontium.] Septimontium (inquit Festus) appellabant diem festum, quod in septem locis faciebant sacrificium Palatio, Felia, Fagutali, Suburra, Cælio, Oppio, & Cispio, de quo plura Plutarchus, si Gyraldo creditur, in Causis Romanis. Quod confirmat his verbis Varro lib. 5. de ling. Lat. Dies septimontium nominatus ab his septem montibus, in quibus sita Urbis est. Qui quidem li. 4. meminit etiam montium Cæli, Cispini, & Oppii, item regionum Palatina & Suburrana, & luci Fagutalis & Feliarum. Quare operæpretium foret duos hos Auctores in concordiam de istis montibus reducere, Verum ad alia properandum. Atque de scholis flore coronandis, lib. de Cor. militis.

66. Flaminicæ.] De his lib. de Monogamia ad illud: Flaminicæ semel nubit.

67. & Ædiles.] Ædilis (inquit Varro de ling. Lat. cap. 4.) qui ædes sacras & priuatas procuraret, hic verò Ædiles pro Flamines accipi videtur.

68. schola honoratur feruiculis.] Non importunè etiam ferias Idolatriæ adscribit Auctor; nam FERIA (inquit Festus) à feriendis victimis appellata. Cui addit: Ferias antiqui festas vocabant: & alia erant sine die festo, ut nundina; alia cum festo, ut Saturnalia. Quibus adde ad institutum Auctoris, Cerealia, & Idolorum natales.

69. Deos ipsos hoc nomine obfignat.] Accipit obfignat, pro eo quod immediatè dixit: testimonium dicit, metaphora sumpta ab iis qui obfignatione sua fidem faciunt. Similiter infra num. 78.

70. cum prohibeat Lex (vt diximus) Deos pronuntiare.] Haud dubiè intelligit illud Exodi. 23. Et nomen aliorum Deorum non memorabitis, neque audietur ex ore vestro, iuxta 70. pro eo quod noster interpretes ex Hebr. Per nomen externorum Deorum non iurabitis. Nam id ipsum repetens infra cap. 20. sic reddit: Præcepit ne Deos vocemus eos.

71. & nomen hoc in vano collocari.] Apertius infra ibidem: Non fumes (inquit) nomen Domini Dei tui in vano, id est, in Idolo. Quod quum B. Cypr. accipiat de non iurando, lib. 3. Testim. ad Quirinum cap. 12. pulchre id ipsum Tertull. etiam interpretatur de iure iurando per Deos; atque ad eò in idem recidit utraque scriptura præcedentis translatio.

72. qui de Idolis catechizat.] Hinc apparet Auctoris sententia, quod in præcedentibus non loquitur de nuda Deorum ac nominum eorundem pronuntiatione, sed catechizatione & prædicatione, ac honorifica mentione, vt id nemo contra nos detorqueat, qui fortassis quibusdã videbor

in his explicandis prolixior; sed meminerit Lector me non doctis, sed potius rudibus has Adnotationes conscribere, vt necubi hæreant. Atque ἡγεμονία & ἡγεμονία, instigare & erudire est; à quo translatum à Christianis ad eruditionem fidei, vt latius infra T. 0. 3. lib. de Præscr. heret. ad illud: quis catechumenus, quis fidelis, incertum est. Similiter etiam & apud Antiquos, potissimum in sacris, vsitata vox est ἡγεμονία, quod est voce sonare, eo quod apud præcos Ægyptios moris esset, vt mysteria voce tantum, non scripto ad posteros transferrentur.

73. de publicis propriis sollempnitatibus.] Opinor illum de illis loqui, de quibus supra: Tabulariis, Quinquatriis, & Minerualibus.

C A P. XI.

74. Degenerabimus, si cetera delictorum recogitemus.] Titulus huius capituli ponitur à nobis: De negotiatione mercium quæ ad Idololatriam pertinent. Prorsus autem legimus: Degenerabimus, pro eo quod nullo sensu legitur: De generationibus.

75. qua quidam irretiti, circa fidem naufragium sunt passi.] Posterus istud etiam legit B. Cypr. tum lib. de laps. Vbi aliquid diximus Adnot. nostris nu. 4. 7. tum libris de Orat. Domini. De oper. & elemos. & Testim. 3. ad Quir. cap. 61. Tertullianum opinor hoc libro imitatus; qui etiam paraphrasticos potius & metaphoricè vertit quam de verbo, id quod Græcè est: ἡς τινὲς ὁρηγόμενοι ὀπτε-πλωτῆσιν ὄρνυον περὶ τῆς ὠκεῖας, pro quo reddidit noster interpretes, Quam quidam appetentes errauerunt à fide, forsassis allusi ad illud cap. 1. eiusdem epist. ad Timoth. naufragauerunt à fide. Lego autem mox: Ceterum si cupiditas abscedat, (omisso dat superfluo) quæ est causa acquirendi?

76. Sit nunc aliqua iustitia quæstus secuta, &c.] Huc pertinet illud Sapientis: Non iustificabitur campo à peccatis labiorum. Vnde & lib. de Patientia, vocat: mercimoniorum pericula quæstiosa. Non diffietur interim aliquam negotiationem de iustitia securam, maxime quum paulopost subdat: Nemo contendant posse hoc modo omnibus negotiationibus cõtrouersã fieri.

77. thura dico & cetera peregrinitatis.] De his vide supra Apolog. cap. 30. num. 4. 4. 2. de Pompis verò lib. de Spectac. cap. 7. num. 61.

78. nobis quoq; insuper ad solatia sepultura vsui sūt.] Eodè modo dixit Apolog. c. 4. 2. Si Arabia quæruntur, sciant Sabæi pluris & carius suas merces Christianis sepeliendis profigari, quàm diis fumigadis.

79. lanistam.] Lanista (vbi ex Rhenano lib. ad Mart. diximus) presertim erat Gladiatorium. 80. ab Ecclesia arceri.] Similiter paulopost dixit contrarium huius, retinere in Ecclesia. Quum autem faciat hoc pro Excommunicatione Ecclesiastica, locus erat hic de ea tractandi, nisi id iam olim fecissemus Adnot. nostris in B. Cypr. ad Epist. 35. nu. 8. ac 29. & ad epist. 72. nu. 13. & 15. quem admodum etiam ad illud Apolog. c. 39. Præfident probati quique seniores, &c.

81. & exsufflabit.] Alludit ad exsufflationem demonum, quæ fit in Exorcismis ante baptismum, vnde & subiungit: qua constantia exorcizabit alumnos suos. De quibus omnibus latius lib. de Baptismo infra T. 3.

C A P. XII.

82. Malè nobis de necessitatibus humanæ exhibitionis, &c.] Tractat hoc caput: Quod non oportet post fidè prætexere vitæ necessitates ad Idololatriam. Quam quidem obiectionem fecit sibi supra c. 6. sed hic ait se plenius respondere.

83. post

83. post fidem obfignatam.] Alludit ad testificationem fidei, quæ fit ante Baptismum, de qua etiam lib. de Baptismo.

84. ædificis illius, &c.] Ædifax pro Ædificatore non adium duntaxat, sed cuiusvis structuræ; & mox: defunctus, non pro mortuo, sed pro eo qui ab opere cæpto desungitur.

85. nolite cogitare de victu.] Vno verbo exprimit quod alibi ad verbum ex Matthæo: Nolite cogitare de crastino, quid edatis aut bibatis.

86. Opera & conditionalis erã.] Videtur Opera accipi pro Operario: conditionalis verò pro eo, cuius officii aliquid condere, quæ paulopost Ædificè vocauit, nã simili intellectu & li. de Cor. milit. & li. de Refr. carnis, cõditio ab Auctore vsurpatur, pro: re condita seu creata.

87. vel corpus solũ, quod in domũ Christi est.] Corruptus aut muilus locus, cui sine MS. cod. mederi non licuit, nisi forte ex coniectura parum probabilibus.

88. Sed quæ penes homines difficilia, penes Deũ facilia.] Similiter li. de Baptis. Prædifficilia penes homines, facilia penes Deum. Ita transferens quod Græcè est Luca 18. τὰ ἀδύνατα πτωχῶ ἀνθρώπων, ἀδύνατα ἔσθι πτωχῶ τῶ θεῷ. pro quo vertit interpretes noster: impossibilia, & possibilia. vtrique rectè.

C A P. XIII.

89. Sed omnem adflatum eius, &c.] Capiti huic titulum imposuimus: De festis & extraordinariis aliis sollempnitatibus Idolorum.

90. De Spectaculis autem, &c.] Vel hinc patet librum hunc posteriori scripti libro de Spectaculis, & authenticum quoque esse, ac germanum Tertulliani factum.

91. communicantes nationibus in Idolicis rebus, siue victa, vel quo alio genere lætitiæ earum, ita intelligendum quatenus ad Idololatriam pertinent; alioqui iuxta Apost. Paulum, mundum exire oporteret, sicuti infra ipse Auctor allegat cap. sequenti.

92. vitæ & mortis.] De simili loco vide lib. de Spectac. c. 26. num. 194. vbi & sequens scriptura citatur cap. 27.

93. Sic & Lazarus, &c.] Omnino sic lego, pro eo quod tanquam elegantius substitutum erat: Eleazar. nam illud & Græcè & Latine legitur tum apud Lucam, tum apud interpretes veteres omnes, & nominatum etiam à B. Cypr. epist. 55. ac lib. 3. Testim. ad Quir. cap. 61. immò ab ipso Tertulliano infra lib. de Anima: Et quid (inquit) illic Lazari nomen, si non in veritate res est.

94. Sunt quidem Munerum dies.] Munera hic pro donis accipit, non vt supra lib. de Spectac. pro ludo Gladiatorio, aut vt alibi, pro: officio. Alludit autem tum ad Quinquatrus minores, de quibus supra num. 62. quæ Minuscular (seu iuxta quod Gyraldus adnotat vbi supra) à quibusdam Munuscular à mittendis vltro citroque muneribus dicebantur: item de Strenarum diebus, de quibus ibidem & cap. sequ. in Saturnalibus seu Ianuariis Kalendis, aut Brumæ tempore.

95. quid participas Idolothyta sollempnia.] Idolothyta proprie accipit pro omni eo quod idolis sacratum est; alioqui in scripturis sacris & Auctoribus Christianis, tam Græcis quàm Latinis, proprie ad cibos Idolis immolatos pertinet.

96. da formã in quam velis agi tecũ.] Pertinet etiã hoc ad phrasin Iureconsultorũ, & maxime quod sequitur: Enimvero et si simulaueris (ita lego pro: & dissimularis) tentatus addictus es. ac si dicat, quodammodo

Idolis iam venditus: nam addicere venditionis est, quem admodum rectè adnotauit Rhenanus ad illud lib. de Præscr. cap. 6. Hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit.

C A P. XIII.

97. Sed enim plerique iam induxerunt animo, &c.] Hoc caput inscriptissimum: De iisdem, & quod non sit ignoscendum iis quæ ethnici faciunt.

98. ne nomen blasphemetur.] Eodem modo paulopost: in qua nomen meritò percucitur. & cum totus Circus scelestis suffragiis nullo merito nomen laceffit. Denique: benedictio est nominis. De significatione autem Nominis vide lib. de Patient. cap. 2. num. 11. Et de clamoribus Circi: Christianum ad Leonem; lib. de Spect. cap. 27. num. 196.

99. Vestri causa nomen meum blasphematur.] Sic omnino lego cum Gagneo, pro eo quod erat: væ cuius causa Alludit enim ad illud Isai. 52. Admiramini & ululate, (hoc explicans vnica voce vè:) Hæc dicit Dominus: Propter vos nomen meum semper blasphematur in Gentibus. Quod ipsum repetitur ab Apostolo Rom. 2. nisi quod legatur ibi: Per vos.

100. Si hominibus placere vellem.] De hac lectione Tertulliano & B. Cypriano familiari, pro eo quod hodie legitur iam Græcè quàm Latine: Si hominibus placeam, vide Adnot. nostras in eiusdem Cypriani lib. de Hab. & discipl. Virg. num. 22.

101. Saturnalia.] De his aliquid diximus in Apolog. c. 42. num. 550. & supra hoc lib. num. 64. Quibus adde ex Varrone lib. 4. Quod cælum principium (sit verum) ab saturo dictus est Saturnus, & quod ignis sit generationis principium, Saturnalibus cerei superioribus mituntur. Hinc illud infra hoc eodem capite: Saturnalia in quibus munera commeant. Plura vide apud Gyraldum hist. Deorum synt. 3.

102. & Kalendas Ianuarias.] Mox simpliciter vnica voce Vocantur Ianuariæ, in quibus strenæ consonant; quod ipsum quum etiam hodie à genilitate permanserit in consuetudine, pluribus non est opus; relique interim insolentia, contra quas scripsit Chrysof. inter serm. ad pop. Antiochenum de Kalendis, iam penè interierunt.

103. vt omnes lucrifaciam.] Quum hoc loco habeatur 1. Cor. 9. Vt omnes saluos faciam, Græcè enim est ἵνα πάντας τινὰς σώσω: videtur memoria lapsus, aut hic posuisse, quod bis terre repetitum fuit ibidem, ἵνα κερδαίωσα.

104. Ceterum de mundo exissetis.] Ceterum accipit, pro: Alioquin; & exissetis, pro: exisse debueratis; nam vulgato interpreti correspondet veritas Græca. Legimus autem non multo post: Quod si nobis nullum ius est communionis, cum Gagneo.

105. Sabbata (inquit) vestra & Neomenias & ceremonias, &c.] Quum alibi solum duo legat priora Auctor, hic etiam ceremonias addit, vt hinc constet sensum duntaxat, tum hic, tum alibi, Propheta citasse, & breuioribus verbis. Nam Isai. 1. sic legitur iuxta 70. Neomenias vestras & Sabbata & diem magnum non feram. Ieiunium & ocium & Neomenias & festiuitates vestras odio habet anima mea, pro quo noster sic: & ceremonias. Græcè est, τὰς ἐορτὰς, quare mirum est quod non translulerit aut: telta, aut sollempnitates, maxime quum huic loco magis fuissent accommoda.

106. à Deo aliquando dilectæ.] Præceperat enim Deus obseruationem Sabbati, Exodi 20. Neomeniarum, Num. 28. & Ezech. 45.

107. & Brumæ.] De his Gyraldus syntag. 8. hist. Cc

Deorum. Egiuoc, ut tradit Proclus in Hesiod. comment. de re Rustica, Dionysius est, unde Brumalia, celebratur, quae in Bruma, atque adeo mense Lenaeone agebatur, tum in nostro Decembri, tum Januario. Huius autem celebritati videntur convenire lufus quos hic adnotat.

108. & Matronales.] Matronalia (inquit ibidem sunt. i.) Kalendis Martii agebantur, ut Horatius, Ovidius, & Aeron ostendunt, & Plutarichus & Festus, qui interim non nisi de Matralibus agit, Matris matris festis. De quibus sic etiam Varro: Libum testuatum, quod in testa calida coquebatur, ut etiam nunc Matralibus faciunt Marone. Hinc opinor & Matronalia dicta, ad quae adeo aptare videtur Auctor illud: cōiuvia cōstrepuunt.

109. non Dominicum diem.] Huius etiam meminisse lib. de Cor. militis, dum dicit: Dominico die ieiunium nefas ducimus. & Apol. cap. 16. eundem intelligit, quum dicit: Aequè si Solis diem lætitiæ indulgemus, &c. ubi de eo latius Adnot. nostrarum nu. 248. Auctor autem paulo inferius etiam diem octauum vocat, ac B. Cypri. epist. 59. ad Fidum, primum post Sabbatum.

110. non Pentecosten.] Intelligere Auctorem non solum Pentecostes festum, sed etiam (uti loquitur de Cor. milit.) tempus illud integrum à die Paschæ in Pentecosten, patet ex eo quod mox sequitur: excerpte singulas sollempnitates nationum, & in ordinem texe, lætè costen implere non poterunt. Eodem modo & B. Hier. libris aduersus Montanum & Luciferianos: per omnem Pentecosten dixit, & B. August. epist. 119. ad Ianuarium; item Irenæus Orat. de Pascha, citata à Justino Martyre, quæst. & respon. ad Orthod. cap. 115. & Epiphanius in Epit. cathol. fid. Nicenum denique Concil. can. 20. & Basil. de Spiritu sancto, cap. 27.

C A P. XV.

111. Sed luceant (inquit) opera vestra.] Inscrubimus huius capitis titulum: De sollempnibus Cælarum etiam non obseruandis. Neque verò hic primum, sed etiam Apolog. capite integro id tractauit Auctor, quod Lectorem ad Adnotationes nostras remittimus, post. nu. 461. 463. & 464. quo postremo loco tractat de lucernis tabernarum, & laureis ianuarum. Atque etiam hic non integra scriptura verba citat, sed id quod ad institutum pertinebat, quomodo etiam lib. de Culinis semin. Neque enim dumtaxat legitur Matih. 5. Luceant opera vestra, sed sic: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.

112. recogitemus omnem Idololatriam in hominis causam esse, &c.] Hoc ipsum tractauit Apol. toto c. 11. hoc titulo: Cur quum homines essent, facti sint ab hominibus. Dij, causas vaniss. esse. & c. præced. Quod Saturnus, Iupiter, & alij Dij, homines fuerint, & non verè Dij, ubi vide Adnot. nostras: item & ad illud eiusdè li. 34. cap. Maledictus est ante & posthæc os Dei Cæsarum nuncupare. Habet etiam B. August. simili titulo integrum caput lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 26. Quod omnis religio Paganorum circa homines mortuos impleta sit. Denique B. Cyprian. qui hic omnino Auctorem imitatur, lib. Quod Idola non sint Dy.

113. etiam ostiorum Deos.] Similes loci Auctoris sunt infra. Prior li. de Coron. milit. At enim Chulitianus necianuam suâ laureis infamabit, si norit quantos Deos etiâ ostiis diabolus adfinxerit, Ianuâ à ianua, Limentinum à limine, Forculum & Cardâ à foribus & cardinibus, & apud Græcos Thyraû Apollinè & Antelios dæmonas. Alter Scorpiaco adu. Gnosticos, T. sequ. Quas mihi (inquit) potestates ianitricas adfirmas iuxta Romanâ superstitionem, Cardum

quendâ (sive uti legendum puto, Cardeam quâdam) & Forculi, & Limentini; quas à cæcellis ordinas potestates? De quorum singulis mox plura, quod proprie ad hunc librum pertinet, atque adeo eisdem etiam nominet B. Cyprian. libro supradicto de Idololorum vanitate.

114. Cardeam à cardinibus.] De hac Adnot. nostris in eum Cypri. lib. num. 30. Eadem autem est, quam alij libentius Carnam vocant.

115. Forculum à foribus, & Limentinum à limine.] Ibidem de his Diis num. 29. Sic Arnob. lib. 4. Limentinum & Limum, custodiam liminum gerere dicit, & ianitorum officia susinere.

116. & ipsum Ianum à ianua.] Hinc (inquit Rhenan.) in lib. de Cor. milit. illud septimij Afrî, non nostris Septimij Tertulliani, sed septimij potest:

Iane pater, Iane tuens, diue biceps, biformis, O care rerum fator, ô principium Deorum, stridula cui limina, cui cardinei rumulus, Cui referata mugiant aurea claustra mundi.

117. Apollineum Thyraum.] Græci (inquit ibidem Rhenanus) θυραίων vocant, quicquid foribus adiacet, & extra fores est. Vnde & Saxo Cyclopus, quo speluncam suâ clauderat, nomen. Si quidem θυραίων illi ianuam dicunt. Faciunt autem eiusdem mentione Macrobius & Nigidius, si Cyraldo creditur, cuius ara ante fores statuebantur.

118. & Antelios dæmonas.] Rhenanus ubi supra: Antelij Græcis Dij sunt, qui pro foribus dedicantur. Sic enim aras; vel Deorum statuas, vocabant subdiales; ut quæ soli forent expositæ (nempe ab ἀντι ἡλιος) Hinc Hefychius: ΑΝΤΗΛΙΟΙ θεοὶ οἱ πρὸ τῶν πυλῶν ἰσχυροί. Et rursus: ΑΝΤΗΛΙΟΣ, ὁ ἀντιῦ ἡλίου ἰσχυροῦς βασιλεὺς ἢ θεός.

119. per antiquiss. Prophetam Enoch.] De hoc supra num. 15.

120. Nam & alia ostia in balneis adorari videamus.] Balnearum Deos intelligit in ostiis balnearum insculptos Genios aut Lares.

121. Scio fratrem per visionem, &c.] Similè visionem recensuit supra li. de Spectac. c. 27. de eo cui linteum in somnis ostensum eius diei nocte, qua Tragædum audierat; quales complures etiam apud B. Cypri. reperire est nostro in illum Indice (ne hic proluciores simus.) Quod adnotandum contra eos, qui fabularum loco omnes visiones existimant, & ea de causa Dialogos B. Gregorij Papæ calumniantur. Recensetur etiâ altera reuelatio angeli in somnis mulieris facta c. 11. li. de Felad. diu. & lib. de Anima sic legitur: Est soror apud nos reuelationū charismata fortita, quas in Ecclesia inter Dominica sollempnia per extasim in spiritu patitur, conuerfatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino, & videt & audit sacramenta, & quorundam corda dignoscit, & medicinas desiderantibus sumit.

122. nam antè processerat.] An hoc ad Processiones Christianorum pertinet, liberum esto Lectori; certè de illis latius lib. de Cor. milit. & libris ad Vxorem.

123. probantes Idololatriam esse quicquid ultra humani honoris modum adinstar diuinæ sublimitatis extollitur.] A contrario ergo sensu licet omnem eum honorem sanctis Dei, tam in hac vita quam in gloria, celesti existentibus, immò & imaginibus eorum exhibere, qui humani honoris modum non excedit.

C A P. XVI.

124. Circa officia verò priuatarū & cōmunium sollempnitarum, &c.] Tractat hoc caput: De priuatis sollempnitatibus, quod Idololatriæ non sint obnoxij, nisi quis harum occasione sacrificiis interfit.

125. vt togæ puræ.] Quam hic intelligat, mox tum his verbis manifestat: vestitus vitilis, tum illis: Toga verò etiam appellatione vitilis est; quam nempe de postea prætexta assumebant pueri anno ætatis xvii. Quæ pura nuncupatur (Dulao teste) quod nec pica esset nec triumphalis, nec prætexta. Meminit eiusdem Cicero lib. 9. Epist. ad Atticum, quum scribit Ciceroni suo se puram togam dedisse.

126. vt nominalium.] Eam sollempnitatem intelligit, qua (uti paulo post dicit) nomen imponi consuevit. De qua Cicero 13. Philip. Ego (inquit) eum, ut quod à patre accipi filio reddat, mea nominatione cooperto. Hinc: gentilitate nominali dixit Varro de ling. Lat. lib. 7. quippe quod Nomen gentis esset, ut pulcrè & latissimè deducit Omphrius, ubi agit de Prænominiibus, Nominibus Cognominibus veterum Romanorum. Quod pertinet illud eiusdem Varro. lib. 8. In Prænominiibus (nominum nempe) natura non est in vsu, in nostris nominibus, qui sumus in Latio & liberi, nec est ista. Itaque ibi apparet analogia, ac dicitur Terentius Vir, Terentia femina, Terentia gens: (nam sic lego, pro Terentium genus.) In Prænominiibus ideo non fit idem, quod hæc instituta ad vsum singularia, quibus discernerentur nomina, gentilitia, ut à numero, Prima, Secunda, Tertia, Quarta, ut Quintus, Sextus, Decimus, &c. ne proluciores simus.

127. Sed his accommodantur sacrificia.] An de solis nuptiis loquitur, incertum, maxime quod pueri quæ Bullas deponeret, Laribus eas suspendere sint soliti, & Toga in conspectu Deorum assumi soleat, iuxta illud Propertij: Mox ubi bulla rudi demissa est aurea collo, Matris & ante Deos libera sumpta toga.

Certè celebrantur à Cyraldo Gamelia sacra nuptialia, in quorum illis iuno Gamelia colebatur mense Ianuario. Anacalyptica item, sed quantum apparet, sine sacrificio. Dies erat festus post nuptias, cum sponsa reuelabatur, cui tum munera exhiberi solent.

128. Si in vocatu.] Vocatus pro vocatione accipit, imitans opinor illud Ciceronis 3. de Orat. Senatus frequens, vocatu Drusi in curiam venit.

C A P. XVII.

129. Ceterum quid facient ferui, &c.] Titulo hoc insignitum caput istud: Quod feruis fidelibus non liceat ministros esse Idololatriæ.

130. item Officiales.] Officialium coronas simili phrasi dixit Auctor de Cor. milit. ubi rectè Rhenan. interpretatur eas, quæ eorum sunt, qui in aliquo sunt publico vel priuato officio; qua significatione etiam dixit Apuleius: iussit potestas Officialium suum magna seueritudine coerceri. quam significationem quoque indicat Auctor, quum feruos dicit, adherentes dominis, liberos patronis, Officiales Præfidibus suis.

131. Hinc proximè disputatio, &c.] Desinit hic Auctor exemplo Ioseph & Danielis, posse feruū Dei alicuius dignitatis aut potestatis administratione apud ethnicos capere, ut ab omni specie Idololatriæ aut gratia aliqua aut astutia intractū se præstare possit. Locum qui videtur hac tempestate aptari posse in his regionibus, ubi nullus est exercitiū Catholica religionis.

132. in ornamento & purpura extitere rotius Egypti siue Babylonie.] Respective, ut ita loquamur, præferendum est ornamentū, nempe torques aureus, & stola bysina cui administratione totius Egypti, ad Ioseph; & purpura ac Imperium Babylonie ad Danielem.

133. neque sacrificet, &c.] Speciem Idololatriæ hæc habere tradit Auctor: sacrificare (quod sacerdotum est)

sacrificiis auctoritatem (præsentia sua) accommodare (quod summorum Pontificum est) hostias locare, curas temporū delegare, ac vectigalia eorū procurare, (quod adiutorū est) spectacula ædere, aut ædèdis præcellere (quod Adilium Curulium & Prætorii est) sollempne aliquid pronuntiare vel edicere, quod Augurū est; denique iurare, quod apud ethnicos non nisi in Deorum fit nomine, ut infra latius cap. 20.

134. neque iudicet de capite alicuius vel pudore.] Tum hinc, c. 19. videtur in ea fuisse sententia, Christiano non fuisse licita capitalia iudicia, etiam si in potestate seu magistratu constitutus esset; fortassis ea de causa, quod communia essent iudicia, criminalia, tam in Christianos quam in ethnicos. Quod pertinere videtur illud quod habet infra lib. de Cor. mil. c. 11. 127. Et vincula & carcerem, & tormenta, & supplicia administrabit.

C A P. XVIII.

135. Iam verò de solo suggestu & apparatu honoris, &c.] Agit hoc caput, atque adeo & titulum habet: Quod nec vestiu ornatus sit licitus, qui cū Idololatria cōmune quid habet. Nā suggestus, pro ornatus frequēss. est Auctori, cuius distinguit duplicè habitum, & ad vsum quotidianū, & ad honorem seu dignitatē.

136. Igitur purpura illa, &c.] Purpuræ inuentum tale tradit Pollux lib. ad Cōmod. 1. Tyri ferunt capti amore Herculem Nympha cuiusdā indigena, cui nomen Tyro, quæ canis eius secutus irrepente scopulis purpurā conspicatus, peresa caruncula, sua sibi labra puniceo cruore infecerit. Quum igitur ad puellam Hercules adisset, delectata illa insueta tinctura, quam ceu florentem in eius canis labris aspexisset, affirmavit sibi cum illo posthac nihil fore, nisi ad se vestem afferret etiam canis illius labris splendidiore. Quocirca Hercules inuenta animante, collectoque sanguine, munus puellæ detulit, primus (ut illi dicebantur) punicea infecturæ auctor.

137. vel trabææ vel palmatæ, &c.] Trabearū tria genera, teste Sertio, iuxta Suetonii li. de genere Vestiu. Vnū quod Diis sacrat, tantum purpurâ factū; aliud Regum (de quo hic) quod purpureum quidè est, habet tamè aliquid albi; tertium Augurale, ex purpura & cocco mixtū. Erat autè vestis togatæ purpurea circumdata subtemine puniceo, quem aureæ fibulæ necebant: ita dicta, quod trabes pannorū haberet. De Palmatis, quæ triumphantiū vestes erant; vide Apolog. cap. ult. nu. 620. De Coronis autem sacerdotum Prouincialium aureis, lib. de Cor. milit.

138. à toga candida candidari.] Toga candida erat quam petitores Magistratum induebant, à qua Candidati; ab illis ad alios traducta Metaphora, frequenter ea voce vsus est Tertullianus, quemadmodum adnotasse nos putamus alicubi.

139. sed ingenuitatis apud Barbaros insigne.] Adnotatu hoc dignum de purpura. Porro omnino legitimus: Quemadmodum enim Ioseph, &c. pro eo quod erat, ex litterarum vicinitate: Quodammodo; nam, correspondet illud: sic penes nos quoque, &c.

140. poterit & pueris prætexta concedi, & puellis stola.] Pauloprius etiam prætextæ ab Auctore commemoratæ sunt, genus Togæ, ita dictæ, quod purpura prætextarentur, quæ videbantur (ut supra dictū est) pueri, ad 17. annum vsque. Stolam Nonius Marcellus etiam virilem describit, sed postea ferè pro sola muliebri veteres vsurparunt. Quare rectè puellis stola hic ab Auctore tribuitur; quod pertinet etiam illud lib. de Pallio cap. 4. & stolam & supparum & crepidulum.

141. prætextæ & trabææ & laticlaui, falcæ quoque; C c ij

& virgæ.] De his ita Plinius lib. 9. cap. 39. Purpure ÿsum Romæ semper fuisse video. sed Romulo in trabea. Nam Toga prætexta & latoclauro, Tullii Hostilii è Regibus primum fuisse ÿsum. Hetruscis deinceps satis constat. Fuisse autem Latumclauum non Senatorium modo, sed & sacerdotium ex Silio patet; quare non male eam Idololatriæ adtribuit Auctor. Falsissimum Orat. sua Linius lib. 4. de prætexta his verbis indicat. Prætextati in magistratibus & sacerdotiis. De Trabeis idem habes supra num. 137. De fascibus (quorum mentio per nos facta Adnot. nostris in epist. 16. B. Cyprian. num. 10.) Videtur etiam hoc Auctor sentire. nam mox subiungit: vnus collegij insignia, falces & purpuras gestant; Quamquam putem potius legi debere: fascias, sicuti lib. de Spectaculis.

142. vbi caput suum collocet.] Apud Gagneaum desiderabatur suum: quod est Græcè hodie non sit, in MS. tamè cod. Latino legitur. Atqui: collocet verit, pro: redimet, & mox: qui teneris vestiuntur, pro: qui mollibus.

143. vultu denique & aspectu inglorius.] Alludit ad illud Isai. 53. secundum 70. Auerfa est facies eius de spectata, & non est reputata. Accedit autem magis ad nostrum interpretem, qui legit: Et quasi absconditus vultus eius & despectus.

144. quibus fordido ministerio functus est.] Nempe dum pedes discipulorum lauit.

145. Tu si diaboli pompam cierasti.] Vide lib. de Baptis. infra Tom. sequ. de renuntiatione pompæ diaboli, & alicubi de cieratione.

C A P. XIX.

146. Possit in isto Capitulo, &c.] Titulus huius capitis est: neque militiam licitam, quæ aliquid cum Idololatria commune habet. De quo latius infra lib. de Cor. milit. hic pauca quædam adnotabimus, quorum ibi non sit mentio.

147. etiam caligata.] Et hæc phrasis Iureconsultorij est. V. p. enim tit. De his qui infamia notantur; Dimissum (inquit) accipere debemus militem caligatum. & Fenulcius, l. Militibus. Dig. de Custod. & exhib. reor. Is qui exercitum acceperit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet. Ita verò dicti milites Manipularij, à Caliga militum, iuxta Suetonium Caij Cæs. cap. 9. qui ideo dictum scribit Caium Cæsarem Caligulam, quod inter Manipularios milites natus.

148. signo Christi.] De signo Crucis Christi, quod fronti imprimitur, vide lib. de Baptismo, Tom. sequ.

149. Et virgam portauit Moses.] Alludit ad Ducis militum officia, qui virgam præfert, quæ milites in officio continet; qui subinde fibulis aureis (iuxta Lium lib. 7.) eos donare consuevit antiquitus, qui toris seu corrigiis gladios cingi solet, qui agmen agit, & bellat, seu bellum auspicatur.

150. fibulam & Aaron, &c.] Fincinos aureos intelligit, quibus colligabantur Superbumerale & Rationale, quemadmodum Iori nomine, Joannis Baptistæ zonam pelliceam.

C A P. XX.

151. Sed enim quum conuersatio diuinæ disciplinæ, &c.] Inscriptionem huius capitis damus: Etiam verbis abstinendum ab Idololatria.

152. Ecce homo & facta eius, &c.] Scripturæ hunc locum hætenus reperire non potui: quærat diligens Lector alicubi in editione 70. Habet eandem B. Aug. Medit. cap. 39. sed sine adscriptione loci.

153. in templo Æsculapij, &c.] De Æsculapio vide Adnotat. nostras ad lib. de Pallio cap. 1. n. 6. & Apol.

cap. 1. 4. n. 209. acc. 23. n. 361. De Iside infra lib. de Cor. milit. De Ioue Apolog. c. 10. n. 152. De Saturno denique Apolog. eodem capite num. 159. 160. 161. & 162.

154. in vano, id est, idolo.] Vanum pro: idolo etiam accipitur ab interprete B. Hieronymo, l. Reg. 12. Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt: pro eo quod ex Græca 70. edit. transfuit alter interpres: Non declinetis post eos, qui nihil sunt, qui perficiunt nihil, & non eruent, quia nihil sunt. Et rursum Act. 14. Annunciantes vobis, ab his vanis conuerti ad Deum Verum. vbi Græcè est: ἀπὸ τῶν τῶν ψευδῶν, eadem nempe vox quæ hic habetur. Videtur autem Auctor respicere ad illud I. Corinth. 8. citatum supra c. 13. lib. de Spect. Non quod idolum sit aliquid; pro quo verit id noster interpres. Scimus quia nihil est idolum in mundo; de quo etiam Auctor cap. sequenti, per eum quem scis nihil esse. Porro hoc argumentum latiss. tractat B. Cyp. lib. de vanitate Idolorum siue: Quod Idola Diij nihil sint. Et Auctor Apolog. cap. 12. integro.

155. Nam & scriptura Deos nominat; sed adicit: suos, vel: nationum.] Locos ad quos alludit, videre est separatim in Oeconomia methodica Cœcordantiarū S. Scripturæ Georgij Bulloxi. Neque interim sola adiectione prædicta vitur scriptura, sed vocat Deos alienos, aureos, Ægypti, tuos, meos, constantes, Genium, quos ignorabant patres: corum, Amorrhæorum, Syria, Sidonis, ac Moab, montium, terrarum, populorū, terræ, filiorum Seir, Edom, regum Syria, Damasci, patrum suorum, opera manuum, Iuda, quos fecisti, illorum, falsi, lignei, qui non vident, denique muti, & qui natura non sunt Diij. Legimus autem cum Gagneo: Sicut David; pro: Sic &c.

156. me Hercule.] Idem paulopost reddidit: me Dius fidius, & deinde per Herculem. Veris, autem id esse patet ex his verbis Parronis lib. 4. de ling. Lat. sub dio (inquit) & Dius filius. Itaque inde eius perforatum retum, ut videatur diuum, id est, celum. Aelius Gallus Dius filius dicebat, Dionis filius, ut Græci Διονυσίου Κασιόρου. Et putabant hunc esse Sancum ab Sabina lingua, & Herculem ab Græca. Super quo loco Scaliger Dionysius (inquit) πῖσιον Græcè reddidit, quod fidius Latine, in quo multi errarunt, qui id non animaduertunt, qui etiā legendum censet apud Ouidium,

Quarebam Nonas, Sanco fidione referrem,
An tibi Semo pater.

Nam Semonem eundem cum Sanco facit T. Linius lib. 8. quæquam interim fateatur in Inscriptione Reatina legi Semipatri Sanco. Etque adeo magis placet, ut sicuti legitur: me Hercule, sic etiam legatur: me Dius fidius, pro eo quod alij: medius fidius. Nam etsi Festus scribat compositum id & videri, & significare Herculem, idem tamen addit, quosdam existimare iusiurandum esse per Diuū (Herculis nempe) fidem. Cui accedens noster Auctor, priorē sententiā refutat dicens: accedente quorundā ignorantia, qui ignorat esse iusiurandum per Herculem.

157. Porro quid erat, deieratio per eos quos cierasti, &c.] Ita legimus cum Latino, omiſsa voce, si; alioqui enim oporteret iuxta coniecturam Harrisij legere: Porro quid erat deieratio, si per eos deierasti, quos cieraſti, sed illud magis placet. Eodē autem modo dixit Auctor Apolog. cap. 32. Dæmonas, id est, genios, adiurare solemus, nō deierare, ut illis honorē diuinitatis tribuamus. Similiter Lactantius Socrati deierasse dicit per canē & anserem. Ita enim acceptum antiquitus patet etiam ex Parrone vbi supra. Quidā (inquit) negant sub testō per hunc (Dium fidium) deierare oportere; & apertius

ex Donato

ex Donato in Terentium, qui interpretatur Deierare, per Deos iurare. Porro de Eieratione vide adnot. nostras supra lib. de Spectac. cap. 24. num. 185.

C A P. XXI.

158. Timiditatis est autem, quum te alius per Deos suos obligat iuratione, &c.] Hinc capiti titulum dedimus: Quod idem sit, siue iures per Idola, siue per alios adiuratus adqueſcas. Atque adeo etiam iuxta editionem Gagnei lego illud: iures, pro eo quod irrepserat: iuret. Siue autem legas: quanto securius in Dominum transferes responſionem tuam, siue ut Gagneus: sponſionem, perinde est.

C A P. XXII.

159. Equè benedici per Deos nationum, &c.] Notus est hinc huius capitis titulus: Quod neque benedici per Deos nationum Christianus sustinere debeat. Lego autem: ut semper reiiciat immundam benedictionē, omiſsa negatione non, quæ alioqui contrarium sonabat.

160. vel colonix genium.] De Geniis sic Tertull. supra Apolog. cap. 32. Nescitis genios dæmonas dici; cui similis est & paulo prolixior locus Lactantij lib. 2. ibidem Adnot. nostris citatus num. 451. Eos singulis hominibus adtribui patet lib. de Anima, vbi de iis latius. Atqui quemadmodum Martianus lib. 2. de nuptijs Mercurij & Philologi, dicit etiam populi Genio supplicasse veteres, ita videtur hic Iurpasse Auctor colonix Genium, qui colonis præſit.

161. negat enim quicumque dissimulat.] Locus insignis contra simulators, & quodammodo libellaticos huius ætatis in Belgio, qui excusari se credunt, si loco iuramenti, quod contra fidē & religionem Catholicam exigitur, simulatione quapiam aliud præſent, longè distimiles Eleazar, qui (ut habetur 2. Machab. 6.) non ætati nostræ (inquit) dignum est fingere, ut multi adoleſcentes arbitantes Eleazarum 90. annorum transiſſe ad vitam alienigenarum, ut ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus, decipiantur.

C A P. XXIII.

162. Sed est quædam eiusmodi species in facto & in verbo, &c.] Hic tractatur: Quod neque scripto etiam iurare per Deos liceat.

163. sub pignoribus fiduciari.] Etiam hæc phrasis Iureconsultorij est. Fiduciatos verò appellare videtur eos, qui pignus seu fiduciam dederant recepturi vbi soluisſent. Fiduciam enim accepisse dicitur (vbi interpretatur Boëtius in Topica Ciceronis) cuiusque res aliqua ea lege mancipatur, ut mancipanti aliquando remancipet.

164. iurati cauent.] Item & istud Iureconsultis famulare est: caucte, pro cautionē sngnapha præſtare, quod ipsum bis terve hoc capite repetit.

165. Præſcribit Christus, non esse iurandum.] Nō intelligere Auctorem omni iuramento simpliciter abstinendum patet vel ex Apolog. c. 32. vbi: sed & iuramus (inquit) sicut non per Genios Cæsari, ita per salutē eorū: de qua iurandi formula ibidē latius nu. 450. Deinde frequentiss. Iureiurandi seu Sacramenti meminit, quod in Baptismo præſtat, de quo lib. eiusdē tituli latius Tom. seq. Sanè itaque secundum huius capitis institutum intelligi istud debet. Videatur Chrysost. in cap. 5. Matth. vbi præcipue iuramentū illa sorte corā eibnicis magistratibus improbat.

166. Si (inquit) concupiscentia, &c.] Quum ipsa hæc verba in s. scripturis reperire hætenus non potuerim, videtur mihi in compendium contraxisse istud Ecclesiasticū

5. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, & ne dixeris: Quomodo potui, aut quis me subiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Aut potius illud sepe citatum alludit Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, mœchatus est eam in corde suo.

167. operandi copiam.] Operari hic accipitur pro eleemosynam facere, quemadmodum & à B. Cyp. titulo libri: De opere & eleemosynis, & alicubi frequenter, de quo ibidem Adnot. nostrarum num. 4.

C A P. XXIII.

168. Inter hos scopulos & sinus, &c.] Epilogus totius huius libri hoc caput inscribitur. Videat autem Lector Prolegomena nostra de his Proverbialibus formulis: Inter scopulos & sinus, inter vada & freta nauigare.

169. velificata spiritu Dei.] Hæc vox Auctori nostro peculiari; inter cetera effecit, ut Sixto Senensi adſentiar, quod Carmina illa Genesis & Sodoma, quæ à me post Morelium & Fabricium B. Cypriano adſcripta sunt Tom. 3. operum eius, Tertulliani sunt, vbi legitur, quamquam satis obscure;

Qua spiritus igni est, velificauit apex.
Vitur eadem voce infra Tom. 3. lib. adu. Gnost. cap. 1. Auctro (inquit) & Africo læuitia velificat.

170. irrepabile deuoratis hypobrychiū.] etiā de hoc latius inter Proverbialia formulæ, sicuti & de mox præcedentibus: inenatabile excussis profundum, & inextricabile impactis naufragium. Atqui voce hypobrychium deriuauit à voce Græca ὑποβρυχιος, quod submersum significat, ac si dicat, ipsam submersione.

171. quicumque fluctus eius offocant.] Offocare, pro præſocare Iurpat etiam Florus lib. 2. cap. 11. Quum offocandas (inquit) inuicem fauces præbuisſent.

172. Propterea Spiritus sanctus consultantibus tunc Apostolis, &c.] Alludit ad Constitutionem illam primam Apostolorum in Concilio Hierosolymitano Act. 15. Vsum est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris (quod hic Auctor vinculum & iugum dixit) quam hæc necessaria, ut abſtineatis vos ab immolatis simulacrorum, &c. hoc est enim quod addit: ut Idololatriæ deuitandæ vacaremus.

173. inculcanda est.] Hic proprie rursum accipitur: inculcare, quum aliquando accipitur ab Auctore pro: conculcare.

174. Viderimus enim si secundum Archetypum & coruus, &c. in Ecclesia erit.] Illud: Viderimus, Tertullianicum & Cyprianicum est. Quod quum Ironiam sonet, hæc videtur Auctoris sententia: Sit ita ut in Ecclesia sint secundum Archetypum (Eſaiæ nempe 34.) coruus & miluus, id est, mali Catholici, & lupus & canis & serpens, id est (iuxta scripturas Matth. 7. Philipp. 3. & Luc. 10.) heretici quamdiu nondum publicati sunt, certè idololatre in Archetypo non habetur, neque enim in Ecclesiam admiſſi sunt inquam eibnicis Idololatriæ, quod explicat Auctor, dum addit: Nullum animal in Idololatre figuratum est.

175. Quod in arca non fuit, in Ecclesia non sit.] Epiphonema istud prioribus longè est obscurius. Hoc inter velle videtur. Quum in arca Noë fuerint omni generis animalia, munda septena & septena, immunda verò duo & duo; exclusi verò fuerint Idololatriæ omnes; conſequitur ut quod in Arca non fuit, in Ecclesia non sit. Eam enim Ecclesia figuram geſſiſſe tradit Auctor lib. de Baptismo, infra Tom. sequ. vbi de ea latius.

Cc iij



ONSIDERATO excessu Habitus muliebris tam in cultu, quam in ornatu, librum hunc Paræneticum scripsit Tertullianus.

- I. Primum autem docet lugere potius, pœnitere, & omni satisfactionis habitu ignominiam primi Eua delicti expiare, debere mulierem quam ornari, si ad mercedem respiciat quæ expectatur in cœlis.
- II. Deinde angelis desertoribus, qui & metallorū opera nudauerint, & incantationum vires prouulgauerint, & omnem curiositatem vsque ad stellarum interpretationem designauerint, propriè & peculiariter adtribui debere omne instrumentum muliebris gloriæ, quibus tamen in lauacro renunciamus.
- III. Quod quum ex libro Enoch comprobetur; eam scripturam, etsi in armarium Iudaicum non admittatur, fortasse quòd non putauerint eam post cataclysmum saluam esse potuisse, tamen à Noë illius abnepote æquè potuisse in spiritu reformari, atque per Esdram omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ restauratum, maximè, quum etiam de Domino prædicarit, & apud Iudam Apostolum testimonium possideat.
- III I. Porro etsi illis non imputetur, rerum tamen ipsarum cultum (seu mundum muliebrem) qui in auro & argento, & gemmis, & vestibus, consistit, ad ambitionem pertinere, ornatum verò (quem immundum muliebrem conuenit dici) qui in cura capilli & curis & earum partium corporis quæ oculos trahunt (de quo sequenti libro latius) ad prostitutionem.
- V. Auri verò & argenti, ac ferri & aris parem esse conditionem, & ex istis necessarioribus operas exhiberi rebus humanis.
- VI. Gemmas item non aliud esse quam aut lapillos & calculos, aut maris conchas; aut denique de frontibus draconum erui solitas, ut sic etiam de serpente cultior fiat mulier.
- VII. Hæc omnia sola raritate & peregrinitate gratiam possidere; quòd apud Barbaros, ubi vernaculum est, aurum; & apud Parthos & Medos, gemmæ fastidio sint; apud Tyrios etiam vilior sit purpura quam rubrica.
- VIII. Non placere quoque Deo colores, quos non ipse produxit; atque adeò intelligi à diabolo esse interpolatore naturæ, neque excusari quòd materiæ ipsæ ex Deo sint, quum etiam rebus Dei Idololatria constet.
- IX. Denique ad ambitionem pertinere hæc omnia, quæ inde nomen habet, quòd concupiscentia apud animum ambiente nascatur ad gloriæ votum.
- Ceterum genuinum esse hunc Tertulliani fœrum conuincit, quòd libri de Spectaculis nominatim mentionem faciat. Imitantur autem illum ad verbum penè locis infra adnotatis BB. Cyprianus libris de Habit. & discipl. Virg. ac de bono Pudicitia, & Hieronymus in vita Pauli Eremitæ & Marcellæ, ac Epist. ad Latam. Meminerunt etiam Trithemius & Politianus locis initio Apologetici citatis. Edidit verò primùm ex cod. MS. Hirsaugiensi & Paterniacensi, cum Scholiis, deinde & cum Adnotationibus Rhenanus; castigauit rursus ex Britannico Lalandi codice Gelenius. Nos denique iterum repurgauimus ex tribus Vaticanis MS. codicibus, & nostris quoque Adnotationibus auximus.

A Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTULLIANI DE HABITV
MULIEBRI LIBER.



I tanta in terris moraretur fides, quanta mercès eius expectatur in C A P. I.
cœlis, nulla omnino vestrum, Sorores dilectissimæ, ex quo Deum

- viuum cognouisset, & de sua, id est, de fœminæ conditione didicisset, lætorem habitum, ne dicam gloriosorem appetisset, ut non magis in fordibus ageret, & squalorem potius affectaret, ipsam se circumferens Eua lugentē & pœnitentem, quo plenius id quod de Eua trahit (ignominiam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanæ) omni satisfactionis habitu expiaret. In doloribus & anxietatibus paries mulier, & ad virum tuum cōuersio tua, & ille dominabitur tui, & Eua te esse nescis? Viuit sententia Dei super sexū istum in hoc seculo, viuat & reatus necesse est. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diuinæ legis prima desertrix, tu es quæ eum suastisti quem diabolus aggredi non valuit. Tu imaginem Dei, hominem, tam facilè elisisti. Propter tuū meritum, id est, mortem, etiam filius Dei mori habuit: & adornari tibi in mente est, super pelliceas tuas tunicas? Age nunc si ab initio rerū & Milefij otes tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrij tinguerent, & Phryges infuerent, & Babylonij intexerent, & Margaritæ canderent, & Ceraunia coruscarent, si ipsum quoque Aurum iam de terra cum cupiditate prodisset, si iam & Speculo tantum mentiri liceret: hæc Eua concupisset, de paradiso expulsa, iam mortua opinor? Ergo nec nunc appetere debet, aut nosse, si cupit reuiuiscere, quæ nec habuerat, nec nouerat, quando viuebat. Idè omnia ista damnata & mortuæ mulieris impedimenta sunt, quasi ad pompam funeris constituta. Nam & illi qui ea constituerunt, damnati in pœnam mortis deputantur: illi scilicet angeli, qui ad filias hominum de cœlo ruunt, ut hæc quoque ignominia fœminæ accedat. Nam cum & materias quasdam bene occultas, & artes plerasque non bene reuelatas, seculo multò magis imperito prodidissent (siquidem & metallorum opera nudauerant, & herbarum ingenia traduxerant, & incantationum vires prouulgauerant, & omnem curiositatem vsque ad stellarum interpretationem designauerant) propriè & quasi peculiariter fœminis instrumentū istud muliebris gloriæ contulerunt: lumina lapillorum, quibus monilia variantur: & circulos ex auro, quibus brachia artantur: & medicamenta ex fūco, quibus lanæ colorantur: & illum ipsum nigrū puluerem, quo oculorum exordia produciuntur. Hæc qualia sint, interrim iam ex Doctorum suorum qualitate & cōditione pronuciari potest, quòd nihil ad integritatem peccatores, nihil ad castitatem adamatōres, nihil ad timorem Dei desertores spiritus aut monstrare potuerunt, aut præstare. Si doctrinæ dicendæ sunt: mali magistri malè docuerint necesse est. Si mercedes pro libidine: nullius rei turpis, merces decora est. Quid autem tanti fuit ista monstrare siue conferre? utrumne mulieres sine materiis splendoris, & sine ingeniis decoris placere non possent hominibus, quæ adhuc incultæ, & incōpositæ, & (ut ita dixerim) crudæ ac rudes, angelos mouerant? Anne fordidi, & pergratum vsum contumeliosi amatores viderentur, si nihil fœminis in connubium allectis contulissent? Sed hæc non capit æstimare. Nihil plus desiderare poterant quæ angelos possidebant, magno scilicet nuperant. Enimuerò qui utique interdum cogitabant vnde cecidissent, & post libidinum vaporata momenta cœlum suspirabant, illud ipsum bonum fœminarū naturalis decoris ut causam mali, sic remunerauerunt, ne eis profuisset felicitas sua, sed ut deuectæ de simplicitate & sinceritate, vnà cum ipsis in offensam Dei peruenirent. Certi erant omnè & gloriā & ambitionem & affectionem per carnem placendi, Deo displicere. Hi sunt nempè angeli, quos iudicaturi sumus: hi sunt angeli, quibus in lauacro renunciamus. Hæc sunt utique, per quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo faciunt apud iudices suos res eorum? Quod est commercium damnaturis cum damnandis? opinor quòd Christo & Belia. Qua constantia tribunal illud ascendimus, decreturi aduersus eos quorum munera appetimus? Nam & vobis eadem tunc substantia angelica repromissa, idem sexus qui & viris, eandem iudicandi dignationem pollicetur. Nisi

ergo hic iam præiudicauerimus res eorum prædammando, quas in illis tunc damnatur. **D**ri fumus, illi potius nos iudicabunt atque damnabunt. [³⁵ Scio scripturam Enoch, ³⁶ quæ hunc ordinem angelis dedit, non recipi à quibusdam, quia nec in armarium Iudaicum admittitur. Opinor non putauerunt illam ante cataclysmum æditam, post eum casum orbis omnium rerum abolitorè, saluam esse potuisse. Si ista ratio est, recordentur pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem cataclysmi Noë, qui utiq; domestico nomine & hæreditaria traditione audierat & meminerat de proauis sui penes Deum gratia, & de omnibus prædicatis eius: cum Enoch filio suo Matusalæ nihil aliud mandauerit quàm ut notitiam eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noë in prædicationis delegatione successisse, vel quia & aliàs non tacuisset, tam de Dei conferuatoris sui dispositione, quàm de ipsa domus suæ gloria. Hoc si non tam expeditè haberet, illud quoque assertionem scripturæ illius tueretur: proinde potuit abolitam eam violètia cataclysmi, in spiritu rursus reformare: quemadmodum & Hierosolymis Babyloniam expugnatione deletis, ³⁷ omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ per Esdram constat restauratum. ³⁸ Sed cum Enoch eadem scriptura etiã de Domino prædicarit, à nobis quidem nihil omninò reiciendum est, quod pertinet ad nos. Et legimus omnem scripturam ædificationi habilem, diuinitus inspirari, à Iudæis postea iam videri propterea reiectam, sicut & cetera ferè quæ Christum sonant. Nec utique mirum hoc, si scripturas aliquas non receperunt de eo locutas, quem & ipsum coràm loquentem non erant recepturi. Eò accedit quòd Enoch apud Iudam Apostolum testimonium possidet. [³⁹ Nulla nunc muliebri pompæ nota iniusta sit prædamnationis de exitu auctorum. Nihil angelis illis imputetur præter repudiū **E** cœli, & ⁴⁰ matrimonium carnis. Rerum ipsarum qualitates examinemus, ut consilia quoque concupiscentiæ earum deprehendamus. Habitus femine duplicem speciem circumfert, ⁴¹ cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus deputatur: Iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimè intendimus, alteri prostitutionis: ut iam hinc prospicias, Dei ancilla, quid ex his disciplinæ tuæ conueniat, quæ de diuersis institutis censearis, scilicet humilitatis & castitatis. [⁴² Aurum & argentum principes materiæ cultus secularis affint necesse est, unde sunt: Terra scilicet planè gloriosior, quoniam in maledictorum ⁴³ metallorum feralibus officinis ⁴⁴ pœnali opere deplorata nomen terræ in igni reliquit, atque exinde de ⁴⁵ tormentis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominia in honores, ⁴⁶ metalli refuga mutatur. Sed & ferri & æris, & aliarum vilissimarum materiarum par conditio est, & terreni generis, & metallici operis: quo nihilo generosior iudicari possit auri & argenti substantia penes naturam. Quòd si de qualitate usus, gloria est auro & argento: atquin magis ferro & æri: quorum ita disposita est vtilitas, ut & proprias operas plures & necessariores exhibeant rebus humanis, & nihilominus auri & argenti de sua vice accommodent iustioribus causis. ⁴⁷ Nam & annuli ferro sunt. quædam esui & potui vascula **F** ex ære adhuc seruat memoria antiquitatis. Viderit si etiam ad spurca instrumenta auri & argenti demens copia deseruit. Certè nec auri opere paratur, nec nauis argenti vigore contexitur. Nullus bidens aurum demergit in terram, ⁴⁸ nullus clauus argentum intimat tabulis. Taceo totius vitæ necessitates ferro & æri innixas: cum illæ ipsæ diuites materiæ, & de metallis refodiendæ, & in quocunq; vsum producendæ, sine ferri & æris operario vigore non possint. Iam igitur æstimandum est unde obueniat tanta dignitas auro & argento, cum & consanguineis quantum ad genus, & potioribus quantum ad vtilitatem materiis præferantur. [⁴⁹ Sed & Lapillos istos qui cum auro superbiam iungunt, quid aliud interpreter quàm lapillos & calculos, eiusdem ⁵⁰ terræ mineralia: nec tamè aut fundamentis demandandis, aut parietibus moliendis, aut fastigiis sustinendis, ⁵¹ aut tectis densandis necessaria? Solum hunc ⁵² mulierum stuporem ædificare nouerunt: quia tardè teruntur ut niteant, & subdolè substruuntur ut floreat, & anxie forantur ut pendeant, & auro lenocinium mutuum præstant. ⁵³ Sed si quid de mari Britannico aut Indico ambitio piscatur, conchæ genus est, non dico conchylis, aut ostreo, sed nec ⁵⁴ peloride gratius de sapore. Ad hoc ⁵⁵ enim conchas nouerim maris poma. Quòd si concha illa aliquid intrinsecus pustulat, vitium eius magis debet esse quàm gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliud tamen intelligendum, quàm conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca. ⁵⁶ Aiunt & de frontibus draconum gemmas erui, sicut & in piscium cerebris lapidositas quædam est.

Hoc

A Hoc quoque deerit Christianæ, ut de serpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite eius, ceruicibus suis aut ipsi capiti ornamenta struit? [⁵⁷ Hæc omnia de raritate & peregrinitate sola, gratiam possident. Denique intra terminos suos patrios, non tanti habentur. Semper abundantia contumeliosa in semetipsa est. Apud Barbaros quosdam, quia ⁵⁸ vernaculum est aurum & copiosum, ⁵⁹ auro victos in ergastulis habent, & diuitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Aliquando reuera inuentum est, quomodo & aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem ⁶⁰ vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum ceterorumque gentilium suorum, coram matronis erubescens, nisi quòd nec ad ostensionem ferè habentur. ⁶¹ Latent in cingulis smaragdi, & ⁶² cylindros vaginæ suæ solus gladius sub sinu nouit, & in ⁶³ peronibus vnioues emergere de luto cupiunt. Denique iam gemmatum habent quod gemmatum esse non debet, si non comparet: aut ideò comparet, ut neglectum quoque ostendatur. [⁶⁴ Proinde & vestium de coloribus honorem, serui etiam eorum terunt. Sed & parietes **V I I I.** ⁶⁵ Tyriis & hyacinthinis, & illis regis velis, quæ vos operosè resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur. Vilior est apud illos purpura, quàm ⁶⁶ rubrica. Quis enim est vestium honor iustus, de ⁶⁷ adulterio colorum iniustorum? Non placet Deo quod non ipse produxit, nisi si non potuit ⁶⁸ purpureas & earinas oues nasci iubere. Si potuit, ergo iam noluit: quod Deus noluit, utique non licet fingi. Non ergo natura optima sunt ista, quæ à Deo non sunt auctore naturæ. Sic à diabolo esse intelliguntur, ab interpolatore naturæ. **B** Alterius enim esse non possunt, si Dei non sunt: quia æmuli sint necesse est, quæ Dei non sunt. alius autem præter diabolum & angelos eius, æmulus Dei non est. Ceterum ⁶⁹ materiæ ex Deo sunt, non statim & huiusmodi fructus latere in omnibus quaritur, & unde sint conchæ, & qua dispositione decurrant, & ubi collocentur. Nam & omnes istæ prophane spectaculorum secularium voluptates, ⁷⁰ sicut de ipsis suum volumen ædidimus, ipsa etiam Idololatria ex rebus Dei constat: non tamen ideò Circi furoribus, aut harenæ atrocitatibus, aut scenæ turpitudinibus, Christianum affici oportet: quia Deus & equum, & pantheram, & ⁷¹ vocem homini dedit: nec ideò Idololatriam impunè faciet Christianus, quia Dei conditio est & thus, & merum, & ignis qui vescitur, & animalia quæ victimæ fiunt, cum & ipsa materia quæ adoratur, Dei sit. Sic ergo & circa actum materiarum census à Deo descendens, propterea excusatus. Deo extraneum ut reum scilicet gloriæ seculum. [⁷² Nam ut quæque rerum, per singulas quasque terras & vnamquamque regionem, materiis à Deo distributa sunt, inuicem sibi peregrina apud exteros, mutuo rara, apud vos, iure, si utique vel appetuntur, vel negliguntur, quia non tantus est in illis feruor gloriæ inter domesticos frigidus. Sed enim ex ⁷³ possessionum distributione, quam Deus ut voluit ordinauit, raritas & peregrinitas apud extraneos semper gratiam inueniens, de simplici causa non habendi quæ Deus alibi collocauit, concupiscentiam concitat habendi. Ex hac vitium aliud extenditur, immoderatè habendi: quod & si fortè habendum sit, modus tamen debetur. Hæc erit ambitio, ⁷⁴ unde & nomen eius interpretandum, quòd concupiscentia apud animum ambiente nascatur ad gloriæ votum: grande scilicet votum, quod (ut diximus) non natura, nec veritas, sed vitiosa animi passio concupiscentia commendauit, & alia vitia ambitionis & gloriæ: sic & pretia rebus inflammavit, ut se quoque accenderent. ⁷⁵ Non tanto maior sit concupiscentia, quanto magno fecit quod concupiit: ⁷⁶ Breuissimis oculis patrimonium grande profertur. ⁷⁷ Vno lino decies festertium inseritur. ⁷⁸ Saltus & insulas tenera ceruix fert. Graciles aurium cutes ⁷⁹ Kalendarium expendunt, & ⁸⁰ sinistra per singulos digitos de saccis singulis ludit. Hæc sunt vires ambitionis, tantarum vlturarum substantiam vno & muliebri corpusculo baiulare.

CAP. I.

1. **I** tanta in terris, &c.] Caput hoc inscrip-
tum: Quod lugere potius quam
ornari mulier debeat. Maluimus au-
tem legere in terris; quam illud Tri-
themij, quum initium huius libri citat:
in terra.

2. ut non magis in fordibus ageret.] Describit
(inquit Rhenanus) exemplum hominis exomologesin facien-
tis, & actum penitentiae exequentis; de quo latius su-
pra lib. de Penitent.

3. id quod de Eua trahit, &c.] Adnotandum lo-
cus, quod primum delictum seu peccatum originale, de
Eua trahi dicit; quum quidam vsque ad eam ab Adamo
illud propagatum dicant; ut si Adam non peccasset, in
posteris deriuatum non fuisset.

4. omnis satisfactionis habitu.] De Satisfactio-
ne supra late tractauimus lib. de Penit. cap. 5. nu. 26.

5. In doloribus & anxietatibus paries, &c.]
Quum Rhenanus ex eo quod prius legebatur: paries, colle-
gerit legendum: dominatur; ego e contrario quum iuxta
editiones omnes tam Hebraicas quam Graecas & Latinas
constet legendum cum MS. 3. Vatic. cod. dominabitur, le-
go etiam: paries; maxime quum similiter legat B. Cypria-
nus, & lib. de Hab. virg. & lib. Test. 3. cap. 32. Verum au-
tem illud, & erit ad virum tuum conuersio tua ex
Graeco, καὶ τὸν τὸν ἀναρῶς οὐκ ἔστι ἀποδοχὴ οὐκ οὐκ
pro quo B. Hieronymus apertius ex Hebraeo: & sub viri
poteestate eris.

6. super pelliceas tuas tunicas.] Similiter B. Chry-
sostomus homil. 18. in Genes. ornatum vestium hac scriptu-
ra impugnat.

7. Milesij oues tonderent.] D. Hieronymus (in-
quit Rhenanus) enarrans Exech. cap. 27. auctor est, ex Mi-
leto lanas praecipuas solitas Tyrum deferri, ut non sine
causa liberius interpretibus 70. apud eum Prophetam
vertere, & lanas de Mileto, quum tamen Mileti voca-
bulum in Hebraeo nusquam inueniatur. Nos etiam hac de
re aliquid diximus ad illud lib. de Pallio: Nec de ouili-
bus dico Milesijs nu. 54.

8. & Seres arbores nerent.] Apud Seras (teste eo-
dem Rhenano) Scythicas gentem in arboribus lanugo re-
peritur, quam aqua perfusam depectunt. Seras lanitio
sularum nobilis vocat Plinius lib. 6. cap. 17.

9. & Tyrij tingerent.] Idem Plinius (inquit Rhen-
anus) Phoenicem describens: Tyrus (inquit) quondam in-
sula, praesto mari septuaginta passibus diuisa, nunc vero
Alexandri oppugnantis operibus continens. Olim parua
clara vrbibus genit, Lepti, Ptoica, & illa Romani Imperij
amula, terrarum orbis auidia, Carthagine, etiam Gadibus
extra orbem conditis. Nunc omnis eius Nobilitas conchylio
atque purpura constat.

10. & Phryges infueret.] Pithas (inquit idem) vestes
acu facere Idai Phryges inuenerunt, ideoque Phrygio-
nes appellati sunt, ex eodem Plin. Eodem pertinet quod su-
pra dicit Auctor lib. de Idolol. cap. 3. an Phrygio dete-
xat; & an filo formetur.

11. & Babylonij intexerent.] Colores (inquit Rhen-
anus) diuersos picturae intexere Babylon maxime cele-
brauit, & nomen imposuit. Eiusdem Plinij verba sunt:
Vnde Babylonicae vestes & stragula dictae. Ad expla-

cationem vero facit illud B. Cypri. lib. de bono Iudic. Vestibus
aurum intexere, quasi pretio est vestes corrumpere. quid
inter fila staminum delicata faciunt metalla?

12. & margaritae canderent.] Et hoc (inquit Rhen-
anus) docente Plinio, margaritarum dos omnis, in can-
dore, magnitudine, orbe, lenore, & pondere. Hinc placet
magis haec lectio, quam quod habet I. Vatic. cod. MS. mar-
garita.

13. & Ceraunia coruscarent.] Fulgur (inquit Rhen-
anus) proprie coruscat, & a fulmine nomen habet Ce-
raunia gemma. Siquidem Graeci κεραυνὸν appel-
lant. De hac gemma Plinius quoque lib. 37. cap. 9. Est (in-
quit) inter candidas & quae Ceraunia vocatur, fulgorem
siderum rapiens; ipsa crystallina splendoris carules in Car-
mania nascens. Albam esse Zenobemis fatetur, sed habere
inuis stellam concursantem. Meminit & alcerius cuius-
dam Ceraunia, Parthorum Magus quassite, sed varae ad-
modum, quoniam non alibi inueniatur quam in loco ful-
mine isto. Flammas Ceraunius tribuit Hieronymus, quum
ad Demetriadem scribens: Et taceamus (inquit) de inau-
rium pretijs, candore margaritarum, rubri maris pro-
funda testantium. Smaragdorum virore, Cerauniorum
flammis, Hyacinthorum pelago. Ad quae ardens & insa-
nuunt Iudicia matronarum.

14. Si iam & Speculo tantum mentiri liceret.]
Huc alludit B. Cyprian. libro citato in hac Verba: Quid
postremo Speculum consiluitur, nisi quia ne ipsa sit ti-
metur?

15. impedimenta.] Impedimentorum (inquit idem
Rhenanus) nomine sarcinas accipimus. Ita rursum libro se-
quenti, Et reliqua compositionis vestrae impedi-
menta. Item lib. ad Martyr. supra cap. 2. Cetera aequae
animi impedimenta, & infra lib. 1. ad Vxor. cap. 5. fi-
liorum impedimenta. Alludit autem hic ad pompam
triumphalem, qua reduces Imperatores pop. Rom. rebus
bene gestis urbem ingrediebantur variis ostentaculis pre-
latis. Sine potius ad funebrem Triumphalium virorum
pompam, in qua similia deferrebantur. Nam sequitur: quasi
ad pompam funeris constituta.

CAP. II.

16. Nam & illi qui ea constituerunt, &c.] Titu-
lum huic capiti dedimus: Quod angelis defertoribus
debeatur quicquid ad instrumentum muliebri-
s gloriae pertinet.

17. illi scilicet angeli, qui ad filias hominum de
caelo ruerunt.] Pertinet hoc ad errorem Tertulliani, etiam
Veteribus aliis, & ipsi B. Cypri. communem, de quo aliquid
diximus ad lib. eius de Discipl. & hab. virg. num. 54.
& latius inter Auctoris errores in nostris Prolegomenis.

18. bene occultas.] Hoc est (Rhenano interprete) Vi-
litter occultas, ut mox: non bene reuelatas, id est, quas
expediebat non esse reuelatas.

19. metallorum opera.] Intelligit (ut Rhenanus
adnotauit) de fodinis auri & argenti. Id quod in sequenti
libro alii verbis explicat. Qui (inquit) & materias eius-
modi illecebras detexerunt. Cyprianus in Demetria-
num: Minus argenti & auri opes suggerunt iam exhausta
metalla & pauperes vena.

20. herbarum ingenia traduxerant.] Hoc est (in-
quit Rhenanus) herbarum vim atque naturam publicae-
runt.

CAP. III.

rant. Eodem autem modo dixit lib. de Euga in perfectione
infra T. 5. non traditus autem traduci habebat: id est
(ut idem ibidem) exponi omnium oculis, seu publicari.

21. & incantationum vires prouulgauerant.]
MS. 3. Vatic. cod. promulgauerant. Perinde esse, indicat
Festus his verbis: Promulgari leges dicuntur, quum pri-
mum in vulgus eduntur, quasi: prouulgari. Atqui de
incantationibus infra, Tomo sequenti, lib. de Anima.

22. vsque ad stellarum interpretationem.] Simi-
liter dixit Auctor sub finem libri de Pallio: & qui stel-
larem coniecit. Primumque autem pertinere iudico non
ad Astronomiam, quae de cursu certo stellarum agit,
sed ad Astrologiam, de qua latius supra lib. de Idolol. cap.
9. & Adnot. ibidem nostris. Nisi quis malit istud referre
ad stellarum nomina, de quibus Origene teste, homil. 28.
in Numer. plurima in libellis, qui appellantur Enoch, se-
creta continentur & arcana, de cuius scriptis latius se-
quenti capite.

23. nihil ad integritatem peccatores.] Quantum-
uis repugnantibus MS. 3. Vatic. qui legunt: peccatoris, af-
sentiens Rhenano lego: peccatores, ut oratio tribus mem-
bris consistat, maxime quod libro sequenti legitur: per an-
gelos peccatores demonstrata sunt. Lego interim cui
1. edit. in marg. ista monstrare siue conferre, proficit
conferre.

24. Anne fordidit, & per gratuitum vsum con-
tumeliosus.] Posterioribus verbis priora explicantur. nam
(ut adnotauit etiam Rhenanus) fordidus pro auaris acci-
pit, & gratuitum vsum intelligit, eum qui caret
premio.

25. Sed haec non capit asstmare.] Et hic (inquit
Rhenanus) ut in aliis libris saepe: non capit, pro eo quod
Graeci dicunt: οὐ δύναται, hoc est, non licet, fieri non
potest, ut res sic asstmetur. Similes loci sunt supra lib. de
Spectacul. cap. 4. interpretati capit. lib. de Praescript. he-
ret. Alia capit opinari. Item adu. Marc. lib. 1. si depra-
cari capit. lib. 2. capit etiam imaginem spiritus di-
cere statum. lib. 3. Id enim intelligi vel non intelligi
capit. lib. 4. separatio per coniunctionem capit de
qua fit. & lib. 5. animale dici capit, & absque qua
nec corpus aliud dici capit. Denique: Quod si non
capit alterius omnia ista deputari.

26. omnem, &c. affectione per carnem placen-
di.] Alludit haud dubie ad illud Galat. 6. Quicumque vo-
lunt placere in carne, &c. de quo latius lib. aduers. Marc. 5.
Legimus autem ex 3. MS. Vatic. cod. Quid ergo faci-
ciunt, pro: facient.

27. Christo & Belia.] Peculare est hoc Auctori
tum hic, tum lib. de Cor. milit. infra cap. 10. Belia, pro eo
quod Graeci Βελία, & tum 2. Cor. 6. tum frequenter
in Veteri Testamento ex Hebraeo interpres Latinus: Belial.
Quod esse proprium diaboli etiam adnotauit Cyrillus Orat.
de exitu Anima, & a 70. interpretibus vertitur Deu-
ter. 13. ἀνομιος, quod iniquum seu peruersum, aut
λοιμικός, ut 1. Reg. 1. 2. 10. & 25. quod pestilentem
sonat. B. vero Hieron. Iudic. 19. interpretatur filij Belial,
sine iugo.

28. substantia angelica.] Pertinet hoc ad alterum
Auctoris errorem, quo corporis substantiam angelis tri-
buebat; de quo etiam inter Prolegomena.

29. idem sexus qui & vitis.] Hoc addit, quia legitur
Matth. 22. Neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut
angeli Dei in caelis, de quo latius lib. de Resurrect. carn.
Tom. sequenti.

30. Scio scripturam Enoch, &c.] Huius capitis in-
scriptio seipsam prodit: De scriptura Enoch auctori-
tate. Porro praeterquam quod Prophetiam Enoch citavit
Auctor supra Apolog. cap. 22. & lib. de Idolol. cap. 4. &
15. ubi aliquid adigimus Adnot. nost. & infra quoque
lib. de Cultu feminarum; hic etiam auctoritatem eius vin-
dicat quatuor potissimum rationibus. Primum contra eos,
qui non putauerunt eam post cataclysmum saluam esse
potuisse, quod pronepos Enoch Noe potuerit eam, si non
scripto, saltem hereditaria per Mathusalem filium eius
traditione posteris sua predicatione delegasse, aut iam abo-
lescentem in spiritu rursus reformare, quemadmodum ab
Ezdra instrumentum litteraturae Iudaicae restauratum est.
Deinde quod omnis scriptura edificationi habilis diuini-
tus inspirata credatur; quae ratio etiam allegari potest con-
tra eos, qui hodie hagiographos libros Apocryphos censent,
ut sunt Tobia, Iudith, Sapientiae, & Ecclesiastici, ac Ma-
chabaeorum libri. Item quod a Iudaeis reiecta sit, eo quod de
Domino praedicari, quemadmodum & antiqui & ho-
dierini heretici scripturas multas reiecerunt, eo quod haeresi
sue contrarientur; de quo latius libris aduersus Marcionem.
Denique quod apud Iudam Apostolum testimonium possi-
deat. Neque mirum, quum etiam Irenaeus, Iustinus Martyr,
Clemens Alexandrinus, & Athenagoras Tertulliano an-
tiquiores tanti fecerint dictam Enoch Prophetiam; ut
inde errorem suum hauserint (de quo in Prolegomenis no-
stris latius) de angelis malis, qui adsumptis corporibus ex
filiabus hominum Gigantes susceperunt, imò & post eum
Methodius Martyr, B. Cyprianus, Lactantius, Senecus Sul-
picius, Proclus denique & Pselus, Philosophi Christiani.
Verum B. Hieron. vsque ad eam contraria est sententia, ut
lib. de Eccl. script. asserat, propterea Epistolam Iudae de
quibusdam Ecclesiasticis Patribus fuisse reiectam, quod
apocryphum librum Enoch citet. De quo tamen Aposto-
lum Iudam excusat in Comment. epist. ad Titum, quod vi-
liceat parte libri, etiam si totum librum quis non adprobet.
Similiter Chrysost. in Comment. ad Gen. cap. 6. fabulas nu-
cupat Enoch libri dictam sententiam, & apertius D.
August. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 23. Scripsisse quidem non-
nulla diuina Enoch septimum ab Adam negare non pos-
sumus, cum hoc in Epistola canonica Apostolus Iudas dicat,
sed non sunt in canone scripturarum. Vnde illa quae sub
nomine eius proferuntur, & continent fabulas illas de
Gigantibus, quod non habuerint homines patres, recte à
prudenter iudicantur non ipsius esse credenda. Cui simi-
lia ab eodem repetuntur, ne hic prolixiores simus, lib. 18. de
Ciuit. Dei cap. 38. Idem sensisse videtur Epiphanius, ubi
agit de haeresi Marcionis, qui quum Enoch mentionem
fecisset, addit: Sed nondum exstabat lex scripta, verum
naturalis tantum illa ex mente & traditione per succe-
sionem patrum ad filios; quod tamen ipsum accedit ad
primam rationem supra scriptam Auctoris.

31. quae hunc ordinem angelis dedit.] De hoc lib.
sequi de Cultu feminarum. Idem (inquit) angeli, qui &
materias huiusmodi illecebras detexerunt, aurum
dico & argentum illustrium, & opera eorum tra-
diderunt, etiam calliblepharum vellerumque tin-
cturas inter cetera docuerunt, damnati à Deo sunt,
ut Enoch refert. Reliqua nunc diximus ex August. &
reliquis Veteribus, de quibus latius Sixtus Senensis, Biblio-
theca sancta lib. 2. de Henoc.

32. quia in armatiu Iudaicum admittitur.]
Canonem scripturarum Iudaicum intelligit, qui (B. Au-
gustino teste ubi supra) seruabatur in templo Hebraei po-

puli, succedentium diligentia sacerdotum. De cataclysmo vero pro diluio alibi aliquid diximus. Proquam item Noe fuisse dictum Enoch patet, quia Enoch genuit Methusalem, ex illo Lamech, cuius filius Noe.

33. omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ per Esdræ constat restauratum.] Similiter Irenæus lib. 3. adu. hæres. cap. 25. In ea (inquit) captiuitate populi, quæ facta est à Nabuchodonosor corruptis scripturis, & post 70. annos Iudeis descendens in regionem suam, & post deinde temporibus Artaxerxis Persarum Regis, inspirauit Deus Esdræ sacerdoti tribus Leui præteritorum Prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data est per Moysen. Hinc etiam B. Hieron. lib. aduersus Heluidium, Esdræ restauratorem Pentateuchi nuncupat: & alibi scribit, quod scripturæ sacras iam dispersas eodem spiritu, quo ante scripte erant, restituit. Eodem pertinet illud B. Isidori Etym. lib. 6. cap. 1. Hebræi (inquit) vetus Testamentum Esdræ Auctore iuxta numerum litterarum sacrarum in 22. libris accipiunt, diuidentes eos in tres ordines, Legis scilicet, Prophetarum, & Hagiographorum, &c.

34. Sed quum Enoch eadem scriptura etiam de Domino prædicarit.] Verba ipsa prædicationis Enoch de Domino reperire est in Testamento duodecim Prophetarum, quod frequenter citatur ab Origene & Protopio. In Testamento enim suo Simeon Vidi (inquit) in charactere scripturæ Enoch, &c. quoniam Deus corpus assumens, & comedens cum hominibus, saluabit homines. Et nunc filii mei, obedite Leui, & in Iuda liberabimini, & non efferemini super duas tribus has, quoniam ex ipsis oriatur nobis saluare Dei. Suscitabit enim Dominus ex Leui principem sacerdotum, & ex Iuda Regem Deum & hominem, ita saluabit omnes Gentes. Haud absimiliter etiam Leui: Innocens (inquit) ego sum ab omni impietate vestra & transgressione, quam facietis in consummatione seculorum, in saluatorem mundi impie facientes, & suscitantes ei mala magna à Domino, & inique facietis cum Israel, ut non subsistat Hierusalem à facie malitiæ vestræ, & scindetur velum templi, &c. quemadmodum continet liber Enoch iusti.

C A P. IIII.

35. Nulla nunc muliebri pompæ nota iniusta sit, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: De cultu & ornatu muliebri.

36. & matrimonium carnis.] Etiam hoc ad supra scripti cap. 3. errorem pertinet.

37. cultum & ornatum, &c.] Alludere videtur Auctor ad illud Varronis: Mundus muliebris dicitur à munditia, Ornatus, quasi ab ore natus. Hinc enim maxime sumitur, quod eam deceat, itaque ob id paratur speculum; hoc est enim quod dicit: Ornatum in cura cutis & capilli consistere, quem aded eleganter à contrario sensu, immundum muliebrem vocat.

C A P. V.

38. Aurum & argentum principes materiæ cultus, &c.] Insignimus caput istud hoc titulo: De auri & argenti qualitatibus. In quo imitatur ex parte Plin. Nat. hist. lib. 33. Proæmium.

39. metallorum feralibus officinis.] MS. 3. ferialibus: sed illud placet. Nam (vix rectè adnotauit Rhenanus) metallorum operibus addebantur damna, inque his sæpè Christiani. De quibus 25. epist. lib. 3. que nunc est 77. Cyprianus Martyr: Non fouetur (inquit) in metallis lecto & culturis corpus. Humi iacenti fessa laboribus viscera. Squalent sine balneis membra sua & sordè defor-

miæ. Panis illic exiguus. Vestis argentibus deest. Semitonis capitis capillus horrescit, & reliqua. Proinde non frustra hic dicit feralibus officinis. Apud Cyprianum: feralibus cibis polli, violarique.

40. pœnali opere.] Ita (inquit idem Rhenanus) B. Cyprianus horribiles carceris atque funestis pœnalis loci tenebras dicit. Item: squalorem carceris ac receptaculi pœnalis horrorem. Et ad Donatum: Pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adherere.

41. de tormentis in ornamenta.] Eleganter (inquit idem) hic coniungit contraria, quorum hoc primum membrum commendat Prosonomasia. Hinc illud Ambrosij: Vos verò beatae virginis, quæ talia tormenta potius quam ornamenta nescitis.

42. metalli refuga.] Nam (eodem adnotante) mutat nomen. Vocatur enim armilla aut torques. Est autem hæc phrasys Iureconsultorum. Plinianus enim l. Aut damnum. D. De pœnis. Quique (inquit) refuga ex opere metalli in metallum damnanur. Hinc & Marcellus l. Milites. D. De re militari: cultodiæ refuga dixit. Ibi autem: & nihilominus auri & argenti, subaudi, operas, idque iustioribus, id est probatoribus causis.

43. Nam & annuli ferro fiunt.] Triumphatibus (vix adnotat Rhenanus) olim corona ex auro Herysca sustinebatur à tergo, annulus tamen in digito ferreus erat. Hi quoque qui ob legationem acceperant auro, in publico tantum utebantur; intra domos verò, ferreis. Quo argumento etiam nunc sponse annulus ferreus mittitur, isque sine gemma. Ex Plinio. Nos aliquid etiam adtingimus in cap. 6. Apolog. nu. 79. Rectè autem ex coniectura restituit Rhenanus: Nullus bidens, pro: videns; nam correspondent MS. cod. 3. V. atic.

44. nullus clauus argentum intimat tabulis.] Simili Metaphora dixit lib. de Resurrect. carnis: Siquidem Ephesius scribens Apostolus, in interiorum hominem habitare Christum, sensibus vitique intimandum Dominum significauit. ut intimare accipiat, pro: inferere.

C A P. VI.

45. Sed & lapillos istos qui cum auro superbiam iungunt, &c.] Tractat hoc caput: De gemmarum qualitatibus. De quibus latiss. Plinius hist. nat. toto libro 37. & ad institutum lib. 9. cap. 35. quem imitari etiam hic videtur.

46. terræ mineralia.] Minutias (inquit Rhenanus) intelligit. Mineralibus regnis dicit adu. Marc. lib. 1. Adiectiue. Fulgur hodie mineralia vocat.

47. aut tectis densandis.] Loqui adnotauit Rhenanus Auctorem de tectis Africanis, & Orientalium regionum, quibus apud nos pergula similes sunt, Germani Terras vocant, quasi Terracum.

48. mulierum stuporem ædificare.] Stuporem accipit pro cultui, cuius aspectum stupent viri. Aedificandi verò verbo (inquit Rhenanus) per translationem vix solet. Ita in Martyribus, ut robori ædificando vacent.

49. Sed siquid de mari Britannico aut Indico ambitio piscatur, conchæ genus est, &c. licet Margaritum vocetur, &c.] Pulcherrimè describit originem margariti, quod nunc neutro genere dicit, quum 1. cap. fœminino margaritæ dixisset. Non dubium autem quum Plinium (vix ferè semper in eiusmodi) imitetur, cuius hæc verba ad loci ampliorem intellectum scribenda putauit, ex lib. 9. Nat. hist. cap. 35. Principium culmenque omnium rerum pretij Margaritæ tenent. Indicus maxime hæc nuntit Oceanus. Origo atque genitura conchæ est haud mul

multum ostrearum conchis differens. Hæc vbi genitalis anni simulauerit hora, pendentes sese quadam osticatione impleri rosido conceptu tradunt, grauidas postea emittunt, partumque concharum esse margaritas, pro qualitate rotis accepti; si purus influxerit, candorem (hinc supra dixit Auctor: margaritæ candorem) conspici: si verò turbidus, eandem pallere. Sani quidem partus multiplici constant cute, non improprie callum (quod vocatur ab Austro dura & rotunda verruca, & dicitur concha aliquid intrinsecus pustulare, vix rectè castigabat ex hoc loco Rhen. pro postulare) vix existimari corporis posit, itaque purgantur & à peritis. In Britannia quoque paruos ac decolores (vniões nempè, qui pro eodem habentur; vt cap. sequenti dicitur) nasci certum est, quoniam D. Iulius Ithoracem, quem Veneri genitrici in templo eius dicauit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intellegi.

50. Peloride.] Inter testacea seu concharum genera (inquit Rhenanus) Peloridem quoque Plinius recenset, & alium emollire scribit, lib. 32. cap. 9.

51. Ad hoc enim conchas nouerim maris poma.] Sensus est (inquit Rhenanus) Non ad fastum, sed ad saporem & esum nouerim conchas, veluti poma quedam maris, quibus assimilantur. In profundo maris enim iacentia ab vrinatoribus colliguntur, velut:

Strata iacēt passim suâ queque sub arbore poma, quorum figuram representant.

52. Aiunt & de frontibus draconum gemmas erui, &c.] Draconites, sive Dracontias (vix adnotauit etiam Rhenanus, Plinio teste lib. 37. cap. 10. è cerebro fit Draconum, sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmescit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est vt dormientibus animalibus caput amputent. Sotanus, qui vixit eam gemmam apud regem scripsit, bigis vehi querentes tradit: & vixit Dracone, spargere somnifica medicamenta, atque ita praicideret. Est autem candore translucento, nec postea poliri, aut artem admittere.

C A P. VII.

53. Hæc omnia de raritate & peregrinitate folia, &c.] Inscriptio est huius capitis: Quod apud Barbaros hæc prædicta, sint fastidio. Est autem planè simile id quod repetit lib. seq. de Cultu fœminæ & imitatur Auctorem B. Cyprian. lib. de El. ab. virgin. quem sub finem dicit: Sint à compedibus aureis pedes liberi.

54. vernaculum est aurum.] Tanquam illic natum (vix adnotat Rhen.) Similiter Paula & Eustochium in epistola ad Marcellam: Totum mysterium nostrum istius provincie vrbisque vernaculum est.

55. auro vincos in ergastulis habent.] Sic lib. seq. Quanquam & aurum ipsum cuidam Genti ad vincula seruire referunt Gentium litteræ, atque aded rectè addit: diuitiis malos onerant, quanto enim quisque sceleratiss. tanto censetur ex aureis vinculis distissimus. Apud Ethiopes autem hunc morem fuisse, adnotauit Theodorus Cauterus Variar. Lec. lib. 1. c. 5. ex Plutarcho in Erotico, & Dione Chryso. in Orat. præq. τλῆς τς.

56. vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum.] Rectè adnotauit Rhenanus Parthos Romæ visos ab Auctore, quum legatione fungerentur apud Senerum Imperatorem, aut in eius triumpho de Parthis, Medis & Adiabenis, qui quo anno eius imperij contigerit, latius in Vita Auctoris.

57. Latet in cingulis Smaragdi.] De Smaragdis vide Plin. lib. 37. c. 5. qui tertiam ambitionem illis tribuit, & Perficos (quibus Parthi contribuntur, vt sæpè dixi-

mus) tradit non translucentos, sed incundi tenoris visum implere, quem non admittunt, felium pantherarumque oculis similes.

58. & cylindros.] De Cylindris ex Smaragdis confectis, ita ibidem Plinius Indi (inquit) mirè gaudent longitudine eorum, solisque gemmarum esse prædicant, qui carere auro malint, ob id perforatis Elephantorum fetis religant. Et alios conuenit non oportere perforari, quorum sit absoluta bonitas, Umbilicum statim ex auro capita comprehenduntibus. Ideo Cylindros ex iis facere malunt, quam gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Sunt autem Cylindri, teretes gemmæ & oblongæ instar Cylindri, id est, columna lapideæ rotatiles, quæ viuuntur rei rusticæ cultores æquandis arcibus.

59. & in peronibus vniões.] Auctor est Seruius (inquit Rhenanus) peronem esse rusticum calciamentum, quo vocabulo vsus est Virgilius lib. 6. Aeneidos:

-Crudus tegit altera pero. Et Iuuenalis:

Nil vetitum fecisse valet, quem non pudet alto Per glaciem perone tegi.

Et quidem hic proprie locutus est, de Barbaris faciens sermonem. Meminit & peronum in li. de Pallio, quum inquit: Magnam incessui munimentum futrinæ vneræ prospexere perones effeminatos; vbi vide Adnotat. nostras nu. 91. Scribit autem eadem de re Plin. lib. 9. c. 35. in hac verba: Nulli duo reperuntur Indi (Creti, vnde nomen vniõnum Romana scilicet imponere delicia. Nam id apud Græcos non est, ne apud Barbaros quidem eius inuētores aliud, quam margaritæ. Et paulo post: Hoc & pedibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis foculis addunt. Neque enim gestare iam margaritas, nisi calcant, ac per vniões etiam ambulent, satis est. Legimus autem cum 2. MS. V. atic. cod. Denique iam gemmatu, pro eo quod erat: denique tantum, maxime quod i. editi, & 1. V. atic. legant: tati.

C A P. VIII.

60. Proinde & vestium de coloribus honorem, &c.] Ipsa hæc verba titulum huius capitis indicant: De vestium coloribus adulterinis.

61. Tyriis & hyacinthinis, & illis regis velis.] Per Tyria vela purpurea intelligit, quippe quum purpura illis maxime nota sit, vix patet ex Plinio, lib. 9. cap. 36. 37. 38. 39. 40. & 41. vnde & subiungit: vilior est apud illos purpura, &c. Regia autem vela intelligit Rhen. Attalica aulæ, que tamen ipsa mulieres id temporis operosè, id est filatim resoluta transfigurabant, id est aliter retexebant. De his ita Plinius lib. 8. cap. 48. Aurum intexere in Asia inuenit Attalus Rex, vnde nomen Attalicas.

62. rubrica.] Milton significat (inquit Rhenanus) siue colorem rubrum. De variis autem rubricæ generibus vide Plinium lib. 35. cap. 6.

63. de adulterio colorum iniustorum.] Harrisius censuit legendum: iniustorum, sed placet: iniustorum, eo quod addat: adulterio. Imitatur autem hunc locum B. Cyprian. lib. de Pudic. his verbis: Adulterium fidelis nec in coloribus nouerit.

64. purpureis & earinas oues, &c.] Huc alludit idem B. Cyprianus lib. de Discipl. & hab. virg. Neque enim Deus coccineas aut purpureas oues fecit, (aut herbarum succis, id est virides seu earinas) & conchyliis tingere & colorare lanas docuit. Præterquam autem imitatus est B. Hieronym. in Vita B. Marcellæ. In hunc autem locum pulcrè sic commentatur Rhenanus: Corzientis coccineæ D d

habet: arinas: nec refert, utrumque Græcis Vernum significat; quod tu hic pro Viridi interpretare. Ambo vocabula coniuncta habes in illo lepidissimo Epigrammate de Lusinia, quæ cicadam corripuerat, quod legitur titulo in Aues, Epigrammatum Græcorum lib. 1.

65. materiæ ex Deo sunt, &c.] Etiam hunc locum bene explicat his verbis Rhenan. Sensus est: Materiæ ex Deo sunt, sed tamen iste usus materialium nequaquam secundum divinam voluntatem, quasi qui illic ideo lateat, quæritur, videlicet unde sint conchæ, hoc est ex quo mari, Indico, aut Britannico, &c. qua dispositione decurrant, scilicet in montibus & mureculis mulierum, & vbi collocentur.

66. sicut de ipsis suum volumen ædidimus.] Haud dubie librum de Spectaculis intelligit, vbi de Pantheris aliquid adnotauimus, cap. 2. num. 6.

67. & vocem homini dedit, &c.] Hunc locum ad verbum fere imitatur vbi supra B. Cypr. num. 43.

C A P. IX.

68. Nam ut quæque rerum, &c.] Postremum hoc caput inscriptissimum: Quod omnis iste ornatus ad ambitionem pertineat.

69. ex possessionum distributione, &c.] Adnotatum dignus locus contra eos, qui possessiones omnes omnibus communes esse volunt, quippe quum distributionem earum à Deo ordinatam adserat. Sine autem mox legas: concupiscentiam concitat cum excuso, sine excusat cum 2. MS. V. atic. cod. perinde est. ad posteriorem lectionem alludit magis tertius cod. MS. legens: excutat.

70. unde & nomen eius interpretandum, &c.] Elegans definitio ambitionis.

71. Non tanto maior, &c.] Non (inquit Rhenan.) pro: An non, seu Nonne. Eodem modo dixit Exhort. ad castit. Non dicendum erit.

72. Breuiff. loculis, &c.] Intelligit (inquit Rhenan.) yepostoria, in quibus monilia magnum patrimonium æquantia seruantur, aut ipsa monilia, quæ vice loculorum sunt.

73. Vno lino, &c.] Summa hæc (inquit idem) vices quinquies mille aureorum coronatorum. Hoc imitatus D. Hieron. in vita Pauli Eremitæ dixit, Qui vno filo Villarum

insuunt pretia. Atqui de Sestertiis vide nostras Adn. in B. Cypr. epist. 60. ad Episcopos Numidas num. 5.

74. Saltus & insulas, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) saltuum & insularum pretia. Sunt autem etiam insulæ domus, quæ non communibus parietibus coniunguntur cum vicinis, auctore Festo. Atqui in illo tenera ceruix, emphasis est in tenera, quem admodum est in eo quod mox sequitur: Graciles aurium cutes. Similiter autem etiam B. Cypr. lib. de Bono pudic. Mirum negotium, mulieres ad omnia delicate, ad virorum sarcinas fortiores sunt viris.

75. Kalendarium expendunt.] Kalendarium hic (eodem adnotante) significat eas tabulas domesticas, quæ non singulos dies, sed menses singulos respiciunt. In his vsura per scripta erant ad Kalendas exigenda. Seneca epist. 88. Diuitem (inquit) illum putas, quia aurea supellex etiam in via cum sequitur, qui in omnibus provinciis arat, quia magnus Kalendarij liber voluitur. Signanter autem dixit expendunt, hoc est in extrema auris pellicula appendunt. De pretiosis inauribus loquitur. Exponit autem seipsum, quum inquit: Hæ sunt vires ambitionis, tantarum vsurarum substantiam vno & muliebri corpusculo baiulare. Similiter autem dixit B. Cypr. lib. de bono pudic. quorum pretia etiam sine artibus Kalendarium cuiuslibet excedunt. Vbi etiam aliquid adnotauimus nr. 47.

76. & sinistra per singulos digitos de faccis singulis ludit.] Ita ex coniectura Latini, omissa voce in, superflua. Similiter B. Cypr. lib. de Bono pudic. Quid quum digiti tali auro onerati nec intrare possunt, nec egredi: Virum vsus exposcitur, an patrimonium (quæ per saccos pecuniaros intelligit hic Auctor) inanis pompa monstratur? Plin. li. 33. cap. 2. Vbi integram annulorum materiam latiss. tractat, inter cetera hæc habet, quæ ad loci huius intellectum facere putauit. Manus (inquit) & prorsus sinistrae maximam auctoritatem conciliare auro. Et pag. sequ. Multis hoc modis ut cetera omnia luxuria variavit, gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuque optimo digitos onerando. & Singulis primò digitis annulos gerere mos erat qui sunt minimis proximi; postea pollicis proximo induere; deinde iunij & minimo dare; Gallia Britannique in medio dicuntur vs; hic nunc solus excipitur; ceteri omnes onerantur, atque etiam priuatum articuli minoribus aliis. Sunt qui tres vni minimo congerunt, iam alij pondera eorum ostentant.

ARGVMENTVM LIBRI DE CVLTV FOEMINARVM, PER IACOBVM PAMBLIVM.

IVSDEM penè argumenti est liber iste cum præcedenti, præterquam quod hic curam capilli & cutis magis peculiariter reprobet.

I. Primùm verò pudicitiam, quæ ancillas Dei deceat, non in sola doctet consistere carnis integritate, sed & cultus ac ornatus, ut à Gentilibus differant, simplici munditie.

II. Deinde quòd studium placendi per decorem non de integra conscientia veniat, quippe quòd & tentationibus viam aperiat, & spectatoribus sit periculo.

III. Quòd item laude formæ frui ad gloriam, pertineat in carne; in qua non gloriandum, nisi quum propter Christum lacerata durauerit, ut spiritus in ea coronetur.

III. Neque verò in maritorum gratiam id fieri debere, quum fidelis maritus formam non spectet, infidelis suspectam habeat.

Maxi

Maximè autem delinquere, quæ cutem medicaminibus unguunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt, reprehendentes artificem Deum quum emendant.

Eas etiam quæ croco, uti Germanæ & Gallæ, capillum vertunt, malè sibi flammeo capite auspicantes, & cerebro perniciem reseruantes.

Nec minus illas, quæ nescio quas enormitates suturium atque textilium capillamentorum alieni capitis, nunc in galeri modum vertici adfigunt, nunc collyridas quasdam ceruicibus astruunt.

Magis adhuc proprias formæ præstigias in viris improbari, ut foeminis placeant. Quinverò & circa vestitum curadam esse impedimentorum amputationem; & si quas diuitiarum natalium vel dignitatum ratio compellat pœpaticas progredi, sic agant quasi non utantur; non scus atque multi faciunt, spadonatum se adsignantes propter regnum Dei.

Nimirum à Deo non esse vestium colores & officinas, aurique opera & lapillos, sed ab angelis peccatoribus; & etiamsi Esaias nullum cultum interdixisset, abstinere tamen debere quòd non edificet.

Nullam enim esse causam structius prodeundi, quum procedendi omnis causa sit terrena: aut enim imbecillus aliquis visitandus, aut sacrificium offertur, aut verbum Dei administratur; ac si necessitas Gentilium amicitiarum eas vocet, esse debere inter ancillas Dei & diaboli discrimen.

Præsertim quum lenocinia formæ magis conueniant; immò nunquam non, prostitutis corporibus coniuncta esse & debita ex Scripturis constet.

Denique lucere debere opera earum, & discutiendas delicias, quibus fidei virtus effeminari potest; quum tempora Christianorum, tunc vel maximè ferro transgerentur.

Ceterum librum hunc Tertulliani patet esse, tum ex eo quòd iisdem subinde verbis repetat quæ præcedenti libro, tum quòd ad verbum quædam hinc B. Cyprianus desumpserit lib. de Discipl. & habitu virgin. Quare rectè eum agnouerunt pro factu germano adhuc Manuscriptum Trithemius & Politianus vbi supra. Ædidit primùm ex Paterniacensi ac Hirsaugiensi, deinde & ex Gorziensi codicibus Frobenius; castigauit Sigismundus Gelenius ex Anglico Lelandi codice; nos denique iterum restituumus ex tribus libris MS. Vaticanis, auctiorem quoque nostris, ad Rhenani adiunctis, Adnotationibus.

Q. SEPTIMI FLORENTIS TERTVLLIANI DE CVLTV FOEMINARVM LIBER.

ANCILLÆ Dei viui, conferuæ & sorores meæ, quo iure deputor vobiscum, postremissimus omnium, qui de meo iure conferuitij & fraternitatis audeo ad vos verba ista facere, non utriusque affectationi, sed affectioni procurans in causa vestræ salutis. Ea salus nec foeminarum modò, sed etiam virorum, in exhibitione præcipuè pudicitia statuta est. Nam cum omnes templum simus Dei illato in nos & consecrato spiritu sancto, eius templi æditua & antistes pudicitia est, quæ nihil immundum nec profanum inferri sinat, ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam sedem offensus derelinquat. Sed modò nõ de pudicitia, cui indicendæ & exigendæ sufficiunt instatia vbi que diuina præcepta, verum de pertinentibus ad eandem, id est qualiter vos incedere oporteat. Pleraque enim (quod ipsum, mihi reprehendendo in omnibus reprehendere Deus permittat) aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, ita ingrediuntur, quasi pudicitia in so-

Dd. ij

CAP. I.

1. Cor. 3i

la carnis integritate, & stupri auersione consistat, nec quicquam extrinsecus opus sit, de D cultus dico & ornatus dispositione. Sed enim perseverant in pristinis studiis formę & nitoris sui, eandem sui circumferentes quam fœminę Nationum, à quibus abest cōscientia verę pudicitia: quia nihil verum in his quę Deum nesciunt præsidem & magistrū veritatis. Nam etsi qua in Gentilibus pudicitia credi potest, vsque ad eam imperfectam & inconditam constat, vt licet animo aliquatenus tenax sui agat, in habitus tamen licentia sese dissoluat propter veritatem Gentiliū, solatium appetēdo cuius rei deuicit effectum. Quota denique est quę nec placere quidem extraneis concupiscat, quę nō velit idcirco se expingere, vt neget appetitum. Quanquam & hoc Gentili pudicitia familiare sit, nō delinquere, atramen velle vel etiam nolle, atramen non denegare, mirum: quia peruersa sunt omnia quę à Deo nō sunt. Videant igitur quę totum bonum non obtinendo, faciliē & quod obtinent, malo permiscant. Vos ab illis, vt in ceteris, incessu quoque deuerrere necessarium est: quoniam perfectę esse debetis, sicut pater vester qui est in cœlis. [1 Perfectę autem, id est Christianę pudicę, appetitionē sui non tantum non appetendam, sed etiam execrandam vobis sciatis: primò quòd nō de integra conscientia venit studiū placēdi per decorem, quem naturaliter inuitatorem libidinis scimus. Quid igitur in te excitas malū istud? quid inuitas, cuius te profiteris extraneā? Tum quòd tentationibus viam aperire non debemus, quę nonnunquam (quod Deus à suis abigat) instando perficiunt, certè vel spiritu scandalum permouent. Debemus quidē ita sanctę & tota fidei substantia incedere, vt cōfessę & securę simus de conscientia nostra, optantes perseuerare id in nobis, non tamē præsumere. Nam qui præsumit, minus veteratur, minus præcauet, plus periclitatur. Timor, fundamentum salutis est: Præsumptio, impedimētum timoris. Vtilius ergo si speremus nos posse delinquere: sperando enim timebimus, timēdo cauebimus, cauendo salui erimus: contrā si præsumamus neque timendo, neque cauendo, difficilē salui erimus. Qui securus agit, nō est sollicitus, non possidet turam & firmam securitatem. At qui sollicitus est, is verè poterit esse securus. Et de suis quidē seruis Dominus pro misericordia sua curet: etiā præsumere illis de bono suo feliciter liceat. Quid autem alteri, periculo sumus? quid illis alteri cōcupiscentiam importamus? quam si Dominus ampliādo legem à factō stupri nō discernit in pœna, nescio an impunē abeat qui alicui fuerit causa perditionis. Perit enim ille simul in tua forma si cōcupierit, & admisit iā in animo quod cōcupiuit, & facta es tu gladius illi. Vt à culpa vaces, ab inuidia nō liberaberis. Vt cum in alicuius agro latrocinium gestum est, crimen quidē dominum non constringit: dum res tamē eius ignominia notatur, ipse quoque infamia aspergitur. Expingamus nos vt alteri pereant: vbi est ergo, Diliges proximū tuum sicut teipsum? Nolite vestra curare, sed alterius. Nulla enunciatio spiritus sancti, ad præsentem tantum materiam, & nō ad omnem utilitatis occasionē dirigi & suscipi potest. Cum igitur & nostra & aliorū causa versetur in studio periculosissimi decoris, iam non tantum cōfictę & elaboratę libidinis suggestum recusandum à vobis sciatis, sed etiam naturalis speciositatis obliterādū, dissimulatione & incuria, vt proinde oculorum incurfibus molestum. Nam etsi accusandus decor non est, vt felicitas corporis, vt diuinę plasticę accessio, vt animę aliqua vestis vt bana, timendum tamen est vel propter iniuriam & violentiā spectatorum, quę etiam pater fidei Abraham in vxoris suę specie pertimuit, & forem mentitus Sarā, salutem cōtummelia redemit. [17 Nunc non sit timenda dignitas formę, vt nec possidētibus grauis, nec appetētibus exitiosa, nec coniunctis periculosa, nec exposita tētationibus, non circūdata scādalis existimetur: sufficit quòd angelis Dei non est necessaria. Nam vbi pudicitia, ibi vacua pulchritudo; quia propriē vsus & fructus pulchritudinis corporis, luxuria, nisi si quis aliās esse decorem arbitratur. Ille sibi formositatem & datam extendāt, & non datā conquirant, quę quòd ab illa flagitatur, sibi quoque præstare se putant, quum alteri præstant. Dicer aliquis, Quid ergo, non est exclusa luxuria admilla castitate? Laude formę sola frui, & de bono corporis gloriari licet. Viderit quē iuuat de carne gloriari. Nobis autē nullū glorię studiū: quia gloria, exaltationis ingenium est. Porro exaltatio non congruit professionib⁹ humilitatis ex præceptis Dei. Dein si omnis gloria vana & stuporata, quanto magis quę in carne? Nobis duntaxat. Nam etsi gloriandum est, in spiritu bono, non in carnis placere velle debemus, quia spiritualiū sectatores sumus. In quibus operamur, in illis & gaudemus. De his gloriā capimus, de quibus salutem speramus. Planē gloriabitur Christianus in carne, sed quum propter Christū lacerata durauerit, vt & spiritus in

A tus in ea coronetur, nō vt oculos & suspiria adolescentiū post se trahat. Ita quod ex omni parte in vobis vacat, meritò & non habentes fastidiatis, & habētes negligatis. Sancta fœmina sit naturaliter speciosa, non adeò sit occasio. Certè si fuerit, non ignorare, sed etiā impedire se debet. [20 Quasi Gentilibus dicam, Gentiles communionū præceptis alloquens, Vos solis maritis vestris placere debetis. In tantū autē placebitis eis, in quantū alteris placere non curaueritis. Securę estote benedictę. Vxor nulla deformis est marito suo. Satis placuit cum electa est, seu moribus, seu forma commendata. Ne quę vestrum putent, si temperauerint à compositione sui, odium & auersionem maritorum profecturas. Omnis maritus castitatis exactor est. Formam verò fidelis non expectat, quia non iisdem bonis quę Gentiles putant, capimur. Infidelis contrā etiam suspectam habet, vel propter illam sceleratam in nos opinionem Gentiliū. Cui ergo pulchritudinem tuam nutrias, si fidelis non exigit, si Gentilis nō credit? quid gestias aut suspecto, aut non deliderāti placere? [22 Hęc vtique non ad crudam in totum & ferinam habitudinem insinuandā vobis suggeruntur, nec de bono corporis squalorem, sed de pudoris suademus, sed de modo & cardine, & iustitia corporis excolendi. Non supergrediendum vltrā quàm quod simplices & sufficientes munditię concupiscūt, vltrā quàm Domino placere. In illū enim delinquant, quę cutem medicaminibus vnguunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt. Displicet illis nimirum plastica Dei: in ipsis redarguunt, reprehendūt artificem omnium. Reprehendunt enim cum emendant, cum adiiciunt, vtique ab aduersario artifice fumentes additamenta ista, id est diabolo. Nam quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia transfigurauit ille indubitatē huiusmodi ingenia concinnauit, vt in nobis quodammodò manus Deo inferret. Quod nascitur, opus Dei est. Ergo quod fingitur, diaboli negotium est. Diuino operi, satanę ingenia superducere quàm scelestū est? Serui nostri ab inimicis nostris nihil mutuātur, milites ab hoste Imperatoris sui nihil cōcupiscūt. De aduersario enim eius in cuius manu sit, aliquid vsui postulare transgressio est. Christianus à Malo illo adiuuabitur: nescio an hoc nomen ei perseueret. Erit enim eius, de cuius doctrinis instrui concupiscit. Quantū autem à nostris disciplinis & professionibus aliena sunt, quàm indigna nomine Christiano, faciem fictā gestare, quibus simplicitas omnis indicitur: effigiem mentiri, quibus lingua non licet: appetere quod datum non sit, quibus alienum abstinentum: speciem exercere, quibus studium pudicitia est? Edite benedictę, quomodo præcepta Dei custodietis, liniamenta non custodientes? [25 Video quasdam & capillum croco vertere. Pudet eas etiam nationis suę, quòd nō Germanę aut Gallę sint procreate, ita patriam capillo transferunt. malè ac pessimè sibi auspicantur flāmeo capite, & decorū putant quod inquināt. Atqui & detrimētum crinibus medicaminū vis inurit, & cerebro perniciē etiam cuiuslibet synceri humoris assiduitas referuat, tū solis animādo simul & siccādo capillo exoptabilis ardor. Quis decor cum iniuria? quę cum immunditiis pulchritudo? Crocum capiti suo mulier Christiana ingerit vt in aram. Quodcunque enim immūdo spiritui excremari solet, id nisi probis & necessariis & salubribus vsibus adhibeatur, ad quod creatura Dei est prospecta, sacrificium videri potest. Sed enim Dominus ait, Quis vestrum potest capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro? Hęc quę reuincunt Deum. Ecce, inquiunt, pro albo velatro, flauum facimus gratiā faciliorem: quamuis & atrum ex albo conantur facere, quas pœnituit ad senectam vsque vixisse. Prò temeritatem! Erubescit ætas exoptata votis, furtum confitetur, adolescentia in qua delinquimus suspiratur, occasio prauitatis interpolatur. Absit à sapientię filiabus stultitia tanta. Senectus cum plus occultari studuerit, plus detegitur. Hęc est æternitas nostra, de capitis iuuentute. Hanc incorruptibilem habemus semper inducere ad domum Domini, quam argua pollicetur. Benè properatis ad Dominum, benè festinatis excedere de isto iniquissimo seculo, quibus in fine appropinquare deforme est. [33 Quid enim tanta ornādi capitis onerositas salutem subministrat? Quid crinibus vestris quiescere non licet modò substrictis, modò relaxatis: modò suscitatis, modò elisis? Alię gestrūt in cincinnis coercere, alię vt vagi & volucres elabantur nō bona simplicitate. Affigitis præterea nescio quas enormitates sutilliū atq; textiliū capillamētorū, nūc in galeri modū, quasi vaginā capitis & operculū verticis, nūc in ceruicem retrò suggestū. Mirū quòd cōtra Domini præcepta cōtenditur. Ad mensuram neminem sibi aducere posse pronunciatū est. Vos planē adiuicis ad pondus, collyridas quasdam, scutorum umbilicos, ceruicibus astruē-

do. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti: ne exuius alieni capitis forfitan immūdi, forsan nocentis & gehennæ destinati sancto & Christiano capiti ³⁷ supparet. Immo hāc ornatus seruitutem à libero capite propellite. Frustrā laboratis ornatae videti, frustrā peritissimos quosque structores capillaturæ adhibetis. Deus vos velari iubet. Credo ne quarundam capita videantur. Atque vtiā miserrimus ego, in illo die Christianæ exultationis, vel inter calcanea vestra caput eleuem, videre, an cum ³⁸ cerussa, & purpurisso, & croco, & in illo ambitu capitis resurgatis: an taliter expictam, ³⁹ angeli in nubila subleuent obuiam Christo. Si nunc bona & Dei sunt, tunc quoque occurrent resurgētibus corporibus, & sua loca agnoscent. Sed non potest resurgere nisi caro ac spiritus solus ac purus. Damnata sunt igitur quæ in carne & spiritu non resurgunt, quia Dei non sunt.

CAP. VIII. Damnatis hodie abstinere. Hodie vos Deus tales videat, quales tunc videbit. [⁴⁰ Videlicet nūc & vir & sexu æmulus fœminas à suis depello. An & nobis quædam respectu obediendæ grauitatis propter metum debitum Domino, detrahunt: Siquidem & viris propter fœminas, & fœminis propter viros vitio naturæ ingenta est placendi voluntas. Propriâque præstigias formæ, & hic sexus sibi agnoscit, barbam acrius cædere, interuellere, ⁴¹ circundare capillum, disponere, etiam ⁴² colorare canitiem, primā quamque subducere totius corporis lanuginem, pigmēto quoque muliebri distinguere, cetera pulueris cuiusdam asperitudine leuigare, tum speculū omni occasione consulere, anxie inspicere: cum tamen cognito Deo adempta placendi voluntate, per luxuriæ vacationem, omnia illa vt ociofa, vt hostilia pudicitia reculantur. Nam vbi Deus, ibi pudicitia, ibi grauitas adiutrix & socia eius. Quo ergo pacto pudicitiam sine instrumēto eius, id est sine grauitate tractabimus? Quomodo autem grauitatem administrādæ pudicitia adhibebimus, nisi & in facie, & in cultu, & in totius hominis contemplatione, seueritas circumferatur? [⁴³ Quamobrem erga vestitū quoque & reliqua compositionis vestrae impedimenta, proinde vobis curanda est amputatio, & decussio redundantioris nitoris. Nam quid prodest, faciem quidem frugi & expōditam & simplicitate condignā diuinæ disciplinæ exhibere, cetera verò corporis, ⁴⁴ laciniolis pomparum & deliciarum ineptiis occupare? Hæ pompæ quàm de proximo curent luxuriæ negotium, & obstrepāt pudicitia disciplinis, dinoscere in facili est, quòd gratiam decoris cultus societate prostituunt: aded si desint irritam & ingratham reddunt, velut ⁴⁵ exornatam & naufragam. Contrā si forma defecit, adminiculum nitoris quasi de suo gratiam supplet. Etates denique requietas iam & in portum modestiæ subductas splendor & dignitas cultus auocant, & seueritatem appetitionib. inquietant, compensantibus scilicet habitus irritamento pro frigore ætatis. Ergo benedictæ, primò quidem vt lenones & prostitutores vestitus & cultus ne in vos admiseritis, tum si ⁴⁶ quas vel diuitiarum suarum vel natalium, vel retrò dignitatum ratio compellit, ita pōpaticas progredi: vt sapientiam consecutæ, temperare saltem ab huiusmodi curate, ne totis habentis licentiam vsurperis prætexto necessitatis. Quomodo etenim humilitatem quam Christiani profitemur, implere poterimus, non ⁴⁷ repastinantes diuitiarum vestrarum vel elegantiarum vsum, quæ ad gloriam faciunt? Gloria autem ⁴⁸ reconseuit. ⁴⁹ Non enim vtemur nostris? Quis autem prohibet vti? Secundum Apostolum tamen, qui nos vti monet mundo isto, ⁵⁰ quasi non abutamur. Præterit enim, inquit, habitus huius mundi. Et qui emunt, inquit, sic agant quasi non possidentes. Cur ita? quoniam præmiserat dicens: Tempus in collecto est. Si ergo vxores quoque ipsas sic habendas demonstrat, tanquam non habeantur, propter angustias temporum, quid de vanis his instrumentis earum? Non enim & ita multi faciunt, & se ⁵¹ spadonatui assignant, propter regnum Dei tam fortè & vti que permittam voluptatem sponte ponentes? Quidam ipsam Dei creaturā sibi interdunt, abstinentes vino, & ⁵² animalibus exulantes, quorū fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolant. Satis igitur vsæ estis diuitiis atque deliciis, satis dorum vestrarum fructū cæcidistis. Vnde notitia salutarium disciplinarum, nos fumus in ⁵³ quos decucurrerunt fines seculorum. Nos destinati à Deo ante mundum in æstimationem temporum, tanquam castigando & caltrandō (vt ita dixerim) seculo erudimur à Domino. Nos fumus circuncisio omnium, & spiritalis & carnalis, nam spiritu & carne secularia circuncidimus. [⁵⁴ Nimirum enim Deus demonstrat fuccis herbarum & concharum alueis incoquere lanas. Exciderat illi cum vniuersa nasci iuberet, purpureas & coccineas oues mandare. Deus & ipsarum vestium officinas commentus, quo leues & exiles, solo pretio graues essent: Deus & auri

tanta

A tanta opera produxit contemplandis & distinguendis lapillis: Scrupulosa Deus auribus vulnera intulit: & tanti habuit vexationem operis sui, & cruciatus infantie tunc primū dolentis, vt ex illis ad ⁵⁵ ferrum nati corporis cicatricibus, grana nescio quæ penderent, quæ planè Partli per omnia quæque sua ⁵⁶ bullarum vice inferunt. Quamquam & aurum ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincla seruire referunt Gentilium litteræ. Aded non veritate bona sunt, sed raritate. Per angelos autem peccatores demōstrata sunt, qui & ipsas materias prodiderunt, & ⁵⁷ operositas cum raritate commissa pretiositate, ex ea libidine possidendæ pretiositatis fœminarum. Quod iudem angeli, qui & materias huiusmodi illecebras detexerunt, ⁵⁸ aurum dico & argentum illustriū, & opera eorum tradiderunt, etiam ⁵⁹ calliblepharum vellerūque tincturas inter cetera docuerunt, damnati à Deo sunt, vt Enoch refert. Quomodo placēbimus Deo, gaudentes rebus illorum qui iram & animaduersionem prouocauerunt? Nunc Deus ista prospexerit, Deus permisit, ⁶⁰ nullam de cōchylis vestem Esaias increpet, nullas lunulas reprobet, ⁶¹ nullum botronatum retundat: tamen non vt Gentiles, ita nos quoque nobis adulemur, institutorem Deum solummodò existimantes, non etiam ⁶² despectorem institutorum suorum. Quanto enim meliūs & cautiūs egerimus, si præsumamus omnia quidem à Deo prouisa tunc, & seculo posita, vt nunc esset in quibus disciplina seruorum eius probaretur: vt per licentiam vendi, continentia experientia procederet? Nonne sapientes ⁶³ patres familiarū de industria quædam seruis suis offerunt atque permittunt, vt experiantur an æqualiter permissis vtantur, si probè, si modestè? Quanto autem laudabilior qui abstinerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam Domini? Sic igitur & Apostolus: ⁶⁴ Omnia, inquit, licent, sed non omnia ædificant. Quanto faciliūs illicita timebit, qui licita verebitur? [⁶⁵ Quæ autem vobis causa est striccius prodeundi, quum remotæ sitis ⁶⁶ ab his quæ ad aliud indigent? Nam nec templa circuitis, nec spectacula postulatis, nec festos dies Gentilium noistis. Propter ipsum enim conuentum, & mutuum videre ac videri omnes pompam in publicum proferuntur, aut vt luxuria negotietur, aut gloria insolcat. Vobis autem nulla procedendi causa non tetrica. Aut imbecillis aliquis ex fratribus visitandus, aut ⁶⁷ sacrificium offertur, aut Dei verbum administratur. Quoduis horum, grauitatis & sanctitatis negotium, & cui opus nō sit habitu extraordinario, & ⁶⁸ cōposito, & soluto. Ac si necessitas amicitiarum officiorūque Gentilium vos vocat, cur non vestris armis induta proceditis, tanto magis, quanto ad extraneas fidei? vt sit inter ancillas diaboli & Dei discrimen: vt exemplo litis illis, vt ædificentur in vobis: vt quomodo ait Apostolus) ⁶⁹ magnificetur Deus in corpore vestro. Magnificatur autem, si per pudicitiam, vti que & per habitum pudicitia competentem. Sed enim dicitur à quibusdam, Ne ⁷⁰ blasphemetur nomen in nobis, si quid de pristino habitu & cultu detrahamus. Non auferamus ergo nobis & vitia pristina, simus & moribus iisdem, si & superficie eadem: & tunc verè non blasphemabunt Nationes. Grandis blasphemia, si qua dicatur, ex quo facta est Christiana, pauperius incedere. Timebit pauperior videri, ex quo locupletior facta est, & sordidior, ex quo mundior. Secundum Gentilium, an secundum Dei placitum incedere Christianos oportet? [⁷¹ Optemus tantummodò, ne iustæ blasphemationis causa simus. Quanto autem blasphemabile est, si quæ sacerdotes pudicitia dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ, aut expictæ? Aut quid minus habent infelicissimæ illæ ⁷² publicarum libidinum victimæ? quas si ⁷³ quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coërcebant, iam certè seculi improbitas quotidie insurgens honestissimis quibusque fœminis vsque ad errorem dinoscendi coæquauit: quamquam lenocinia formæ nunquam non prostituto corpori coniuncta & debita, etiam scripturæ fuggerunt. Illa ⁷⁴ ciuitas valida, quæ super septem montes & plurimas aquas præfidet, quum prostituta à Domino appellationem meruisset, quali habitu appellationi suæ comparata est? Sedit certè in purpura cum coccino, & auro, & lapide pretioso, quæ maledicta sunt, sine quibus non potuit maledicta & prostituta describi. ⁷⁵ Thamar illa, quia se expinxerat & ornauerat, idcirco Iudæ suspitioni visa est quæstui federe, aded, quia sub velamento latebat, habitus qualitate quæstuarium mentiente, & fecit vt quæstuarium, & voluit, & compellauit, & pactus est. Vnde addiscimus aduersus congressus etiā, & suspiciones impudicas prouidendum omni modo esse. Quid enim castæ mentis integritas in alterius suspitione maculatur? quid speratur in me quod auerfor? cur non mores meos habitus pronunciat, ne spiritus per aures ab impudentia vulneretur? Licet vi-

Dd iij

XII. I. deri pudicam, certè impudicam non licet. [74 Aliqua forsan dicat : Non est mihi necessarium hominibus probari : nec enim humanum testimonium requiro. Deus conspexitor cordis est. Scimus omnes, quom tamen quid idem per A postolum dixerit recordemur : 75 Probum vestrum coram hominibus appareat. Ad quid, nisi ut malitia ad vos accessum omninò non habeat, & ut malis & exemplo & testimonio sitis? Aut quid est, Luceant opera vestra? 76 Aut quid nos Dominus lumen terræ vocavit : quid civitati supra montem constitutæ comparavit, si non relucemus inter tenebras, & 77 extamus inter dimerfos? Si lucernam tuam sub modium abstruseris, in tenebris relicta à multis incuferis necesse est. Hæc sunt quæ nos 78 luminaria mundi faciunt, bona scilicet nostra. Bonum autem dumtaxat verum & plenum non amat tenebras, sed gaudet videri, & ipsa 79 denotatione sui exultat. Pudicitia Christianæ satis non est esse, verum & videri. Tanta enim debet esse plenitudo eius, ut emanet ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem, ut & foris inspiciat quasi supellectilem suam, ut conveniat fidei continentia in perpetuum. Discutiendæ enim sunt delicia, quarum mollitia & fluxu fidei virtus effœminari potest. Ceterum nescio an manus 80 spathæ circumdari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat. Nescio an crus de 81 periscelio in neruum se patiatur artari. Timeo ceruicem, ne margaritarum & smaragdorū laqueis occupata, locum 82 spathæ non det. Quare benedictæ meditemur duriora, & non sentiemus: relinquamus lætiora, & non desiderabimus. Stemus expeditè ad omnem vim, nihil habentes quod relinquere timeamus. Retinacula ista sunt spei nostræ. Proiciamus ornamenta terrena, si cœlestia optamus. Ne dilexeritis aurum, in quo prima delicta populi Israël denotantur. Odisse debetis quod Iudæos perdidit, quod dereliquentes Deum, adorauerunt: Iam tunc aurum ignis est esca. Ceterum tempora Christianorum semper & nunc vel maximè, non auro, sed ferro transiguntur: stolæ 83 martyriorum præparantur, Angelis baiulis sustententur. Prodite vos iam medicamentis & ornamentis extructæ Apostolorum, fumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictæ oculos vercundia, & spiritus taciturnitate, inferentes in aures sermonem Dei, annectentes ceruicibus iugum Christi. Caput maritis subicite, & satis ornata eritis. Manus lanis occupate, pedes domi figite, & plus quàm in auro placebunt. Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitia. 84 Taliter pigmentata, Deum habebitis amatorem.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRUM DE CULTU FOEMINARVM.

DE Cultu.] *Esst lib. præced. cap. 4. & infra, non semel cultum ab ornatu distinguerit, hic certè in titulo confundit ab Auctore patet, quod De Cultu, inscripserit hunc librum, quom tamen maximè de ornatu, quem admodum ibi interpretatus est, agat, ut potè de cura capilli & cutis, seu de fucis & capillorum unctura. Hinc paulopost utrumque coniungit: de cultus dico & ornatus dispositione. Cap. interim 9. rursus de vestitu agens proprie: quod gratiam (inquit) decoris cultus societate prostittuant; ac paulopost: prostittutores vestitus & cultus; item cap. 11. de pristino habitu & cultu. Similiter etiam ornatum proprie accipit cap. 7. his verbis: tanta ornandi capitis onerositas; ac cap. 12. Thamar illa, quia se expinxerat & ornauerat.*

C A P. I.

2. Ancilla Dei viui, &c.] *Caput hoc inscripsimus: Quod pudicitia etiam in cultu ornataque consistat. In quo vel maximè imitatur Auctorem B. Cyprianus libro in Argumento citato de Disc. & hab. virgin.*

3. postremissimus.] *Superlativum est (inquit Rhen.) superlativum. Significare vult plusquam summam animi demissionem. Quò alludit his verbis B. Cyprian. ubi supra, num. 16. Ad hoc loquimur, seu adhortamur affectione*

potius quàm potestate. Non quod nos extremi & minimi, & humilitatis nostræ admodum conscii, &c. Hoc est enim quod addit Auctor: non utique affectationi, sed affectationi.

4. Nam quom omnes templum simus Dei, &c.] *Ex 3. MS. V. atic. cod. adiecit: Dei, quippe quod habeat Apostolus, & B. Cyprian. Auctorem imitatus, ubi ita loquitur: scientes quod templa Dei sint membra nostra, &c. Eorum templorum cultores & Antistes sumus. Similiter etiam lib. de Pudicitia Auctor. Ex quibus etiam legimus: & consecrato spiritus sancto, pro: conseruato. ite: æditua & Antistes pudicitia, pro: ædituus. Quid verò significet Antistes, initio Apologet. diximus num. 2. & de Ædituis, lib. de Idolol.*

5. quæ nihil immundum, &c.] *Similiter B. Cyprian. nequid immundum & profanum templo Dei inferatur, ne offensus sedem quam inhabitat, derelinquat.*

6. cui indicendæ, &c. sufficiunt instantia ubique diuina præcepta.] *Quibus scripturis indicta sit pudicitia, videre est lib. de Pudicitia, tum Auctoris, tum B. Cypriani. Atqui illud mihi reprehendendo, dandi casu dictum esse adnotat Rhenan. hoc est, digno qui reprehendat. Ego verò ex MS. 3. V. atic. lego: Sed enim perseuerant, pro: perseuerent, & forma & nitoris sui, cum*

Lati

Latino, eandem nempe formam circumferentes, &c.

7. Nam & si qua in Gentilibus pudicitia credi potest.] *Correctio est eius quod præmissit: nihil verum, &c. contra eos qui Virtutes in Gentilibus peccata autumant, quom hic Auctori sufficit imperfectam pudicitiam illis adscribere. Adnotat autem ironice dictum Rhenan. propter veritatem Gentilium. Ego malim legere, quod in I. edit. ad marginem adnotatur: vanitate, nisi refragarentur MS. codices. Ex quorum uno lego: deuitat effectum, pro: affectum; & iuxta I. edit. in marg. cum Latino: Quota donique est, pro eo quod alij: Tota.*

8. expingere.] *Eodem modo dixit capite sequi. Expingamus nos, & cap. 12. Thamar illa, quia se expinxerat & ornauerat; ex quo patet hac voce ornatum intelligi. De Voce autem Tertullianica: deuterere, alibi Latino.*

C A P. II.

9. Perfectæ autem, id est, Christianæ pudicæ, &c.] *Inscriptionem huius capiti damus. Quod studium placendi per decorem de integra conscientia non veniat. In quo similiter Auctorem B. Cyprian. imitatur de Discipul. & hab. Virg. his verbis: Ceterum si te sumptuosius comas, &c.*

10. cuius te proferitis extraneam.] *Extraneam cum Gentino, quales etiam locos tum hic, tum alibi adnotat Rhenan. lib. de Resurr. carnis: extranea gloria, lib. 2. adu. Marc. Quis mali extraneus; & lib. 5. adu. eundem: extranei sacramenti, id est, à sacramento.*

11. si speremus non posse delinquere.] *Sperare (inquit idem) pro timere, ut hic mox: Sperando enim timebimus; & in superioribus libris sæpe. Tertius: Nam quod tu speras, propulsabo facile. Sic etiam supra lib. de Pœnitent. aut idem sibi de die sperent; & lib. de Pallio: Campania speret. Legimus autem mox cum Latino: etiam præsumere illis, pro: illi. Qui superfluum putat: illis, ibi: quid alteri concupiscentiam importamus? Perùm Rhenanus mox non male explicat: illis, subaudi, formæ studij. Paulopost retinemus cum excus. crimen quidem dominum non constringit, pro eo quod Vat. MS. 2. crimine.*

12. ut alteri pereant.] *Alteri plurali numero, pro: alij. Quem admodum etiam infra cap. 4. Alteris placere. Cui similiter Cicero lib. 6. epist. ad Torquatum epist. 3. alteri dimicant, alteri victorem timent.*

13. Diliges proximum tuum sicut teipsum.] *In MS. 3. deest: tuum; sed legitur apud Matth. & Græcè & Latine.*

14. elaboratæ libidinis suggestum.] *MS. 3. cupidinis, perinde est. Rectè autem Rhenan. suggestum interpretatur adparatum, cum etiam alibi frequenter in ea significatione vtiatur Auctor.*

15. ut diuinæ plasticæ accessio.] *Similiter infra Auctor cap. 5. Displacet illis nimirum plastica Dei. & B. Cyprian. lib. de Hab. Virg. quod opus Dei & factura & plastica adulterari nullo modo debeat.*

16. & sororem mentium Satam.] *Mentiri hic accipit pro simulare, quem admodum & Plinius lib. 35. cap. 6. Color ille chrysolorum mentitur. Neque enim ego existimo aliud sensisse Auctorem, quàm Origenem hom. 6. in Genes. qui Allegoricè interpretatur, aut B. Chrylost. hom. 32. in Gen. qui Allegoricè interpretatur, aut B. August. qui Latine, à mendacio Abraham excusat lib. 22. adu. Faustum, cap. 33. 34. & 35. & lib. contra mendac. ad Consens. Non enim dixit (inquit) Non est uxor mea, sed*

dixit, Soror mea est; quod erat reuera tam propinque genere, ut soror non mendaciter diceretur, &c. Aliquid ergo veri tacuit, non falsi aliquid dixit, maxime quom pro iis etiam faciat, quod illud Gen. 12. Et bene mihi sit propter te, quidam recentiores ex Hebræo vertant, in inuolutione, siue in fictione tua. Latine autem de tota hac materia mendacij idem tractat, tum eo libro, tum præced. ad eundem Consensum, quem de Mendacio inscripsit.

C A P. III.

17. Nunc non sit timenda, &c.] *Titulum huius capiti dedimus: Quod quom in carne gloriandum non sit, nec proinde etiam in laude formæ.*

18. quod angelis Dei non est necessaria.] *Videatur alludere ad illud I. Cor. 11. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos. De quo Latino lib. sequi de Vel. Virg. Paulopost autem iuxta I. edit. ex 3. Vat. MS. cod. legimus: professionibus humilitatis, pro: professionibus. Siue autem legas: Dein cum excus. siue: Deinde cum MS. perinde est. Eadem est ratio utrum legas: Nobis dumtaxat, an: vobis. Atqui de stupore, pro ornatu, à quo deducta vox: stuporata, lib. præced. diximus.*

19. ut & spiritus in ea coronetur.] *Pertinet hoc ad coronam seu mercedem bonorum operum, de qua supra lib. ad Mariy. cap. 3. nu. 43. Illud autem in calce huius capituli: non ignorare, accipitur, pro non tantum ignorare. Simile est illud B. Cyprian. Epiphonema lib. de Hab. Virg. Cum Virginitas in vobis caperit coronari.*

C A P. IIII.

20. Quasi gentilibus dicam, &c.] *Brevi capiti breuem titulum adscribimus: Quod mariti causa componere se mulier non debeat. B. Cyprian. quasi aliud agens, eiusdem meminit lib. de Hab. Virg. ubi num. 61. docuimus ex Ambrosio. & August. nuptias fucum excusare non posse. Rectè autem interpretatur Rhenan. ironiam esse in verbis illis: vos solis maritis vestris placere debetis, & alloqui illas Auctorem, iuxta quod præmittit: Quasi gentiles, hoc est paulo indulgentius, oblitum disciplina seuerioris. Vix enim uxoribus permittit ut propriis maritis placeant.*

21. vel propter illam sceleratam, &c.] *Quod videlicet Christiani (inquit Rhenan.) cum matribus & sororibus incestam exercerent libidinem in conuenticulis suis, de qua Latino Apologet. cap. 7. 8. 9. & Adnotat. nostris ibidem.*

C A P. V.

22. Hæc utique non ad crudam, &c.] *Inscripção huius capituli est: De fuco quo cutem vngunt. Rectè autem Auctor (ubi adnotat Rhenan.) nam matronas Christianas decet neglecta mundities, ut est apud D. Hieronymum.*

23. quæ cutem medicaminibus vngunt, &c.] *Ita ex 3. MS. pro: vngunt. Quod autem hic dicit: genas rubore maculare, & infra cap. 7. cum cerussa & purpuris inficere dixit: & quod hic: oculos fuligine collinere, ac supra lib. præced. cap. 2. nigro puluere oculorum exordia producere; ibidem Cyprian. oculos circumducto nigrore fucare; & rursus: nigro puluere vel rubore aut quolibet denique linamenta natia corrupte medicamine adulterare; & lib. de Pudicit. oculorum extremitates sufficere. Qui etiam idipsum apostatis Angelis tribuit. De quo vide Adnot. nostras in priorem lib. num. 55. ad postremum, num. 44.*

24. in cuius manu sit.] *Iuris (inquit Rhenan.) sermo*

est. hoc est, in cuius potestate sit, necdum manumissus: cuius mancipium sit. Domini periphrasis est. De significatione Mali, pro diabolo, vide supra lib. de Patient. num. 70. Legimus autem: à nostris disciplinis, pro vestris: & paulopost: Edite benedicta, ex castigatione Harriſſi, pro: Credite. Pro iisdem denique Auctor accipit faciem fictam gestare, effigiem mentiri, speciem exercere.

C A P. VI.

25. Video quasdam & capillum croco vertere.] Similis huius capitis titulus: De capillorum colore immutato. De eodem mox: crocum capiti suo mulier Christiana ingerit; & cap. sequ. an cum croco, &c. refurgatis. Quid autem croco feret, paulopost indicat, flauum facimus. Hinc & flauus coloris meminit B. Cyprian. lib. de Hab. virg.

26. Germana aut Gallia.] Equidem (inquit Rhenanus) ita suam Bisululam Sueuam, puellam natam in Martiana silua ad Danubij fontem, celebrat Ausonius: Sic Latii mutata bonis, Germana maneret

Vt facies, oculos carula flaua comas.

Prater ea D. Hieronymus de Gobis loquens, qui postea primi ex Germanis Romanorum Reges fuerunt: Getarum (inquit) rutilus & flauus exercitus, ecclesiarum circumfert tentoria. Idem in Vita Hilarionis eremita, de Nobili quodam qui agebat in aula Constantij Aug. Rutilus (inquit) coma, & candore corporis indicans provinciam.

27. pessime sibi auspicantur flammeo capite.] Crocus (inquit idem) color & flammeus dicitur. Alludit autem ad flammam ignis inferni. Hunc locum imitatus Cyprianus martyr dixit: Audaci conatu & sacrilego contemptu crines tuos inficis, malo praesagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auspicias. Et Hieronymus ad Latiam, de institutione filia: Nec caput (inquit) gemmis oneres, nec capillum irruſes, & ei aliquid de gehenna ignibus auspicias.

28. Quodcumque enim immundo spiritu excremari solet, &c.] De croco haud dubie loquitur, quae fortassis pauperiores loco thuris cremabant, si illud ad manus non esset: ut eo pertinere posse videatur etiam illud Arnobij lib. 7. Et odoris alicuius tuam concremet glebulam.

29. Quis vestrum potest capillum atrum, &c.] Periphrasticos citat illud Matth. 5. Non potes unum capillum album facere aut nigrum.

30. pro albo velatro.] Vox noua, composita à Velando, pro velamine capillorum. Atqui illud: gratia faciliorem, interpretatur Rhenan. ad gratiam.

31. habemus semper induere.] Sic illud lib. sequ. de Vel. virgin. Quum habet delitescendum; & lib. de Monogamia: decurrere habebat. Similiter B. Cyprian. epist. 27. rescribere habeam, quales eius item sunt loci epist. 47. & ad Caecilium alibi etiam apud Tertullianum.

32. quam & arguam pollicetur.] Videtur alludere (inquit Rhenan.) ad locum illum 83. Psalmi: Non priuabit bonis eos qui ambulanti in innocentia. Porro probum est vocabulum ἀργαία, pro puritate à vitis, & simplicitate. Eo vitur etiam Dionysius, quem Arcopagitam vocant: ἡ γὰρ ἰσὺς ἀργαία ἐξ ἡδύων ἐδιδουχῆτο. Ego vero eo quod praecedat ad domum Domini, magis puto respicere Auctorem ad illud Psalmi 23. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens, &c.

C A P. VII.

33. Quid enim tanta ornandi capitis, &c.] Trahit hoc caput, De capillamentis adfutitiis. In quo

etiam imitatur Auctorem B. Cyprian. lib. sepe citato. Mox MS. 3. cod. Vat. legunt: modò substructis. Verum magis placet: substructis, eo quod opponatur: relaxatis; &. Alia gestiunt in cincinnis, id est: tortis crinibus, coërcere.

34. Adigitur praeterea nescio quas enormitates futillum, &c.] MS. 3. cod. Vat. legunt: futillum, sed illud placet. Galericulum autem (inquit Rhenan.) intelligit, id est, comam adulterinam, simpliciter capillamentum dictam Tranquillo in C. Caligula, Capillamento calatus. De his scripsit Hieronymus ad Marcel- lam scribens: Quae capillis (inquit) alienis verticem struunt. Porro Galeri vocabulo Tertullianus capitis regmen accipit, siue pileolum. Quibus adde quae habet Iunius lib. de Coma, cap. 7. de Usu feminis olim recepto in fastigiando, & crimem aggestum in turrim quodammodo primore in capitis parte exstruendo: cuiusmodi structurem Tutulum vocari auctor est Sextus Pompeius, & de lingua Latina Varro, eo quod tueri capilli gratia fieret. De qua etiam ibidem citantur Papinius Epithal. Violantilla, Iuuenalis Satyr. 6. Gregorius quoque Nazianzenus hoc ver- siculo:

Ne caput aedifices adfuto femina crine.

Apertior est autem Lucani illud citatum à Iosepho Scaligero in Varonem:

Turritaque gerens frontem matrona corona.

Neque interim apud Christianas quicquam proficit & Tertulliani & Gregorij Nazianzeni, & B. Hieronymi, aliorumque Patrum reprehensio, quippe qui videamus anti- quas picturas per totum Belgium scaminarum eo capitis ornati, & nominatim per Artesiam, Cameracensium, Tor- nacesium, & Pontacum, quippe contra quem anno 1428. magnopere inuictus fuerit (iuxta quod tradit Maierus in Flandria Annalibus) Fr. Thomas Cometa genere Brito, à quo tempore paulatim disseuerare cepit.

35. Ad mensuram neminem sibi adicere posse pronunciatum est.] Mensuram pro statura accipere videtur; nam apud Matth. est, Quis potest adicere ad staturam suam cubitum unum?

36. collyridas quasdam, scutorum vmbilicos, &c.] Verum quidem est quod scribit Rhenan. Collyris à collyra per diminutionem deductum, paruis panis est de farina puriore. Quidam fixam farinam esse putant. Nominantur collyrides, Lenuici 7. & 8. 6. cap. lib. 2. Regum. Verum hic alio significatu metaphoricis accipi existimo, pro ornatu capitis, qui placenta seu collyridarum in morem ceruicibus atruēbatur. Quum autem placenta etiam scutorum formam rotundam habeant, eo magis assentior eruditiss. Viro Dn. Latino Latino, qui censuit legendum: scutorum vmbilicos, pro eo quod antea erat nullo sensu: sputorum, quos vmbilicos vocans, indicat in medio eius ornatus lapillos quosdam preciosos vmbilicorum instar, illi ornamento adiunctos fuisse. Atqui particulam: vel, adiunctum MS. 3. Vat. Verum omisi cum excus. Ut posterior interpretatio sit prioris clausula.

37. suppare.] Supparandi verbum (inquit Rhen.) frequens est Tertull. Hinc illud in Valentianis: Quantum lupae feminae formam quotidie supparare sollemne est, id est, sufficere, substituereq. Et lib. de Resurr. carn. neque generis supparatura. Vbi etiam significationem indicat. Nam supparatur genus, dum sobolems substituitur, seu, Vti loquitur B. Cyprian. epist. 2. ad Donatum, substituitur.

38. cerufa & purpuriffo.] Prius illud (inquit) idem candoris est, posteriore ruboris medicamentum. Vide Adnot. nostras

nostras in lib. de Pœnit. num. 66.

39. angeli in nubila subleuent.] Transulit Auctor illud εἰς ἀέθρα, in nubila. est enim aër ferè nubilus: addens subleuationem illam seu raptum, factum vti ab Angelis.

C A P. VIII.

40. Videlicet nunc & vir, &c.] Inscribitur hoc caput à nobis: De studio formae in vitis. Atqui pro: obediendae grauitatis conicit Latinus legendum: ob- eundae; at placet magis illa lectio cum interpretatione Rhenani: cui obediri debeat. Legimus autem cum 3. MS. An & nobis, &c. detrahunt, pro eo quod erat: de- trahuntur.

41. circundare capillum, disponere.] Proprie contra eos agere videtur, quibus adinstar Philosophorum quorundam (sicut testatur Strabo lib. 15. ex auctoritate Cle- tarchi) moris erat μετρησθαι τὸς ἰσχυρὰς, id est, imple- xos crines in modum iuare circumdare. Plura hac de re, ne prolixiores simus, videat Lector apud Iunium, Comment. de Coma, cap. 7. ex Luciano, Homero, Philostrato, & Suida. Eodem pertinere croblyos barbaricos, cicadas Athe- niensium, & cirros Germanorum, infra ostendemus lib. sequ. de Velandis virg.

42. etiam colorare canitiem.] Similiter Hier. lib. ad Eustoch. de Virgim. Virari vult Comatos clericos, quibus feminis contra Apostolum crines; alludens ad illud Apoll. 1. Cor. 11. Natura docet comam non decere Virum. Vnde & Hilarionem tradit semel in anno ad Pascha ca- pillum totondisse.

C A P. IX.

43. Quamobrem erga vestitum quoque, &c.] Titulum huius capiti dedimus: De vestitum pompa. In quo vel maxime Auctorem imitatur B. Cyprian. vbi supra.

44. lacinosos pomparum & deliciarum ineptiis.] MS. 3. Vat. cod. laciuuosis; sed magis illud placet, pro variis & redundantibus, Vti interpretatur Rhenanus, eo quod lib. sequ. simili significatione dixerit: sermo lacinosus, & adu. Marc. initio lib. 4. à legis lacinosus oneribus expeditum, id est in qua homines occupationibus distinebant, sicut impedit gressum vestis laciniosa.

45. Velut exornatam.] Exornatam (inquit Rhenan.) usurpat, sicut dicimus exarmatam, hoc est ornatus spoliatam & destitutam. Similiter dicit Terentius in Phormione: Adeo exornatum dabo, adeo deperxum, ut dum viuat, meminerit semper mei. Ibi autem: & in por- tum modestia subductas, Translatio est à nauibus, quae in tutam stationem ex alto mari subducuntur.

46. Tum si quas vel diuitiarum suarum vel natalium vel retrò dignitarum, &c.] Locum hunc latius explicat B. Cyprian. vbi supra: Locupletem (inquit) te dicit & diuitem, &c. adferens testimonia 1. Timoth. 2. & 1. Petri 3. de cultu atque ornatu iusto sine moderando. Hoc est enim quod dicit Auctor: ne totis habenis licentiam vsurpetis. Verum de hoc argumento, quibus cultus moderatior sit licitus, aliquid ibidem diximus, nu. 36. & 37.

47. repastinantes.] Hoc est (inquit Rhenan.) enuel- lentes, repungentes, eruentes. Metaphora ab eo sumpta, qui solum futuro nouali praeparat, inutilibus omnibus reſectis. In lib. de Pœnit. legimus: Et bifulcum aliquid ferri vel aëris vnguibus repastinandis, hoc est refodiendis, perpurandisque.

48. reconſueuit.] Vsuppare (inquit idem) videtur, quando consentiunt exemplaria, reconſueuit, pro: con-

suevit respondere suae reuerere.

49. Non enim vtemur nostris:] Non, pro: Non- ne. & similiter paulopost: Non enim & ita multi faciunt

50. quasi non abutimur, &c.] Ad verbum ex- presſit quod Graecè est ὡς μὴ χρῶμαι χρῶμαί. Quemad- modum enim χρῶμαί Vti, χρῶμαι χρῶμαί abuti ſi- gnificat. Eodem pertinet illud lib. de Coron. milit. cap. 10. Nobis autem abuti apud Apostolum non licet, faci- lius non vti docentem. Accipitur autem & ab Au- ctore hic & infra lib. de Pudic. Tom. 5. & à B. Cyprian. vbi supra, habitus huius mundi, pro figura.

51. & se spadonatu adſignant propter regnum Dei.] Spadonatu se adſignare accipit pro eo quod B. Cyprian. vbi supra, & Hieron. sua editione vulgata, Caſtrare verterunt. Eisdem voluntarios spadones inuicuat infra lib. 1. Ad vxorem. Similiter etiam B. Cyprian. quum alibi frequenter, Testim. lib. 3. ad Quirin. locum hunc Matth. 19. de bono Virginitatis & continentiae interpreta- tur. De his etiam in hanc sententiam B. Iustinus Martyr: Per multi profecto sexus Viriſque & 60. & 70. nati an- nos, qui à pueris disciplinam Christi sunt adſectati, incor- rupti & caelibes perdurant. Et Sibenagoras Orat. pro Christ. Virginitas & Eunuchismus propius nos ad Deum adducit. Quos ad verbum ferè imitatus Auctor supra Apolog. cap. 9. Quidam (inquit) multò securiores to- tam vim huius erroris, virgine continentia depel- lunt, senes, pueri. Et infra lib. sequ. Viri (inquit) tot virgines, tot spadones voluntarij, &c. & paulopost: etiam continentiae nomine masculos honorari. Si- milia reperire est etiam de continentia Clericorum ab vxoribus apud Euseb. de Demonstr. Euang. lib. 1. cap. 9. Arelat. 2. Synod. cap. 2. & 3. Elibert. Conc. cap. 33. Hieron. lib. 1. contra Iovin. & Apol. pro iisdem lib. & contra Vigilant. Sixtum Pap. 3. lib. de Caſt. Ambrosij. adscriptum comment. in epist. ad Timoth. cap. 3. Ipsum Ambrosium epist. ad Ecclesiam Percellensem, Origen. hom. 23. in Num. 11. cap. & lib. 8. adu. Celsum. Denique Innocent. Papam epist. ad Vitricium cap. 9. Latissime autem apud Epiphanius adu. haeresim Cataph. disertis verbis adferentem, quod Apo- stoli talem Ecclesiasticis sacerdotij Canonem constituerint. Similiter etiam aduersus Catharos. Quin quod Apoſto- lus Paulus ad Titum 1. non solum pudicum vult esse Epi- scopum, atque adeo & Presbyteros ac Diaconos, sed etiam continentem, Graecè ἐννοεῖται. Neque verò obſtare illud eiusdem Apostoli Hebr. 13. Honorabile coniugium in om- nibus; aut illud 1. Cor. 7. Si non se continent, nubant, pul- chre prosequitur Euseb. ult. lib. de Demonstr. Euang. cap. ult. dicens ea dici de non ſacratis, aut qui ſponſionem cum Deo non fecerint. Loci adnotandi aduersus Magdenburgenses, qui continentiam sacerdotum, aliorumque Ecclesiastico- rum impugnant. Immo etiam illud: se spadonatu ad- ſignant, & quod infra est lib. 1. Ad vxorem. Qui statim à lauacro carnem suam obſignant, ad votum conti- nentiae haud dubie pertinet virorum (nam de Sanctimo- nialibus lib. de Vel. virg. latius) de quo videat Lector Adnotat. nostras in B. Cyprian. epist. 62. ad Pompon. nu. 16. & lib. de Disc. & hab. virg. num. 18. Nominatim etiam Origenes lib. de Singularit. Cler. inter opera eiusdem Cyprian. Omne (inquit) quod voti est, etiam in actu signa- dum est, ne aliud vota commendent, & aliud actus infuſent. & paulopost: Dantes simplices animos ad casti- tatis vota seruanda. & hom. 24. in Num. Qui in castita- te viuunt, corpus suum vouit Deo. Hilarium item in Psalm. 64. Deo (inquit) ergo vouenda sunt, contemptus corporis,

castitatis custodia, &c. B. Augustini postremo tot sunt loci huius pertinentes, ut pagina illa recensendis non sufficiat: quare ad Indicem eius operum Lectorem remittimus.

52. animalibus exulantes.] MS. 3 exolentes, sed illud magis placet, quia similibus phrasibus alibi dicitur, uti (Rhenano etiam adnotante) supra lib. de Penit. exules à libertatis & lætitiæ fœlicitate, & lib. de Refur. carn. To. 3. exules carnis. Qui etiam rectè adnotat, Translationem à lignatoribus sumptam, quum subiungitur: satis dotum vestrarum fructum cæcidistis.

53. in quos decurrerunt fines sæculorum.] Ad verbum vertit ex Græco illud: κατὰ τὴν τῶν αἰώνων, pro eo quod nos ter interpret, deuenierunt. Est autem decurrere eodem signifiatu frequens Tertulliano.

C A P. X.

54. Nimium enim Deus, &c.] Capiti huic titulum dedimus: Quod vestium colores non à Deo, sed à desertoribus angelis monstrati sint. Sive autem legas: monstrari cum 3. MS. V. atic. sive: demonstrari cum excusis, perinde est. Lectorem autem remittimus ad lib. præced. cap. 8. De vestium coloribus, & eiusdem cap. 7. De lapillis qui anxie perforantur ut pendeant ab auribus, nempe quemadmodum hic latius, & eiusdem cap. 2. De Angelis peccatoribus.

55. ad ferrum nati corporis.] Humanum corpus (inquit Rhenanus) intelligit, quod in illa protoplasti Adami maledictione ad laborem & agrorum culturam, quæ ferro potissimum exercetur, ipso Deo pronuntiate sententiam, damnatum est. Notus est locus Gen. 3. ad quem hic alludit. Ceterum emphasis est in vocabulo: ferrum, q. d. Non ad aurum, non ad argentum. Jam quoniam hic de barbaris loquitur, & Parthorum mox fit mentio, possit aliquis etiam à ferrum exponere, pro eo quod est ad militiam; sed prius illud magis placet.

56. bullatum vice, &c.] Apud Romanos (inquit idem) ornamentum puerile erat bulla aurea, & pratexta purpurea. Auctor Plutarchus. Quod quum à pectore pendere soleret, eò alludit Auctor, quum dicit: per omnia quæque sua.

57. & operofitas cum raritate, &c.] Sensus est (inquit Rhenan.) Et operofitas cum raritate, commissa est cum pretiofitate, id est pronocavit & accendit pretium, ex ea libidine possidenda pretiofittatis fœminarum. Hoc est, iam omnes expeterent id possidere quod merces & pretium fuisse fœminarum, quæ cum Angelis illis libidinem exercuerant. Feluti, magni quid esset, quod Angeli sui amasius contulissent pro mercede stupri.

58. aurum dico & argentum Illustrium.] Hoc est (inquit idem) aurum & argentum, quo hodie Illustris matrone duntur; nam quemadmodum Plinius docet, fœmina nuptæ mariti dignitate censentur, ut illustribus (qui summus est dignitatis gradus) nuptæ sint illustres, quæ spectabilibus spectabiles, quæ clarissimis clarissime, perfectissimæ quæ perfectissimæ. Erant autem illustres, qui senatoris ornamentis præditi erant. Tradit Isidorus primos ordines senatorum dicit illustres, secundos spectabiles, tertios clarissimos. Viri illustres titulo primos illos veterum Francorum Reges contentos fuisse, tabella vetustæ quæ exstant, abundè testantur. Exstat formula Illustratus Vacantis apud Castiodorum Variar. lib. 6. epist. 11.

59. calliblepharum.] καλλιέφαρον (inquit Rhenan.) medicamentum est oculorum, præsertim palpebris venustandis seu fucandis. Seruiens Non solum autem ex foliis ystrosarum confici docet Plinius lib. 21. cap. 19. sed etiam ex nucleis palmarum, lib. 27. cap. 4. sed & ex

medulla bubula calliblephara modo fuligo temperatur. Denique & ex Ampuliti, uti est apud eundem lib. 35. cap. 16. De libris autem Enoch vide libri præcedentis cap. tertium.

60. nullam de conchylio vestem Esaias increpet.] Alludit ad verba Esaiæ 3. quibus inter cetera mulierum ornamenta reprehendit, aut hæc καὶ τὸ περιπόρφυρον, καὶ τὸ μεσπορφύρον, quæ veritè vulgaris interpret 70. interpretum: & circumpurpuream & clauatam vestem, aut illa καὶ τὸ βδοαίνον καὶ τὸ δακνίθινον, καὶ τὸ κόκκινον, id est: & byssina & hyacinthina & coccinea. Atqui de lunulis & botronatu videat Lector Adnotat. nostras ad Sapedictum B. Cyprian. librum num. 49. & 51.

61. despectorem institutorum suorum.] Despector (inquit Rhenan.) ut & ante plus semel, prodispectore, qui curam hæbeat & considerationem institutorum suorum. Sic & lib. de Felandis Virg. Sed nec inter consuetudines (inquit) despicere voluerunt illi sanctissimi antecessores. Legimus autem cum 3. MS. vii nunc esset.

62. patres familiarum.] Illud usurpat Auctor, contra quam sentit Varro lib. 7. ubi dicere debuisset Patres familiaris. Eodem modo Mart. lib. 1. Patres familiarum dicitur Quirinalis.

63. Omnia (inquit) licent, sed non omnia ædificant.] Similiter locum hunc citat B. Cyprian. & lib. sepe citato, & lib. 3. 7 estim. ad Quirin. cap. 92. Contra tamen Apostoli exemplar, omittitur particula: mihi, quæ Græcè & Latine est Vbiq.

C A P. XI.

64. Quæ autem causa vobis est struictus prodeundi, &c.] Titulo hoc caput insignimus: Quod nulla sit causa ornatiùs prodeundi. hoc enim significat struictus, de qua phrasi supra lib. de Patient. nu. 22. Si uti de templis Idolorum Apolog. cap. 15. num. 233. & de fratibus, id est Christianis, eiusdem lib. cap. 39. nu. 505. De Spectaculis item, toto eius argumenti libro, & de festis Gentilium; integris 13. & 14. cap. libri de Idololatria. Procedere denique pro eodem accipit, quod prius prodire dicit.

65. aut sacrificium offertur.] si quis alius, iste certe locus adnotandus pro Oblatione sacrificij Christiani. De quo latius supra lib. ad Scap. num. 11. lib. ad. Iudæos nu. 19 & 22. lib. de Orat. num. 1. & Adnot. nostris in B. Cyprian. epist. 34. num. 12. & epist. 63. ad Cecil. num. 3. 44. 45. 46. 48. ac 53. item lib. 1. Testim. ad. Iud. nu. 44. Quibus à Ide Synonyma eodem pertinentia ex Patrum testimonio inter nostra Latinorum Læturica, pag. 80. & sequent. præter ea quæ in dictis epist. ad Cecil. num. 49. recitauimus. Vocantur enim à Clemente Romano: holocausta altaris, oblationes Domini, sacrificatio, item sacrificij oblatio, oblatio, Eucharistia sacrificium, mysticum sacrificium, consecratio, & oblatio corporis & sanguinis Domini. A Philone de Therapeutis (uti vertit Rufinus) sacerdotalia officia, Orationis oblatio. A S. Potentiano: Sacrificium laudis. A B. Martiale: Sacrificium, & Oblatio munda. A B. Dionysio Areop. mystica hostia. Ab Anacleto Papa, & Marcellino & Iulio, Aniceto, Sotere, Calixto, & Eutychiano, Alexandro ac Euaristo: sacrificium, & Oblationes. A B. Hippolyto Oblatio, & à S. Fabiano: sacrificium, & Oblationes. A B. Cornelio & Stephano Papis & Conc. Africano, de Lapsis utroque: sacrificium. A B. Lucio Papa: holocausti oblatio. A B.

Sixto

Sixto Papa 2. sacrificium hostiæ puræ & immaculatæ. A B. Laurentio: sacrificij oblatio. A B. Euseb. Papa: sacrificium altaris. A Conc. Arelat. 1. oblatio & sacrificatio. A Licinio tyranno: oblatio hostiarum, immolatio sacrificij. A B. Syluestro Papa: oblatio incruenta & sacrificium. A B. Optato Mileuitano: oblatio & sacrificium. A B. Ambrosio: sacrificium, oblatio, sacrificij celebratio, sacrificij ad altare oblatio, Christi oblatio, Christi immolatio. A Mario Victorino Afro: oblatio Eucharistica. A B. Syrius Papa, & Conc. Romano: sacrificij oblatio, & sacrificiū. A Cœ. Carthag. 2. Prudètio & Rufino: sacrificiū, & sacrificij celebratio. A Cœ. Carthag. 4. & 5. sacrificiū, oblatio, oblationis consecratio. A B. Hieronymo: sacrificiū, sacrificij ad altare celebratio, Christi immolatio, oblatio. Ab Innocentio Papa: oblatio, sacrificiū; similiter à Concilio Tolet. 1. A B. Paulino Nolano: hostiæ immolatio, & celebratio, facta litatio. A B. Augustino denique: sacrificij ad altare oblatio, sacrificia, benedictio seu consecratio eius quod oblatū est, Christi immolatio, sacrificiū laudis, eius quod oblatū est distributio, oblatio. Atqui B. Irenæi hæc de re sententiam videat Lector studiosus late tractatam à Feu-ardentio nostro eiusdem l. 4. c. 31. n. 7. & deinceps. frē c. 33. n. 1. & c. 34. n. 1. ac deinceps. Porro Græcorum Patrum similia Epitheta in alium locum differimus, ne hic prolixiores simus. Legimus autem cum MS. 3. V. atic. Quoduis horum grauitatis & sanctitatis, pro: aut.

66. & composito.] sic & compositione (inquit Rhenan.) usurpauit ante: Ne quæ vestrum putent, si temperauerint à compositione sui, odium & auersionem maritorum profecturā. Rursum paulo post: Et reliqua compositionis vestræ impedimenta.

67. magnificetur Deus in corpore vestro.] Ad alios applicat quod se dixit Apostolus: & nunc magnificabitur Christus in corpore meo.

68. Ne blasphemetur nomen in nobis.] Cum 3. MS. omisit particulam eius, quia non semel adnotauimus nomen simpli iter accipiunt ab Auctore, tum à Cypriano, pro nomine Christiano, præsertim verò ad librum de Patientia, num. 11.

C A P. XII.

69. Optemus tantummodo, &c.] Tractatur hoc capite, Quod lenocinia formæ magis, prostitutis conueniant.

70. publicarum libidini victimæ.] similiter ferè dixit lib. de Pallio, ubi etiam vestium ornatum superfluum taxat, c. 4. Aspice lupas popularium libidinum nūdinas, &c. & mox: ab eiusmodi propudiis occisæ in publico castitatis. quare non placet quod habent 3. MS. V. atic. impud. carum libidinum.

71. si quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coercerent.] Ad eundem modum dixit Auctor Apolog. c. 6. Video & inter matronas atque prostibulas nullum de habitu discretum relictum.

72. Illa ciuitas valida, &c.] Hunc locum ad Verbum ferè imitatur B. Cyprian. l. de Disc. & hab. Virgin. sic (inquit) in scripturis sanctis describitur ciuitas meretricis, &c. & mulier illa amicta erat Pallio purpureo & coccineo, & adornata erat auro & lapidibus pretiosis. Quod ipsum iterum citat ad idem institutum Testim. lib. 3. cap. 36.

73. Thamar illa, &c. visa est quæstui (id est, ad quæstum) sedere, &c.] Etiam hanc scripturam posteriori

loco citat B. Cyp. ut ostendat mulierem ornari seculariter non debere, in hæc verba: Thamar cooperuit se pallio (quod appellat & B. Hieronymus theristrum) & adornauit, & cum adspexisset eam Iudas, visum est ei meretricem esse. Illud autem: & voluit, accipere videtur Auctor, pro: concupiscentia eius exarsit.

C A P. XIII.

74. Aliqua forsitan dicat, &c.] Postremo capiti dedimus titulum: Quod quum lucere debeant bona opera coram hominibus, persecutionis temporibus non conueniat ornatus.

75. Probum vestrum coram hominibus appareat.] Ad verbum expressit quod Græcè est apud Apostolum (quo nomine Vbiq. s. Paulum Apostolum intelligit) Philipp. 4. τὸ ἐπιτελεῖς ὑμῶν, pro quo nos ter Vulgatus interpret Paraphrasticos, Modestia vestra.

76. Aut quid nos Dominus lumen terræ vocauit?] Quum apud Matth. Græcè legatur τὸ φῶς τῆς γῆς, ut quum uos uos pro terra usurpetur, etiam hic videtur memoria lapsus Auctor, eo quod paulo ante præcessit: sal terræ, quum aliqui debuisset dicere: lumen mundi, quemadmodum mox: luminaria mundi.

77. & extamus inter dimerfos.] Extamus (inquit Rhen.) id est, eminentius, proprio verbo usus. Atqui est & Rhen. & 3. MS. V. atic. cod. legant: diuersos, magis placet quod Gelenius haud dubie ex Anglico codice substituit: dimerfos, ut metaphoricè loquatur, comparans Christianos ciuitati constitutæ supra montem, quæ proinde extitit inter dimerfos, sive demerfos (nam ea Variatio Auctori frequens) hoc est persistenti in Metaphora, inter eos qui montis comparatione videntur dimerfi in paludibus circumiacentibus.

78. luminaria mundi.] Etiam hic Variat ab Apostolo, qui dixit Philipp. 2. ἐν κόσμῳ.

79. denotatione sui.] Quum alibi accipiat Auctor: denot. re, pro reprehendere, hic accipit denotationem, pro: ostensione, quemadmodum etiam supra lib. de Patient. cap. 3. proditorum suum nec detortauit. de quo ibi Adnot. nost. num. 18.

80. manus spathali circumdari solita.] Spathalum (inquit Rhenan.) muliebres est ornamentum, & πὸ τῆς σπαθῆς, quod delictari significat. De eodem Plinius l. 13. c. 15. qui ad intellectum facit eius quod manum circumdari solitam dicat Auctor. Iuba tradit circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidos plocamon corallio similem, sine foliis; præcisum colore mutato in nigrum durefcere, quum cadat, frangi. Item alium qui vocatur charitoblepharon, efficacem in amatorio. Spathalia eo facere & monilia fœminas. Alludit itaque ad armillas ex eo genere coralli nigri.

81. de Periscelio.] Periscelides, sive Periscelio (inquit Rhenan.) crura vel tibia exornantur. σκέλος Græci crus vocant. De neruo autem diximus lib. ad Mart. tyras, num. 29.

82. Spathæ] Præterius de re milit. gladios maiores spathas vocari dicit. Est autem Græca vox σπαθὴ eodem significatu.

83. Itolæ martyriorum.] Alludit ad illud Apocal. 6. Et data sunt illis singula stola alba.

84. Taliter pigmentatæ.] Metaphoricè pigmentatæ dixit, voce composita à pigmento, quod Inguentis genus esse ad demissandam faciem tradit Plinius lib. 16. cap. 43.

E e

I. **T**ERTVLLIANVS iamdudum Presbyter, ad Vxorem pari inter se consensu continentiae ergo à se separatam, humana conditionis memor, si forte (persecutione nempe Ecclesiae adhuc durante) de seculo prior euocaretur, admonitionis hoc fideicommissum (fortassis Romae) conscripsit, quo ut post excessum suum nuptiis renuntiet, adhortatur.

II. Non abnuens coniunctionem viri & feminae benedictam & permissam à Domino, sed (sua quidem sententia, verum erronea) vnam tantum.

III. Et quantumvis nuptias prohiberi nusquam legamus (quod inter cetera peruersitatum suarum volebat Marcion) tamen abstinentiam praeferrere ab Apostolo, & felicem illum, qui Pauli similis exstiterit.

III. Disunctis enim matrimonio duas quidem species humanae imbecillitatis necessarias nuptias facere, concupiscentiam carnis, & concupiscentiam seculi; sed utramque repudiandam à seruis Dei; exemplo earum quae malunt Deo nubere, & in viduitate apud Deum subsignata perseverare.

V. Deinde penes Christianos etiam odiosas esse causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis, & liberorum amarissima voluptate; quos quum habemus, praemittere optamus ad Dominum.

VI. Quod si difficile videatur, recenseri tot voluntarios spadones, qui statim à lauacro carnem suam obsignant, qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt, Gentiles etiam Satanae suo & virginitatis, & viduitatis sacerdotia perferre.

VII. Nobis autem continentiam à Domino demonstratam, cuius voluntate defungitur matrimonium; maxime quum disciplina Ecclesiae & praescriptum Apostoli digamos non sinat praesidere, & viduam adlegi in Ordinationem, nisi vniuiram, non concedat.

VIII. Viduarum denique honoribus, quibus Deus benedicit, moneatur: nam licet in virginibus tota sit sanctitas, de proximo visura faciem Dei, viduam habere aliquid operosius: in illis gratiam, in istis virtutem coronari.

Ceterum praeterquam quod multa huius libri ad verbum ferè descripserit, non minus continentiae fauens, B. Hieronymus locis infra citatis; Tertulliano iam olim adscripserunt, & MS. viderunt Trithemius & Politianus ubi supra. Editus est etiam inter primos ex Paterniacensi, ac Hirsaugiensi, deinde ex Gorziensi codicibus à Rhenano, primum scholiis, postea & Adnotationibus illustratus. Nunc verò à nobis denuò castigatus ex tribus MS. Vaticanis, & aliquot Adnotationibus auctior.

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI AD VXOREM LIBER

PRIMVS, DE VNIS NVPTIIS.

CAP. I. **I**GNVM duxi, dilectissima mihi in Domino conserua, quid tibi festandum sit post discessum de seculo meum, si prior te fuero vocatus, iam hinc prouidere, ut prouisum obserues mandare fidei tuae. Nam secularibus fatigantes sumus, & vtrique nostrum consultum volumus. Si talibus ordinamus, cur non magis de diuinis atque caelestibus, posteritati nostrae prospicere debeamus, & legatum quodammodo praelegare, admonitionem & demonstrationem eorum, quae ex bonis immortalibus, & de hereditate caelorum deputantur? Tu modò vt solidum capere possis

A possis hoc meae admonitionis fideicommissum, Deus faciat, cui sit honor, gloria, Apocal. 5. claritas, dignitas, potestas nunc & in secula seculorum, Amen. Praecipio igitur tibi, & 7. quanta continentia potes, post excessum nostrum renuncies nuptiis, nihil mihi isto nomine collatura, nisi quod tibi proderis. Ceterum Christianis seculo digressis nulla restitutorio nuptiarum in diem resurrectionis repromittitur, translati scilicet in angelicam qualitatē & sanctitatem. Proinde sollicitudo nulla quae de carnis zelo. Vel Domini sententia, illa quam septem fratribus per successionem nupsisse voluerunt, neminem tot maritorum resurrectionis die offender, nec quisquam illam confusus expectat. Quæstio Sadducæorum cessit sententiæ Domini. Ne me putes propter carnis tuae integritatem mihi reseruandam, de contumeliæ dolor suspectum insinuare iam hinc tibi consilium viduitatis: nihil tunc inter nos dedecoris voluptuosi resumeretur. Nec enim tam friuola, tam spurca Deus suis pollicetur. Sed an tibi vel cuicumque alij feminae ad Deum pertinenti proficiat quod suademus, licet retractare. [12 Non quidem abnuimus con-

II. iunctionem viri ac feminae benedictam à Domino, vt sciremus generi humano, & replendo orbi, & instruendo seculo, excogitatam, atque exinde permissam, vnam tamen. Nam & Adam vnus Euae maritus, & Eua vna vxor illius; vna mulier, vna costa. Sanè apud veteres nostros, ipsosque Patriarchas, non modò nubere, sed etiam plurifariam matrimonij vti fas fuit. Erant & concubinae. Sed licet figura tum in Synagogam & Ecclesiam cesserit, vt tamen simpliciter interpretemur, necessarium fuit instituire, quae postea aut amputari, aut temperari mererentur. Superuentura enim lex erat. Oportebat legis adimplendae causas praecurrere. Eidem mox legi succurrere habebat Dei sermo, circuncisionem inducens spiritalem. Igitur per licentiam tunc passuam, materiae sublequentium emendationum praeministrabantur, quas Dominus Euangelio suo, dehinc Apostolus in extrimitatibus seculi aut excidit redundantes, aut composuit inconditas. [15 Sed non idèd praemiserim de libertate vetustatis, & posteritatis castigatione, vt pra-

III. struam Christum separandis matrimoniis & delendis coniunctionibus aduenisse, quasi iam hinc finem nubendi praescriptam viderint, qui inter cetera peruersitatum suarum disiungere docent carnem de duobus vnam, negantes eum qui femina de masculo mutuatus, duò corpora ex eiusdem materiae confortio sumpta, rursus in se matrimonij copactione copigit. Denique prohiberi nuptias nusquam omnino legimus, vt bonum scilicet. Quid tamè bono isto melius sit, accipimus ab Apostolo, permittete quidem nubere, sed abstinentiam

IV. praefereute illud propter infidias tentationum, hoc propter angustias temporum. Qua ratione vtriusque pronuntiationis inspecta, facile dinoscitur necessitate nobis concessam esse nubedi potestate. quod autem necessitas praestat, depreciat ipsa. Quod denique scriptum est, Melius est nubere quam vri: quale hoc bonum est, oro te, quod mali comparatio comedat: vt idèd melius sit nubere, quia deterius est vri. At enim quanto melius est neque nubere, neque vri? Sed etià in persecutionibus melius est ex permisso fugere de oppido in oppidum, quam copressum & distortum negare. at quae ista beatitas est, idèd ne qui neget, beati testimonij confessione excidere: Possum dicere, quod permittitur, non est bonum. quid enim

V. necesse est mori mihi? si ploro, bonum est: si timeo. Quod permittitur, suspectam habet permissionis suae causam: quod autem melius est, nemo permittit, vt indubitatum & sua sinceritate manifestum. Non propterea appetenda sunt quaedam, quia non verantur: etsi quodammodo verantur, cum alia illis praefertur. Praelatio enim superior distulatio est infirmorum. Non idèd quid bonum est, quia malum non est: idèd malum non est, quia non obest. Porro planè bonum hoc antecedit, quod non modò non obest, sed insuper prodest. Itaque malle debes quod prodest, quam quod non obest. Ad primum enim locum certamen omne contendit: secundus solatium habet, victoriam non habet. Quod si Apostolo au-

VI. scultamus, obliu posteriorum, extendamur in priora, & meliorum donationum sectatores simus. Si nobis laqueum non imponit, quid vtilitatis sit ostendit, dicens: Innupta de dominicis cogitat, vti corpore & spiritu sancta sit. Nupta verò sollicita est quomodo coniugi suo placeat. Ceterum nusquam ita nuptias permittit, vt non potius ad suum exemplum nos eniti malit. Felicem illum, qui Pauli similis extiterit. [12 Sed carnem legimus infirmam, & hinc nobis adulamur impensius. Legimus tamen & spiritum firmum. Nā in vno sensu vtrunque positum est. Caro terrena materia est, spiritus verò caelestis. Cur ergo ad excusationem proniores, quae in nobis infirma sunt, opponimus: quae verò fortiora, non tuemur? Cur caelestibus terrena non cedant? Si spiritus carne fortior, quia

VII. Ecce ij

VIII. CAP. III.

IX. CAP. I.

X. CAP. I.

XI. CAP. I.

XII. CAP. I.

XIII. CAP. I.

XIV. CAP. I.

XV. CAP. I.

& generosior, nostra culpa infirmiora sectamur. Nam disiuñctis matrimonio, duæ species humanae imbecillitatis necessarias nuptias faciunt. Prima quidem potentissima, quæ venit de concupiscentia carnis: Sequens, de concupiscentia seculi. Sed vtraque repudianda est à seruis Dei, qui & luxuriæ & ambitioni renunciamus. Carnis concupiscentia ætatis officia defendit, decoris messem requirit, gaudet de contumelia sua: dicit virum necessarium sexui, vt auctoritatis & solatij causa, vel vt à malis rumoribus tuta sit. Et tu aduersus consilia hæc eius, adhibe fororum nostrarum exempla, quarum nomina penes Dominum, quæ nulla forme vel ætatis occasione pressa, maritis sanctitatem anteponunt: manent enim Deo nubere. Deo speciosæ, Deo sunt puellæ: cum illo viuunt, cum illo sermocerantur: illum diebus & noctibus tractant: orationes suas velut dotes, Domino adsignant: ab eodem dignationem velut munerâ maritalia quotiescumque desiderant, consequuntur. Sic æternum sibi bonum Domini occupauerunt, ac iam in terris non nubendo, de familia angelica deputantur. Talium exemplis sceminarum ad æmulationem te continentia exercens, spiritali affectione carnalem illam concupiscentiam humabis, temporalia & volatica desideria formæ, vel ætatis inimicantium bonorum, compensans delenda. Ceterum secularis concupiscentia causas habet, gloriam, cupiditatem, ambitionem, insufficientiam, per quas necessitatem nubedi subornat: Videlicet cœlestia repromittes: dominari in aliena familia, in alienis opibus incubere, cultum de alieno extorque sumptu, quem non sentias cedere in te. Hæc procul à Fidelibus, quibus nulla cura toleranda vitæ, nisi si diffidimus de promissis Dei, & cura, & prouidentia: qui lilia agrestia vestit, qui E volatilia cœli nullo ipsorum labore pacit, qui prohibet de crastino, victuque curari, respondens scire se quid cuique seruorum suorum opus sit: non quidem monilium pondera, non vestium tædia, non Gallicos vultus, nec Germanicos baiulos, quæ nuptiarum gloriam accendunt, sed sufficientiam, quæ modestiæ & pudicitia apta est. Præsume, oro te, nihil tibi opus esse, si Domino appareas: imò omnia habere, si habeas Dominum: cuius omnia cœlestia recogita, & terrena despicias. Nihil viduitati apud Deum subsignatæ necessarium est quàm perseuerare. [Adiiciunt quidem sibi homines causas: nuptiarum de sollicitudine posteritatis, & liberorum amarissima voluptate. Sed id quoque penes nos odiosum est. Nam quid gestiamus liberos ferere, quos cum habemus, præmittere optamus, respectu scilicet imminentium angustiarum, cupidi & ipsi iniquissimo isto seculo eximi, & recipi ad Dominum? quod etiã Apostolo votum fuit. Nimirum necessaria soboles seruo Dei. Satis enim defunt nostra: securi sumus vt liberis vacemus: quædam nobis onera sunt, quæ etiam à Gentiliis prophanis vitantur, quæ legibus locantur, quæ parricidiis expugnantur: nobis quidem plurimum importuna, quantum fidei periculosa. Cur enim Dominus, Væ prægnantibus & nutricantibus, cecinit, nisi quia filiorum impedimenta testatur, in illa die expeditionis in commodum futura: vtique nuptias imputaturus. Tu autem ad viduas non pertinebit: ad primam angeli tubam expedite profilient. Quamcunque pressuram persecutionemque liberè perferet: nulla in vtero, nulla in vberibus æstuate sarcina nuptiarum. Igitur siue carnis, siue seculi, siue posteritatis gratia nuber, nihil ex istis necessitatis Dei seruis, vt non satis habeam semel alicui earum succubuisse, & vno matrimonio omnem concupiscentiam huiusmodi expiaste. Nubamus quotidie, & nubentes à die illo deprehendamus, vt Sodoma & Gomorra. Nam illic non vtique nuptias & mercimonia solummodo agebant: sed cum dicit, Nubebant & emebant, insigniora ipsa carnis & seculi vitia definit, quæ à diuinis disciplinis plurimum auocent: alterum per lasciuendi voluptatem, alterum per acquirendi voluntatē. Etenim illa tunc cæcitas longè à finibus seculi habebatur. Quid ergo fier, si quæ olim detestabilia sunt penes Dominum, ab his nos nunc arceat? Tempus, inquit, in collecto est. superest, vt qui matrimonia habent, tanquam non habentes, agant. [Quod si habentes obliterare debent quod habent, quāto magis non habentes prohibentur repetere quod non habent: vt cuius maritus de rebus abiit, exinde quietem sexui suo nubendi abstinentia iniungat: quam pleræque Gentilium sceminarum memoria charissimorum maritorum parcant. Cum quid difficile videtur, difficiliora alios obeuntes recensamus. Quot enim sunt qui statim à lauacro carnem suam obsignant? Quot item qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt: Voluntariis spadonibus pro cupiditate cœlesti saluo matrimonio abstinentia toleratur, quanto magis adempto: Credo enim difficilior saluum derelinqui, quàm amissum non desiderari. Durum planè & arduum satis, continentia sancta, sceminae

A minæ post viri excessum, Dei causa, cum Gētiles Satanæ suo & virginitatis, & viduitatis sacerdotia perferant: Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auspiciæ pœnæ suæ cum ipso dracone curantes, de virginitate censentur. Achææ Iunoni apud Ægium oppidum virgo fortitur: & quæ Delphis insanunt, nubere nesciunt. Ceterum viduas Africanæ Cereri assistere scimus, durissima quidem obliuione matrimonij adlectas. Nam manentibus in æternum viris non modò thoro decedunt, sed & alias eis vtique ridentibus loco suo insinuunt, adempto omni contactu vsque ad osculum filiorum: & tamen durante vsu perseuerant in tali viduitatis disciplina, quæ pietatis etiam sanctæ solatia excludit. Hæc diabolus præcipit, & auditur: prouocat nimirum Dei seruos continentia suorum, quasi ex æquo. O continentiam gehennæ sacerdotem. Nam inuenit quomodo homines etiam boni sectationibus perderet: & nihil apud eum ferat, alios luxuria, alios continentia occidere. [Nobis continentia ad strumentum videri: æternitatis demonstra ta est à Domino salutis Deo, ad testimonium fidei, ad commendationem carnis istius exhibendæ superuenturo indumento incorruptibilitatis, ad sustinendam nouissimè voluntatem Dei. Super hæc enim recogites moneo, neminem, nisi ex Dei voluntate de seculo duci, si nec folium quidem ex arbore sine Dei voluntate dilabitur. Idem qui nos mundo infert, idem & educat necesse est. Igitur defuncto per Dei voluntatem, etiam matrimonium Dei voluntate defungitur. Quid tu restaures, cui sine Deo posuit: Quid libertatē collatam tibi, iterata matrimonij seruitute fastidis? Obligatus es, inquit, matrimonio, ne quæsieris absolutionem: Absolutus es matrimonio, ne i. Cor. 7. quæsieris obligationem. Nam etsi non delinquas renubendo, carnis tamen pressuram subsequi dicit. Quare facultatem continentia, quantum possumus, non diligamus? quāprimū obuenerit, imbibamus: vt quod in matrimonio non valemus, in viduitate sectemur. Amplectenda occasio est, quæ ademit quod necessitas imperabat. Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ secundæ, disciplina Ecclesiæ & præscriptio Apostoli declarat, cum digamos non finit præsidere, cum viduam adlegi in Ordinationem, nisi vniuiram, non concedit: aram enim Dei mundam proponi oportet. Tota illa Ecclesia, candida de sanctitate describitur. Sacerdotium viduitatis, & celebratum est apud Nationes pro diaboli scilicet æmulatione. Regem seculi Pontificem Maximum tursus nubere, nefas est. Quantum Deo sanctitas placet, cum illam etiam inimicus adfectat: non vtique vt alicuius boni adfinis, sed vt Dei domini placita cum contumelia adfectans? Nam de viduitatum honoribus apud Dominum vno dicto eius per Prophetam expeditum: Iustè facite viduæ & pupillo, & venite disputemus, dicit Dominus. Duo ista nomina in quantum despectui humano, intatum diuinæ misericordie exposita, suscepit tueri. Pater omnium vide quàm ex æquo habetur, qui viduæ benefecerit. Quanti est vidua ipsa, cuius adfertor Dominus disputabit? Non tantum virginibus datum opinor, licet in illis integritas solida & tota sanctitas de proximo vifura sit faciem Dei: Tamen vidua habet aliquid operosius: quia facile est non appetere quod nescias, & auerfari quod desideraueris nunquam. Gloriosior continentia quæ ius suum sentit: quæ quid viderit, nouit. Poterit virgo scilicet haberi, at vidua laboriosior. Illa quod bonum semper habuit, ista quod bonum sibi inuenit. In illa gratia, in ista virtus coronatur. Quædam enim sunt diuinæ liberalitatis, quædam nostræ operationis. Quæ à Domino indulgentur, sua gratia gubernantur: quæ ab homine captantur, studio perpetrantur. Stude igitur ad virtutem continentia, modestiæ, quæ pudori procurat: sedulitati, quæ nugas non facit: frugalitati, quæ seculum spernit. Conuictum atque commercia Deo digna sectare, memor illius versiculi, sanctificati per Apostolum:

¹⁶ Bonos corrumpunt mores congressus mali.

Loquaces, otiosæ, vinosæ, curiosæ contubernales, vel maxime proposito viduitatis officium. Per loquacitatem inrepunt verba pudoris inimica: per otium se veritate deducunt: per vinolentiam quiduis mali insinuunt: per curiositatis æmulationem libidines conuehant. Nulla huiusmodi sceminarum de bono vniuiratus loqui nouit: Deus enim illis (vt ait Apostolus) venter est, ita & quæ ventri propinqua. Hæc tibi iam hinc commendo, conserua charissima, post Apostolum quidem ex abundantia retractata, sed tibi etiam solatio futura, quod meam memoriam, si ita euenerit, in illis frequentabis.

Ec iij

AD VXOREM.] Locus hic requirebat tractatum de coniugio Sacerdotum, eo quod Tertullianus, quum Presbyter esset, ad vxorem hunc sequentem librum scripsit: Verum differre malimus ad lib. de Exhort. ad castitatem, Tom. 5. eo quod non hunc, sed illum librum pro se (quamquam perperam) allegent Magdemburgenses. Hoc hic sufficit adserere, quod est multis coniugatis in ordinem Presbyterorum adlegerentur, numquam tamen, ne apud Græcos quidem, iam Presbytero permittitur fuisse vxorem ducere; immo disertis verbis interdictum Canone Apost. 27. Eodem pertinent quæ supra lib. de Cultu seminarum cap. 9. num. 51. de contentia Clericorum adnotauimus.

CAP. I.

2. Dignum duxi, dilectiss. mihi in Domino conserua, &c.] Caput hoc primum non aliud est quam libri totius Argumentum, quippe quo suadet, vt post excessum suum renuntiet nuptiis: atque adeo rectè etiã inscribi posset liber hic, De Monogamia ad vxorem. Aliquo autem agit hic modestius quàm in posterioribus libris de Castitate & Monogamia, Tom. 5. veritatem omnino ab errore excusari non potest. Et fortassis si coniectura aliquis sit locus, hic liber in causa fuit, non secus atque B. Hieronymo simile scriptum quoddam, cur Roma Tertulliano discendum fuerit, quod errorem hunc mordicus vellet defendere. Perim de eo latius tum dictis libris duobus, tum in Prolegomenis inter errores Tertulliani. Atqui & Trithemius & Paterniacensis ac Hirsaugiensis codices hoc huius libri initium collocarunt: Dilectiss. in Domino conserua, &c. Verum ex Gorziensi codice supplementi quod deest: Dignum duxi.

3. Nam secularibus satifagentes sumus.] Hoc est Oni adnotat Rhen.) in secularibus negotiis anxij & curiosi sumus. Satisfagentes, pro: satagetes; quo verbo etiã alibi vntur, imitatione Iureconsultorum, qui dicunt satis accipere, & satis prestare, & satis dare. Simili phrasi mox dicit: Si talibus ordinamus, id est (inquit idem) de tam leuibus & friuolis rebus ordinamus.

4. & legatum quodammodò prælegare.] Prælegare (inquit idem) pro prius legare, dum videlicet adhuc sumus in vita. Iureconsultorum verbis vntur, agens de hereditate que morte relinquunt. Qui rectè etiã adnotauit. Apposuit legi debere: admonitionem; nam sequitur, hoc meæ admonitionis fideicommissum.

5. vt solidum capere possis.] Alludit (inquit Rhenan.) ad hereditatis diuisionem in partes duodecim. Siquidem cui ex asse contingebat hereditas, is solidam capiebat hereditatem, hoc est totam & integram, nec vlla sui parte diminitam. At inter hereditas & captatores, quidam etiam dextante, hoc est decima parte, nonnulli deinceps, hoc est vndecima parte hereditatis, cogebantur esse contenti. Similiter dicit Tom. 5. lib. de Monogamia sub finem: ex testamento Dei solidum nõ posse capere.

6. Fideicommissum.] Fideicommissum (inquit idem) iureconsulti vocant, vltimæ voluntatis executione, que per verba deprecatoria amico iniungatur, qualia sunt, Peto, cupio, rogo, & similia. A fide heredis cui committitur, nomen habet. Vnde fideicommissarij dicti. Hereditas fideicommissaria etiam fiduciaria appellatur Pliniano. De discrimine fideicommissorum & legatorum, proluxa apud Iureconsultos disputatio. Libros

certè tres videre est in Digestis seu Pandectis Iustiniiani 30. 31. & 32. Titulo de legatis & fideicommissis, ad quos in Paratilis adnotauit Cuiacius hanc viri que differentiam: Quod Legatum donatio sit testamento heredi mandata, fideicommissum vero liberalitas, que verbis precariis, vel alio quocunque iudicio voluntatis precaria, in aliquem confertur etiam ex intestato.

7. cui sit honor, gloria, &c.] Rursum hic more suo ex duobus locis Apocalypsis 5. & 7. istud desumpsit. Nam priori loco legitur: honor, gloria, potestas; posteriori: claritas & virtus; pro quorum postremo hic legitur: dignitas; nam & magistratum vox Græca ἀρχὴ signifiat. Adde etiam aliunde: nunc, fortassis ex Epistola Iudæ, qui subdit; nunc, & in secula seculorum. Amen.

8. post excessum nostrum.] Excessum rectè Rhenanus mortem interpretatur. Sic enim & infra cap. 6. post viri excessum; & lib. adu. Valentin. Tom. seq. vbi post excessum omnino non nubitur. Quo loco adnotauit, etiam Suetonium sic loqui solitum. Adde & B. Cyprianum epist. 4. ac 31. & lib. ad Demetr.

9. renunties nuptiis.] Aconius Pedianus (inquit Rhenan.) docet renuntiationem esse recusationem eius rei, que in placito & promissione venerat. Sic dixit Hospitium renuntiate Cæro. Hinc illud nostrum: Renuntiamus diabolo & pompæ eius. Et illud ipsius Auctoris infra cap. 5. lib. de Coron. milit. contestamur nos renuntiare diabolo & pompæ & angelis eius. de quo interim latius infra Tom. seq. lib. de Baptismo. sic & infra cap. 4. quia & luxuriæ & ambitioni renuntiamus.

10. translatis scilicet in angelicam qualitatè, &c.] Ita (inquit Rhenan.) & lib. de Habitu muliebris: Nam & vobis eadè tunc substantia angelica repromissa. Respicit locum qui est Math. 2. 2. cap. integer locus sic habet. In resurrectione autem neque nubunt neque nubentur; pro quo dixit: nulla restitutio nuptiarum in diem resurrectionis reponitur, sed erunt sicut Angeli Dei; quod pertinet quod præmissum est. Occasionem autem questionis Sadduceorum proponit, quum dicit: illa quam septem fratribus per successionem nupsisse voluerunt, tamquam de fide eorum dubitans.

11. illam confuturus.] De simili phrasi habes Adnot. nostras in B. Cyprian. Epist. 63. nu. 47. Vbi tractatur illud Marc. 8. Qui me confusus fuerit, confundetur eum, &c. Porro de errore Tertulliani, quo Digamiam vocat hic confusionem, & mox cap. 4. contumeliam, item dedecus voluptuosum, & tam spurca, in Prolegomenis nostris inter eius errores. Eodem pertinet quod infra cap. 5. dicit: Nubebant & emebant, insigniora ipsa carnis & seculi vitia; item: quæ olim detestabilia sunt apud Dominum.

CAP. II.

12. Non quidem abnuimus, &c.] Secundo huic capiti inscriptionem damus: Quod secundas nuptias videatur scriptura non adprobare; in quo interim vel maximè Montanizat, Monogamie. Vel Rhenano etiam teste) patronum agens, dum scribit coniunctionem viri & tæminæ à Deo permissam, vnam tamen, adferens argumentum ex Genesi, quod Adam vnus Eux maritus, & Eua vna illius vxor, vna mulier, vna costa; de cuius vero & sano intellectus latius libri supradicti, aut in Prolegomenis.

13. sed

13. sed etiam plurifariam matrimoniis vti fas fuit.] De hoc ita B. August. lib. de Bon. coniugali cap. 15. Antiquis iustis non fuit peccatum, quod pluribus fæminis vtebantur; nec contra naturam hoc faciebant, quum non lasciuendi causa, sed gignendi hoc facerent; nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant; nec contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Intellegit autem Abraham & Iacob Patriarchas.

14. Erant & concubinæ.] Quod proprie concubinæ nõ fuerint, sed secundaria vxores, Abrahæ Agar, & Iacob Bala & Zelpha, B. Chrysostomus & Augustinus disertis verbis comprobant, vel ex illo Genes. 16. Et dedit eam viro suo vxorem. & Gen. 30. Deditque illi Balam in coniugium. De concubinæ Salomonis Regis alia ratio; nam in peccatum illi eas impunit B. August. lib. 5. Locutionum, in illud Deuter. 17. Non habebit Rex vxores plurimas, quæ alliciant animam eius; faciens vni in voce plurimas. nam plures etiam David vxores habuerat. Atqui passiuam licentiam, omnibus usurpatam intellegit more suo, de quo latius infra Tom. sequ. sub finem lib. de Carne Christi.

CAP. III.

15. Sed non ideo præmiserim de libertate veteritatis, &c.] Titulum huius capitis scripsimus: Quod et si bonum sit matrimonium, contentia tamen maius sit bonum. Tractat autem id argumenti multo latius ex eadem Apostoli scriptura infra T. 5. lib. de Exhort. castit. quod Lectorem remittimus.

16. qui inter cetera peruersitatum suarum, &c.] Haud dubie Marcionem notat (vbi etiam adnotauit Rhenanus.) Apud illum enim, vt scribit lib. 1. ad eundem: Non tingitur caro, nisi virgo, nisi vidua, nisi cælebs, nisi diuortio baptisma mercata. Vbi de nuptiis nunquam prohibitis latius.

17. Sed etiam in persecutionibus, &c.] Facit hoc ad initium erroris Tertulliani, de quo scripsit librum De fuga in persecutione: sed paulo mitius hic loquitur quam lib. de Coron. milit. Vnde mihi fit verisimile, hunc & sequentem librum illo prius conscriptos, maximè quum nulla in istis mentio Paracleti. Non malè autem Rhenan. interpretatur comprehensum in tormentis, & distortum in equuleo. Qui etiam rectè illud: Quid enim necesse est mori mihi? sic distinguit, vt quasiuè legatur. Nam obiectio est fugientis in persecutione, quasi dicat: Christus neminem ad hoc cogit vt moriatur, qui dicit: Fugite de ciuitate in ciuitatem. Quem admodum & illud: Si ploro, bonum est, si timeo, sic interpretatur: Si instante persecutione deploro propriam imbecillitatem, quod corpus videlicet non sufficit tormentis sustinendus, bonum est. Si timeo, subaudi tormenta, ne scilicet propellar ad negationem, bonum est, nam vt ante dixi, priores clausulas plerumque repetere oportet.

18. dissuasio est infirmorum.] Ita lego ex t. cod. MS. Vatic. pro eo quod Rhenan. infirmorum; ac si infirma vocet minus bona atque imperfecta. Item ex 2. Vatic. Porro planè bonum, pro: plenè, quod illud Auctori in eodem etiam significatu magis sit vñatum.

19. & meliorum donationum sectatores sumus.] Contra quam solet verti Latine donationes; quod noster interpretes I. Corinth. 12. retenta voce Græca charismata.

20. Fœlicem illum, qui similis Pauli extiterit.] Locus contra illos, qui Paulum Apostolum coniugatum fuisse adserere nõ verentur; sed quia apertius istud I. Cor. 7. exponit infra lib. de Exhort. ad cast. eodem Lectorem re-

mittimus, idque eo magis, vt constet de vera Auctoris sententia, quod ad coniugium Sacerdotum adinet, & maximè ad lib. de Monogamia, vbi disertis verbis præter Petrum: ceteros (inquit) Apostolos aut spadones intelligi necesse esse aut continentes.

CAP. IIII.

21. Sed carnem legimus infirmam, &c.] Inscriptionem huic capiti damus: Quod neque carnis, neque seculi necessitas ad nuptias cogat.

22. Legimus tamen & spiritum firmum.] Firmum vertit Math. 26. pro eo quod promptum noster interpretes, Græcè τὸ ἰσχυρὸν, ad cuius significationem iste magis accedit.

23. ætatis officia defendit.] Sic (inquit Rhenan.) etiam alibi sæpe loquitur; nonnunquam cum Datio. Vt in lib. de Resurr. carn. Corruptionem (inquit) perpetuam veteri defendat.

24. Sororum nostrarum.] Hoc est (inquit idem) Christianarum. Similiter lib. de Anima, T. sequ. Soror quædam reuelationum charismata sortita.

25. malunt enim Deo habere.] Potest hoc & de Viduis, & de Virginibus intelligi, quemadmodum latius infra lib. de Velandis Virg. nu. 1.

26. volatica desideria.] Similiter alibi dicit Auctor: propter vnus anni volaticum gaudium. Compensans autem (inquit Rhenan.) veluti pensatione facta æternorum bonorum cum mundanis istis & transitoriis. Qui etiam adnotat illud: videlicet, ironicum esse, nempe pro: Sicut. Item tolerandæ vitæ accipi, pro: sustinendæ, seu potius sustentandæ.

27. qui prohibet de crastino victuque curare.] Pausus expressit illud Math. 6. Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: nam omnia illa victus nomine intellegit, tum hic, tum supra lib. de Idolol. cap. 12. Vbi pro: curate, transulit: cogitare.

28. non Gallicos vultus.] Propter candorem (inquit Rhen.) præsertim si cum Græcis, Syris, Hispanis, aut etiam fælis hodie comparentur. D. Hieron. ad Euziam: Nec candidulus & rubicundus affleat adhaereat lateri tuo. Et ad Demetriadem: Eunuchorum quoque tibi (inquit) & puellarum & seruulorum mores magis eligantur quam vultuum elegantia. Idem ex Lactantio docet: Gallis nomen obuennisse Galatis à candore corporis, ad quod alluserit Maro, cum caneret:

- Tum lactea colla

Auro innectuntur.

Potisset enim alioqui dicere, candida. Sed & Amm. Marcellinus: Celsioris (inquit) staturæ & candidi penè Galli sunt omnes, & rutili, luminis que toruitate terribiles, auidi iurgiorum, & sublatius insolentes. Intellegit itaque Gallos affleas seu famulos. Prima editio in margine habebat: mulos, pro: vultus, quod magis placet, eo quod lib. sequ. cap. 8. nu. 57. legatur: & mulabus & cinerariis peregrinæ proceritatis, quem similem huic locum esse Rhen. adnotauit. Nihil tamen in contextu immutauit, eo quod 3. MS. Vatic. vultus legant.

29. nec Germanicos baiulos.] Hoc est (inquit idem) lecticarios seruos, qui in lectica aut sella gestent. Ad hanc operam ob staturæ proceritatem, Germanis utebantur, olim etiam Syris: vnde Iuuenalis,

Nec quæ longorum vehitur ceruice Syrorum.
Aiuunt antiquitatis periti lecticam istiusmodi gestatoriam non ab similem sandapila fuisse, quæ mortui hodie effertur, sed obducibilem velis, si ita res postulasset, adfixis etiam
Ec iiij

inferne sustentaculis, qua nunc suspendi, nunc demitti possent, si quando baiulos interquiescere necessitas coegisset, denos plerumque vel duodenos, quibus etiam recentes succedebant vicarij. Nam non per urbem modo, verum etiam per agros magna itinera huiusmodi gestatione conficiebantur. Seneca epist. 80. Idem quoque de istis licet omnibus dicat, quos supra capita hominum supra quamque turbam delicatas lectica suspendit. Idem alibi: Non faciet (inquit) te beatum turba seruorum lecticam tuam per itinera Urbana aut peregrina portantium. Et rursus alio loco: Quotiens occurrit domus splendida, cohors culta seruorum, lectica formosus imposita calanibus. Porro Romanus Pontifex vsus lectica ex antiquitate retinuit, ut alia multa, fauentibus concedentibus hoc Imperatoribus, Flauio Constantino Magno, & ceteris qui hunc insecti sunt. Nam de vehiculo, siue sella curuli, clarum testimonium habemus ex Ammiano Marcellino. Denique Romæ baiulos agunt hodieque Germani, Pontificij corporis gestatores ex cohorte illa stipatorum Palatina, quam a multis iam annis Romani Pontifices alunt.

C A P. V.

30. Adiciunt quidem sibi homines caussas, &c.] Inscriptum hoc caput. Quod nec liberorum procreatio necessaria sit. Quamquam autem paulopost malit legere Rhenan. ocio sum est, nos odio sum retinimus cum MS. & excusis codicibus. Pro eo autem quod est illo seculo eximi, legunt MS. 3. Vat. cod. excuri. sed pro prioris lectione facit illud supra lib. de Spectac. cap. 28. exire de seculo. Ibi denique, Nimirum necessaria, rursus ironiam esse adnotauit Rhenanus.

31. quæ legibus locantur.] Viri hic (inquit Rhenan.) Metaphora locantis aliquid ut fiat, velut is facit qui domum construendam alicui locat, qui conducere dicitur, & redimere. Quem admodum vero locator conductori re perfecta paciam mercedem excoluit, sic & leges patribus ob filios procreatos premium conferunt. q. d. Nisi imitaret homines propositum premium, nemo liberos toleret. Quod magis placet, quam quod Adnot. sua in lib. de Exhort. cast. censet legendum: cogantur, eo quod illi similiter dicat: ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines. Inter quas (præter eas, de quibus supra Apolog. cap. 4. num. 52.) erat illa xij. Tabularum: Censores, calibes esse prohibito. Item illa Platonis lib. 6. de Leg. qua eos qui annis xxxv. peractis coniuges nec haberent, nec habere vellent, pecuniis & honoribus multauit. Vide autem etiam de pænis calibum infra Tom. 5. sub finem lib. de Monogamia.

32. in illa die expeditionis.] Dies expeditionis, ut ad marginem adnotauit Rhenanus, dies ultimi iudicij. Siue autem paulopost legas: posteritatis gratia nubet, cum excusis, siue: nubebit, cum MS. 3. Vat. perinde est.

33. sed quum dicit, Nubebant & emebant.] Etiam hic memoria lapsus videtur Auctor, dum Sodoma & Gomorrhæ adscribit, quod Christus narrat de diebus Noë, Matth. 24. quamquam etiam ibi non dicatur quicquam de iis qui emebant. Rectius lib. de Monog. T. 5. infra sub finem, omiſſa emptione: Nubant (inquit) huiusmodi in finem, vsque, ut in ista confusione carnis, sicut Sodoma & Gomorha & diluuij dies, ab illo vitimo exitu seculi deprehendantur.

34. Etenim illa tunc cæcitas, &c.] Illa (inquit Rhenan.) cæcitas, videlicet non curantium Deum, sed nubentium & ementium, accidit ante tot secula, mundo adhuc propemodum recenti, in cuius finem nos incidi-

mus. hoc vult dicere. Pertinet etiam hoc ad errores Tertulliani.

C A P. VI.

35. Quod si habentes, oblitescere debent, quod habent, &c.] Huic capiti titulum facimus: Quod imitari debeant & Christianarum & Gentilium feminarum continentiam.

36. memoria chariff. maritorum parant.] Parant (inquit Rhenan.) hoc est seruent. Translatione sumpta ab hominibus frugi, qui rebus suis parce vultur, malentes quod habent seruire, quam inutiliter prodigere. Ipse cum Accusatio constructa, vi su parant, pro: comparant, nisi manus parentant.

37. Quot enim sunt qui statim à lauacro carnem suam obfignant.] Siquis alius, certe hic locus, antiquissimum continentie significat, de quo latius supra lib. de Cultu feminarum, cap. 6. nu. 51. & infra lib. de Veland. virg. nu. 1. Simile est illud lib. de Patientia supra cap. 13. Spadonem voluntarium ad regna cæli leuiat.

38. Quot item qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt.] Simile est illud infra lib. de Veland. virg. cap. 10. Siue qui ex consensu continentiam communem iam recusauerunt. Istud autem pertinet ad continentiam coniugum, quam pari inter se consensu in primitiua Ecclesia vouentes, ita debitum matrimonij sibi mutuo remittunt, & quodammodo tollunt. Atque id imprimis vsitatum fuit in iis, qui ad sacros adlegebantur ordines, iam antea coniugati, atque adeo de Tertulliano ut id ipsum credam, facit quod ad vxorem haud dubie à se absentem, hos duos libros scripserit: maxime quum constet in Ecclesia Latina id iam ab ætate Apostolorum etiam ex præcepto obseruatum fuisse. Quod pertinet imprimis illud Decretum Clement. Romani Papæ 1. Quod si post ordinationem ministro altaris contingat proprium inuadere cubile vxoris, sacrarij non intret limina. & quæ in illud commentatus est Franciscus Turrianus lib. 5. pro Epist. Pontific. cap. 12. nominatim ex B. Sixto Papa 3. lib. de Castit. De quo vide plura supra lib. de Cultu feminarum, cap. 9. nu. 51. ubi etiam de Spadonibus voluntariis.

39. saluo matrimonio.] Facit hoc pro altera Ecclesie sententia, quæ etiam matrimonium saluum agnoscit in B. Virgine & Ioseph, etiam si in abstinentia seu continentia perpetua vixerint, atque adeo etiam in reliquis consensu pari continentibus. Ibi autem: Durum planè & arduum, Ironiam iterum adnotauit Rhenanus, qui quamquam malit legere: continentia sanctæ feminae, mihi id non placet, facit enim magis ad institutum illud: continentia sancta, feminae post viri excessum, Dei causa.

40. Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis, &c.] Aliis verbis hoc expressit sub finem libri de Monogamia mox citati: Sunt & quæ de tota continentia iudicent nos virgines Vestæ, & Iunonis Achaicæ, & Apollinis Pythij. Item lib. de Exhort. castit. Noueram virgines Vestæ apud Achaicæ ganeum, & atrocis apud Delphos. Atqui de Vestalibus vide supra Apolog. cap. 26. num. 420.

41. Acheæ Iunoni apud Ægium oppidum virgo fortitur.] Antea erat: Accæ (inquit Rhenan.) nos scripsimus: Acheæ. Nam Ægium oppidum est Achaicæ, ubi colebatur Iuno. Auctor Plinius & alij. Huius Iunonis ex hoc loco facit mentionem Hieronymus in Epist. ad Gerontiam, apud quem legitur in peruulgatis editionibus, Iunonisque Achiuæ. Gyraldus hist. Deorum syntag. 3. legit, & probat lectionem: Accæ Iunoni. Ferum plâ-

cet magis Rhenani lectio, quod non solum excusis, sed & MS. cod. legitur, lib. de Exhort. castit. Iunonis Achaicæ, sicut etiam apud B. Hieronymum retinendum puto: Achiuæ, pro eo quod Erasmus legendum censet: Argiuæ. Idem quidem ab illo reperitur adu. Fouin. lib. 1. sed dumtaxat: Iunonis virgines vocat.

42. & quæ Dephis insaniunt.] Anstites has vocat lib. de Monog. Apollinis Pythij. Vbi de iis latius.

43. Ceterum viduas Africanæ Cereri, &c.] Similiter lib. de Exhort. castit. paulo clarius: Feminas vero Cereris Africanæ, cui etiam sponte abdicato matrimonio, ad senescunt, exinde adempto contactu masculorum, vsque ad oscula filiorum. & paucioribus lib. de Monog. Cereris sacerdotes viuenticibus etiam viris & consentientibus, amica separatione viduantur. Ex quo loco constat etiam hic legendum: eis vtique viuenticibus, pro: ridentibus. Atqui quum & hic & locis duobus modo citatis nominatim legantur codices omnes Cereri, nisi non placeat coniectura eruditiss. D. Pithæi (de qua supra Apolog. cap. 24. nu. 383.) qua legendum censet: cœlesti; tamen in hoc ei assentior, ut Deam cœlestem existimem eandem, quæ hic Africanæ Ceres nuncupatur. Siue autem legas paulopost: pietatis sanctæ solatia cum excusis. siue. sancta cum 3. MS. Vat. cod. perinde est.

C A P. VII.

44. Nobis continentia ad strumentum æternitatis demonstrata est, &c.] Inscriptionem huic capiti datus: Quod etiam Scriptura videatur dehortari secundas nuptias. Strumentum autem (inquit Rhenan.) pro instrumeto, etiam alibi vsurpatum, ut struetus pro instructus, & strueti aduerbialiter, pro instructi.

45. Nam et si non delinquas renubendo, &c.] Hinc patet nondum omnino Montanistam fuisse Tertullianum, quum hæc scriberet, sed amore continentie vehementius scripsisse, quem admodum etiam B. Hieron. Epist. modo citata ad Gerontiam de Monogamia. Quamuis enim adludat ad verba Apostoli, tamen adferunt dicta verba pronuntiat, addendo de Apostolo: carnis tamen pressuram subsequi dicit. Omnino tamen illud ab errore excusari non potest quod subdit: Quantum fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati nuptiæ secundæ, &c. ad quæ, aliæque eiusmodi respondebimus infra, aut libris supracitatis, aut inter Prolegomena.

46. quum digamos non sinit præfidere.] Præfidebant (inquit Rhenan.) Presbyteri & Episcopi: unde Præfidentes dicti. Tertull. lib. de Coron. milit. loquens de Eucharistia: Nec de aliorum (inquit) manu quam Præfidentium sumimus. Adludit autem ad locum qui est ad Titum cap. 1. Vnius vxoris vir. Vide similem locum Apolog. cap. 34. Præfident quique probati seniores; Vbi de auctoritate Episcoporum latius num. 503. Atqui de hoc scriptura loco latius infra dictis libris de Cast. & Monogamia.

47. quum viduam adlegi in Ordinatione, &c.] Quod hic Ordinationem vocat (inquit Rhenan.) in lib. de Veland. virg. vocat sedem. Ad quam (inquit) sedem præter annos sexaginta non tantum vniueræ, id est

nuptiæ, aliquando eliguntur. Respicit autem locum qui existat ad Timoth. priore epist. cap. 5. Quod autem hic Ordinationem, illic Viduatum vocat, & sedem viduarum. Verum de hoc etiam ubi supra, lib. de Castit. erit dicendi locus ad illud sub finem: Quanto igitur & quæ in Ecclesiis ordinari solent.

48. Regem seculi Pontificem Maximum, &c.] Idem reperit dicto lib. de Exhort. castit. Vbi hac de re tractabitur, & aliquid etiam dicitur Tomo sequi lib. de Prescrip. adu. hæres. cap. 40. nu. 241.

49. ut alicuius boni adfines.] Ita supra lib. de Patientia: Nunquid impatientes pacis adfines, & T. sequi lib. adu. Hermog. boni & mali adfinem.

C A P. VIII.

50. Nam de viduitatum honoribus, &c.] Postremo huic capiti titulum imposuimus: De Viduitatis honoribus.

51. Iustè facite viduæ & pupillo.] Virique adscribit quod Isai. secundo loco ponitur ΔΙΟΥΧΑΙΩΝ. nam apud illum sic legitur: Iudicate pupillo, & iustificate viduam. Legimus autem mox ex 3. Vat. cod. qui viduæ benefecerit, pro: benefecit.

52. cuius adfertor Dominus.] A fertor (inquit Rhenan.) vindex est, qui aliquem vindicat in libertatem. Hic pro patrono, qui hominem tuendum suscipit. Ita lib. 1. in Marc. talis adfertor etiam damnaretur in seculo, nedum plagiator.

53. Poterit virgo felicior haberi, at vidua laboriosior, &c.] His & præcedentibus ac sequentibus verbis indicat, quo sensu infra dicat lib. de Veland. virg. cap. 10. Non enim & continentia virginitati antistat, &c. Vbi de hoc latius nu. 83. Similis etiam locus est supra lib. de Patient. c. 13. nu. 85. & B. Hieronymi complures.

54. virtus coronatur.] Pertinet hoc ad coronam seu premium virtutum, de qua supra lib. de Patient. cap. 11. nu. 73. & 75. & lib. ad Martyras cap. 3. nu. 43.

55. Conuictum atque commercia, &c.] Similiter (vbi etiam adnotat Rhenan.) B. Hieronym. ad Eustochium: Eas autem (inquit) virgines & viduas, quæ otiose & curiose domos circumeunt matronarum, quæ rubore frontis abstrito, parasitos vincunt mimorum, quasi quasdam pestes abiice. Corruptunt bonos mores confabulationes pessimæ. Nulla illis nisi ventris cura est, & quæ ventri sunt proxima. Istiusmodi hortari solent, & dicere: Mi castella, rebus tuis vere, & viue dum viuas, & nunquid filiis tuis seruas? Vinosæ atque lasciuæ quiduis mali insinuant, ac ferreas quoque mentes ad delicias emolliunt.

56. Bonos corrumpunt mores.] Hunc Menandri versus sanctificatum (vbi loquitur Auctor) per Apost. 1. Cor. 15. sic citat in Tractat. de Simph. Prælat. seu de Virginitate Ecclesie B. Cyprian. martyrr. Corruptunt ingenia bona confabulationes pessimæ. Et in sequi lib. rursus Tertull. Bonos corrumpunt mores confabulationes malæ.

57. per otium se veritate deducunt.] Sic iterum legimus ex 3. MS. Vat. ac si dicat: se à veritate deducunt, pro eo quod substituitur ex collatione Gorziensi Rhen. securitatem inducunt.



SCRIPTO ad *Vxorem* Libro præcedenti, respectu humanæ infirmitatis ad secunda consilia conuersus, hunc quoque Librum ad eam scripsit, quo vti saltem à matrimonio cum Gentilibus abstineat, adhortatur.

- I. *Atque imprimis id ex Apostoli præcepto urget, qui nubendi disciplinam præscribendo, non suadet, sed iubet, ut tantum in Domino nubant.*
- II. *Neque verò sibi quemquam blandiri debere de illo eiusdem Apostoli: Si quis frater infidelem habet uxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam, &c. quia manifestum est eos fideles designari, qui in matrimonio Gentili à gratia Dei inuenti fuerint.*
- III. *Proinde fideles Gentilium matrimonia subeuntes, stupri reos esse, & arcendos ab omni communicatione fraternitatis.*
- III. *Maximè, quum Gentili iuncta femina Domino pro disciplina satisfacere nõ possit, si statio facienda sit, si ieiunia obseruanda, si procedendum erit. Quis enim coniugem suam nocturnis conuocationibus aut sollempnibus Paschæ abnotantem sustinebit? quis ad conuiuium Domini, cum quod infamant, sine suspitione dimittet?*
- V. *Et ut aliqui nostra sustineant, hoc esse delictum, quod Gentiles nostra nouerunt? Quomodo enim latebis (inquit) cum lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum etiã per noctem oratum consurgis? Nec sciet maritus, quid secretò ante omnem cibum gustes? & si sciat, panem non illum credit esse qui dicitur.*
- VI. *Deinde, quum moretur Dei ancilla cum Laribus alienis, de cuius manu desiderabit, de cuius poculo participabit? Quid maritus suus illi, aut illa quid marito suo cantabit? quæ Christi inuocatio? quæ fomenta fidei de scripturarum interlectione? ubi diuina benedictio?*
- VII. *Aliam verò esse rationem, si hæc eis quoque euenire possint, quæ in matrimonio Gentilis fidem adeptæ sunt: quia facilius tales lucrifunt, eo quod ratum sit apud Deum matrimonium.*
- VIII. *Quid? quod etiam Iure serui foras nubere interdicanter; & censeantur seruituti vindicanda, quæ cum alienis seruis post dominorum denuntiationem in consuetudine perseverauerunt.*
- IX. *Felix e contrario esse matrimonium, quod Ecclesia conciliat, confirmat oblatio, duorum fidelium; qui simul orant, simul ieiunia transigunt; ubi sacrificia sine scrupulo, non furtiua signatio, non muta benedictio.*
- Ceterum, præterquam quod præcedentis libri nominatim hæc fiat mentio, & non semel imitetur Auctorem, verbis penè iisdem B. Hieronymus locis infra citatis, etiam hunc viderunt MS. iam olim Trithemius & Politianus. Aeditus verò fuit primum cum Scholiis, deinde & Adnotationibus à Rhenano; at nunc & denuò castigatus ad tria MS. Vaticana exemplaria, & Adnotationibus auctus.*

Q. SEPTIMII FLORENTIS
TERTVLLIANI AD VXOREM, DE
MATRIMONIO CVM GENTILIBVS,
Liber secundus.



- R**OXIME tibi, dilectissima in Domino conserua, quid fœminæ sanctæ, matrimonio quacunq; sorte adempto, sectandum sit, ut potui, profectus sum. Nunc ad secunda consilia conuertamur, respectu humanæ infirmitatis, quarundam exemplis admonentibus, quæ diuortio, vel mariti excessu, oblata continentia occasione, non modò abiecerunt opportunitatem tanti boni, sed ne in nubendo quidem rursus disciplina meminissem voluerunt, ut in Domino potissimum nuberent. Itaque mihi confusus est animus, ne qui te nuper ad vniuiratus & viduitatis perseverantiam hortatus sum, nunc mentione nuptiarum, proclium tibi labendi ab altioribus faciam. Quod si integrè sapias, certè scis id seruandum tibi esse, quod sit vtilius. Quod verò difficile est, & non sine necessitatibus & hoc maximum propositum vitæ supremi præsidij, nec mihi de isto quoque referendi ad te causæ fuissent, nisi grauiorem meam sollicitudinem comprehenssem. Nam quanto grandis est cõtinentia carnis, quæ viduitatem ministrat, tanto si nõ sustineatur, ignoscibilis videri potest. difficile enim facilis est venia: Quanto autem nubere in Domino perperabile est, vti nostræ potestatis, tanto culpabilius est non obseruare quod possis. Eò accedit, quod Apostolus de viduis quidem & innuptis, ut ita permaneant suadet, cum dicit: Cupio autem omnes meo exemplo perseverare. De nubendo verò in Domino, cum dicit, Tantum in Domino, iam non suadet, sed exerte iubet. Igitur in ista maximè specie nisi hoc sequimur, periclitamur: Quia suatum impunè quid negligas, quàm iustum, quod illud de consilio veniat, & voluntati proponatur: hoc autem de potestate descendat, & necessitate obligetur: illic libertas, hic contumacia delinquere videatur. [Igitur cum quædam istis diebus nuptias suas de Ecclesia tolleret, id est, Gentili coniungeretur: idque ab aliis retrò factum recordarer, miratus aut ipsarum petulantiam, aut consiliariorum præuaricationem, quod nulla scriptura eius facti licentiam proferrent, Nunquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur, primæ ad Corinthios, ubi scriptum est: Si quis frater infidelem habet uxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis, infideli nupta, si consentaneum maritum experitur, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir à fideli vxore, & infidelis vxor à fideli marito: ceterum immundi essent filij vestri. Hanc monitionem fors fidelibus iniunctis simpliciter intelligendam putent, etiam infidelibus nubere licere, qui ita interpretantur. Abiit ut sciens se circumfcribat. Ceterum manifestum est scripturam istam eos fideles designare, qui in matrimonio Gentili inuenti à Dei gratia fuerunt, secundum verba ipsa: Si quis inquit, fidelis vxorè habet infidelem, nõ dicit, vxorè ducit infidelem: ostendit iam in matrimonio agem mulieris infidelis, mox gratia Dei cõuersum perseverare cum vxore debere: scilicet propterea, ne qui fidem cõsecutus, putaret sibi diuertendum esse ab aliena iam & extranea quodammodo fœmina. Adeò & rationem subiicit in pace nos vocari à Domino, & posse infidelem à fideli per vsum matrimonij lucrifieri. Ipsa etiã clausula hoc ita intelligendum esse confirmat, Vt quisque, ait, vocatur à Domino, ita perseveret: vocantur autè Gentiles, opinor, nõ fideles. Quod si de fideli ante matrimonium pronunciaisset absolutè, permiserat sanctis vulgò nubere. Si verè permiserat, nunquam tam diuersam atque contrariam permissui suo pronuntiationem subdidisset, dicens: Mulier defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantum in Domino. Hic certè nihil retractandum est: nam de eo quod tractari potuisset, Apostolus cecinit: ne, quod ait, cui velit nubat, male vteremur, adiecit, tantum in Domino, id est, in nomine Domini, quod est indubitatè Christiano. Ille igitur Apostolus sanctus, qui viduas innuptas integritati perseverare mautuit, qui nos ad exemplum sui hortatur, nullam aliam formam repetundarum nuptiarum nisi in Domino præscribit, huic soli conditioni continentia detrimenta concedit: Tantum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suæ, Tantum. Quo sono & modo enuncia-



ueris dictum istud, onerosum est: & iubet & suadet, & præcipit & hortatur, & rogat & cō-
minatur. ¹⁶ detractata & exerta sententia est, & ipsa sui breuitate fœcūda. Sic solet. Diuina,
vxor, statim obserues. Quis enim alius possit pericula multa, & vulnera fidei in huiusmodi
nuptiis quas prohibet Apostolus prouidisse: & primò quidē carnis sancta in carne Gen-
tili inquinamentū præcauisse? Hoc loco dicit aliquis, Quid ergo refert inter eum qui in
matrimonio Gentilis à Domino allegitur, & olim, id est, ante nuptias fidelem, vt non
proinde carni suæ caueat: alter arceatur à nuptiis infidelis, alter in his perseverare videat-
ur: cur si à Gentili inquinamur, non & ille dilungitur, quemadmodū iste non obligatur?
Respondebo si spiritus dederit, ante omnia allegans Dominum magis ratum habere ma-
trimonium nō contrahi, quàm omninò disungi: denique diuortium prohibet, nisi stupri
causa, continentiam verò commendat. Habet igitur ille perseverandi necessitatem, hic
potrò etiam non nubendi potestatem. Tum si secundum scripturam qui in matrimonio
Gentilis à fide deprehenduntur, ac propterea nō inquinantur, cum ipsis alij quoque san-
ctificantur: sine dubio isti, qui ante nuptias sanctificati sunt, si extraneæ carni cōmiscen-
tur, sanctificare eam non sint deprehensi. Dei autē gratia illud sanctificat, quod inuenit.
Ita quod sanctificari non potuit, immundum est: quod immundum est, cum sancto non
habet partem, nisi vt de suo inquinet & occidat. [¹⁷ Hæc cum ita sint, fideles Gentilium

I I I.

1. Cor. 5.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

Ibidem.

1. Cor. 15.

Math. 6.

I I I I.

Math. 5.

2. Cor. 9.

Math. 7.

matrimonia subeuntes, ¹⁸ stupri reos esse constat, & ¹⁹ arcendos ab omni cōmunicatione
fraternitatis, ex litteris Apostoli dicentis, cum eiusmodi nec cibum sumendum. At nun-
quid ²⁰ tabulas nuptiales de illo apud tribunal Domini proferemus? Et matrimoniū ritē E
contractum allegabimus quod vetuit ipse? Non adulterium est quod prohibetur: nō stu-
prum est extranei hominis admissio? Minus templum Dei violat: minus membra Christi
cum membris adulteræ commiscet? Quod sciam, non sumus nostri, sed pretio empti: &
quali pretio? sanguine Dei. Lædētes igitur carnem istam, eum lædimus. De proximo quid
sibi voluit ille qui dixit, delictum quidem esse extraneo nubere, sed minimum, cum aliās
deposita carnis iniuria ad Dominum pertinentis, omne delictum voluntarium in Domi-
no grande sit? Quanto enim potestas vitandi fuit, tanto contumaciæ crimen oneratur.
Recenseamus nunc cetera pericula & vulnera, vt dixi, fidei ab Apostolo prouisa, nō car-
nis tantum, verum etia ipsius spiritus, molestissima. Quis enim dubitet obliterari quoti-
die fidem commercio infideli? Bonos corrumpunt mores, confabulationes malæ: quanto
magis ²¹ coniunctus, & indiuiduus vsus. Quæuis mulier fidelis Dominum obseruet ne-
cessè est. Et quomodo potest duobus dominis deseruire, Domino, & marito, adde Gen-
tili: Gentilem enim obseruando Gentilia exhibebit, formam, ²² extructionem, munditias
seculares, blanditias turpiores, ipsa etiam matrimonij secreta maculosa: non vt penes san-
ctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis Dei modestè & mo-
deratè transiguntur. [²³ Sed viderit qualiter viro officia pendat. Domino certè non po-
test pro disciplina satisfacere habens in latere diaboli seruum, procuratorem Domini sui
ad impedienda fidelium studia & officia. Vt ²⁴ si statio faciendā est, maritus de die condi-
cat ad balneas: si ieiunia obseruanda sunt, maritus eadem die conuiuium exerceat: si ²⁵ pro-
cedendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat. Quis enim sinat coniugem
suam ²⁶ visitandorum fratrum gratia, vicatim aliena & quidem pauperiora quæque tuga-
ria circuire: Quis nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi libenter
feret: Quis denique ²⁷ Solennibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit? Quis ad ²⁸ cō-
uiuium Dominicum illud, quod infamāt, sine sua suspitione dimittet? Quis in carcerem
ad ²⁹ osculanda vincula martyris reptare patietur? iam verò alicui fratrum ad osculum cō-
uenire? aquam sanctorū pedibus offerre: de cibo, de poculo inuadere, desiderare, in mēte
habere? Si & peregrè frater adueniat, quod in aliena domo hospitium? Si cui largiendum
erit, horreum, ³⁰ proma, præclusa sunt. [³¹ Sed aliqui sustinent nostra, nec obstrepunt.
Hoc est igitur delictum, quod Gentiles nostra nouerunt, quod sub cōscientia istorum su-
mus: quod beneficiū eorum est, si quid operamur. Non potest se dicere nescire, qui susti-
net: aut si cæletur quia non sustinet, timetur. Cum autem scriptura vtrumque mandet, &
³² sine alterius cōscientia, & sine nostra pressura operari Domino: nihil interest in qua
parte delinquas, aut in cōscientia mariti, si sit vt patiens: aut in cōflictatione tui, dum vi-
tatur impatiens. Nolite, inquit, margarita vestra porcis iactare, ne cōculcent ea, & ³³ con-
uersi vos quoque euertant. Margarita vestra, sunt quotidiana cōuersationis insignia. Quā-
to curaueris ea occultare, tanto suspectiora feceris, & magis cauenda Gentili curiositati.

Late

A Latebis ne tu, cum ³⁴ lectulum, cum corpusculum tuum signas, cum aliquid immun-
dum flatu expuis, cum etiam per noctem exurgis oratum, & ³⁵ non magis aliquid
videberis operari? Non sciet maritus ³⁶ quid secretò ante omnem cibum gustes? Et
³⁷ si sciuerit, panem, non illum credit esse qui dicitur. Et hæc ignorans quisque, ra-
tionē simpliciter sustinebit, sine gemitu, sine suspitione panis an veneni? Sustinet quidē,
sed vt inculcent, vt inludant huiusmodi fœminis: quarum arcana in periculum
quod eredunt seruent, si fortè lædantur, ipsi sustinent: quarum dotes, obiectio-
ne nominis, mercedem silentij faciant, scilicet apud arbitrum spiculatorum litiga-
turi. Quod pleræque non prouidentes, aut re ex cruciata, aut fide perditā recensue-
runt. [³⁸ Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, & inter illos omnibus honori-
bus dæmonum, omnibus sollennibus regum incipiente anno, incipiente mense, ni-
dore thuris agitabitur. Et procedit de ianua laureata & lucernata, vt de nouo con-
sistorio libidinum publicarum. Discumbit cum marito in ³⁹ sodalitiis, sæpè in po-
pinis. Et ministrabit nonnunquam iniquis, solita quondam sanctis ministrare. Et non
hinc præiudicium damnationis suæ ⁴⁰ ad cognoscet? Eos obseruabit quos erat iudi-
catura. De ⁴¹ cuius manu desiderabit? de cuius poculo participabit? Quid mari-
tus suus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiatur sanè, ⁴² audiatur aliquid Dei cœna,
de taberna, de gehenna. Quæ Dei mentio? quæ Christi inuocatio? vbi ⁴³ fomenta
fidei de scripturarum interlectione? vbi spiritus refrigerium? vbi diuina benedictio?
Omnia extranea, omnia inimica, omnia damnata ⁴⁴ adterendæ salutis, à Malo im-
missa. [⁴⁵ Hæc si eis quoque euenire possint quæ in matrimonio Gentilis fidem ad-
eptæ morantur, tamen excusantur, vt in ipsis deprehensæ à Deo, & iubentur perse-
uerare, & sanctificantur, & spem lucrationis accipiunt. Si ergo ratum est apud Deum
matrimonium huiusmodi, cur non prosperè cedat, vt & à pressuris, & angustiis,
& impedimentis, & inquinamentis non ita laceffatur, iam habens ex parte diuinæ
gratiæ patrociniū? Nam & ad aliquam virtutem cœlestem documentis digna-
tionis alicuius vocata, terrori est Gentili, quo minus sibi obstrepat, minus sciat,
minus speculetur. Sensit magnalia, vidit experimenta. Scit meliorem factam; sic &
ipse ⁴⁶ candidatus est timoris. Ita facilius huiusmodi lucrifunt, in quos Dei gratia
consuetudinem fecit. Ceterum aliud est, vltro & sponte in prohibita descendere.
Quæ Domino non placent, vtique Dominum offendunt, vtique Malo se inferunt. ⁴⁷ Hoc
signi erit vt solis quod solis Petitoribus placet nomen Christianum, idè in-
ueniuntur qui tales non exhorreat, vt ⁴⁸ exterminent, vt arripiant, vt à fide excludant.
Habes causam, qua non dubites, nullum huiusmodi matrimonium prosperè decurri,
à Malo conciliatur, à Domino verò damnatur. [Ad hoc quæramus an iure, quasi
reuera ⁴⁹ despectatores diuinarum sententiarum. Nōne ⁵⁰ quique domini & disci-
plinæ tenacissimi seruis suis foras nubere interdicit; scilicet ne in lasciuam exced-
ant, officia deserant, dominica extraneis promant? Nōne insuper censuerunt ⁵¹
seruituti vindicandas, quæ cum alieno seruo post dominorum denunciationem in cō-
suetudine perseverauerunt? Seueriores habebuntur terrenæ disciplinæ cœlestibus præ-
scriptis? vt Gentiles quidem extraneis iunctæ, libertatem suam amittant: nostræ verò
diaboli seruos sibi coniungant, & in statu suo perseverent. ⁵² Scilicet negabunt sibi
à Domino per Apostolum eiusdem denunciatum. Quam huius amentia causam de-
tineam, nisi fidei imbecillitatem pronam semper in concupiscentiam secularium gau-
diorum? Quod quidem plurimum in lautioribus deprehensum est. Nam ⁵³ quanto
diues aliqua est commatrona nomine inflata, tanto capacem domum oneribus suis
requirit, campum in quo ambitio decurrat. Sordent talibus Ecclesia. ⁵⁴ Difficile in
domo Dei diues, ac, si quis est, difficile cœlebs. Quid ergo faciant? Vnde nisi à dia-
bolo maritum petant ⁵⁵ bonum exhibendæ sellæ, & ⁵⁶ mulabus, & ⁵⁷ cinerariis peregrina-
næ proceritatis? Christianus ista etiam diues fortasse non præstet. Quæso te, Gentilium
exempla proponas tibi. Pleræque & genere nobiles, & re beatæ, pessimis de ignobilibus
& mediocribus simul, coniunguntur, aut ad luxuriam inuentis, aut ad licentiam expe-
titis. Nonnullæ se libertis & seruis suis conferunt, omnium hominum existimatione
despecta, dummodò habeant à quibus nullum impedimentum libertatis suæ timeant.
Christianam fidelem fideli re minori nubere piget, locupletio rem futuram in viro
paupere: Nam si pauperum sunt regna cœlorum, quia diuitum non sunt, plus diues in

Math. 9.

Ff

I X.

paupere inueniet maiore dote. Sit illa ex æquo in terris, quæ in cælis forsitan non erit. [19] Dubitandum, & inquirendum, & identidem deliberandum est, an idè sit inuestis dotalibus cui Deus censum suum credit. Vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio & obsignatum angeli renunciant, pater rato habet? 20 Nam nec in terris filij sine consensu patrum ritè & iure nubent. Quale iugum Fidelium duorum vnius spei, vnius voti, vnius disciplinæ, eiusdem feruitutis? Ambo fratres, ambo conferui, nulla spiritus carnisve discretio. Atquin verè duo in carne vna. Vbi caro vna, vnus & spiritus. Simul orant, simul voluntur, & simul ieiunia transigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes. In 21 Ecclesia Dei pariter, in connubio Dei pariter. In angustiis, in refrigeriis, neuter alterum cælat, neuter alterum vitat, neuter alteri grauis est. Liberè æger vilitatur, indigens sustentatur. Eleemofynæ sine tormento, 22 Sacrificia sine scrupulo, quotidiana diligentia sine impedimento. Non furtiua signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio: sonant inter duos Psalmi & Hymni, & mutuo prouocant quos melius Deo suo canet. Talia Christus videns & audiens gaudet. His pacem suam mittit. Vbi duo, ibi & ipse, vbi & ipse, ibi & Malus non est. Hæc sunt quæ 23 Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda nobis, reliquit. Hæc tibi suggerere, si opus fuerit. His te ab exemplis quarundam reflecte. Non licet aliter fidelibus nubere: & si liceret, non expediret.

Matth. 18.
I. Cor. 7.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN
LIBRVM AD VXOREM SECVNDVM.

DE MATRIMONIO CVM gentilibus.] *Isud titulo adiungimus, vt notis Lector libri argumentum. Cui similem locum etiam habet B. Cyprianus lib. Testimon. 3. ad Quirin. cap. 62. hoc titulo: Matrimonium cum Gentilibus non iungendum; Vbi & allegat tum locum I. Corin. 7. quem hic videt Auctor, Tantum in Domino, tum & alias scripturas Tob. 6. Genes. 24. I. Esdræ 10. Reg. 3. cap. 11. Epistol. 1. & 2. Corin. 6. Qui etiam lib. de lapsis, inter crimina collocat: Iungere cum infidelibus vinculum matrimonij; ad quem locum Patrum similes sententias adnotauimus num. 21. infra ad huc aliquot citaturi. cap. 1. & 3. aduersus Magdenburgenses, qui perperam inter errores Tertullianum collocare non verentur, quod dicat: stupri reos fideles Gentilium matrimonia subeuntes.*

CAP. I.

2. Proximè tibi, dilectissima in Domino conferua, &c.] *Caput hoc primum inscripsimus: Quod tantum in Domino, id est Christiano, nubendum præcipiat Apostolus. Quem locum I. Corin. 7. non modo ita interpretantur Tertullianus hic & infra lib. de Monogam. & B. Cyprianus vbi supra, Verum etiam B. Ambrosius & reliqui Latini in eius loci commentariis, B. Hieronymus lib. 1. aduersus Iovinianum hunc locum imitatus. Vbi etiam allegat 2. Corin. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus; & præter scripturæ loca mox citata etiam locum Malachia: Poluit enim sanctum Domini, & dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Ex eo autem quod hoc capite Tertullianus permittit viduæ secundas nuptias, dummodo in Domino, id est Christiano, nubat, colligunt rectè Magdenburgenses, quum hunc librum scriberet, nondum intresset in hæresim de damnata Digamia.*

3. femina sancta.] *Hoc est (inquit Rhenanus) Christianæ, vt infra capite 2. Permisserat sanctis vulgò nubere. Item: carnis sanctæ in carne Gentili inquinamentum; & in lib. præcedente: cap. 6. durum planè & arduum continentia sanctæ feminae. Nam olim Christiani Tom. sequi. sanctitatis candidatos quàm aptiss. appellat, vtpote quum Apostolus etiam de nondum baptizatis loqueretur.*

4. diuortio, vel mariti excessu.] *Sanè hic locus intelligendus, quippe quum suam sententiam explicet infra huius verbis lib. de Monogam. Tom. 5. Repudiatis non permitteret nubere aduersus pristinum præceptum. Vbi, & lib. 4. aduers. Marc. Tomo sequent. hac de re latius, contra eos qui errorem hunc Tertulliano impingunt, quasi ille censuerit licitum repudiatis nubere potissimum in Domino.*

5. proclium tibi labendi ab altioribus faciam.] *Proclium (inquit Rhenanus) hoc est procliuatam, id est, ansam ruinae præstem.*

6. & hoc maximum propositum.] *Videtur esse (inquit idem) figura Græca, hoc est, secundum maximum propositum, id est, spem quæ posita est in matrimonio, tanquam in supremo præsidio vitæ commodius transigenda, quum maritus sit auctoritatis & solati causa mulieri necessarius.*

7. quæ viduitatem ministrat.] *Similiter dicit Apologet. c. 2. quæ vos aduersus formam, &c. ministrat.*

CAP. III.

17. Hæc quum ita sint, fideles Gentilium matrimonia subeuntes, &c.] *Inscriptionem huic capiti fecimus: Quod arcendi sint à communicatione fraternitatis, matrimonia cum infidelibus contrahentes.*

18. stupri reos.] *Perperam hoc inter errores Tertulliani recensent Magdenburgenses, vt etiam supra adnotauimus num. 1. Nam haud absimiliter B. Hieron. lib. 1. aduers. Iovinian. At nunc (inquit) pleræque contemnentes Apostoli iustitiam iunguntur Gentilibus: & templâ Christi idolis prostituunt, hæc intelligunt se corporis eius esse partem, cuius & costa sunt. Sic etiam B. Ambrosius alicubi.*

19. & arcendos ab omni communicatione fraternitatis.] *Ita excommunicationem Ecclesiasticam circumscribit, de qua videat Lector Adnotat. nostras in B. Cyprian. Epistol. 38. num. 10. & supra Apolog. cap. 39. Quæ quid præterea iniungat, addit ex litteris Apostoli, 1. Cor. 5. nempe: cum eiusmodi nec cibum sumere.*

20. tabulas nuptiales.] *Syngraphas (inquit Rhenanus) intelligit. Sic Cicero de Oratore: Nam pro tabulis, & contra tabulas, & pro testibus, vel contra testes, vel separatim dicere solemus, vel de genere vniuerso. Porro Tertullianus hic vult translatione actionum sine causarum forensium. Sine autem paulopost legamus ab Apostolo prouisa, cum excusis, siue: præuisa, cum 3. Vatic. MS. cod. perinde est.*

21. coniunctus & indiuiduus vsus.] *Quum sic legant MS. dicti cod. 2. & ipse Rhenanus in Adnotat. probet, magis placet, quàm quod ille in T. edit. substituerat, coniunctus, &c.*

22. extructionem.] *Sic vocat (inquit Rhenanus) excommunicationem, siue expulsiorem, quam & expulsiorem appellare solet.*

CAP. IIII.

23. Sed viderit qualiter viro officia pendat, &c.] *Caput hoc inscripsimus: Quod Deo satisfacere Gentili viro nupta non possit.*

24. Vt si statio facienda est.] *Stationem plerumque pro stato ieiunij die accipi ab Auctore, supra satis ostendimus lib. de Orat. cap. 14. num. 58. & de Cor. milit. num. 11. Hic tamen eo quod illi opponatur condicere ad balneas, videtur accipi sicuti à Rhenano accipitur, & à B. Cyprian. epistol. 41. num. 10. & 42. num. 11. Militia (inquit hic Rhenanus) Romana tractum & usurpatum hoc vocabulum, vt alia multa, hæsit in vsu Christianorum. Faciebant stationem milites, præsidium certo loco agitant. Vnde & stationarij dicti. Christiani, nunc in hac Basilica, nunc in alia conuenientes, nonnumquam apud Martyria, hoc est, Martyrium sepulchra, Deum stantes & adenti precabantur. Stationis vocabulum in hoc sensu non ignotum vbi Romanae, ex antiquitate relictum, ipsa etiam obseruatione veteri per manus tradita ac retenta.*

25. si procedendum erit.] *Similiter (quemadmodum adnotat & Rhenanus) B. Hieronym. ad Eustochium: Martyres tibi querantur in cubiculo tuo, nunquam causa deerit procedendi, si semper, quando necesse est, processura sis. Porro Processionum ceremonias antiquas esse vel ex hoc loco colligere potes, certè non contemnendas, si cum attentione animi & puritate precum peragantur. Quibus adde quod habet idem Rhenanus in argumento, quod processionum Ecclesiasticarum referat.*

FF ij

stret. Vbi aliquid de hac phrasi diximus, Adnot. nostris num. 29.

8. perperrabile.] *In bonam partem & proprie hic accipitur perperrabile. Nam (teste Festo) Perperat, qui peragit, perficit. Hinc Pacuuius in Tencuro: Perperare precibus imperia.*

9. de viduis quidem & innuptis.] *Omnino sic hoc restitui, tum quod infra cap. 2. hunc ipsum locum citans dicitur: Illeigitur Apostolus sanctus, qui viduas innuptas integritati perseuerare mauult; tum quod non modo Latine legitur. Duo autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanserint: sed & Græcè τοῖς ἀγαθοῖς ἡσυχίας ἔχουσιν, maxime quum infra lib. de Cast. Tom. 5. etiam sic legat. Alioqui enim nihil ad institutum faceret.*

10. exerte iubet.] *Exerte (inquit Rhenanus) id est, clarè & expresse. Sic paulopost etiam c. 2. exerta sententia. Qui addit eo loci: Quia suatum impune quid negligas quàm iustum, subaudi: magis. Cuiusmodi locutiones multas congestas ab eodem habes supra lib. ad Mart. tyras cap. 2. num. 15.*

CAP. II.

11. Igitur quum quædam, &c.] *Capiti huic titulum datus: Quid sibi velit Apostolus vbi de viro agit infideli, & vxore. fidele. Quem adeo Apostoli locum pulcherrimè explicat, in quo cum imitantur plerique Græcorum & Latinorum Commentarij, & B. Hieronym. lib. 1. aduers. Iovinian. Ignoscit (inquit) Apostolus infidelium coniunctioni, quæ habentes maritos, in Christum postea crediderunt; non his quæ quum Christianæ essent, nupservnt Gentilibus. Atqui nuptias de Ecclesia tollere, pro eodem habet ac: Gentili coniungi, eo quod fidem alteri, nempe Gentili, dando, Christianis eripere videamur.*

12. Siquis frater infidelem habet vxorem, &c.] *Quod hic frater, mox ab Auctore vertitur fidelis, de quo plura Apolog. cap. 39. Atqui ibi: & illa matrimonio consentit; Paraphrasticè reddit quod ad verbum ex Græco vertit noster Interpretæ: & hæc consentit habitare cum illo. cum quo magis conuenit quod mox reciprocè de viro subditur: si cõsentaneum maritum experitur. Qui interim illi cõformiter legit: Similiter mulier fidelis; unde apparet olim etiã Græcè lectum fuisse, ἡσυχίᾳ ἡσυχίᾳ pro eo quod nunc dicitur: ἡσυχίᾳ ἡσυχίᾳ. Accipit denique ceterum, pro aliquo, more Iureconsultorum, & nominatim Vlpiani, l. si finita. §. postea. D. De damno infecto. Paulopost accipitur ceterum proprie ab Auctore, pro: verò, de quo diximus ex Zephyro supra ad Apologet. cap. 1.*

13. Hanc monitionem, fors fidelibus iniunctis.] *Fors, pro forte, hic accipitur ab Auctore. Atqui etsi I. edit. legat: iniunctis, magis placet vulgata confirmata MS. cod. Vat. 3. iniunctis, vt accipiat pro: non iniunctis.*

14. ne qui.] *Pro: ne quis (inquit Rhenanus) quemadmodum alibi frequentiss.*

15. Mulier defuncto viro.] *Etiã hoc Paraphrasticè transferens defungi, pro dormire, quod & Græcè & Latine est apud Apostolum huius verbis: Quod si dormierit vir eius, familiariss. scripturæ phrasi, vt ex Concordantijs Bibliorum manifestissimum est.*

16. detractata & exerta sententia est.] *Novus (inquit Rhenanus) huius verbi vsus detractata. Sic lib. de Virg. veland. Nec detractamus, quare non & puerum nominari. Compositum pro simplici.*

runt Iudæicam populum obuiam Christo factum, & Apostolos exeuntes in mundum uniuersum, cum Christus in celos ascenderet. Hæc paulo prolixius contra Magdenburgenses, qui Processionum ritum ad Montani ceremonias referunt; quod quam non rectè, vel inde colligere est, quod fateantur alibi librum hunc ante hæresim à Tertulliano conscriptum, ut supra adnotauimus. 2.

26. visitandorum fratrum gratia, &c.] Similiter dixit supra lib. de Cultu famin. cap. 11. Aut imbecillus aliquis ex fratribus visitandus. Atqui ex utroque loco hæc colligit Christianorum Veterum officia Rhenanus in lib. de Coron. milit. & hic in argumento, Stationes; ieiunium; processionem; visitationem fratrum, hoc est Christianorum egrotantium; conuocationem nonnumquam nocturnam, sollempnia Paschæ, Dominicum conuiuium, consolationem Martyrum in vinculis detentorum, exsecrationem fratrum, abluionem pedum, peregrinorum susceptionem, communionem Eucharistiæ; Signum crucis, precationem nocturnam; Eucharistiæ priuatim ante omnem cibum degustationem; sacram Christianorum cantillationem.

27. sollempnibus Paschæ.] De his vide infra lib. de Coron. milit. cap. 3. De perugilio Verò Paschæ adnotat hunc locum B. Hieron. in argumento Rhenan. Vnde reor (inquit) & Traditionem Apostolicam permanisse, ut in die Paschæ ante noctem dimidiam populos dimittere non liceat, expectantes aduentum Christi (quem Iudei tradunt media nocte venturum in similitudinem Aegypti temporis) & postquam illud tempus transierit, securitate præsumpta festum cunctis agentibus diem. Habet id ille Comment. in Mattheum, ut fallor, ad illud cap. 24. Nescitis qua hora dominus uenit. Quod haussisse videtur ex Lactant. lib. 7. cap. 13. ubi inter cetera: Et hæc est nox (inquit) quæ a nobis propter aduentum Regis ac Dei nostri perugilio celebratur. Quæ ipsa uerba paucis immutatis iterum transcripsit B. Isidorus Etymolog. lib. 6. cap. 16. Eiusdem diei sollempnis uigiliarum Paschæ meminisse Euseb. histor. Eccl. lib. 6. cap. 25. ac 34. a quo uocatur, ἡ περὺ τῆς Πάσχα διὰ τὸν ἄγγελον ἐπευσεῖς: & ἡμεῖς τῆς ὕστερης τῆς Πάσχα πρὸς τὸν ἄγγελον. Eodem pertinet quod Gregor. Nazianz. sermone de Pascha, & Orat. funebri in patrem, scribit de nocte diem festum Paschæ præcedente luminibus & flammis coruscantem. Item B. Gregor. Nyss. Orat. de Pascha, & Ausonius:

Ad temet properant uigilatum conuenientes,

Nox lucem referet funalibus anteferendâ, &c.

28. conuiuium Dominicum illud quod infamant.] De conuiuium Dominico, seu Missa Christianorum, vide supra Adnotationes nostras, lib. de Orat. num. 1. De calumniis Verò, quibus illud Gentes infamabant, totis capitibus sexto & septimo Apologetici.

29. ad osculanda vincula martyris reptare.] Quod martyr dicebatur Auctori etiam qui carcere adhuc includebatur, paratam ad martyrium, supra ostendimus lib. ad Martyras, num. 1. Atqui adnotanda hæc non noua Ecclesie ceremonia, tum de osculandis uinculis martyrum, tum de reptatione ad eadem, ut nemo similes hodie ceremonias contemnat, quæ sunt ad reliquias martyrum. Quas etiam antiquissimas esse ostendunt, qui eandem mentionem faciunt

ciunt Patres à nobis citati Adnotat. nostris in epistol. 37. B. Cypriani, num. 4. Quibus adde Theodor. de curat. Græc. affect. lib. 8. B. Cyrill. lib. 6. & 10. contra Iulianum, B. Augustin. epistol. 43. contra Max. Madawensem, ac lib. 20. contra Faustum, capite 4. & 21. Eodem pertinent Epitheta Reliquis sanctorum attributa, quibus appellantur sanctæ B. Hieronymo & Ambrosio, suscipienda cum omni honore & amplectenda, à Basilio Ancyrano Syn. 7. Act. 1. Honorandæ à B. Hieronymo aduers. Vigil. Venerandæ à Rufino, Eccl. hist. lib. 2. cap. 28. Quis qui ornant, tuentur, uenerantur, propinqui sanctorum dicuntur à Gregor. Nyss. Orat. in S. Theodor. quas attingere eiusmodi donum, ut supremo voto nihil magis optari possit, eodem teste ibidem; quæque omnes cum summo gaudio circumstant, benedicti accipientes, ac secum referre animæ corporisque remedia, & perinde ac uinæ essent, amplectuntur, & ore deosculantur, sicuti idem ibidem. Cur enim non honorent (inquit Ambros. serm. 93.) fideles, quas reuerentur demones? Quis ergo nobis det (inquit Chrysost. homil. 32. in epistol. ad Roman.) circumfundi corpori Pauli, &c. Eadem enim possunt (inquit Gregorius Nazianzenus orat. contra Iulianum) hæc siue ueneratæ, quæ animæ eorum sanctæ. Quas qui contingerit (Basilio teste in Psal. 115.) quandam sanctificationis societatem assumit.

30. proma, præclusa sunt.] Intelligit (inquit Rhenan.) ellas promas siue promptuariæ, in quibus sculenta reponuntur, & unde cum opus est, per promum condum depromuntur. Lib. de Resurr. carnis, apud Esaiam cap. 26. legit: Populus meus introit in cellas promas; pro quo nos in Veteri Bibliorum versione habemus: Vnde populus meus, intra in cubacula tua. Eundem locum exponens: Sepulchra (inquit) erunt cellæ promæ. & addit: Cur cellarum promarum potius uocabulo usus est, & non alicuius loci receptorij, nisi quia in cellis promis caro salita & vsui reposita seruatur, depromenda illinc suo tempore: Hæc illic. Fides igitur quid hic intelligat per proma.

CAP. V.

31. Sed aliqui sustinent nostra, nec obstrepunt, &c.] Inscriptionem huic capiti dedimus: Quod Gentiles non expedit nostra nosse.

32. & sine alterius conscientia, & sine nostra pressura operari Domino.] Prioribus uerbis uidetur alludere ad illud Matth. 6. Adtentate ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus. Posterioribus uerò ad illud, 2. Cor. 9. Non ex tristitia aut necessitate.

33. & conuerſi uos quoque euertant.] Ad uerbum transfuit quod Græcè est: ἡμεῖς ὡς φέροντες ἐπίστασιν ὑμῶν, pro eo quod noster interpres paraphrasticas addita uoce: canes; & canes conuerſi dirumpant uos, saltem iuxta posteriores editiones: nam in antiquioribus non habetur. Certè nec B. Cyprianus legit, bis eandem scripturam citans, lib. aduers. Demetr. & li. 3. Testimon. ad Quirin. cap. 50. hoc titulo: Sacramentum fidei non esse prophandandum. Qui etiam modo legit: ne forte conculcent pedibus suis, modo inculcent. Auctorem hoc loco imitatus. Nam inculcare eodem significatu accipi adnotauimus eiusdem Cypriani lib. ad Demetr. num. 3. & similiter supra lib. de Patientia dixit Auctor: tentationes inculcat. cap. 15.

34. quum lectulum, quum corpusculum tuum signas.] De more hoc cruce signandi antiquis etiam Christianis

fianis uſtato, uide infra Adnotat. nostras in cap. 3. lib. de Coron. milit. Ergo (inquit Rhenanus) quod loco citato dixit: cubilia, hic lectulum uocat. simile est etiam illud Auctoris infra sub finem: non furtiuu signatio.

35. & non Magiæ aliquid uideberis operari.] Hoc addit ob id quod præmittitur: etiam per noctem exurgis. quippe quod uſtatum sit & Magiæ, & maxime Maleficis uulueribus, de quibus latinus infra Tomo sequi. lib. de Anima.

36. quid secretò ante omnem cibum gustes.] Quamquam rectè adlegat tanquam similem locum Rhenanus ex lib. de Coron. milit. in hoc tamen fallitur, quod pro eodem habeat: ante omnem cibum, & quod ibi dicitur: tempore uictus; quippe quum hoc potius significet prandij seu canæ tempus; uerum correspondet potius illud quod ibidem subiicitur: antelucanis cætibus. At qui de more hoc Eucharistiæ domum portandi, & secretò gustandi, uide Adnot. nostras supra lib. de Orat. nu. 1.

37. Et si scierit panem, non illum credit esse qui dicitur.] Facit etiam hic locus ad confirmationem ueritatis corporis in Eucharistiæ, (de qua supra dicto lib. de Orat. cap. 6. num. 23. & infra li. 4. adu. Marc.) quia hinc patet non esse panem communem, sed iuxta quod est Matth. 6. super substantialem.

CAP. VI.

38. Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, &c.] Titulum huic capiti datus: Quod non possit non Gentilium sollempnia obseruare Gentili uirò iuncta. Atqui de Laribus uide Adnotat. nostras Apolog. num. 188. cap. 13. De sollempnibus Regum siue Cesarum (nam etiam Regum nomen Cesaribus tribuit alicubi, si Rhenano credendum, B. Hieronymus) ibidem nu. 461. ac de ianuis laureatis & lucernatis, num. 464. De quibus etiam tractat Auctor lib. de Idolol. cap. 15.

39. in fodalitiis.] Collegia (inquit Rhenan.) Gentilium inuuit. Eadem mensa sodales utuntur, unde Græcis οὐνοῖτις dicta fodalitates. Cato apud Ciceron. lib. de Senect. Sodalitates autem (inquit) me Questore constitutæ sunt sacris Idæis Magnæ matris acceptis. Epulæ igitur cum fodalibus. Porro Licinia lex olim aduersum fodalitia lata est ad uideandam popularium suffragiorum corruptelam.

40. ad cognoscet.] Hoc uerbo (inquit idem) etiam in aliis libris usus est Auctor.

41. De cuius manu desiderabit?] Facit ad huius intellectum quod habet infra cap. 3. de Coron. milit. Sacramentum Eucharistiæ non nisi de manu Præsidentium sumimus; ubi ea de re plura.

42. audiat aliquid Dei cœna, &c.] De more hoc eandem præsertim in Ecclesia, & tempore cœnæ Dei seu sacrificij (non ut perperam Rhenan. cœnæ Christiani hominis: nam indicatur illud infra sub finem, dum dicit: sacrificia sine scrupulo.) uide supra Tom. 1. Adnotat. nostras ad illud Apologet. cap. 39. num. 520. Prouocatur in medium Deo canere. Quid autem caneretur, indicat, infra sub finem: Sonant (inquit) inter duos Psalmi & hymni, & mutuo prouocant quis melius Deo suo canet.

43. ubi fomenta fidei de scripturarum interlectione? ubi spiritus refrigerium? ubi diuina benedictio?] Non pertinere istud dumtaxat (ut adnotat Rhenan.) ad Psalmos & Hymnos, patet ex eiusdem Apolog. uerbis istis: eodem enim multo ante: Coimus ad scripturarum diuinarum commemoratiōem, &c. tum & ex illis infra Tom. sequent. lib. de Anima: iam

uero prout scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut allocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur. Pertinent enim illa omnia ad diuersas diuina partes, prout etiam adnotauimus lib. de Orat. num. 1. Atque aded: diuina benedictio referri debet potius ad consecrationem Eucharistiæ, quam ad benedictionem Dei, qua fit per Psalmos & Hymnos.

44. adterendæ salutis.] Sic ex MS. 3. & partim 1. edit. quæ habebat: adterrendæ, pro, eo quod substituit Rhenanus: adterrandæ.

CAP. VII.

45. Hæc si eis quoque euenire possint, quæ in matrimonio Gentilis fidem adeptæ morantur, &c.] Huic capiti inscriptionem dedimus: Quod alia fit ratio earum quæ cum Gentili matrimonio ante baptismum iunctæ sunt. Nam plurali numero hæc lego cum Latino, eo quod sequitur: excusantur, iubentur; sanctificantur, accipiunt. Siue autem legas cum 1. edit. uidit expedita, siue cum excusis aliis, & MS. experimenta, perinde est.

46. candidatus est timoris, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) paulatim imbibit & appetere discit timorem Domini, qui initium est sapientiæ iuxta Psalmographum. Est autem elegantiss. dictum: candidatus timoris, translatione sumpta ab ambientibus olim Romæ magistratum, indutus candida veste. Atque hæc est causa, cur Apostolus nolit deserui maritum Gentilem. Ex cohabitatione enim & ipse paulatim fiet Christianus.

47. Hoc signi erit ut solis, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) hæc peculiariter sunt insignes & notabiles. Agit autem de proci matronarum Christianarum, quos ipse Petitores uocat. Quia ipse interim mihi non satisfacit, mecum cogitet Lector Antiquarius, quomodo locus, quem corruptum patet, possit restitui; nam ex MS. 3. mederi non licuit. Fortassis accipit illud: ut solis, ac si dicat: sole clarus. Verum si omittatur illud: ut solis, constabit sensus.

48. ut exterminent.] exterminare (inquit Rhenan.) proprie est extra terminos & fines territorij suæ possessionis aliquem eicere & propellere. Sic lib. de Pelandis uirgin. dicit: mulierem ream esse angelorum exterminatorum, eiectos illos sentiens de sedibus celestibus ob amorem & libidinem mulierum. Hieronym. ad Eustochium: Exploſis igitur & exterminatis his quæ nolunt esse uirgines, sed uideri. Vbi exterminatis plus est quam exploſis. Exterminare est, quod Germani sua lingua uocant: verbannen, id est, extra bannum eicere, quam uocem Auspexius Abbas Francicarum legionum interpres, quas de Germanico sermone in Latinum uertit: Forbannire reddidit. Vnde Forobanniti in legibus Longobardorum & Alemannorum & reliquarum gentium nominis Germanici. Tum sensus erit, ut exterminent, hoc est, ut de possessione fidei Christianæ decedant. Qui etiam rectè adnotat: decurri uerbum esse Tertulliani. Nam iterum cap. sequi dixit: in quo ambitio decurrit.

CAP. VIII.

49. Ad hoc quæramus an iure, quasi reuera; &c.] Caput hoc inscribimus: Quod etiam de iure eiuſcemodi matrimonia rata non sint. ac si dicat: si sententias diuinas despiciamus, quæramus an uel de iure liceant eiuſcemodi matrimonia.

50. Despectatores.] Hoc est (inquit Rhenan.) contemptores. Sic enim usurpat: despectare, ut paulopost: omnium hominum existimatione despectandum.

51. Nōne quique domini, &c.] *Quum hoc peculiari iure interdictum non reperitur, videtur pertinere ad sc. Claudianum, de quo mox.*

52. feruituti vindicandas, quæ cum alieno feruo, &c.] *Planè sic castigandus hic locus, pro vindicandos, qui, ex coniectura & Francisci Balduni, ius ad me missi litteris, & Latinj, eo quod sententia consultum Claudianum, ad quod alludit, sciamus id non nisi de mulieribus censuisse. Conuincitur eadem castigatio necessario etiam ex verbis sequentibus: vt Gentiles quidem extraneis iunctæ, libertatem suam amittant. Antiquum fuit sc. illud à Iustiniano Imperatore Cod. lib. 7. tit. 1. De Senatusconsulto Claudiano tollendo, cap. 24. & Institut. De success. libert. sublat. quæ sibi. per sc. Claudian. §. fin. Vbi interim indicat, non modò dominorum denunciationem, sed & iudicium sententias prærequiritas fuisse, antequam feruituti vindicarentur. Plinianus tamen consentiens Tertulliano, solum denunciationis dominorum meminit, Fragm. tit. 11. Sic enim habet: Maxima (inquit) capitis diminutio est, per quam & ciuitas & libertas amittitur, veluti quum mulier alieno feruo se iunxerit denunciante domino, & ancilla facta fuerit ex Senatusconsulto Claudiano. Disputatur autem inter doctores à quo sc. Claudianum dictum, an à Claudio Imperatore, an verò à Pallante Claudio liberto, nomine patroni, Claudio appellato, quem eius relationis auctorem fuisse Tacitus scribit lib. 12. Vt sit, videtur primum in usu fuisse tempore Peshastiani, de quo sic scribit Suetonius cap. 11. Libido atque luxuria nullo coercente inualuerat. Auctor itaque Senatus fuit, vt quæ se alieno feruo iunxisset, ancilla haberetur. Sed de his satis, quæ accepta me debere fateor eruditiss. I. C. D. Hadriano Poesio, primo apud Duacenses Iuris Civilis Antecessari.*

53. Scilicet negabunt sibi à Domino per Apostolum eisdem denunciatum.] *Ironiam esse rectè adnotauit Rhenanus. Nam haud dubiè adludit ad illud supracitatum ex B. Hieronym. 2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial (quod pertinet illud quod paulò ante dixit: nostræ verò diaboli feruos sibi coniungant) aut quæ pars fideli cum infideli?*

54. Nam quanto diues est aliqua commatrona.] *Sic iterum lego ex 1. edit. cum 3. MS. Vatic. cod. pro eo quod substituerat Rhenanus, & matrona, ut sit vox Tertulliano peculiari, fortassis eodem significatu, quo à Plauto in Casina vocatur, Commatrius, qui vicem mariti supplet. loquitur enim de ea quæ nondum matrona erat, id est, nondum matrimonio data, sed quæ se pro matrona gerebat.*

55. Difficile in domo Dei diues; ac, si quis est, difficile cælebs.] *Adludit ad cap. 19. Matthæi, vbi non modò dicitur: Diues difficile intrabit in regnum cælorum; sed præterea etiam de cælibatu: Non omnes capiunt verbum hoc.*

56. bonum exhibendæ fellæ.] *Id est (inquit Rhenanus) idoneum ad exhibendam fellam, in qua vel à baiulis gestetur, vel iumenta ducentibus vehatur. Plinianus De legatis tertio: Lecticarij qui solum matrem familiam portabant, continentur legato rerum vxoris causa paratarum; item iumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones. Plura autem vide supra de fellis, vel lecticis, lib. præced. cap. 4. ad illud: nec Germanicos baiulos. num. 29.*

57. & mulabus.] *Repeto (inquit idem) bonum, id est, aptum & sufficientem exhibendis mulabus. Vtebantur autem ad vehicula mulabus prisca. Seneca epistol. 88. Vehiculum in quo positus sum, rusticum est. mula se viuere ambulando testatur. Eadem epistol. paulò post, de sumptuofo homine loquens: Quid (inquit) ad rem pertinet mula saginatae, & omnes coloris? quid ista vehicula cælestia? Lampridius in Commod. Antonino: Dedit & vehicula, cum mulabus, & mulionibus, & iumentis argenteis, ut ita à conuiuio redirent. Atqui hinc confirmatur mea lectio, quam amplexus sum loco libri præcedentis citato, vt legam: Gallicos mulos, pro eo quod alij: Gallicos vultus.*

58. & cinerariis.] *Acron (inquit Rhenanus.) Grammaticus exponens illud Horatianum primo Sermonum, satyra secunda:*

Multa tibi tum officient res,
Custodes, lectica, cinifiones, parasitæ;
Cinifiones (inquit) & cinerarij eadem significatione apud Veteres habebantur, ab officio Calamistrorum, id est Veruum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Cuius rei & Virgilius meminit dicens: Vibratos calido ferro. Dicit autem Cinifiones, ab eo quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum, quos Cinerarios appellant. Hæc ille. Ceterum quia hic additur peregrinæ proceritatis, intelligo quos supra dixit: baiulos Germanos. Eorum enim Gentile fuit capillum in cirros torquere. Hinc lib. de Felan. Virg. infra cap. 10. num. 81. aut cirros Germanorum.

CAP. IX.

59. Dubitandum & inquirendum, &c.] *Postremum hoc caput hoc titulo insignimus: De matrimonio Christiano. Arguimus inuestis, vox Tertulliano distata & lib. de Pallio, & alibi frequenter. Translatione (inquit Rhenanus.) sumpta ab impubere, qui proprie inuestis dicitur.*

60. quod Ecclesia conciliat, &c.] *Locus insignis contra matrimonia clandestina; unde iuxta quod optabat Rhenanus, dicens verba hac aureis litteris scribenda, & interpretans illud: quod pater ratò habet, de patre cælesti: rectè Concilio Tridentino damnata sunt sess. 24. Reform. matrim. cap. primo, his verbis: Qui aliter, quam præsentem Parocho, vel alio sacerdote; de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus, matrimonium contrahere adtentant: eos sancta Synodus ad sic contrahendum omninò inhabiles reddidit; & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsentis Decreto irritos facit & annullat. Atqui etiam hoc Tertullianicum esse: ratò habere, adnotauit Rhenanus.*

61. & confirmat oblatio.] *Præterquam quod hoc ad sacrificij Christiani probationem pertinet, etiam hinc manifesta est antiqua Christianorum consuetudo, qua sacrificio confirmabantur nuptiæ. Hinc etiam Euaristius Papa epistol. ad epistol. Africa, ad quem mihi videtur adludere (quod adeò facit ad eius epistolæ auctoritatem.) Aliter (inquit) legitimum non sit coniugium, nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, & à quibus custodiunt vxor petatur, & à parentibus & à propinquis sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotalter, vt mos est, cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicatur, &c. Quod ipsum transcripsit in suum Decretum Gratianus 30. qu. 5. cap. Aliter. Vbi etiam de benedictione sacerdotali*

cita

citatur Concil. Carthag. 4. cap. sponsus. Quin quod Traditionis eam esse Apostolica significet his verbis consequentibus Euaristius: Aliter enim, ut à Patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus, non sit matrimonium.

62. Nam nec in terris, filij sine consensu patrum ritè & iure nubent.] *Leges huc pertinentes reperire est Digest. lib. 23. tit. 2. De ritu nuptiarum, cap. Nuptiæ, si nepos, si ita pater, Oratione, Nuptiæ & filius familiæ. Quorum saltem II. & 18. Iuliani, & Papiniani 35. sunt Tertulliano antiquiores, & l. Oratione, Diui Marci meminit, qui etiam Auctorem præcessit. Quin quod antiquiorem fuisse hanc legem Seueri & Antonino Imperatoribus, sub quibus dixit Tertullianus, patet ex libidem, Qui liberos. Cod. lib. 5. tit. 4. De nuptis. l. 1. Quippe qui leges priores interpretando decreuerunt requirendum arbitrium Præsidis provincie, si liberos in potestate habentes,*

iniuria prohibuerint vxorem ducere, aut nubere, vel dotem dare noluerint, aut denique inter tutorem, matrem, & propinquos, de eligendo matrimonio non conuenit. Quas interrim omnes intelligi de filiis familiæ nondum emancipatis conuincitur l. Filius emancipatus. d. Digestorum titulo.

63. In Ecclesia Dei pariter.] *Hoc pertinet ad confirmationem eius, quod etiam tum Christiani Ecclesias habuerint, de quo supra lib. de idolol. cap. 7. num. 29.*

64. Sacrificia sine scrupulo.] *Hoc similiter ad confirmandum Christianum sacrificium, de quo supra lib. de Orat. nu. 1. & de Cultu femina. cap. 11. num. 65.*

65. Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda.] *Quum videlicet (inquit Rhenanus.) indulgenter loquens mulier (inquit) defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantum in Domino. Ceterum vel ex hoc etiam loco patet Librum hunc scriptum ante errorem Monastiarum de Monogamia.*

ARGVMENTVM LIBRI DE CORONA MILITIS,
PER IACOBVM PAMELIVM.

VVM (Romæ, quantum ex libri calce apparet) facta esset liberalitas, i. Donatini dispensatione Militibus facta, præstantiss. Imp. Caesarum L. Septimij Seueri patris, & M. Aurelij Antonini Caracallæ filij, fortassis ob sollemnia Caesarum votis decemnalibus; Miles Christianus Tribunum accedens, qui Donatium singulis ex ordine erogabat, Lauream castrensem manu gestabat, quam ceteri in capite. Caussam

exposulatus, quum Christianum se respondisset, non licere sibi coronatum incedere, rufus suo sanguine in carcerem rapitur. De quo quum variæ essent sententiæ, quasi qui solus videretur inter tot fratres commilitones Christianus, Tertullianus coronari capite Christianos prohibitum, hoc libro latissimè deducit.

Atque imprimis obseruationem eam esse satis auctoratam consensus patrociniò, in II. quam committere delictum sit, quum laudetur fides, quæ antè credit obseruandum esse quàm didicit.

Traditiones enim etiam non scriptas debere recipi, exemplo esse obseruationes sine vl- III. lius scripturæ instrumento, in Baptismate; Eucharistiæ Sacramento; Oblationibus pro defunctis, pro natalitijs; de non ieiunando die Dominico, de Crucis signaculo in fronte.

Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum traditio (inquit) auctrix, cõsuetudo con- IIII. firmatrix, fides obseruatix, quibus & ratio patrociniatur. Atque adeò his exemplis renunciari, posse etiam non scriptam traditionem defendi, confirmatam cõsuetudine, idonea teste ex perseverantia obseruationis; quæ etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur.

Deinde hanc Christianam obseruationem etiam naturà defendi.

Naturalem autem legem, Dei esse in naturalibus tabulis scriptam.

Et verò ex origine ipsa, Coronarum usum interdictum, quum Claudius Saturninus VII. libro de Coronis, ab iis significet ortas, quos seculum Deos credidit.

Neque obstare quòd multa alia ab iis prolata, in nostris tamen vsibus, & in Dei VIII. rebus deprehendantur; quia meras illa utilitates necessariis necessitatibus vitæ humanæ procurent; at quæ hunc ordinem excefferint, non conuenire vsibus nostris.

Quis denique (inquit) Patriarches, Prophetes, Leuites, Sacerdos, & xon seu Index, vel IX. postea Apostolus, Euangelizator, aut Episcopus inuenitur coronatus? neque ipsum Dei templum, nec arca, nec tabernaculum, nec altare, nec candelabrum. Quæ omnia portende-

Ff iiii

bant homines Dei coronari non debere; nisi fortè sicuti Christus coronatus est.

- x. Proinde quum mortuorum sit coronari & Idolorum, apud qua ipsa fores, hostia, ara, & sacerdotes coronantur; Christianis non licere.
- x i. Iam ut ad causas coronarum veniatur, militiam imprimis in castris amulis Christi non conuenire Christianis.
- x i i. Deinde ut liceat certè causam coronarum contra eos facere, seu Laurea ista coronetur, seu Myrto, siue Olea; idque siue in Donatini dispensatione, siue in triumpho, siue in sollempnibus Caesarum, Castrensibus vel Municipis coronis coronentur milites.
- x i i i. Eiusdem esse generis coronas Laureas publicorum ordinum, Aureas Magistratuum, siue Hetruscas, aut Prouinciales; item eas quibus publici equi coronantur, aut vulgus in Principalibus & Municipalibus sollempnitatibus, aut sponsæ in nuptiis, aut serui manumissi; denique & Agonisticas, & quibus coronantur Lupanaria, pistrina, carcer, Ludus, Amphitheatra, spoliaria, ipsaque Libitina.
- x i i i i. Nullo itaque modo capiti inferendas Idololatriæ manus, maximè quum Christus sertum ex spinis pro utroque sexu subierit.
- xv. Quin potius coronam vitæ exspectet, ad quam ille inuitat, quam Apostolus repositam sibi meritò confidit, ac victoriæ quam accepit in visione angelus ut vinceret; qua sedent Protopresbyteri coronati, & ipse Filius hominis supra nubem micat.
- Ceterum Tertulliani esse hunc Librum, vel ex eo manifestum est, quòd Librum citet de Spectaculis Græco quoque stylo à se conscriptum, cuius alibi frequenter meminit. Deinde multa iisdem penè verbis repetat, quibus supra in Apologetico, & Libris de Idololatria, ac de Velandis virginibus. Imitantur etiam eundem BB. Hieron. & Basilus locis infra citatis, & ex cap. 4. locum integrum transcripsit B. Isidorus Etym. lib. 5. cap. 3. Viderunt proinde etiam Manuscriptos Trithemius & Politianus. Primus autè edidit Rhenanus non semel castigatum ex Paterniacensi, Hirsaugiensi, & Gorziensi codicibus; & initio Scholiis, deinde & Adnotationibus, quibus Traditiones Ecclesiasticas non scriptas mirè confirmat, illustrat. Nos easdem (paucis immutatis, in quibus hallucinabatur) partim hinc retinimus, partim supra, quæ nempe ad Missæ sacrificiū pertinent, Libro de Oratione; partim infra, quæ Baptismi Sacramentum concernunt, libro de Baptismo, nostris Adnotationibus inseruimus; & iam postremum ex tribus MS. Vatic. codicibus denudè castigauimus, & ex Plinio integram Coronarum materiam ita deduximus, ut posthac alio Commentario eius argumenti non sit opus.

Q. SEPTIMI FLORENTIS
TERTULLIANI DE CORONA
MILITIS LIBER.

CAP. I.



ROXIME facta est liberalitas præstantissimorum Imperatorum. Expungebantur in castris milites laureati. Adhibetur quidam illic magis Dei miles, ceteris constantior fratribus, qui se duobus dominis seruire non posse præsumperat, solus libero capite, coronamento in manu ociofo. Vulgata iam & ista disciplina Christianorum relucebat. Denique, singuli designare, eludere eminus, infrendere cominus in nostrum. Tribuno defertur, & persona iam ex ordine accefferat. Statim Tribunus, Cur, inquit, tam diuersus habitu? Negauit ille cum ceteris sibi licere. Causas expostulatus, Christianus sum, respōdit. O militè in Deo gloriosum! Suffragia exinde, & res apud Acta, & reus apud Præfectos. Ibidem grauissimas penulas posuit

reuelari

- A reuelari auspicatus. speculatoriam morosissimam pedibus absoluit, terræ sanctæ infistere incipiens: gladium nec dominicæ defensionis necessarium reddidit: laurea & de manu claruit. Et nunc rufatus sanguine suo, spe calceatus, de Euāgelij paratura succinctus acutiore verbo Dei, totus de Apostolo armatus, & de martyrij candida, laurea melius coronatus, donatium Christi in carcere expectat. Exinde sententiæ super illo, nescio an Christianorum, non enim aliæ Ethnicorum, ut de abrupto, & præcipiti, & mori cupido, qui de habitu interrogatus nomini negotium fecerit, solus scilicet fortis, inter tot fratres commilitones solus Christianus. Planè superest ut etiam martyria recusare meditentur, qui prophetias eiusdem spiritus sancti respuerunt. Mussitant denique tam bonam & lōgam sibi pacem periclitari. Nec dubito quasdam scripturas emigrare, sarcinas expedire, fugæ accingi de ciuitate in ciuitatem. Nullam enim aliam Euangelij memoriam curant. Noui & Pastores eorum in pace leones, in prælio ceruos. Sed de quæstionibus confessionum alibi docebimus. At nunc quatenus illud opponunt: Vbi autem prohibemur coronari? Hanc magis localem substantiam causæ præsentis aggrediar, ut & qui ex sollicitudine ignorantia quærunt, instruantur: & qui in defensione delicti cōtendunt, reuincantur (ipsum vel maximè exemplo) Christiani laureati, quibus in solatium quæstio est, quasi aut nullum aut incertum saltem haberi posset delictum quod pariarur quæstionem. Nec nullum autem nec incertum, hinc interim ostendam. [Neminem dico fidelium coronam capite nosse aliàs extra tempus tentationis eiusmodi. Omnes ita obseruant à catechumenis vsque ad confessores, & martyres, vel negatores. Viderint unde auctoritas moris, de qua cum maximè quæritur. Porro cum quæritur cur quid obseruetur, obseruari interim constat. Ergo nec nullum nec incertum videri potest delictum, quod committitur in obseruationem suo iam nomine vindicandam, & satis auctoratam consensus patrocini. Planè, sic tamen ut ratio quærenda sit, sed salua obseruatione, nec in destructionem eius, sed in ædificationem potius, quò magis obserues cum fueris etiam de ratione securus. Quale est autem ut tunc quis in quæstionem prouocet obseruationem, cum ab ea excidit: & tunc requirat unde habuerit obseruationem, cum ab ea desit: quando etiam idè velit videri ad quæstionem vocare, ut ostendat se non deliquisse in obseruationis destitutione, nihilominus deliquisse eum constet retrò in obseruationis præsumptione. Si enim non deliquit hodie suscepta corona, deliquit aliquando recusata. Et idè non ad eos erit iste tractatus, quibus non competit quæstio, sed ad illos qui studio discendi, non quæstionem deferunt, sed consultationem. Nam & semper quæritur de isto, & laudo fidelium quæ antè credit obseruandum esse quæ didicit. Et facile est statim exigere, vbi scriptum sit, ne coronemur. At enim vbi scriptum est, ut coronemur? Expostulantes enim scripturæ patrocini in parte diuersa, præiudicant suæ quoque parti scripturæ patrocini adesse debere. Nam si idè dicitur coronari licere, quia non prohibeat scripturæ, æquè retorquebitur idè coronari non licere, quia scripturæ non iubeat. Quid faciet disciplina? vtrumque recipiet, quasi neutrum prohibitum sit? An vtrumque reiiciet, quasi neutrum præceptum sit? Sed quod non prohibetur, vtrò permissum est. Imò prohibetur, quod non vtrò est permissum. [Et quamdiu per hanc lineam ferram reciprocabimus, habentes obseruationem inueteratam, quæ præueniendo statum fecit? Hanc si nulla scriptura determinauit, certè consuetudo corroborauit, quæ sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim vsurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis, auctoritas scripta. Ergo quæramus an & traditio non scripta non debeat recipi? Planè negabimus recipiendam, si nulla exempla præiudicent aliarum obseruationum, quas sine vllius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocini vindicamus. Denique ut à baptisinate ingrediar, Aquam adituri, ibidem, sed & aliquatò prius in Ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renunciare diabolo, & pompæ, & Angelis eius. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid respondentem, quam Dominus in Euangelio determinauit. Inde suscepti, lactis & mellis cōcordiam prægustamus. Exq; ea die, lauacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Eucharistiæ Sacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præidentium sumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis, annua die facimus. Die Dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsque gaudemus. Calicis aut panis etiā nostri, aliquando decuti in terram anxie

patimur. Ad ⁴² omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. [⁴³ Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem exoptules scripturarum, nullam inuenies: traditio tibi præterdetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatix. Rationem traditioni, consuetudini, fidei, patrocinarum aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit discas. Interim nonnullam esse credes cui debeat obsequium. Aditio vnum adhuc exemplum, quatenus & de veteribus docere conueniat. ⁴⁴ Apud Iudæos tam solenne est foeminis eorum velamen capitis, vt inde noscantur. *Quæro legem.* Apostolum differo. Si Rebecca conspecto procul sponso velamen inuasit, priuatus pudor legem facere non potuit, aut causæ suæ fecerit. Tegantur virgines solæ, & hoc nuptum venientes, nec antequam cognouerint sponfos. Si & ⁴⁵ Susanna in iudicio reuelata, argumentum velatæ præstat, possum dicere, & hæc velamen arbitrij fuit. Rea venerat, erubescens de infamia sua, merito abscondens decorem, vel quia timens iam placere. Ceterum in ⁴⁶ stadio mariti non putem velatam deambulasse, quæ placuit. Fuerit nunc velata semper. In ipsa quoque legem habitus requiro, vel in quacunque alia. Si legem nusquam reperio, sequitur vt traditio consuetudini morem hunc dederit, habiturum quandoque Apostoli auctoritatem ex interpretatione rationis. His igitur exemplis renuntiatum erit, ⁴⁷ posse etiam non scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste probatæ tunc traditionis ex perseuerantia obseruationis. ⁴⁸ Consuetudo autem etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex: nec differt scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. Porro si lex ratione constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit à quocunque productum. ⁴⁹ An non putas omni fideli licere concipere & constituere, dumtaxat quod Deo congruat, quod disciplinæ cōducatur, quod saluti proficiat, dicente Domino: Cur autem non & à vobis ipsis quod iustum est iudicatis? vt non de iudicio tantum, sed de omni sententia rerum examinandarum. Dicit & Apostolus. Si ⁵⁰ quid ignoratis, Deus vobis reuelabit: Solitus & ipse consilium subministrare, cum præceptum Domini non habebat: & quædam edicere à semetipso, ⁵¹ sed & ipse spiritum Dei habens deductorem omnis veritatis. Itaque consilium & edictum eius diuini iam præcepti instar obtinuit, de rationis diuinæ patrocinio. Hanc nunc exoptula, saluo traditionis respectu, quocumque traditore censetur: nec auctorem respicias, sed auctoritatem: & in primis consuetudinis ipsius, quæ propterea colenda est, ne non sit rationis interpres: vt si & hanc Deus dederit, tunc discas curnam obseruanda sit tibi consuetudo. [⁵² Sed cur maior exigitur ratio Christianarum obseruationum, eum illas etiam natura defendit, quæ prima omnium disciplina est? Ideoque hæc prima præscribet coronam capiti non conuenire. Puto autem naturæ Deus, noster est, ⁵³ qui figurauit hominē: & fructibus rerum appetendis, iudicandis, cōsequendis, certos in eo sensus ordinauit, per propria membrorum quodammodo organa; ⁵⁴ Auditum in auribus fodit, visum in oculis accendit, gustum in ore conclusit, odoratum in naribus ventilauit, contactum in manibus æstimauit. Per hæc exterioris hominis ministeria, interiori homini ministratia, fructus munerum diuinorum ad animam deducuntur à sensibus. Quis igitur fructus ex floribus? ⁵⁵ substantia enim propria, certè præcipua coronarum, flores agri. Aut odor, inquis, aut color, aut pariter vtrunque. Qui erūt sensus coloris, odoris? visus opinor & odoratus. Istos sensus quæ membra sortita sunt? oculi, nisi fallor, & nares. Vtere itaque floribus visu & odoratu, quorum sensuum fructus est. Vtere per oculos & nares, quorū sensuum membra sunt. Substantia tibi à Deo tradita est, habitus à seculo: quamquam nec habitus extraordinarius ordinario vsui obstrepit. Hoc sint tibi flores & ⁵⁶ inferti & innexi, & in filo, & in scirpo, quod liberi, quod solui: spectaculi scilicet, & spiraculi res. ⁵⁷ Coronam si forte fascem existimas florum per seriem comprehensurū, vt plures semel portes, vt omnibus pariter vtaris: iam verò & in sinum conde, si tanta munditia est: in lectulum sparge, si tanta mollitia est: in poculum crede, si tanta innocentia est. Tot modis fruire, quot & sentis. Ceterum in capite quis sapor floris? quis coronæ sensus nisi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commēdatur. Tam contra naturam est florem capite sectari, quam cibum aure, quam sonum nare. Omne autem quod cōtra naturam est, monstri meretur notam penes omnes, penes nos verò etiam elogium sacrilegij, in Deum naturæ dominum & auctorem. [⁵⁸ Quæres igitur Dei legem, habes communem

A munem istam in publico mudi, in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus solet prouocare: vt cum in velamine foeminae: Nec natura vos, inquit, docet? Vt cum ad Romanos: *Natura facere, dicens, Nationes ea quæ sunt legis: & legem naturalem suggerit, & naturam legalem.* ⁵⁹ Sed & in priore Epistolæ, naturalem vsuum conditionis in non naturalem masculos & foeminas inter se demutasse affirmas, ex retributione erroris in vicem poenæ, vtique naturali vsui patrocinarum. Ipsum Deum secundum naturam prius nouimus, ⁶⁰ Deum appellantes Deorum, bonum præsumentes, & iudicem inuocantes. Quæris, an ⁶¹ conditioni eius fruendæ natura nobis debeat præire, ne illam rapiamur, quæ Dei æmulus vniuersam conditionem certis vsibus homini mancipatam, cum ipso homine corruptit. Vnde eam & Apostolus inuitam ait vanitati ⁶² succidisse, vanis plurimum vsibus, tum turpibus, & iniustis, & impiis, subuersam. Sic itaque & circa voluptates spectaculorum infamata conditio est, ab eis, qui naturam quidem, Dei omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruuntur, scientia autem deficiunt. Illud quoque intellige, omnia à diabolo esse mutata. ⁶³ Sed & huic materiæ propter suauiludios nostros Græco quoque stylo satisfecimus. [⁶⁴ Proinde coronarij isti agnoscant interim naturæ auctoritatem, communis parentis nomine, quæ homines, & propriæ religionis pignora, quæ Deum nature proximo colentes: atque ita, velut ex abundantia, ceteras quoque rationes dispiciant, quæ nostro priuatim capiti coronamentis & quidem omnibus interdicit. Nam & vrgemur à communione naturalis disciplinæ, conuerti ad proprietatem Christianæ totam iam defendendam, per ceteras quoque species coronarum, quæ aliis vsibus prospectæ videntur, vt ex aliis substantiis structæ; ne quia non ex floribus constant, quorū vsuum natura signauit (vt ipsa hæc ⁶⁵ Laureæ militaris) non credantur admittere sectæ interdictionem, quia euaserint naturæ præscriptionem. Video igitur & curiosius & plenius agendum ab originibus vsque ad profectum & excessus rei: Litteræ ad hoc seculares necessariae. De suis enim instrumentis secularia probari necesse est: quantulas attingi, credo sufficient. Si ⁶⁶ fuerit aliqua Pandora, quam primam foeminarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est à Charitibus, cum ab omnibus muneretur: vnde Pandora. Nobis ⁶⁷ verò Moyse Prophetico, non Poëtico pastor, principem foeminam Euam facilius pudenda foliis quam tempora floribus incinctam, describit. Nulla ergo Pandora. Sed & de mendacio erubescenda est coronæ origo. Iam nunc & de veritatibus suis. Certè enim ceteros fuisse constat auctores rei vel illuminatores. ⁶⁸ Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum, ⁶⁹ Iouem Diodorus post deuictos Titanas hoc munere à ceteris honoratum. Dat & ⁷⁰ Priapo tæniæ idem, & ⁷¹ Ariadnæ sertum ex auto & Indicis gemmis: Vulcani opus, Liberi munus: post & fidus. ⁷² Iunoni vitem Callimachus induxit. Ira & Argis signum eius palmitem redimitum, subiecto pedibus eius corio Leonino, insultantem ostentans nouercam de exuuiis vtriusque priuigni. ⁷³ Hercules nunc populum capite præfert, ⁷⁴ nunc oleastrum, ⁷⁵ nunc apium. Habes ⁷⁶ tragædiam Cerberi, habes Pindarum, atque Callimachum, ⁷⁷ qui & Apollinem memorat interfecto Delphico dracone, lauream induisse quæ supplicem. ⁷⁸ Erant enim supplices coronarij apud veteres. ⁷⁹ Liberum, eundem apud Ægyptios Osirin, ⁸⁰ Harpocratiem industrum ⁸¹ hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab ⁸² heluco defensare. Sed & aliàs ⁸³ Liberum principem coronæ planè laureæ, in qua ex Indis triumphauit, etiam vulgus agnoscit, cum ⁸⁴ dies in illum solennes Magnam appellat coronam. Si & ⁸⁵ Leonis Ægyptij scripta euoluas, prima ⁸⁶ Isis repertas spicas capite circumtulit, rem magis ventris. Plura quærentibus omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materia cōmentator ⁸⁷ Claudius Saturninus. Nam est illius de Coronis liber, & origines, & causas, & species, & solennitates earum ita edisserens, vt nullam gratiam floris, nullam lætitiæ frondis, nullum cespitem, aut palmitem, ⁸⁸ non alicui capiti inuenias cōsecratum: Quo satis instruamur, quam alienum iudicare debeamus coronati capitis institutionem, ab eis prolata, & in eorum deinceps honorem dispensatam, quos seculum Deos credidit. Si enim mendacium diuinitatis diabolus operatur, in hac etiam specie, à primordio mendax, sine dubio & eos ipse prospexerat, in quibus id mendacium diuinitatis ageretur. Quale igitur habendum est apud homines veri Dei, quod à candidatis diaboli introductum, & ipsis à primordio dicatum est, quodque iam tunc Idololatriæ initiabatur ab idolis, & id idolis adhuc viuus? non quasi aliquid sit idolum, sed quoniam quæ ⁸⁹ idolis alij faciunt, ad dæmones pertinent. Porro si quæ alij idolis faciunt, ad dæmones pertinent, quæto magis quod ipsa sibi idola fecerunt cum adiuuaret: Ipsi scilicet sibi procurauerunt

VI I I. dæmones, per eos in quibus esurierant, antequam procurauerant. [88 Tene interim hanc D
 „ fidem, dum in cursum quæstionis excutio. Iam enim audio dici: Et alia multa ab eis pro-
 „ lata, quos seculum Deos credidit: tamē in nostris hodie vsibus, & in pristinorū sanctorū,
 „ & in Dei rebus, & in ipso Christo deprehendi, non aliās scilicet hominem functo quā
 „ per communia ista instrumenta exhibitionis humanæ. Planē ita sit, nec antiquus adhuc
 „ in originem disceptabo. 89 Primus Mercurius litteras enarrauerit; necessarias cōfitebor &
 „ commercij rebus, & 90 nostris erga Deū studiis. 91 Sed etsi neruos idem in sonum strinxit,
 „ non negabo & hoc ingenium 92 cum sanctis fecisse, & Deo ministrasse, audiens Dauid.
 „ 93 Primus medelas Æsculapius explorauerit; 94 memini & Esaiā Ezechie languēti aliquid
 „ medicinale mādasce. Scit & Paulus stomacho vinū modicū prodesse. Sed & Minerua pri-
 „ ma molita sit nauē; videbo nauigantē Ionam & Apostolos. Plus est quod & Christus ve-
 „ stietur: habebit etiā penulam Paulus. Si & vniuscuiusq; supellectilis & singulorum vascu-
 „ lorū aliquem ex diis seculi auctore nominariis, agnosca necesse est & recumbentem in le-
 „ ctulo Christū, & cum peluē discipulorū pedibus offert, & cum aquā ex vreo ingerit, &
 „ cum linteo circūstringitur, 95 propria Osiridis veste. Huiusmodi quæstioni sic vbiq; re-
 „ spōdeo, admittens quidem vtensilium communionē, sed prouocans eam ad rationaliū &
 „ irrationalium distinctionem, 96 quia passiuitas fallit obumbrās corruptelam conditionis,
 „ quā subiecta est vanitati. Dicimus enim ea demum & nostris, & superiorum vsibus, & Dei
 „ rebus, & ipsi Christo competisse, quæ meras vtilitates, & certa subūdā, & honesta solatia
 „ necessariis necessitatibus vitæ humanæ procurēt: vt ab ipso Deo inspirata credantur pro-
 „ piori prospectore, & instructore, & oblectatore si forte hominis sui. Quæ verò hunc or-
 „ dinem exceperint, ea non conuenire vsibus nostris, præsertim quæ propterea scilicet
 „ nec apud seculum, nec in Dei rebus, nec in conuersationibus Christi recognosci est.
 „ IX. [97 Quis denique Patriarches, quis Prophetes: quis Leuites, aut Sacerdos, 98 aut ἀρχων
 „ quis vel postea Apostolus aut Euangelizator, aut Episcopus inuenitur coronatus? Puto
 „ nec ipsum Dei templum, nec arca testamenti, 99 nec tabernaculū martyrij, nec altare, nec
 „ candelabrū: quibus vtique & in prima dedicationis solennitate, & in secunda restitutio-
 „ nis gratulatione competisset coronari, si dignum Deo esset. Atquin si figuræ nostræ fue-
 „ runt (100 nos enim sumus & templa Dei, & altaria, & luminaria, & vasa) hoc quoque figu-
 „ ratē portendebant, homines Dei coronari non oportere. Imagini veritas respondere de-
 „ bebant. Sed forsitan oppones ipsum Christum coronatum. Ad hoc breuiter interim au-
 „ dies. Sic & tu coronare, & licitum est. Tamen nec illam impietatis contumeliosæ coro-
 „ nam 101 populus consciuit. Romanorū militum commentum fuit, ex vsu rei secularis,
 „ quem populus Dei nec publicæ vnquam lætitiæ, nec ingenitæ luxuriæ nomine admisit,
 „ facilius cum tympanis & tibiis & psalteriis reuertens de captiuitate Babylonis, quā
 „ cum coronis: & post cibum & potum exurgens ad ludendum sine coronis. Nam neque
 „ lætitiæ descriptio, neque luxuriæ denotatio, de coronæ decore, aut dedecore tacuisset:
 „ adeo & Esaias, Quando, inquit, cum tympanis & tibiis & psalteriis bibunt vinum; dictu-
 „ rus esset etiam cum coronis, si vnquam hic vsus fuisset & in Dei rebus. [102 Ita cum id-
 „ „ circō proponis: Deorum secularium commenta etiam apud Deum deprehendi, vt inter
 „ „ hæc coronam quoq; capitis communi vsui vindices; ipse tibi iam præscribis non habent
 „ „ dum in communionē vsus apud nos, quod non inueniatur in rebus Dei. Quid enim tam
 „ „ dignum Deo, quā quod indignum idolo? Quid autem tam dignum idolo, quā quod
 „ „ & mortuo? 103 Nam & mortuorum est ita coronari: 104 vel quoniam & ipsi idola statim
 „ „ fiunt & habitu & cultu consecrationis, quæ apud nos secunda idololatria est. Igitur qui
 „ „ sensu careant, illorum erit proinde vt ea re, cuius sensu carerent æquē, si abuti vellent,
 „ „ si sensu non carerent. Nulla verò distantia est abutendi, cum veritas cessat vtendi, ces-
 „ „ sante natura sentiendi; quāve quis abutatur, cum non habeat quā vtatur. 105 Nobis au-
 „ „ tem abuti apud Apostolum non licet, facilius non vti docentem, nisi quod nec aburuntur
 „ „ qui nihil sentiunt: sed vacat totum, & est ipsum quoque opus mortuum, quantum in
 „ „ idolis: viuum planē quantum in dæmoniis, ad quæ pertinet supersticio. Idola Natio-
 „ „ num, inquit Dauid, argentum & aurum: Oculos habent, nec vident: nares habent, nec
 „ „ odorantur: manus, nec contrectabunt. Per hæc enim floribus frui est. Quod si tales
 „ „ edicit futuros, qui idola fabricantur, tales iam sunt qui secundum idolorum ornatum
 „ „ quid vtuntur. Omnia munda mundis; ita & immunda omnia immundis: nihil autem
 „ „ immundius idolis. Ceterum substantiæ mundæ vt Dei res, & hac sua cōditione commu-
 „ „ nes

A nes vsui: sed 106 ipse vsus administratio interest. Nam & ego mihi gallinaceum maſto,
 „ nō 107 minus quā Æsculapio Socrates: & si me odor alicuius loci offenderit, 108 Arabia
 „ aliquid incendo, sed non eodem ritu, nec eodem habitu, nec eodem apparatu, quo agitur
 „ apud idola. Si enim verbo nudo conditio polluitur, vt Apostolus docet: Si 109 quis autem
 „ dixerit, hoc idolo thytum est, non cōtigeris: multo magis cum habitu, & ritu, & appa-
 „ ratu idolo thytorum contaminatur. Ita & corona idolo thytorū efficitur. Hoc enim ritu, &
 „ habitu, & apparatu, idolis immolatur auctoribus suis: quorū eo vel maxime proprius est
 „ vsus, ne in communionem possit admitti quod in Dei rebus non inuenitur. Propterea A-
 „ postolus inlamar: 110 Fugite idololatriam: omnem vtique & totam. Recogita sylvam, &
 „ quantæ latitant spinæ. Nihil dandum idolo, sic nec sumendum ab idolo. 111 Si in idolo
 „ recumbere alienum est à fide, quid in idoli habitu videri: Quæ communio Christi & Be-
 „ liæ: & idē fugite. Longum enim diuortium mandat ab idololatria, in nullo proxime a-
 „ gendum. 112 Draco etiam terrenus de longinquo non minus spiritu absorber alites. Ioan-
 „ nes: 113 Filioli, inquit, custodite vos ab idolis: non iam ab idololatria quasi ab officio, sed
 „ ab idolis, id est, ab ipsa effigie eorum. Indignum enim vt imago Dei viui, imago idoli &
 „ mortui fiat. Vsque adhuc proprietatē istius habitus & ex originis censu, & ex superstitionis
 „ vsu idolis vendicamus, ex eo præterea, quod dum in rebus Dei nostri non refertur,
 „ magis magisque illorum deputatur, in quorum & antiquitatibus, & 114 solennitatibus, 115
 „ & 116 officiis conuenitur. 117 Ipsæ denique fores, 118 ipsæ hostiæ & 119 aræ, 120 ipsi ministri
 „ & sacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum sacerdotalium coronas
 „ 121 apud Claudium. Sed & illam interstruximus distinctionem differentiæ rationalium &
 „ irrationalium; eis occurrentem, qui communionem in omnibus de quorundam exem-
 „ plorum occasione defendūt. Ad hanc itaque partem causas iam ipsas coronarias inspi-
 „ cere superest, vt dum ostendimus extraneas, immo & contrarias disciplinæ, nullam earum ra-
 „ tionis patrocinio fultam probemus, quod possit habitus eiusmodi quoque communioni
 „ vindicari: sicut & quidam, quorū exempla nobis obiectantur. [122 Etenim vt ipsam cau-
 „ „ sam coronæ militaris aggrediar, puto prius conquirendum, an in totum Christianis mili-
 „ „ tia conueniat. Quale est alioquin de accidentibus retractare, cum à præcedētibus culpa
 „ „ sit? 123 Credimū sine humanum sacramentum diuino superduci licere, & in alium dominū
 „ „ respondere post Christum, & 124 eierare patrem ac matrem, & omnem proximum, quos
 „ „ & lex honorari & post Deū diligere præcepit: Hos & Euangeliū solo Christo pluris nō fa-
 „ „ ciēs, sic quoq; honorabit: Licebit in gladio conuersari, 125 Domino pronūciante: Gladio
 „ „ periturū, qui gladio fuerit vsus: Et prælio operabitur filius pacis, 126 cui nec litigare cōue-
 „ „ nient: 127 Et vincula & carcerē, & tormenta, supplicia administrabit, 128 nec suarū vltor in-
 „ „ iuriarū: 129 Iā & stationes aut alij magis faciet quā Christo: aut & dominico die, quādo
 „ „ nec Christo: Et excubabit pro tēplis 130 quibus renunciauit: 131 & cœnabit illic vbi Apo-
 „ „ stolo nō placet: Et 132 quos interdū exorcismis fugauit, noctibus defensabit, 133 incumbēs
 „ „ & requiescens super luncho, quo perforsū est latus Christi: Vexillū quoq; portabit æmu-
 „ „ lū Christi: & signū postulabit à principe, qui iam à Deo accepit: 134 Mortuus etiā tuba in-
 „ „ quietabitur æneatoris, qui excitari à tuba angeli expectat: 135 Et cremabitur ex disciplina
 „ „ castrēsi Christianus, cui cremare nō licuit, cui Christus merita ignis indulget: Quāta alia
 „ „ in delictis circūspici possunt castrensiū munium, transgressioni interpretanda? Ipsum de
 „ „ castris lucis in castra tenebrarū nomē deferre, transgressio est. Planē si quos militia præuē-
 „ „ tos fides posterior inuenit, alia cōditio est, 136 vt illorum quos Ioānes admittebat ad lau-
 „ „ crū, vt 137 Centurionū fidelissimorū, quem Christus probat, & quē Petrus catechizat: dū
 „ „ tamē suscepta fide atq; signata aut deserēdū statim sit, vt multis actū: 138 aut omnibus mo-
 „ „ dis cauillādū, ne quid aduersus Deū cōmittatur, quæ nec ex militia permittitur; aut no-
 „ „ uissimē perpetiendū pro Deo, 139 quod æquē fides pagana condixit. Nec enim delictorū
 „ „ impunitatem, aut 140 Martyriorum immunitatem militia promittet. Nusquam Christia-
 „ „ nus aliud est. Vnum Euangelium, & idem Iesus: negaturus omnem negatorem, & cōfes-
 „ „ surus omnem confessorē Dei: & 141 saluam facturum animā pro nomine eius amissam, per-
 „ „ diturus autem de contrario aduersus nomen eius lucri habitā. 142 Apud hunc tam miles
 „ „ est, paganus fidelis: quā paganus est, miles infidelis. Non admittit status fidei, allegatio-
 „ „ nē necessitatis. Nulla est necessitas delinquendi, quibus vna est necessitas nō delinquēdi.
 „ „ Nam & ad sacrificandum & directō negandum, necessitate quis premitur tormentorum
 „ „ siue pœnarum: 143 tamen nec illi necessitati disciplina conuiet: quia potior est necessi-
 „ „ G g

tas timendæ negationis & obeundi martyrij, quàm euadendæ passionis & implendi officij. Ceterum subuertit totam substantiam sacramenti causatio eiusmodi, vt etiam voluntariis delictis¹⁴⁴ fibulam laxet. Nam & voluntas poterit necessitas contendere, habens scilicet vnde cogatur. Vel ipse hæc præstruxerim, & ceteras officialiū coronarū causas, quibus familiarissima ista¹⁴⁵ ducatio necessitatis: cum idcirco aut officia fugienda sint, ne¹⁴⁶ in delictis incidamus, aut & martyria toleranda sint, vt officia rumpamus. De prima specie questionis etiam militiæ ipsius illicitæ, plura non faciunt, vt secunda reddatur. Nisi omni ope expulero militiam, frustra iam de corona militari prouocarim. Puta deniq; licere militiam, vsque ad causam coronæ. [147 Sed & de corona prius dicam. Laurea ista¹⁴⁸ Apollini vel Libero sacrata est: illi vt¹⁴⁹ Deo telorum, ¹⁵⁰ huic vt Deo triumphorum, sic docet Claudius. ¹⁵¹ Quanquā ex myrto ait milites redimiri solere. Veneris enim myrtum matris Aeneæ, non laurum, etiam amiculæ¹⁵² Martis, per Iliam & Romulos Romani. Sed ego Venerem non credo ex hac parte cum Marte Romanam, quæ pellicis dolor est. ¹⁵³ Quin & olea militiam coronari à Minerua, ¹⁵⁴ non solum artium, sed armorū quoque dea: & pacem cum Neptuno inisse, ex hac arbore coronatam. In his erit ferri militaris superstitio vbique polluta, & polluens omnia, quæ iam polluantur & causis. ¹⁵⁵ Ecce annua votorum nuncupatio quid videtur? Prima in principiis, secunda in Capitolijs. Accipe post loca, & verba, Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus esse futurum. Cuius sententiæ vox est: vtique negationis. Etiam si tacet illic Christianus ore, coronatus capite respondit. ¹⁵⁶ Eadem laurea in Donatiui dispensatione denunciatur.

Math. 26. Planè non gratuita idololatria, aliquibus aureis venditans Christum, vt argenteis Iudas.

Math. 6. Hoc erit: Non potestis Deo seruire & mammonæ: mammonæ manum tradere, & à Deo abstinere. Hoc est reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo: nec hominem Deo reddere, & denarium Cæsari auferre. ¹⁵⁷ Triumpho laurea folijs struitur. ¹⁵⁸ hinc aduerbis¹⁵⁹ lemniscis, ¹⁶⁰ inauratur lamnulis, vnguentis delibuitur à lacrymis coniugum & matrum, fortasse quorundam & Christianorum: & ¹⁶¹ apud Barbaros enim Christus. Qui hanc portauerit in capite causam, nonne & ipse pugnavit? Est & ¹⁶² alia militia regiarum familiarum. ¹⁶³ Nam & castrenses appellantur, ¹⁶⁴ munificæ & ipsæ solennium Cæsareanorum. Sed & tu proinde miles ac seruus alterius es: & si duorum, Dei & Cæsaris, certe tunc non Cæsaris cum te Deo debes, etiam in communibus credo potiori. [165 Coronant & publicos ordines laureis publicæ causæ: ¹⁶⁶ Magistratus verò insuper aureis, vt Athenis, vt Romæ. ¹⁶⁷ Præferuntur etiam illis Hetruscæ. Hoc vocabulum est coronarū, quas gemmis & folijs ex auro quercinis ob Iouē insignis, ad deducendas tenfas cum palmatis togis sumūt. ¹⁶⁸ Sunt & prouinciales aureæ, imaginū iam nō virorum, capita maiora quærentes. Sed tui ordinis, & tui magistratus, & ¹⁶⁹ ipsum Curia nomen, Ecclesia est Christi. ¹⁷⁰ Illius es, cōscriptus¹⁷¹ in libris vitæ. Illic purpuræ tuæ, sanguis Domini: & clauus latus in cruce ipsius, illic¹⁷² securis ad caudices arboris posita, illic virga ex radice Iesse. ¹⁷³ Viderint & publici equi cum coronis suis. Dominus tuus, vbi secundum scripturam Hierusalē ingredi voluit, nec asinū habuit priuatū. Isti in curribus, & isti in equis, ¹⁷⁴ nos autē in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. ¹⁷⁵ Ab ipso incolatu Babylonis illius in F

Math. 22. Apocalypsi Ioannis submouemur, nedū à suggestu. Coronatur & vulgus nūc ex ¹⁷⁶ Principaliū proprietatū exultatione, nūc ex Municipalium solēnitatū proprietate: & est omnis publicæ lætitiæ luxuria captatrix. Sed tu peregrinus es mūdi huius, cuius superne Hierusalē. ¹⁷⁷ Noster, inquit, municipatus in cœlis. Habes tuos cœsus, tuos Fastos: nihil tibi cum gaudiis seculi; immò cōtrarium debes. Seculū enim gaudebit, vos verò lugebitis. Et puto, fœlices, ait, lugētes, non coronatos. ¹⁷⁸ Coronant & nuptiæ sponfos: & ¹⁷⁹ ided non nubimus ethnicis, ne nos ad idololatriā vsque deducāt, à qua apud illos nuptiæ incipiūt. ¹⁸⁰ Habes legem à Patriarchis quidem, habes Apostolum in Domino nubere iubentem. ¹⁸¹ Coronat & libertas secularis. Sed tu iam redemptus es à Christo, & quidē magno. Seruum alienum, quomodo seculū manumittet? Et si libertas videtur, sed & seruitus videbatur. Omnia imaginaria in seculo, & nihil veri. Nan & tunc liber homini eras redemptus à Christo: & nunc seruus es Christi, licet manumissus ab homine. Si verā putes seculi libertatem, vt & coronā cōsignes, redisti in seruitutem hominis, quam putas libertatem: amiffisti libertatē Christi, quā putas seruitutē. ¹⁸² Nunquid & Agonistica causæ disputabūtur, ¹⁸³ quas statim tituli sui damnāt, & sacras & funebres scilicet. hoc enim superest vt Olympius Iupiter, & Nemæus Hercules, & ¹⁸⁴ misellus Archemorus, & ¹⁸⁵ Antinous infœlix in Christiano

Philipp. 4. *Apoc. 13.* *Math. 27.* *Math. 3.* *Isai. 11.* *Math. 21.* *Psal. 19.* *Apoc. 18.* *Philipp. 3.* *Ioan. 16.* *Math. 5.* *Gen. 24.* *I. Cor. 7.* *Gal. 3.* *I. Cor. 7.*

Philipp. 4. *Apoc. 13.* *Math. 27.* *Math. 3.* *Isai. 11.* *Math. 21.* *Psal. 19.* *Apoc. 18.* *Philipp. 3.* *Ioan. 16.* *Math. 5.* *Gen. 24.* *I. Cor. 7.* *Gal. 3.* *I. Cor. 7.*

Philipp. 4. *Apoc. 13.* *Math. 27.* *Math. 3.* *Isai. 11.* *Math. 21.* *Psal. 19.* *Apoc. 18.* *Philipp. 3.* *Ioan. 16.* *Math. 5.* *Gen. 24.* *I. Cor. 7.* *Gal. 3.* *I. Cor. 7.*

Philipp. 4. *Apoc. 13.* *Math. 27.* *Math. 3.* *Isai. 11.* *Math. 21.* *Psal. 19.* *Apoc. 18.* *Philipp. 3.* *Ioan. 16.* *Math. 5.* *Gen. 24.* *I. Cor. 7.* *Gal. 3.* *I. Cor. 7.*

Philipp. 4. *Apoc. 13.* *Math. 27.* *Math. 3.* *Isai. 11.* *Math. 21.* *Psal. 19.* *Apoc. 18.* *Philipp. 3.* *Ioan. 16.* *Math. 5.* *Gen. 24.* *I. Cor. 7.* *Gal. 3.* *I. Cor. 7.*

A Christiano coronentur, vt ipse spectaculum fiat, quod spectare non debeat. Vniuersas (vt arbitror) causas enumeramus, nec vlla nobiscum est: omnes alienæ, prophanæ, illicitæ, ¹⁸⁶ semel iam in sacramenti testatione eieratæ. Hæ enim erant pompæ diaboli & angelorum eius, officia seculi, honores, solennitates postulatrices, falsa vota, humana seruitia, laudes vanæ, gloriæ turpes: & in omnibus istis idololatria in solo quoque censu coronarum, quibus omnia ista redimita sunt. Præfabitur quidem Claudius etiam ¹⁸⁷ cœlum syderibus apud Homeri carmina coronatum, certè à Deo, certè homini: igitur & homo ipse à Deo coronandus est. ¹⁸⁸ Ceterum à seculo coronantur & lupanaria, & latrinæ, & pistrina, & carcer, & ¹⁸⁹ ludus, & ipsa ¹⁹⁰ amphitheatra, & ipsa spoliaria, ¹⁹¹ ipsæque libitinæ. Quam sacer sanctus, quamque honestus ac mundus sit habitus iste, noli de vno poetico cœlo, sed de totius mundi commerciis æstimare. ¹⁹² At enim Christianus nec ianuam suā laureis infamabit, si norit quātos Deos etiam hostiis diabolus affinxerit, Ianum à ianua, Limentinum à limine, Forculum & Cardam à foribus & cardinibus, & apud Græcos Thyreum Apollinem, & Antelios dæmones. [193 Tanto abest vt capiti suo manus in-
ferat idololatriæ immò iam dixerim Christo, siquidem viri caput Christus est, tam liberum quàm & Christus, ne velamento quidem obnoxium, nedum obligamento. Porro & quod obnoxium est velamento caput fœminæ, iam hoc ipso occupatum non vacat etiam obligamento. Habet humilitatis suæ farcinam. Si nudo capite videri non debet
B propter angelos, multo magis coronato: fortasse tunc illo coronato scādalizauerit. Quid enim est capiti fœminæ corona, quàm formæ lena, quàm summa lasciuia nota, extrema negatio verecundiæ, conflatio illecebræ? Propterea non ornabitur operosius mulier ex
¹⁹⁴ Apostoli prospectu, vt nec crinium artificio coronetur. Qui tamen & viri caput est, & fœminæ facies, vt Ecclesiæ Christus Iesus, quale, oro te, seruum pro vtroque sexu subiit? ex spinis opinor & tribulis, in figuram delictorum, quæ nobis protulit terrā carnis: abstulit autem virtus crucis, omnes aculeos mortis in Dominici capitis tolerantia obtundens. Certè præter figuram contumelia in promptu est, & turpitudine & dedecoratio, & his implexa sæuitia, quæ tunc Domini tempora & scādauerunt & lancinauerunt: vt tu nunc laurea & myrto, & olea, & illustriore quaque fronde, & quod magis vsui est, centenariis quoque rosis ex horto Midæ lectis, & vtrisque liliis, & omnibus violis coroneris, etiam gemmis forsitan & auro: vt & illam Christi coronam æmuleris, quæ postea ei ob-
uenit: quia & ¹⁹⁶ fauos post sella gustauit, nec antè rex gloriæ à cœlestibus salutatus est: quàm rex Iudæorum proscriptus in cruce, minoratus primò à patre modicum quid citra angelos, & ita gloria & honore coronatus. Si ob hæc caput ei tuum debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit: aut nec floribus coroneris, si spinis non potes: quia non floribus potes. [197 Serua Deo rem suam inartaminatam. Ille eam si vult, coronabit. Immo & vult. Denique inuitat: ¹⁹⁸ Qui vicerit, inquit, dabo ei coronam vite. Esto & tu fidelis, ad mortem. Decerta & tu ¹⁹⁹ bonum agonem, cuius coronam & Apostolus repositā sibi meritò confidit Accipit & angelus victoriæ coronam procedens in candido equo, vt vinceret. Et alius Iridis ambitu ornatur cœlesti. ²⁰⁰ Protosedet & Presbyteri coronati: ²⁰¹ eodēmq; auro & ipse Filius hominis supra nubem micat. Si tales imagines in visione, quales veritates in repræsentatione? Illas aspice, illas odorare. Quid caput ²⁰² strophio aut dracontatio damnas, diademati destinatum? ²⁰³ Nam & reges nos Deo & patri suo fecit Christus Iesus. Quid tibi cum flore morituro? Habes florem ex virga Iesse, super quem tota diuini spiritus gratia requieuit, florem incorruptum, immarcescibilem, sempiternum: quem & ²⁰⁴ bonus miles eligendo, in cœlesti dignatione, ordinatione profecit. ²⁰⁵ Erubescite Romani commilitones eius, iam non ab ipso iudicandi, sed ²⁰⁶ ab aliquo Mithræ milite. Qui quum initiatur ²⁰⁷ in spelæo in castris verè tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam ²⁰⁸ quasi mimum martyrij, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obuia manu capite depellere, & in humerum si fortè transferre, dicens Mithram esse coronam suam. Atque exinde nunquam coronatur: id quod in signum habet ad probationem sui, sicubi tentatus fuerit de Sacramento: statimque creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcirco quædam de diuinis affectantis, vt nos de fuorum fide confundat & iudicet.

DE Corona Militis.] *Facit magnoperè ad Libri huius totius intellectum, quod habet de Coronis Plinius lib. 21. cap. 2. & 3. Tenuioribus (inquit) utebantur antiqui, Strophia appellantes, unde nata Strophiola. Quin & vocabulum ipsum tardè communicatum est, inter sacra tantum & bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Cum verò è floribus fierent setta, à serendo, sericè appellabantur. Quod apud Græcos quoq; nō ita antiquiùs placuit. Arboris enim ramis coronati in sacris certaminibus mos erat primum, postea variari ceptum mixtura versicolori; florūque inuicem odores coloresque accendere Sicyonij: Idque factum est post Olympiadem centesimam. Sic coronis è floribus receptis, paulomox subiere quæ vocantur Ægyptiæ, ac deinde Hybernæ, cum terra flores negat, ramento è cornibus tincto. Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter iniitæ propter gracilitatem nominatis; mox & corollariis, postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur. Crassus diues, primus argento auròque folia imitatus, ludis suis coronas dedit. Accesseruntque & Lemnisci, quos adici ipsarum coronarum bonos erat, propter Hætrulcas, quibus iungi nisi aurci non debebant. Puri diu fuerunt. Calure eos primus instituit. P. Claudius Pulcher, bractæque etiam Philyræ dedit. Deinde etiã hinc pertinent quæ habet idem de coronis militum, lib. 16. cap. 4. Hinc (inquit) ciuicæ coronæ, militum virtutis insignie clariss. Cedunt his murales vallarésque, & aureæ, quamquam pretio antecedentes. Cedunt & rostratæ. Item lib. 22. cap. 3. Corona quidem nulla fuit graminea nobilior in maiestate populi terrarū Principis, præmiis gloriæ. Gemmatæ & aureæ, vallares, murales, rostratæ, ciuicæ, triumphales post hanc fuere, sinique cuncta magno intervallo magnaque differentia. Ceteris omnes, singuli & Duces ipsi Imperatoresque militibus aut aliquando Collegis dedere. Ceteras Imperatores, gramineam solum Miles Imperatori. Eadem vocatur Obfidionalis.*

C A P. I.

2. Proximè facta est LIBERALITAS, &c.] *Caput hoc primum meritò inscribitur: Libri de Corona Militis argumentum. Atqui legunt quidem MS. 3. Pat. codices: Liberalitate; Verum magis placet lectio Gorziensis codicis secundum Rhenanum LIBERALITAS, ut alludat Auctor ad Numismata, quæ etiam existant apud Goltziū & alios, in quibus ex uno latere inscribitur: IMP. CÆS. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. ex altero Verò: LIBERALITAS AVGG. s. c. hoc est Imperatori Cæsari Lucio Septimio Severo Perinaci Augusto; & Liberalitas Augustorum, Senatusconsulto. Quam adeo rectè interpretatur Rhenanus de Donatium Militibus dato; nam eò adludens Auctor paulopost dicit: Donatium Christi in carcere expectat. de quo interim latius infra cap. 12. Vbi loquitur de Laureâ in Donatiui dispensatione. Eodem etiam adludit lib. de Præscript. adu. hæret. c. 2. his verbis: Quis (inquit) miles ab infœderatis, ne dicam ab hostibus regibus, Donatium & stipediū captat, nisi planè defertor & transfuga, & rebellis?*

3. præstantiss. IMPERATORVM.] *Videlicet*

Qui & adnotat Rhem. L. Sept. Seueri patris, & M. Aurel. Antonini Caracallæ filij, sub quibus Tertullianum floruisse D. Hieron. auctor est in Illustribus Ecclesiæ viris. Porro ornat eos honorifico epitheto, cum dicit præstantissimorum. Sanè etiam tum angustioribus rebus Christianis honorificentissimè locuti sunt de Imperatoribus Veteres scriptores; ut cum ad Scapulam Præsidentem scribens Tertullianus: Colimus ergo (inquit) & Imperatorem sic, quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem à Deo secundum, & quicquid est, à Deo consecutum, solo Deo minore. Et iam proeclioribus parcius loquuntur, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus & alij.

4. Expungebantur in castris milites Laureati.] *Ex supradictis num. 2. manifestum est rectè subaudiri à Rhenano: Donatium. Hoc est: Donatium promissum militibus sollempniter exsoluebatur, sine præstatur. In dicitur in scholiis librorum præcedentium, huius Verbi declarantes, Metaphoram hinc deductam Videri, quod in perscriptionibus sine libellis debita continentibus, eorum nomina quibus satisfactum est, puncto notentur. De quo vide supra lib. adu. Jud. cap. 4. num. 15. Legimus autem ex 3. MS. Pat. cod. qui fe duobus dominis seruire non posse præsumperat. nam si, uti antea, affirmatiue legeretur, magis conuenienter coniectura nostra, & Latini: præsumperat.*

5. Vulgata iam & ista disciplina Christianorum, &c.] *Huc pertinet illud Apologeticæ cap. 42. Tom. 1. Non emo capiti coronam, &c. & quod supra lib. de Spect. cap. 11. dixit: idololatria conpurcat de coronis profanis. Item quod habet B. Iulianus Martyr Apolog. ad Antoninum. Sed neque victimis multis & florum coronis colimus, &c. Illud quoque B. Cyprianus lib. de lapsis: Frons cum Dei signo pura diaboli coronam ferre non potuit. Denique Auctorem imitatus Minutius in Octauio (qui liber perperam Arnobij Octauus liber à quibusdam appellatur) sanè quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipito capillisve solemus haurire, &c. quæ infra suo loco citabimus. Porro iterum legimus ex MS. 3. Pat. quod habebant priores excusi, & Paterniacensis ac Hirsaugiensis codices: eludere eminus, infrendere cominus, & deinde nunc primum: in nostrum, nempe militem. Tribuno deferretur, id est: accusatur, pro eo quod ex Gorziensij substituerat Rhenanus: eludere eminus, infrendere. Continuo murmur. Tribuno deferretur. Infinitiva autem Verba: designare, illudere, infrendere, exponi debent pro Præteritis imperfectis Indicatiui, id est: designabant, eludebant eminus, infrendebant cominus. Aut certe verbum Cæperunt subaudiendum.*

6. Tribuno.] *Tribunum Militum intelligit, qui pro more habebat (iuxta quod Seuerus narrat in Vita S. Marini, adnotante etiam Rhenano) ut singulis ex ordine vocatis Donatium erogaret; quò pertinet illud: & persona iam ex ordine accesserat.*

7. O militem in Deo gloriosum.] *Adludit (inquit Rhenanus) ad illud Apostoli: Qui gloriatur, in Domino gloriatur.*

8. Suffragia exinde.] *Nam (inquit idem) res in consultationem venerat, quid esset de eo faciendum.*

9. apud Acta.] *Acta (inquit Rhenan.) commentarij sunt*

sunt, quos conficit Respublica. Hoc declarat Tertullianus lib. in Marc. s. sic scribens: Planè profiteri potest semetipsum quis. Verum professio eius alterius auctoritate conficitur; alius scribit, alius subscribit, alius obfignat, alius Actis refert. Ergo significat hic etiam rem istam in Acta relata.

10. grauissimas penulas.] *Penula (inquit idem) quæ & lacerna, vestimenti genus iuuenarium & arcende pluuiæ accommodatum, apud Veteres, teste Alio Lampridio.*

11. reuelari auspiciatus.] *Auspiciari (eodem adnotante) usurpat pro simpliciter incipere. Similiter dixit supra lib. de Patientia: malitiam ab impatientia auspiciatam. Accipitur autem proprie reuelari, pro detegi, tum hic, tum cap. 4. Vbi legitur: Sufanna in iudicio reuelata.*

12. speculatoriam morosissimam.] *Caligam militarem rectè interpretatur Rhenanus. Hinc & militia caligata apud Auctorem, lib. de Idolol. cap. 19. num. 147. Alludit autem ad diuinam Visionem, quæ Moysi apparuit.*

13. spe calceatus, de Euangelij paratura, &c.] *Paraphrastice expressit quod est ad Ephes. 6. calceati pedes in preparationem Euangelij; item: succinctus acutior verbo Dei, pro illo: succincti in Veritate gladio spiritus, quod est verbū Dei & totus de Apostolo armatus, alludens ad illud: Accipite totam armaturam Dei; saltem quem admodum legit B. Cyprianus ad Verbum ex Græco πικροπαιδιον, sicuti etiam adnotauimus ad illam epist. 56. num. 30. Similiter etiam dixit lib. de Fuga in persecut. Tom. 5. tam plenè ab Apostolo armatus.*

14. Martyrij candida.] *Huc alludere Videntur BB. Ambrosius & Augustinus in illo Canticò: Te Deum laudamus: te Martyrum candidata laudat exercitus. B. Cyprianus. Alibi Martyribus purpuream, Virgibus candidam coronam adscribere mauiit.*

15. inter tot fratres commilitones.] *Ergo (Vti rectè adnotauit Rhen.) & Christiani militabant. Hoc non mirum, nam ex militibus multi conuertebantur ad Christum, ceteri de Diuo Martino legimus. Qui locus diligenter notandus contra eos, qui ex cap. 11. infra perperam colligunt nullam militiam Christianam licitam, atque adeo contra Brasmi librum de Bello.*

16. ut etiam Martyria recusare, &c.] *Pertinet hoc ad errorè Tertull. de quo latius lib. de Fuga in persecut.*

17. Mussitant denique, &c.] *Mussitant (inquit idem) id est, occultè conueruntur. Sic Hieronymus. ad Rufinum: Tu qui in Latinis mussitas, & testudineo gradu moueris potius quàm incedis. Et ad Hedibiam: Et taciti me iure reprehendunt, quod audeam ad stirpem generis sui quippiam mussitare. Periclitari autem, id est, in periculum vocari; tanquam ea bona ac longâ pace non sint vsuri diuitiis.*

18. in pace leones, in prælio certos.] *Sapiunt hæc proverbialem formulam, de quibus latius inter nostra Prolegomena.*

19. de quæstionibus confessionum.] *Loquitur (inquit idem) de confessionibus nominis Christiani. Sic adu. Præsean. Nisi spiritus Dei sit in nobis, qui & loquitur de nobis, quæ sunt confessionis. Legimus autem cum Paterniacensi, Hirsaugiensi, & 3. Pat. MS. cod. iterum: At nunc quatenus illud opponunt, pro eo quod ex Gorziensij restituerat Rhenanus: At nunc quia maximè, eo magis quod sequatur.*

20. ipsius vel maximè exemplo.] *Subaudi (inquit idem) Militis, qui maluit exautorari & supplicio addici,*

quàm coronam in capite gestare. Sensus istorum verborum est & ordo, Vti & Christiani laureati, id est quos laureâ in capite ferre non pudet, & quibus in solatium quæstio ista est, qui in defensione delicti contendunt, reuincantur, ipsius vel maximè exemplo, hoc est ipsius militis de quo nunc loquimur.

C A P. II.

21. Nemine dico fidelium coronam capite nosse, &c.] *Triuulium huic capiti dedimus: Quod coronam capite nosse contra obseruationem Christianam, atque adeo delictum sit. Atqui de Catechumenis infra Tom. 3. lib. de Præscript. adu. hæres. de Confessoribus & Martyribus supra, lib. ad Martyras num. 1.*

22. quod committitur in obseruationem.] *Accipitur hic committi pro delinquere, eadem significatione, qua Iureconsulti in commissum cadere dicunt: quò pertinet etiam titulus, De publicis Vestigalibus & commissis. De alia significatione etiam Auctori vsitata, vide supra lib. ad Martyras num. 11.*

23. satis auctoratam.] *Etiã hic alia significatione (quam eodè lib. ad Mart. num. 60.) auctoratam vocat auctoritate præditam & confirmatam, sive authenticam.*

24. nec in destructionem eius, sed in ædificationem.] *Alludit ad illud Apostoli 2. Cor. 13. in ædificationem, non in destructionem.*

25. & laudo fidem quæ ante credit obseruandum esse quam didicit.] *Respicere videtur ad illud Iai. 7. iuxta 70. Nisi credideritis, non intelligetis; quem admodum non semel citatur à B. Cyprianus. Locus insignis contra eos, qui fidem sensu aut scientia metiri volunt.*

26. Et facile est statim exigere: vbi scriptum est, &c.] *Locus alter adnotandus contra eos, qui nihil hodie volunt recipere, nisi quod scriptum est: contra quos pulcherrime scribit Vincentius Lirinensis, lib. de Prophan. hæres. nouitate. Verum eodem etiam pertinet integrum sequens caput.*

C A P. III.

27. Et quamdiu, &c.] *Inscriptionem capiti huic fecimus: Quòd debeat recipi Traditio etiam nō scripta. In quo imitatur Auctorem non solum B. Basilium & Hieronymus locis infra citatis, & Origenes homil. in Numeros, sed vel ipse etiam B. Cyprianus, quantumuis alij pro se illum citent in contrarium, uti deduximus in Epist. eius 74. ad Pompeium, num. 7. Quo loco etiam videre est conformem Veterum tam ante quàm post Tertullianum, de Traditionibus non scriptis consonantiam, quorum quosdam locos ad institutum nostrum propius accedentes infra quoque citabimus. Vnde patet non aliud esse quàm calumniam, quæ Magdæburgenses volunt hanc suam de Traditionibus non scriptis sententiam hausisse Tertullianum ex Montano, quem econtrariò (teste Eusebio hist. Eccles. lib. 5. cap. 16.) primus Montanus legatur nouâ quædam ingessisse, Traditioni contrariam; maximè quum etiam lib. de Præscript. adu. hæres. Auctor Traditionum præscriptione datur: idque ante omnem hæresim, ad quam postquam cepit declinare, ipse etiam sicuti Montanus, consuetudines antiquas minoris cepit estimare, Vti patet lib. sequ. cap. 1. num. 2. & 3. Qui adeo manifestè erroris conuincuntur infra, quum de singulis exemplis demonstrabimus, etiam ante Tertullianum & Montanum vsitatas fuisse, quas hoc capite recenset, ceremonias Ecclesiasticas. Certè de Traditionibus in genere apertiores sunt loci apud B. Irenæum li. 3. c. 1. 2. 3. & 4. qui Montanum præcepsit, in quem pulcherrimè etiam & exactissimè commentatus est noster Eusebius, quò, ut pluribus*

non sit opus, Lectorem remittimus.

28. per hanc lineam ferram reciprocabimus.] Quia hoc habet Proverbij specimen, latius de eo inter nostra Prolegomena.

29. quæ præueniendo statum fecit.] Similiphrasi dixit lib. 4. adu. Marc. statum scripti & voluntatis. Sed & Quintil. Vsurpatur statum facere, lib. 3. cap. 6.

30. Denique ut à Baptismate ingrediatur, &c.] Multa hic pulchrè Rhenanus de Baptismatis ceremoniis. Verum ad Librum de Baptismo differimus; Magdenburgensibus vero, qui omnes has ceremonias hic enarratas Montanicas calumniantur, hoc vnum respondemus, dictum Librum conscriptum fuisse à Tertulliano ante omnem hæresim, quem admodum ibi in Argumento latius; atque adeo quum eadem illic aut aliis certè libris eodem tempore conscriptis recenseantur ab Auctore planè conuincit, non à Montano, sed à primitiua Ecclesia profectas. Perinde est autem siue legas: per totam hebdomadam cum exc. siue hebdomadam cum 3. Pat. Ms. cod.

31. Eucharistiæ Sacramentum.] De Eucharistia, quod Sacramentum sit, est nemo qui dubitet, ostendimus infra Tom. sequ. ad lib. 4. adu. Marc. ex definitione Sacramenti, quemadmodum ab Ecclesia peculiariter accipitur. Deinde huius Sacramenti, quatenus & sacrificium est, ceremonias (quas pleraque hic recenset Rhenan.) eo quod proprie magis ad pertinent, supra recensuimus, & ex Tertulliani aliis locis comprobauimus lib. de Oratione num. 1. ordine quidem alio, sed magis congruenti.

32. & in tempore victus, &c.] Videtur ad locum hunc alludere B. Cyprianus Epist. 63. ad Cecilium, sub finem, his verbis: At enim (inquit) non manè (quod hic dixit antelucanis cœtibus) sed post cœnam (id enim esse videtur: in victus tempore) mixtum calicem obtulit Dominus. Numquid ergo Dominicum post cœnam celebrare debemus, ut sic mixtum calicem frequentandis Dominicis offeramus? Cui respondet: Christum offerre oportebat circa Vesperam diei, & c. Nos autem resurrectionem Domini manè celebramus. Idem itaque est, ac si dicat: Christus præcepit in victus, id est cœnæ, tempore, Eucharistiæ Sacramentum sumi, & tamen nos etiam antelucanis cœtibus ieiunium, & ante omnem cibum (vix loquitur lib. 2. ad Vxorem supra illud gustamus. De quo vide plura initio Adnot. nostrarum in dictum lib. de Orat. & maxime in dictam epist. B. Cypri. num. 46.

33. & omnibus mandatum à Domino, &c.] Similiter hic, et quod dicit: omnibus, correspondet quod subiungitur: nec de aliorum manu quàm præfidentium; ac si dicat: Esi Christus instituit hoc Sacramentum, dixerit omnibus, Accipite & manducate: tamen non nisi de manu præfidentium sumimus. Locus alter, quo comprobatur, de modo sumende Eucharistiæ nihil certi præscriptum fuisse à Christo, iuxta illud B. August. epist. 129. ad Ianuar. Neque enim (inquit) præcepit Christus, quo deinceps ordine sumeretur hoc sacramentum, ut Apostolus, per quos Ecclesias dispositurus erat, seruariet hunc locum. Nam si ille hoc monuisset quod proprie ad id quod præcedit pertinet) ut post alios cibos semper sumeretur, credo quod eum morem nemo variasset. Proinde etiam ibi mandatum à Domino, non debet Mandare, accipi pro præcipere, sed proprie pro, agendum committere: qua significatione dixit etiam Auctor initio lib. 3. adu. Marc. quem nunquam mandaror designauit, id est (vix interpretatur etiam Rhenanus) qui aliquid agendum committit.

34. etiam antelucanis cœtibus.] Plinij Secundi

hac de re epistolam ad Traianum, quam hic Rhenanus citat, reperire est apud ipsum quoque Tertullianum, ne hic prolixiores simus, Apolog. cap. 2. Atque adeo non potest istud ad nouam Montani institutionem pertinere, quæ admodum calumniantur Magdenburgenses, quum ab initio Ecclesiæ, immò ab Apostolis ipsis vsuati fuerint antelucani cœtus, qui usucium communicabant fideles, vix modò dictum est.

35. nec de aliorum manu quàm præfidentium.] Ad eisdem perinet quod prius dixit, de Baptismo loquens: sub Antistitis manu; & illud (vix rectè adnotauit Rhenanus) Apolog. cap. 39. Præfident probati quique seniores. Loquitur autem non solum de Episcopo, sed & Presbyteris & Diaconis virobique, de quibus latius lib. de Præscript. adu. hæres. Tom. sequ. cap. 41. At qui etiam hanc traditionem Apostolicam fuisse, non Montanicam, præterquam quòd etiam agnoscant Magdenburgenses, confitentes (tum ex hoc loco, tum ex eo lib. de Cast. Tertull. quòd Ecclesiæ auctoritas differentiam constituerit inter Ordinem & plebem in administratione Sacramentorum. Certè (ut obuiemus Caluini- stis id negantibus) ante omnem suspensionem hæreseos, lib. de Præscript. adu. hæres. iam dicto, hæreticis impropere Auctor: Nam & laicis sacerdotalia munera iniungunt. Deinde iisdem penè verbis (quem ad hoc imitatus auctor videtur) B. Iustinus Martyr 2. Apolog. ad Antoninum Pium: Præfident verò (inquit) postquam gratiarum actionem perfecit, & populus vniuersus appreciatione leta eam adprobauit, qui apud nos vocantur Diaconi atque Ministri, distribuunt vnicuique presentium, ut participet eum in quo gratia acta sunt, panem, vinum & aquam, & ad absentes perferunt. Porro alimentum hoc apud nos vocatur Eucharistia, quod nulli alij participare licitum est, quàm Veram esse doctrinam credenti, & lacuacro propter remissionem peccatorum & regenerationem abluto, & ita ut Christus tradidit viuenti. Eodem pertinet quòd punitum scribat B. Cyprian. lib. de Lapsis, quendam: Qui maculatus (idololatria nempe) sacrificio à sacerdote celebrato, partem cum ceteris ausus est latenter accipere; sanctum enim Domini edere & contrahere non potuit; cinerem ferre se apertis manibus inuenit. Qui iis verbis significant propterea institutum ab Ecclesiâ, nec de aliorum quàm Præfidentium manu sumere, ut ne indignis administraretur Eucharistia, iuxta illud Apostoli (vix iuxta B. Aug. morem communicandi huius Sacramenti præscripsit) 1. Cor. 11. Probat autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

36. Oblationes pro defunctis, &c.] Simile est illud lib. de Monog. infra Tom. 5. Pro anima eius (nempe mariti) oret, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resurrectione confortium; & offerat annuis diebus dormitionis eius. Item lib. de Exhort. ad castit. Etiam repete apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuas reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot vxoribus, quot illa oratione commemoras, & offeres pro duabus, & commemorabis illas duas per sacerdotem (quod adnotandum, uti constat Auctorem de oblationibus, quæ per sacerdotè Deo sacrificantur, etiam hic loqui) de monogamia, ob pristinum de virginitate sancitum, circumdatum virginibus & vniueris, & ascendet sacrificiū tuum libera frôte. Unde (vel teste etiam Rhen.) Anniversariorum cum elemosinis origo, quæ apud nos perpetuò instituantur, sed respondet Magdenburgenses, has oblationes pro defunctis originem habere à Montano.

no. Quibus imprimis oppono consuetudines seu obseruationes Ecclesiasticas hic præmissas, quas penè omnes pro legi- mis agnoscunt (vix suo loco latius) de Baptismate & de Sacramento Eucharistiæ, & eas quæ subsequuntur de ieiunio vetito in die Dominico, ac à die Paschæ in Pentecosten; denique de signo crucis qua frontem tetimus. Quidni ergo etiam agnoscant oblationes annuas pro defunctis, & pro Natalitiis? Verum familiare est illis, quod de reliquis hæreticis profiteatur Auctor lib. de Præscript. adu. hæres. Tom. sequent. Ista hæresis non recipit qualdam scripturas (addere licet ad institutum & traditiones) & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertit, & si recipit, non recipit integras. At (vix ibidem) mox subiungit) vbi apparuerit veritas disciplinæ & fidei Christianæ, illic erit veritas & scripturarum, & expositionum, & traditionum Christianarum, &c. Ex quo recta consequentia consistit, hanc esse Traditionem legitimam, si ab Apostolis ipsis profectam ostenderit. Huc pertinet imprimis quod discretis verbis Patres Veteres adstantur, commemoracionem defunctorum in sacrificio, Apostolicam esse, quem admodum videre est Leturgiam nostrarum Latino- rum Tom. 1. pag. 77. 78. & 79. Est enim eiusdem rationis, commemoracionem defunctorum in Missa facere, & Oblationes pro defunctis facere. Quid? quod etiam id Apostolum Petrum præcepisse locuples testis B. Clemens Papa 1. epist. 1. ut celebraretur exequia mortuorum hymnis, precibus, & Lætionibus sacris. Deinde etiam Leturgiam pro defunctis reperire est, tum apud eundem Clementem, Constitutionem Apostolicam lib. 8. tum apud Dionysium Areopagitam sub finem lib. de Hierarch. Eccl. Quam ad eò late cõtra Magdenburgenses vindicat Fræcisus Turrianus lib. 5. Defensionum pro Canonibus Apostolorum & Epistolis primorum Pontificum; & Commentariis suis in dictas Constitutiones Apostolicas, ut plurimum non sit opus. Duos dumtaxat locos rariore ex illo, (à Garetio non visos in libro suo quem scripsit: Mortuus inuari viuorum precibus) Lectori hic indicabimus. Alter est Eusebij Alexandrini hom. eis τῶν κληρικῶν. Memento (inquit) in oblatione (Græcè προσκομιδῆ) etiam eorum qui iam de vita decesserunt, & προσκομιδῆν παρέω, parentum ac fratrum; hoc si feceris, magnam eis requiem præbes. Alter Ephrem Syri, in sermone de sua morte; vbi ex illa iudæorum consuetudine, de qua Apostolus 1. Cor. 15. Et quid baptizantur pro mortuis; infert, multo magis posse sacerdotem noui Testamenti ἐν προσκομιδῆν λατρεῖαν, id est oblationibus & precibus, debitum mortuorum dissolvere. His adde B. Cypriani locum epist. 66. qui tam suo quàm Concilij Carthaginiensis nomine, scribens ad Episcopos Antecessores, refert statutum, ut si quis frater clericum tutorem nominasset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Vbi vide Adnotat. nostras nu. 13. Iam verò de defunctorum Anniversariis, pro quo dicit Auctor oblationes defunctorum annua die fieri, videre est B. Ambrosium de Obitu fratris, Orat. 2. vbi etiam de die depositionis defuncti, tertio, trigesimo, & quadragesimo, Orat. de obitu Theodosij.

37. pro Natalitiis annua die.] Hallucinari hic grauius Rhenanum, quòd locum hunc intelligit de Natalitiis cuiusque, more ethnicorum, qui natalem diem, quo quis natus erat, geniali lætitiâ celebrabant, quum potius intelligendum de Natalitiis Martyrum (quæ ipsa partim hic, partim supra lib. ad Mart. nu. 22. agnoscitur) latè deducimus in epist. B. Cypriani 34. num. 13. ad illud: quoties

martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus. Quum citetur autem à nobis loco citato de Festis Natalitiis martyrum multo antiquiores Tertulliano, Smyrnenis in pass. B. Polycarpi, & dictus Clemens Papa 1. certè constat (vix omitam Martyrologiorum ad eam rem per eundem Clementem institutionem, quæ Factos Ecclesiæ infra vocat Auctor cap. 13.) non à Montano primùm ortas oblationes in Natalitiis, quem admodum calumniantur Magdenburgenses. Quibus hic licet addere testimonium citatum in nostris Leturgicis p. 476. B. Hieron. lib. 2. in epist. ad Galat. cap. 4. Super, Dies obseruatis; vbi pulchrè eum locum explicat aduersus nostri seculi Aristarchos, quo approbat etiam conuentum ad sacrificia Festis diebus Martyrum. Omitto Origenem de celebrando Natali ss. Innocentium, & Præfationes & Collectas in Festis complurium Sanctorum Martyrum eorundem, quas reperire est vbi supra, in Missa Ambrosiana: item B. Augustin. & eiusdem ac Chrysostomi, Ephrem, Athanasij, aliorumque Veterum Homelias, Tractatus & Sermones, qui passim exstant in sanctorum Natalitiis. Ad duntaxat dicti Eusebij Alexandrini alterum testimonium ex homil. eius de Sanctis colendis, citatum ab eodem Turriano, vbi idem argumentum tractat supradicti operis lib. 5. cap. 17. Ob hanc igitur causam præcepit nobis memorias Sanctorum, Græcè τῶν ἁγίων μνησέας, & acceptis hymnis, & auditis laudibus, benignum Deum exorent, ut preces nostras caducas admittant.

38. Die Dominico ieiunium nefas ducimus, &c.] Integrum hunc locum Tertulliani B. Hieronym. adu. Luciferianos (vix etiam ante me adnotauit Rhenanus) videtur amulatus, his quidem verbis: Nam & multa alia, quæ per traditionem (inquit) in Ecclesiâ obseruantur, auctoritatem sibi scripta legis usurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare, deinde egressos, lactis & mellis prægulare concordiam, ad infantia significationem; die Dominico, & per omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare, & ieiunium solvere; multaque alia quæ scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicauit. Item quod ad ieiunium adinet, idem lib. adu. Montanum: Non quo (inquit) & per totum annum, excepta Pentecoste (id est, vix Auctor: à die Paschæ in Pentecosten) ieiunare non liceat. Qui & dictæ Traditionis rationem reddidit Proleg. Comment. in epist. ad Ephesos: Pentecosten (inquit) tempus lætitiæ atque victoriæ, quo non genua flectitur, nec curuamur; sed cum Domino ad cælorum alta suscollimur. Cui non absimiliter B. August. epist. 119. ad Ianuar. cap. 15. Propter hoc (inquit) ieiunia relaxamus, & stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Unde etiam omnibus diebus Dominicis ad altare id obseruatur. & cap. 17. Vt autem stantes in illis diebus & omnibus Dominicis oremus, vtrum ubique seruetur, ignoro; tamen quid in eo sequatur Ecclesiæ, dixi, ut potui; & arbitrari esse manifestum. Et latius paulò B. Maximus Taurinensis Episcopus, hom. 1. de Pentecoste; ac Isidorus lib. 1. Offic. Eccl. cap. 33. denique Hieronymus noster lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 42. Quid? quod & Niceni Concilij can. 20. id ipsum iam ante hos tres Patres constitutum est, quòd hanc Traditionem non mandasset obseruari, si à Montano profecta esset. Cuius certè contrarium probatur de genyflexione ex B. Iustino Martyre, Respons. ad Orithod. cap. 115. & de ieiunio, ex cap. 64. Can. Apostol. Porro de die Dominico vide Adnot. nostras in Tertull. Apolog. cap. 16. nu. 248. & in epist. B. Cypriani 33. n. 7. De eodem, & Pentecoste, id est tempore à die Paschæ in Pentecosten, lib. de Idolol. supra cap. 14. nu. 109.

39. *E quibus quum constet* & Dominicum diem, & Pascha, & Pentecosten, ab Apostolis instituta, non possunt non & hos dies Festos adprobare, non Magdenburgenses modò, sed & Caluini asseda, & Aristarchi huius temporis omnes. De Pascha denique sollempnibus supra latius lib. 2. ad Vxorem.

40. Ad omnem progrefsum, & c. frontem crucis signaculo terimus.] Locus maxime insignis de vsu signaculi crucis apud Christianos antiquissimo, quem adeò omittere maluerunt Magdenburgenses quam recensere, dumtaxat negantes ea etate in Baptismo adhibitum fuisse signum crucis. Verum non solum Patres posteriores, sed etiam ante Tertullianum B. Iustinum Martyrem id agnouisse ostendimus Adnotat. nostris in B. Cyprian. epist. 56. num. 31. Etsi enim ubi de Baptismo agit, expressè non meminerit, certè eadem Apologia dicit nihil sine hac figura crucis administrari. Cui adde B. Dionysium Areopagitam lib. de Eccles. Hierarch. qui crucis signaculi vsum in Baptismo, & consecratione Chrifti, toties nominatim recenset. B. Irenaeus quoque & Martialis testimonia, etiam Origenis apud Euseb. lib. 6. cap. 43. quae breuitatis gratia omitto; quare calumniatur, dum ad Montani ceremonias id referunt. Certè morem, quo crucis signaculo frontem terimus ad omnem progrefsum, ad omnem promotum (ubi promotus, sicuti & calceatus, iuxta quartam inflexionem, pro calcatione capi adnotauit Rhenanus) ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad sedilia, ad cubilia, quacumq; nos conuersatio exercet: Magdenburgenses quum ipsi utantur cum ceteris Lutheranis, non differunt antiquissimum. Eundem interim (contra Caluinistas) etiam omnibus Veteribus vstitutum fuisse comprobauimus ex aliis in B. Cyprian. Adnotat. nostris in epist. 63. nu. 39. & lib. 3. Test. ad Quirin. cap. 22. nu. 105. Quibus si addidero alios locos Tertulliani, sinem fecerim. Est alter supra lib. aduerf. Iud. Tom. 1. cap. 11. ubi postquam de signo Tau adtulit scripturam Ezech. 9. addit: Huius autem signi sacramentum variis modis praedicatum est. Quod ipsum explicat lib. 3. adu. Marc. Ipsa est enim littera Tau, nostra autem T. species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud veram & catholicam Hierusalem. Denique adhuc apertior lib. 2. ad Vxorem: Latebent (inquit) tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum signas?

C A P. IIII.

41. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem exoptules, & c.] Quum caput hoc eiusdem sit argumenti cum precedenti, titulo nouo non est opus. Atqui contra calumnias Magdenburgensium has Traditiones à Montano, originem sumpsisse calumniantium, vel iste locus imprimis facit, quòd addat Auctor: Traditio tibi praeferatur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Si enim noua essent Montani institutiones, iam in consuetudinem non abiissent, & proinde nec Traditiones dicerentur. Nam, ut loquitur cap. preced. consuetudo sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim vsurpari quid potest, si traditum est

pruius non est: Legunt autem MS. 3. Vatic. & fidei confirmatrix, pro: fides, sed non placet; nam tria membra fecisse Auctorem patet ex eo, quòd mox tria illa à se mutuo distinguit, cum subdit: traditioni, consuetudini, fidei. Porro (inquit Rhenan.) in Volumine Decretorum, quod Burchardus Vormatiensis Episcopus ante Gratianum congescit, reperitur caput quoddam sub Basilij nomine (nempe libro de Spiritu sancto) cum hoc Tertulliani loco consentiens. Id est quinti libri, qui de Vniuersali Ecclesia inscribitur c c x i i i. Sic autem habet: Ecclesiasticarum (inquit) institutionum quasdam scripturis, quasdam vero Apostolica auctoritate Traditiones, per successiones, in ministerio confirmatas accepimus. Quibus par virtus, & idem vtriusque pietatis affectus quin sit, quous quisque vel aliquantum sacrarum expertus scripturarum haestauerit? Si enim adtentauerit consuetudines Ecclesiae, non scripturas (opinor legendum, non scriptas) à Patribus traditas nihil aestimare, quantum religio detrimenti latua sit, diffidentibus liquado constabit. Quae enim, ut iam inde ordiamur, scriptura saluiferae crucis signaculo fideles docuit insigniri: Quae multifariam digesta super panem & calicem prolatae orationis & consecrationis Verba commendauit? Nam non modò quod in Euangelio continetur, vel Apostolo, in Secretis dicimus, sed & alia complura adsumimus, magnam quasi vim consummatis accomodantia mysteriis. Quae Orientè versus nos orare litterarum forma praestituit: Benedicimus fontem Baptismatis, oleum vinctiois. Huc accedit quòd ter immergimus quos baptizamus, oleo vngimus, verbis abrenunciare fatana & angelis eius informamur. Unde & hac & alia in hunc modum non pauca, nisi quia tacita ac mystica traditione à Patribus Ecclesiastico more, reuerentiori diligentia, sunt in mysteriis obseruata silentio, quam publicata scripto? Hactenus ille. Porro non me fugit idem caput à Gratiano repetitum esse distinctè. Verum quia mendosissime legitur in Vulgatis Decretorum codicibus, indubie studio deprauatum ac mutatum, Volui sinceram lectionem hic proponere. Itaque per Christum te rogo, Lector, ut cum excusis libris conferas. Videbis quam corruptè multa apud Gratianum legantur. Quis enim parum fuisse praeter innumeratas clausulas vitiatas, pro adtentaueris scribere, adtenderimus; pro multifariam, trifariam; pro accomodantia, commendantia; ausus est tandem deprauator, quicumque ille fuit, quòd erat: Huc accedit quòd ter immergimus quos baptizamus, oleo vngimus, sic immutare: Huc accedit quòd ter oleo inungimus quos baptizamus: propterea quòd pro trina illa Veterum merfione, cuius Tertullianus quoque meminit, Ecclesia simplam induxerit: & rectè quidem, ne videamur apud nos, qui tertio mergunt, haereticorum probare assertionem, dum sequimur morem, quem admodum ad Leandrum Episcopum scribit Gregorius Pontifex. Adtende quantum sibi quidam permittant in inuertendis Veterum scriptis, cum tamen vnusquisque liber non aliter sit legendus, quam ab ipso Auctore est suo seculo proditus. Quis verò non rideat Gratiani glossemarium, deprauatas hoc loco dictiones & sententias insulse exponentem? Haec Rhenanus, haud immeritò de corruptissimo Gratiani Decreto: quare summo perè desideratur ab omnibus noua, quam adornari iussit Sanctiss. Dn. noster Gregorius Papa xij. eiusdem recognitio. Porro addit ibidem Rhenanus: De ceremoniis & Ecclesiasticis quibusdam ordinationibus post primordia nascentis Christianismi instituis absque scriptura haud dubie, meminit & Hrabanus Maurus in Epistola quadam ad Regenbaldum, quem admodum citat idem Burchardus sexto libro, qui est

est de Sacramentis, in hac Verba: Igitur, ut B. Ambrosius testatur, postquam omnibus locis Ecclesia sunt constituta, & officia ordinata, est aliter composita res quam ceperat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscumque diebus & temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quaesuit aut diem quo Eunuchum baptizaret, neque ieiunium interposuit. Neque Paulus & Silas tempus distulerunt, quo custodem carceris baptizarent cum omnibus eius. Neque Petrus clericos habuit, aut diem quaesuit, quando Cornelium cum omni domo sua baptizaret. Nec ipse, sed iussit fratribus, qui cum illo erant apud Cornelium in Ioppe. Adhuc enim praeter septem diaconos nullus fuerat ordinatus. Et ergo cresceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & euangelizare, & baptizare, & scripturas in Ecclesia explanare. At ubi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores, & cetera officia in Ecclesia sunt ordinata, ut nullus de credo auderet, qui ordinatus non esset, quod sciret non sibi creditum vel concessum. Et cepit alio ordine & prouidentia gubernari Ecclesia, in qua si omnes eadem possent, irrationale esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Hinc neque ergo vnde nunc neque Diaconi in populo praedicant, neque ceteri vel laici baptizant, neque quocumque die credentes tingunt nisi agri. Ideo non per omnia conueniunt scripta Apostoli, ordinationi quae nunc in Ecclesia est: quia haec inter initia sunt scripta. Nam & Timotheum Apostolum à se creatum, Episcopum vocat, quia primi Presbyteri Episcopi appellabantur, ut recedente eo sequens ei succederet. Denique apud Aegyptum Presbyteri designant, si praesens non sit Episcopus. Sed quia ceperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendas, immutata est ratio, prospicientis consilio, ut non ordo, sed meritum crearet Episcopum, multorum sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus temerè usurparet & esset multis scandalum. Haec Hrabanus nosfer.

42. Apud Iudeos tam sollempne est, & c.] De Velandis faeminis omnibus cuiuscumque generis, ordinis, conditionis, dignitatis, etatis, ex Apostolo, ex ista integer liber Auctoris, quem suspicor hoc posteriorem, eo quòd hic subdat: Quæro legem, Apollolum differo, nam illic id potissimum probat auctoritate Apostoli Pauli 1. Corin. 11. Vbi etiam adfert Rebecca exemplum c. 11. Legimus autem ex 3. MS. Nec antequam cognouerint ipsis, pro: cognouerunt.

43. Si & Sufanna in iudicio reuelata, argumentum velata praestat.] Paraphrasticis explicat quòd legitur Danielis 13. At iniqui iusserunt discooperiri eam, erat enim cooperta. Atqui vnde hinc comprobatur auctoritas huius historiae de Sufanna, quamquam Graecè dumtaxat legatur. Sed & à B. Cypriano citata est epist. 40. ac lib. de bono pudicit. item ab Origenis lib. de singularitate Clericorum, qui & librum integrum de eius auctoritate contra Africanum scripsit. Ab aliis quoque Veteribus, quem admodum adnotauimus ad librum eiusdem de Orat. Domin. n. 59. Quibus adde, quòd à Theodotione Ebreis Graecè ea descripta sit ex exemplari Graeco, quòd fortassis ad manum non esset Hebraicum, atque adeò etiam in exemplaribus Graecis primo loco collocetur, eo quòd Daniele ad huc puero contigerit: què ordinem etià non nouum esse patet ex Synopsi scripturarum B. Athanasij, ubi initium Prophetiae Danielis ab hac historia recenset: καὶ τὸ βιβλίον οὐκ ἔστιν ἐν βιβλίῳ, quem admodum ante me quoque adnotauit eruditiss. vir Sixtus Senensis, Biblioth. sanctae lib. 1. Qui etiam lib. 8. heres. 6. latiss. omnia in contrarium argumeta dissoluit, quam adscribit Anabaptistis, de Manichaeo-

rum fontibus haustam; & inter ceteros etiam B. Ignatii citat epist. ad Magnesianos. Meminerunt praeterea eiusdem historiae B. Irenaeus lib. 4. cap. 44. Dionys. Areopag. cap. 7. de Diuin. nom. & alij post B. Hieronym. Patres omnes.

44. in stadio mariti] Similiter lib. ad Martyr. c. 2. stadio opaca aut porticus, dicit. Accipit autem (adnotante Rhenano) stadij nomine, hypocausta, hoc est, subdianalem ambulationem, quam & xystrum nuncupat Virgilius, quem admodum ibi latius diximus Adnotat. nostris n. 28. Graecè est apud Damascum πρὸς τὸν σταδίου, quod Latinus vulgatus interpretis Pomarium vertit, & alij Hortum. Xenophonti quoque Viridarium significat.

45. posse etiam non scriptam traditionem.] Cui Tertulliano (inquit Rhenanus) mirè faciunt ea quae D. Hieron. ad Lucinum scribit, qui quaeserat de Sabbato, vtrum ieiunandum esset: & de Eucharistia, an accipienda quotidie. Nec verò solum Tertulliano consentiunt, Verum etiam ad sedandos horum temporum tumultus nonnihil conducunt. Sic autem eius verba habent: Sed ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas, praesertim quae fidei non officiant, ita obseruandas, ut à maioribus tradita sunt: Nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subuertit. Atque vitam omni tempore ieiunare possumus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus; nec tamen Manichaei haereseos accusandi sunt, cum carnalis cibus praeferrere non debuerit spirituali, Eucharistiam quoque absque condemnatione nostri, & pungente conscientia, semper accipere, & Psalmistam audire dicentem: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus; & cum eo canere: Eructauit cor meum verbum bonum. Nec hoc dico, quòd Dominici diebus ieiunandum putem, & contextas sexaginta diebus ferias auferam, sed iniquaque prouincia abundet in sensu suo, & praecipua maiorum leges Apostolicas arbitretur.

46. Consuetudo autem etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit Lex, & c.] Locum hunc transcriptum integrum B. Isidorus (quem admodum primus mihi indicauit Latinus) Etym. lib. 5. c. 3. & ex illo Gratianus Decret. dist. 1. c. Consuetudo, praeterquam quòd legant: dumtaxat quòd religio conueniat, quòd disciplinae conueniat, pro eo quòd nos: quòd Deo congruat, quòd disciplinae conducatur. Exstant verò etiam in Iure ciuili leges de Consuetudinibus.

47. An non putas omni fidelicere, & c.] Verba haec omissa sunt à B. Isidoro, aut quòd ad institutum consuetudinis non facerent, aut quòd etiam ipse indicaret sane locum hunc intelligendum, quam alioqui sibi contrariari videretur Auctor: neque enim etiam de Iure ciuili particulari persone licet aliquid nouum concipere & statuere, quòd postea pro consuetudine habeatur. Aut certè inter errores eius reponendum, de quibus inter nostra Prolegomena.

48. Siquid ignoratis, Deus vobis reuelabit.] Noua est lectio: Siquid ignoratis, & differens etiam ab eo quòd Graecè est: εἴ τι ἐπίστευσατε, quòd rectè vertitur à nostro interprete: siquid aliter sapitis. At rectè legitur: reuelabit, cum codicibus Apostoli emendationibus, pro eo quòd vulgati: reuelauit. Nam Graecè est: ἀποκαλύψω.

49. sed & ipse spiritum Dei habens deductorem omnis veritatis.] Etiam hinc colligere est, scriptum hunc librum ante illum de Veland. Virginit. nam ibi in

solo Montano agnoscat completum illud Ioan. 16. Quum uenerit ille spiritus ueritatis, deducet uos in omnem ueritatem: hic uero in Apostolo Paulo eundem spiritum Dei agnoscat. Ita miser paulatim ex uno errore in alium, ac demum in haeresin lapsus est, de quo latius in Vita Auctoris. Placet autem quod Rhenanus censuit legendum: cōsiliū & edictum eius, eo quod praecesserit: & quaedam edicere.

C A P. V.

50. Sed cur maior exigitur, &c.] Caput hoc inscriptissimus: Quod natura ipsa praescribat coronam ex floribus, capiti non conuenire.

51. qui figurauit hominem.] Quod hic figurauit, ueritū lib. de Refurr. carnis: finxit, & lib. 1. adu. Marc. fecit. B. autem Cypr. epist. 7. 4. ad Pompeium: plasmavit, noster interpres Gen. 1. creauit, Gen. 2. formauit. Latini denique 70. interpres, modō: fecit, modō: formauit. Graecē priori loco est: ἐπιπλασθησέν, posteriori: ἐπλασθησέν.

52. Auditum in auribus fodit, &c.] Pulcra est circumscriptio ex ipsis organū membrorum quinque sensuum hominis.

53. substantia enim propria, certē praecipua coronarum, flores.] Facit ad loci huius intellectum quod supra nu. 1. de coronis, seu fertis ē floribus, ex Plinio allegauimus.

54. & inferti & innexi, & in filo, & in scirpo.] Duo genera fertorū significat, quorum altero flores scirpo inferti, altero filo erant innexi.

55. Coronam si forte faciem existimas florū per seriem comprehensuram.] Hinc confirmatur mea in Plinium ibidem castigatio; qua censui supra legendum: Cū uero fieret ē floribus ferta, à terendo, fertiue appellabantur, pro eo quod corrupte legebatur: fertiue, maxime quod Varro de ling. Lat. lib. 5. ferta à fertie dicitur: praesertim quum fateatur Turnebus legi in Pietis & fugientibus libris: fertiue, pro quo ipse putat legendum: fertiue, sed illud puto magis germanum. Atqui illud: si tanta innocentia est, recte interpretatur Rhenan. si flores tam sint innoxii & salubres.

C A P. VI.

56. Quares igitur Dei legem, habens, &c.] Inscrubimus hoc caput: Quod natura legis Dei auctoritatem obtineat. Cui simile est illud lib. 5. adu. Marc. Tom. sequi. ipsa natura quae legis est instar ignorantibus legem. Vbi explicat eandem scripturam Apostoli Rom. 2. Natura faciūt quae sunt legis, pro quo noster interpres: naturaliter.

57. Sed & in priore Epistola.] Sic lego ex MS. cod. 1. Vat. Et uero necessario ita legendum, ut subintelligatur: parte, seu capite, quum praemisit: ad Romanos; uero uero dumtaxat sit Apostoli ad Romanos Epistola. Addit interim ibi Auctor: conditionis, quod non est apud Apostolum.

58. Deum appellantes Deorum.] De naturali hac Dei cognitione latius supra 7. 1. lib. de Test. Animae, c. 2. praesertim de talibus uocibus etiam Ethnicorum, Deus bone, Deus iudicabit, quibus & bonum & iudicem Deum confitentur. De appellatione item, Deum Deorū infra 1. sequi. lib. 1. adu. Marc.

59. conditioni.] Conditiō & paulo ante, & mox ibi, uniuersam conditionem, item paulopost: infamata conditiō est, recte adnotauit Rhenan. accipi pro rebus creatis seu creatione; nam etiam alibi id Auctori frequens est. Sic lib. de Refurr. carn. homini addicta conditiōe;

& iterum: ipsam conditionem colentes aduersus conditorem. Atqui legunt quidem 2. MS. Vat. cod. certis uisibus hominum mancipatam. sed placet magis Tertullianica phras: homini mancipatam.

60. fuccidisse.] Id uisurat (inquit Rhen.) ut in aliis libris sepe numero, pro; fuccubuisse, uel: subiectū esse, uel trāsulit noster interpres Rom. 8. Legimus autem paulopost iterum ex 3. MS. Vat. cod. Paternacensis, ac Hirsaugiensis: qui natura quidem, Dei omnia sentiunt. nam: Dei, sustulerat Rhenanus.

61. Sed & huic materiae, &c.] Alludit haud dubie ad librum Spectaculorum, non modo Latino, sed & Graeco stylo à se scriptum.

C A P. VII.

62. Proinde coronarij isti agnoscant, &c.] Titulum huic capiti datus: Quod uel ex origine Idololatrica, reliquarum coronarum eas interdictas constet.

63. Laurea militaris.] Ita circumscribit ad distinctionem aliarum laurearum coronarum, de quibus infra cap. 12.

64. Si fuerit aliqua Pandora, &c.] Πανδώρα, ab omnibus (inquit Rhenan.) omnium Deorū donis nomen habet; ad quod alludit hic Tertullianus, cui hoc peculiare est, quod à Charitibus caput eius coronatum dicit. Atqui: primam fœminarum non modo Hesiodus memorat, qui libro qui inscribitur: Opera & dies, laetē eius ortum describit, sed etiam Pausanias in Attica. Vide Paphlaphaum lib. Incredibilem. Similiter autem inter ea quae multis constructa sunt, Pandorā Hesiodi, recenset Auctor infra Tom. sequent. l. adu. Valent. imitatus Jren. l. 2. cap. 19.

65. Nobis uero Moyses Propheticus, non Poëticus pastor.] Mosen pastorem fuisse (inquit Rhenan.) indicant Exodi uerba c. 4. Moyses autem pascebat oues Ietro socii sui sacerdotis Madian. Cūque manisset gregem ad interiora deserti, uenit ad montem Dei Oreb. Porro per Poëticum pastorem intelligit Hesiodum, qui ad Heliconem paternarum ouium custodem agens, cū Musas conspexisset, & ab eis ad Hippocrenen, id est, Cabalinum fontem deauctus fuisset, statim excellensissimus Poëta factus est. Vnde illud Ouid.

Non mihi sunt uisae Clio Cliūse sorores, Seruanti pecudes uallibus Aetnae ruis.

Adnotauit idem: ceteros, Gentiles intelligi paulopost.

66. Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum.] Pherecydes (quantum colligo) Syrius citatur ab Auctore, cuius Theogoniam 10. libris descriptam citat Clemens Alexandrinus 5. Stromatum, scribens eum fuisse obscurum & enigmaticum. De quo latius infra lib. de Anima, sequi. Tomo.

67. Iouem Diodorus, &c.] Rerum (inquit Rhenanus) forsitan antiquarum lib. 3. c. 5. Nam illic Iouis & Titanum certamen descripsit. Hic autem Variam historiam libris 40. conscripsit, quam Bibliothecam nominat. Floruit Augusti temporibus: 30. annis Asiae & Europam peragravit. de quo Iustinus Martyr & Eusebius plura. Vide Adn. nostras ad cap. Apolog. 10. n. 154.

68. Dat & Priapo tæniās idem.] Ταϊνίαι (inquit Rhenan.) uittae sunt & ligamenta capitis. Quod ad uerbum habet ex B. Hier. in c. 4. Jai. Auctor hic abutitur ea uoce, pro fertis adinstar uittarum. Citat autem & istud ex Diodoro. Coronabatur autem Priapus (si Cyrild. creditur) ex iis quae hortensia erant.

69. & Ariadnae fertum, &c. post & sydus.] Cum Hirs-

Hirsaugiensis (inquit Rhenanus, cui adijcio etiam 3. MS. Vat.) codice consentiens & Gorsienfis, quemadmodum docet collatio, habet Thesidus. Pro quo corrupto uocabulo, meū secutus iudicium, posui in contextu: post & fidus. Nam qui de signis caelestibus apud nos scripsere, Iul. Hyginus, & innumerus interpres fragmenti Phenomenon Arati, citant Auctorem qui Cretica prodiderit, referentem, cū liber ad Minoem regem uenisset, ut Ariadnen filiam eius duceret uxorem, coronam dono Ariadnae dedisse, Pulcari opere factam ex auro & gemmis preciosis. Ea talis fulgoris fuit, ut Thesida ex labyrintho liberaret, quae post mortem Ariadnae astris à Libero est adfixa. Commemoratur id & ab Arato in Phenomenis his carminibus:

Αὐτὴ γλαυκὸς σέφανος, τὸν ἀρχαῖος ἐστὶν Σὺν ἑλπίδι Διόνοστος, ἀπειροχρῆνης ἀπέλαδνος. Quae Germanicus Caesar, nisi fallit titulus, sic uertit: Clara Ariadnae propius stant signa coronae. Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.

Rufus Fest. Auienus sic. Aspice ceu rutilis vibret lux Gnosia flammis, Haec quondam Bacchi monumentum fulget amoris:

Haec Ariadnae capitis testatur honorem. Ceterum quia corrupta lectio Thesidus habet, & tradunt eius corona beneficio, quae propter gemmas usque adeo fulserit, à labyrintho Thesidum liberatum, putauit aliquando legendum: post Thesidi dux, quod uidelicet illud fertum sua luce eduxerit Thesidum. Verum enim uero maius coronae Ariadnae praerogium est, quod in caelum inter astra fuerit translata, quam quod Thesido è labyrinthi tenebris educendo dux fuit. Idcirco maluimus in contextu scribere: post & fidus.

70. Iunoni uitam Callimachus induxit, &c.] Apud Graecos (teste Plinio lib. 21. cap. 3.) de Coronis prusatim scripsere Maestibus atque Callimachus Medici. Ex quibus etiam multa transcripsisse se libro eodem indicat in suo Indice, & deinde multa etiā ad Medicinam pertinentia libris 23. 24. 25. 26. 27. & praeterea ex Callimacho lib. 30. Citat autem hunc locum Gregorius Cyrildus hist. Deorum Syntag. 3. explicans illud: de exuuiis utriusque priuigni, Bacchi scilicet & Herculis. De Hercule id manifestum est: de Baccho nescio an ipse alicubi pingi soleat cum leoninis exuuiis.

71. Hercules nunc populum capite praefert.] Populum Herculi dicatam lib. 12. cap. 1. Plinius tradit, & Macrobius illud Vergily de Saliis eius sacerdotibus explicat, Saturn. lib. 3.

Populeis adsunt euincti tempora ramis. 72. nunc oleastrum.] Olympia (inquit Plinius lib. 16. cap. 14.) Oleaster ex quo primus Hercules coronatus est, & nunc custoditur religiosè.

73. nunc Apium.] Apio (inquit idem lib. 19. cap. 8.) honos in Aetia, coronare uictores sacri certaminis Nemaee. Quum autem illud in honorem Herculis fieret, non mirum si & Hercules apium capite praeferat.

74. Habes Tragœdiam Cerberi, &c.] Videtur Tragœdia illa Cerberi meminisse coronae populeae; Pindarus oleastris, Callimachus apij. Exstant autem Pindari Olympia, Pythia, Nemaee, Istmia.

75. qui & Apollinem memorat.] Videtur hoc referri ad Callimachum. Atamen uideat curiosus Lector, num & Pindarus habet idipsum in suis Pythiis. Atqui Apollini sacram Laurum scribit Plinius lib. 12. c. 1. atque adeo aduictos Reges Romanos Laurum Delphicam

illi dono mittere lib. 15. cap. 30. 76. Erant enim supplices coronarij apud Veteres.] Pia memoria eruditiss. Vir Alanus Copus, qui Vaticanos codices MS. meo nomine cum excusis contulit, ad intellectum huius loci adnotauit, ex Aristophanis Pluto ad marginem; quod coronam capite gestabant qui supplicabant, id est qui Diis litabant.

77. Liberum, eundem apud Aegyptios Osirin.] Idipsum pluribus prosequitur Plutarchus; & ante eum Diodorus Siculus lib. 1. Vnde & Hedera; de qua mox, Cynofiris dicta. Similiter Euseb. de Preparat. Euang. lib. 2. cap. 1. Asserunt (inquit) Aegyptij, &c. regnum aliquando obtinuisse Saturnum, qui sorore Cybele in uxorem ducta, Osirin & Ilin genuit; aut, ut plurimi dicunt, Iouem & Iunonem. Hos diuersum orbem imperio subiugasse, ac quinque Deos procreasse aiunt: Osirin, Ilin, Typhonem, Apollinem, ac Venerem. Osirin, Dionysium (quem hic Liberum uocat Auctor) Ilin, Cererem esse autumant. Quos matrimonio coniunctos, cū regno successissent, plurimum generi hominum contulisse. Quae uerba ea de causa in medium adducere libuit, ut concordia in eatur inter Lactantium lib. 1. c. 21. Lucanum, ac alios qui Osirin Isidis filium, & Diodorum, eoque, qui Osirin Isidis maritum & fratrem tradiderunt; quum priores de filio, posteriores de patre loquantur. Meminit certe Osiridis quoque filij Auctor lib. 1. aduers. Marc. Sic & Osirin, quod semper sepelitur, & in uiuis quaeritur, & cū gaudio inuenitur (iuxta illud Lucani:

Nunquamque fatis quaesitus Osirin.) reciprocarum frugum, & uiuidorum elementorum, & recidui anni fidem argumentantur.

78. Harpocration.] Ego eum Auctorem puto intelligi, cuius exstat Roma in Vaticano MS. Liber uergeti Ουσιαν δὴ δὴ αὐτὸς ὄν; quippe quum ad Physicam rationem referatur id quod sequitur.

79. hederarum.] Plinius quemadmodum etiam Rhenanus adnotauit lib. 16. cap. 4. Ferturque primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo ex hedera. Item cap. 34. Alexandrum uero ob raritatem ita coronato exercitum, uictorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris, cuius Dei & nunc adornant thyrsos, galatrasque etiam & scuta in Thracia populis, sollempnibus sacris.

80. ab heluco.] Significat helucus (inquit Rhenan.) auctore Sexto Pompeio languidum, & semisomnum, & hesterni uino languentem; sic dictum ab hiatus oris & oscitatione. Quamquam Tertullianus pro ipsa potius affectione capitis uidetur usurpare, quae prodiues in somnum reddimur, quam Graeci ὄνειδος appellant. De hederae uero frigoris, multa sunt apud Auctores. Porro tradit Aethnaeus eos qui profusius biberent apud Veteres, fasciis primum circumligare caput solitos. Deinde ut aliquid ornatus accederet, alios postea corollas excogitasse. Sed & peccata cunctis coronis unguentatis quosdam. Fortassis eodem alludit Plinius lib. 24. cap. 10. quum de 20. generibus hederarum loquens: Capitis (inquit) dolorem sedant, praecipue cerebro continentique cerebrum membrana uiliter mollibus impostis foliis.

81. Liberum Principem coronae planè Laureae, in qua ex Indis triumphauit, &c.] Ad uictoriam Indicam pertinet, quod habet ubi supra Euseb. In India multas Liberum urbes construxisse. De eodem Plinius lib. 8. c. 2. Romae iuncti Elephantes primum subiere currum, Pompeij Magni Africano triumpho; quod prius India uicta triumphante Libero Patre memoratur. Atqui Laurus (inquit idem lib. 15. cap. 30.) triumphis proprie

ante aduentum Christi circa Deum colendum & idola spernenda hæc præcepta seruata sunt, quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt: Hinc & Lactantio li. 6. c. 19. Bella quidem reprehenduntur, sed quæ contra iustitiam nata sunt. Hinc etiam B. August. quum innumeris penè locis de iure Christiani belli scripserit, certè ex professo id fecit Epist. 5. ad Marcellinum, & 50. ad Bonifacium Comitem; denique contra Faustum Manicheum (nam & Manicheorum erat hic error) latiss. li. 22. à cap. 74. usque ad 79. Quando itaque tales loci apud primos illos P. eteres reperiuntur, quibus videntur prima facie contrà sentire, intelligendi sunt aut de militia sub Imperatoribus ethnicis, aut de bello iniusto, quale initio Ecclesie existimabatur, si Christiani in Imperatores suos persecutores insurrexissent; à qua calumnia se purgare nitentur; sed ubi Christiani facti sunt ipsi Imperatores, ab eo tempore longè aliam rationem iussit, latè deducit B. August. dicta epist. 50. Quæ omnia eo latius, quòd hic Rhenanus & alij quidam omnem militiam Christiano illicitam velint prætere, maxime autem Erasmus in cap. 22. Luca, comment. 11. Qui quum pro suo errore perperam citet B. Chrysostomum & Ambrosium, putant operapretium locos eorum adferre, qui pro nobis faciunt. Chrysost. itaque homil. 21. in Act. Apostol. agens de Cornelio Centurione, eius exemplo milites adhortatur ut in pietate & timore Dei illum uiuentur, ac de iusto (non iniusto) lucro elemosinas faciant. Deinde apertius homil. contra Iud. Gentil. & heret. Tom. 3. de altero Centurione agens, cuius mentio Matth. 8. Militiam (inquit) prætexis, & dicit, Non possum esse pius. Centurio nōne miles erat, de quo Iesus ait: Neque in Israël tantam fidem inueni? Nihilque nocuit illi militia sua. Ambros. Verò præterquam quòd offic. lib. 1. cap. 4. à virtute bellica commendat Iesum Nane, Gedeonem, Ionatham & Mahabaos, serm. 7. Non enim militare (inquit) delictum est, sed propter prædam militare. Propterea enim providentia diuina militibus stipendia sunt constituta, ne dum sumptus quaritur, prado graſcitur. Quod ipsum ibi comprobatur adhortatione B. Iohannis Bapt. Luca 3. Estote contenti stipendijs vestris. Et ne forte quis obiiciat illum sermonem Ambrosij non esse, sed Maximi) eadem illa postrema verba reperire est apud illum. Porro paulopost legimus ex 3. MS. Vat. quum à præcedentibus culpa sit.

123. Credimusne humanum sacramentum diuino superdici licere, &c.] Adludit ad sacramentum & responſionem sue contestationem fidei in Baptismo factam, de quibus supra cap. 3. & infra latius in initio lib. de Bapt. Tom. sequenti.

124. & eierare patrem & matrem, &c.] Adludit ad verba Sacramenti, quo se milites obſtringebant (teste Vegetio de Re militari lib. 2.) nunquam deserturos militiam pro Rep. Romana; atque adeò eierabant, id est, renuntiantes seu abdicabant (quemadmodum supra diximus alicubi) patrem & matrem & proximum.

125. Domino pronuntiante; Gladio periturum qui gladio fuerit vltus? Similiter dixit supra li. de Idolol. Quomodo autem bellabit, &c. sine gladio què Dominus abstulit. Verum disertis verbis adferit B. Hieronimus Can. 32. in Math. id non intelligi de iis qui gladio aut iudicij officio aut resistendi latronibus necessitate fuerint vsi. Quæ adeò sensum etiam Apostolus Paulus satis insinuat, quum ea Christi prædicatione non obstante, Rom. 13. inquit: Non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram, et qui

malè agit. Quò adludens Auctor supra Tom. 1. lib. ad Scapulam, cap. 4. vel quia & vos (inquit) sub gladio estis.

126. cui nec litigare conueniet? Adludit ad illud 1. Cor. 6. Jam quidem omnino delictum est, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Atque adeò non malè interpretatur Rhenanus: litigare Vocem Iureconsultorum, Actionem vel in personam vel in rem apud iudicem suscipere. Verum aduertendum quòd continò subinigit ibidem Apostolus: Sed vos iniurias facitis, & fraudatis; vti videatur magis de iniustis lib. agere.

127. Et vincula & carcerem, &c. & supplicia administat. Etis verbis indicat se non de simplici Militie agere, sed etiam de eo, qui (viti adnotauit etiam Rhen.) commentariensem aut carnificem agat. Vide supra lib. de Idolol. cap. 17. num. 134.

128. nec suarum vltor iniuriarum.] Si adludit ad illud Matth. 5. Ego dico vobis, non resistere aduersus malum, &c. respondet B. August. li. 22. contra Manich. ca. 76. Intelligunt (inquit) hanc præparationem non esse in corpore, sed in corde. Nam (viti subdit postea) Christiani Imperatores, de inimicis sacrilegis, qui spem suam in sacramentis Idololorum & demoniorumque posuerant, gloriosiss. Victoriam retulerunt.

129. Iam & Stationes aut alij magis faciet quàm Christo.] Exstat lib. 12. Codicis Iustiniani Tit. de Curiosis & Stationariis. Locis verò huius intellectus haberi potest supra ex ca. vlt. lib. de Oratore: Si Statio (inquit) de militari exemplo nomen accipit (nam & militia Dei sumus) vti que nulla læticia siue tristitia obueniens castris, Stationes militum rescindit. Vbi vide Adnot. nostrarum aliam longè nu. 58. sententiam de Stationibus, quàm Rhenani hoc loco, aut nostram priorem ad epist. 41. B. Cyr. nu. 10. nempe quòd Stationes & ibi, & hic, & li. de Feinno infra T. 5. accipiantur, non de conuentibus Ecclesiasticis, in quibus serè stantes orabant, sed de stans ieiuniorum diebus; metaphorà à militibus ortà, quòd quamdiu in statione erant, ieiunare eos oportebat. Et verò hic aliter accipi non posse, manifestum est ex verbis sequentibus: aut & die Dominico, quando nec Christo. Nam vti supra locutus est ca. 3. Die Dominico ieiunium nefas dicimus, ergo nec Christo fiebat die Dominico ieiunia; & e contrario magis diebus Dominicis fiebant Stationes, id est à stantibus officia diuina, iuxta illud eiusdem cap. 3. Die Dominico, &c. nefas, vel de geniculis adorare.

130. quibus renuntiauit.] Epote in baptismo, quum diabolo & pompis eius renuntiauit, quòd alia phrasi infra repetiuit cap. 13. semel iam in sacramenti testatione eierata. De quo etiam infra latius Tomo sequenti lib. de Baptismo.

131. & cænabit illic vbi Apostolo non placet.] Adludit ad illud Apostoli, quòd sic cap. preced. expressit. Si in Idolio recumbere alienum est à fide, vti etiam adnotauit Rhenanus.

132. Et quos interdiu exorcismis fugauit.] Adtende (inquit idem Rhen.) exorcismorum antiquitatem; de quibus etiam latius dicto li. de Baptismo. Hoc autem vult, quòd excubando pro templis Idololorum, demones defendebat, quos interdiu exorcismis fugauit.

133. incumbés, &c. super luncho, quo perfolſu est latus Christi.] Λόγχος vti ad marein etiam adnotauit Rhen.) castrensis vox ὄπιο τῆς λόγχοι, qua vsus est ipse quoque Euangelista Iohannes c. 19. & lanceà rectè versus Latium

inter

interpres vbi adeò castigandos censet vulgatos codices Græcos, qui legunt λόγχοι, quum legendum potius sit λόγχοι.

134. Mortuus etiam tuba.] Innuit (inquit Rhenanus) morem castrensium, quo mortui milites tubicinis cantu, quem hic æneatorem vocat, deplorabantur. Nostrates milites ad canina pellis, hoc est tympani pulsus efferuntur, vti habet vulgare cantio iocans in milites.

135. Et cremabitur ex disciplina castrensi.] Hinc illud (inquit idem Rhenanus) Tom. sequ. lib. de Resur. car. in principio. At ego magis ridebo (inquit) vulgus tunc quoque quum ipsos defunctos atrocissimè exurit. & mox: cum crematis, cremat. Plinius li. 7. c. 54. Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum. Probat autem e contrario Auctor eodem libro eum Ecclesiam morem (de quo ibi latius) quo mausoleis & monumentis sequestrantur corpora.

136. vt illorum quo Iohannes admittebat ad lauarum.] Idem exemplum citauit supra lib. de Idol. Certè non modò B. Ambrosius, vbi supra, sed & B. Aug. ex hoc loco scripturæ de militibus à B. Iohanne Baptista baptizatis, Militiam non interdiciam adstruit his verbis, lib. 22. supra citato contra Faustum, c. 74. Alioquin (inquit) Iohannes, quum ad eum baptizandi Milites venirem, dicens: Et nos quid faciemus? responderet eis: Arma abijcite, militiam istam deserite, neminè percussite, vulnerate, prosternite neminem. Sed quia fiebat, eos, quum hac militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis, & non vltores iniuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores, respondit eis, Neminem conculseritis, & c. ne prolixiores simus. Quòd ipsum etiam in suum Decretum transcripsit Gratianus nobiscum sentiens, 23. qu. 1. cap. Paratum. in fine.

137. vt Centurionum fidelissimorum.] Alterum intelligit Archimnagogum, de quo Christus Matth. 8. dixit: Non vidi fidem tantam in Israël. Alterum Cornelium, de quo Actib. Apost. Quibus ipsis exemplis Militiam adprobaram à B. Chrysostomo supra ostendimus, & priori etià vtiur B. Aug. vbi supra, & Auctor lib. de Idololatria.

138. aut omnibus modis cauillandum.] Cauillari (inquit Rhen.) traditum à cauendo dictum Grammatici. Hic pro cauere sumit. Atqui vel iste locus sententiam de Militia, Christianis antilicia, plus satis indicat. Nam quum dixisset: aut deserendū esse suscepta fide, aut signata (quorum prius ad baptismum, posterius ad Catechumenos adinet, de quo etiam in initio lib. de Baptismo) quasi seipsum corrigens: aut omnibus modis cauillandum, ne quid aduersus Deum committatur; & ne quis eò vsque militiam extendat, vt aut delictorum impunitatem, aut martyriorum immunitatem promittat, addit: aut perpetiendum pro Deo, eo nempe casu, quo aliquid faciendum foret aduersus Christi fidem.

139. quòd æquè fides pagana condixit.] Hoc est (viti rectè Rhenanus) quòd fides ethnico Duci vel Imperatori data promissit ex pacto, nempe extrema perpeti, & mortem, nam id significat hic condicere. Plinius in Præfatione ad Vespasianum: cum hanc operam condicere, non eras in hoc albo; id est, ex pacto pollicerer.

140. aut martyriorum immunitatem.] Vbi que martyria (inquit Rhenanus) crepat Tertullianus. Paulopost: Quia potior est necessitas timendæ negationis & obeundi martyrij, quàm euadendæ passionis & implendi officij.

141. & saluam facturum animam pro nomine eius amissam, &c.] Quòd Mathæus passiuè: Qui perdit

derit animam suam, inueniet eam; ipse quomodo id fiat explicans, Christo adtribuit quòd ipse saluam facturum sit, & e contrario, lucri habitam perditurus. Atqui lucri habere dixit (viti adnotat etiam Rhen.) quemadmodum sub finem lib. 5. adu. Marc. lucri ducere, & eodem libro: boni ducere.

142. Apud hunc tam miles est, paganus fidelis: quàm, &c.] Elegantissima (inquit Rhen.) sententia constans ex contrariis. Hic oportet scire paganum duo significare, tum eum qui miles non est, vnde Persus se semipaganum vocat, tum eum qui Christum minimè agnoscit. Certè est etiam hæc vox paganus Iureconsultorum. Hinc illud Scauola D. ad Legem Falcidiam l. vlt. Miles si dum paganus erit, fecerit testamentum, &c. B. autem August. Auctorem fecit, & reliqui Doctores Ecclesiastici, peculiariter serè accipiunt pro ethnico.

143. tamen nec illi necessitati disciplina conueniet.] Editio 1. & MS. 3. conibet.

144. fibulam laxet.] De hoc inter Prouerbiales formulas in nostris Prolegomenis. Legimus autem: nam & voluntas poterit, ex 3. MS. Vat. cod. pro: poterat.

145. ducatio necessitatis.] Supra dixit (inquit Rhenanus) Ducator pro duce, hic habes ducationem pro ducatu. Q. P. excusant necessitatem, qua duce in hæc delicta incidant, non autem sponte sua.

146. in delictis incidamus.] Sic dictum (inquit idem) vt illud adu. Hermogenem: ante eam in bono conuertisset; & adu. Iudæos: Legis præcepta reformantem in hominis salute. Est autem hoc & Tertulliano familiariss. vt in cum Ablatiuis coniungat, quòd alij cum Accusatiuis.

C A P. XII.

147. Sed & de corona prius dicam.] Triulum huic capiti damus: Quòd ipse coronarum causæ contra Christianos faciant. Incipit autem loqui (inquit Rhenanus.) de corona triumphali, propter quam incepta est disputatio.

148. Apollini vel Libero sacraata est.] De Libero & Apollinis Laurea diximus supra cap. 7. Propterea verò adnotat ex Plinio Rhenanus, quòd Laurus spectabilissima reperitur in monte Parnaso, idèoque grata Apollini. Habet id Plinius lib. 15. cap. vlt.

149. illi vt Deo telorum.] Huc perinet quòd à Platone Apollo dicatur ὄπιο τῆς τοῦ Μαιεύ, id est à iaculando; vnde etiam factum, vt cum arcu & sagittis eius simulacra formari soleant.

150. huic vt Deo triumphorum.] Adludit ad eam simulacra Libero; quibus effingebatur in curru pampineo triumphans, qui Pantheris modo, modò Tigribus ac Lynxibus trahabatur, vti Gyraldus testatur hist. Deorum synt. 8. Nominatim autem etiam Plinius lib. 7. cap. 56. Liber pater (inquit) diadema Regum insigne & triumphum inuenit. Claudius autem de quo hic loquitur, idem est qui supra cap. 7.

151. Quamquam ex myrto ait milites redimiti solere, &c.] Myrtus (inquit Rhen. ex Plinio li. 15. ca. 29.) bellicis quoque se rebis inseruit, triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu (qui primus omnium ouans ingressus urbem est, quoniam rem leuiter sine cruore gesserat) myrto Veneris victricis coronatus incesit, optabilemque arborem etiam hostibus fecit. Hæc postea ouantium fuit corona. Quibus & hæc addit ibidem Plinius: Massivus Auctor est curru quoque triumphantes myrtea corona vsos. L. Piso tradit, Pappium Massium, qui primus in monte Albano triumphauit de Coris, myrto

H h ij

coronatum, ludos Circenses spectare solitum. Marcus Valerius duabus coronis utebatur, Lauream & myrteam, qui hoc voverat.

152. Martis per Iliam & Romulos Romani, &c.] Pulverē sic restituit hunc locum Rhenanus, & sensum quoque explicuit. Non est mirum Romanos milites myrto coronari solitos olim, quum hæc arbor Veneri sit consecrata, quæ non solum Troiana est propter filium Aeneam ex Anchise conceptum, verum etiam amicum Martis, qui per Iliam & Romulos Romanus est, id est, eo quod ex illa Remum & Romulum Romæ conditores susceperit: Romani Martis amica, qui Romuli & Remi sit pater. Verum ego, iocans inquit Tertullianus, non arbitror Venerem eatenus esse valde Romanam, siue amare Romanam, quatenus pellicis Iliæ dolor est. Fit enim verisimile Venerem, quæ sola amaso suo Marte potiri cupiebat, non parum offensam Iliæ concubitus, unde Romulus & Remus progeniti conditores Urbis Romæ. Quos ambos intelligit, quum dicit Romulos, seu nos mutauimus. Nec caret aliqui gratia variatio numeri. Sic & Castores dicimus τὸς δύο νέγες. Pertinere autem huc videtur quod habet Plinius lib. 16. cap. 4. Romulus frondea quantum hinc apparet ex myrto coronauit Hostium Hostilium, quod Eidenam primus occupasset.

153. Quin & olea militiam coronari à Minerua, &c.] Athenis inquit idem lib. eiusdem cap. vlt. olea durare traditur in certamine edita à Minerua. Quod de certamine cum Neptuno interpretatur Auctor. Certamen verò ipsum occasione regionis Træzeniorum describit Pausanias histor. lib. 2. Hinc exstant nummi veteres, quibus vno ex lateri inscribitur D. C. I. O. D. S. E. P. T. A. L. B. CÆL. & ab altero Coss. II. ac Mineruæ Pacificæ, s. C. cum effigie Mineruæ oleam manu tenentis.

154. non solum Artium, sed & armorum Dea.] Vide Isidorum Etymol. lib. 8. cap. de Diis Gentium. Ab armis autem vocata fuit, & ἄρμα, id est militaris, & ἄρμα, id est Martia Minerua, testibus Phurnuto & Luciano.

155. Ecce annua votorum nūcupatio, &c.] Hinc intelligi datur, quid sibi velit Numismatū inscriptiones varia, & nominatim hæc de Severo imperatore, I. M. P. CÆS. L. S. E. P. T. A. V. G. O. S. III. & ex altero: Vota publica suscepta: item de Antonino, vna ex parte: ANTONINVS PIVS AVG. & ex altero: VOTA SUSCEPTA DECEMNALIA. item: ANTONINVS AVG. O. S. III. & Vota soluta Deo. Id autem quotannis sollempne fuisse hic significat Auctor, sed maximè in principis Imperij, etiam addens locum, in Capitolij: & verba: Huc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vouemus esse futurum. De qua auri usurpatione etiam in hæc verba Plinius lib. 33. c. 3. Deorum verò honori in sacris nihil aliud excogitatum est, quam vt auratis cornibus hostia, maiores dumtaxat immolarentur.

156. Eadem Lauream in Donatiui dispensatione, &c.] Vide supra c. 1. Quod ipsum eleganter hic comparat cum prodicione Christi per Iudam acceptis argenteis, atque aded (vri etiã Rhen. eleganter dicit) non esse gratuitam idololatriam, vtpote ipsa captatix doni, atque hoc etiam quod subiungit: denarium Cæsari auferre, id est non dare Cæsari, sed ab eo Donatiuum accipere.

157. Triumphi Lauream folijs struitur.] Hoc est (inquit Rhenan.) quod Plinius de Lauro scribit: Vnus folia distinguuntur appellatione. Lauream enim voca-

mus. Laurus autem (inquit idem Plinius lib. 15. cap. 30.) Triumphis propriè dicatur. Duo eius genera tradit Cato, Delphicam, & Cypriam: illam equali colore, viridiorē maximè bacis, atque è viridi rubiculis. Hæc victores Delphis coronari, & Triumphantes Romæ. Sterili verò bacarū, quod maximè miror, aliqui triuphalem; eaque dicunt triumphantes vix, nisi id à D. Augusto caperit, vt docebitur ex ea Lauro, quæ ei missa è celo, minima est altitudine, folio crispo ac breui, inuenit rara. Inter causas autem cur in triumphis vsitata, eam quoque reddit, quod sola mansatarum receptarūque in domos fulmine non ictur. Vbi & plura videat Lector, ne hic sim prolixior. Atqui pro: struitur, MS. 3. Vt. instruitur, sed illud magis Tertullianicum est.

158. Hinc aduerbis.] Hinc omnino legendum esse satis constat, pro: hanc. Quid verò sibi velit Vocabulum: aduerbis, rectè adnotauit Rhenanus se nescire. Ego addo vocem esse corruptam, & videri aliquod Verbum substituendum, qualia sunt quæ sequuntur: inauratur, & delibuitur, fortassis quemadmodum & Rhenanus aut Gelenius in margine, ambitur, quod maximè placet, aut: adornatur, aut adumbratur, vel: aduectitur. Lectori autem liberum iudicium permitto, donec ex aliquo MS. cod. melius aliquid proferamus. Fortassis etiam non malè legatur: aduerlis.

159. lemniscis.] Sunt lemnisci (inquit Rhenan.) auctore Pompeio Festo, festiote dependentes ex coronis. Docti colligunt ex Plinio, tuniculis fuisse ex libro ipso Tiliæ arboris, cuius eiusdem libelli sint, id quod Auctores vocant Philyras. De lemniscis sic Plinius lib. 21. cap. 3. Vbi de coronis loquitur, quæ ex folijs aureis & argenteis constabat. Accesserunt quoque (inquit) lemnisci, quos adijci ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscas, quibus iungi nisi aurei non debebant. Ab huiusmodi lemniscis coronæ lemniscatæ dictæ sunt. Hæc lenus Rhenan. qui videtur respicere ad Politianum in Miscellaneis, qui multa adfert de lemniscis, tum ex Plinio lib. 16. c. 14. & de lemniscatis coronis, ex numismatibus antiquis ac Suetonio, tum denique de philyris, ex quibus lemnisci fiebant, ex Nica in Comment. Græcæ linguæ, & ipso Tertulliano hoc loco. Eodem pertinet etiam illud Horatij:

Displicent nexæ philyra coronæ.

160. inauratur lamnulis.] Intelligit lamnulas æreas quæ deaurari solent, idque ex ære coronario, de quo Plinius lib. 33. cap. 9. & lib. 34. cap. 8. In Cyprio (inquit) ære coronarium est & regulare, vtrumque ductile. Coronarium tenuatur in laminas, taurorumque selle tinctum, speciem auti in coronis histriionum præbet. Quamquam interim A. Gellius etiam verè aureas fuisse scribat triumphales coronas, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittebantur ex auro coronario.

161. & apud Barbaros enim Christus.] Videtur agere de Parthis & Armenis, aliisque barbaris à Seuerio domitis, quos iam tum Christianos fuisse supra videre est lib. aduers. Jud. cap. 7. Adnot. nostrarum nu. 30. & deinceps.

162. Est & alia militia regiarum familiarum.] Intelligit (inquit Rhen.) milites illos Romanorum perpetuos, qui sunt veluti familia Imperatoris.

163. Nam & Castrenses appellantur.] Castrensis est (inquit A. Gellius lib. 5. cap. 6.) corona, quæ donat eum Imperator, qui primus castra hostium pugnans intravit. Ea corona insigne valli habet. Hinc & vallares vocantur à Plinio, citatis locis initio lib. huius num. 1.

164. Munificæ & ipsæ.] Apud Festum (inquit Rhenan.) legimus: Munifices vocatos milites, qui non vacabant, sed munus Principi facebant. Qui vacabant, vocabantur Beneficiarij. Sed & Vegetio Munifices sunt milites, qui munus faciunt, à quo liberi sunt, Immunes qui dicuntur. Expone ergo munificæ, id est ad munus sollempniū Cæsaræanorū adstrictæ & obligatæ. Posterior atas munificum, pro munifice vsurpat. Nam & Paulus Iureconf. in l. Munus. De Verborum Significatione, Munus etiam officium significare docet; unde munera militaria, & quosdam milites munificos vocari. Vide etiam plura de Munere supra l. de Spectac. cap. 12. n. 114. & 115. De sollempnibus Cæsarum autem, Apolog. cap. 35. nu. 461.

CAP. XIII.

165. Coronant & publicos Ordines laureis, &c.] Quum eiusdem sit argumenti hoc caput, nouo titulo non est opus. Huc autem pertinere videtur illud Plin. supra citato cap. vlt. li. 13. Laurus Romanis præcipue Latiniæ Victoria-rumque nuntia, additur litteris & militum lanceis; scæces Imperatorum decorat. Ex his in gremio Iouis Opt. Max. deponitur, quoties Latiniæ noua Victoria aduulit.

166. Magistratus verò insuper auris.] Vide de his supra initio operis nu. 1. & cap. præced. & infra ex Plinio, vbi de Gemmatibus agit num. 167.

167. Præferuntur etiam illis Hetruscæ. Hoc vocabulum est, &c.] Hetruscas coronas commemorat Plin. li. 2. c. 3. verbis supra citatis cap. præced. Vbi de Lemniscis egimus. Hæc autem etiam quales fuerint, describit Auctor, nempe: quæ gemmis & folijs ex auro quercinis ob Iouem insignes, ad deducendas thenfas cum Palmatis togis lumbant. Videtur eodem pertinere quod scribit Plinius lib. 12. cap. 3. & 4. de gemmatibus & aureis coronis, & lib. 37. cap. 2. de Pompeio quod in triumpho 33. ex margaritis coronas habuerit. Denique quod eodem teste lib. 33. cap. 1. Triumphantibus corona aurea sustineretur à tergo. Atqui ad easdem aduulit Auctor supra l. de Spectac. cap. 7. de thenfis, de coronis, vbi vide Adn. nostras nu. 63. & de Palmaria veste, Apolog. cap. vlt. num. 620.

168. Sunt & Prouinciales aureæ.] Ad loci huius intellectum facit illud lib. de Idolol. cap. 18. & coronæ aureæ sacerdotum Prouincialium, à quibus hic indicat etiam ipsa Deorum capita fuisse isdem coronis coronata.

169. & ipsum Curia nomen, &c.] Propriè hic Curia accipitur, locus nempe (teste Festo) vbi publicas curas gerebant. De aliis eiusdem significationibus vide Apolog. cap. 39. num. 511. & de clauo lato, siue lato clauo, lib. de Idol. cap. 18. num. 141. ac de purpuri, ibidem num. 136. & 141.

170. Illius es, conscriptus.] Conscripti (teste Festo) dicebantur qui ex Equestri ordine Patribus adscribebantur, vt numerus Senatorum expleretur; quod ipsum Lilius l. 2. ab Vrbe condita.

171. in libris vitæ.] Malim legere, in libro vitæ, quia scriptura vbiq; in singulari numero dicitur; sed nolui adhuc immutare, quod consentiant cum excussis MS. 3. Vt. cod. Idque eo magis, quod à Sixto Senensi Bibliothecæ Sanctæ lib. 2. Quinplex Liber vitæ explicetur ex variis scripturis, (quod compendij ergo Lectorum remitto) & nominatim vnus, cuius sit mentio Philipp. 4. ac Apoc. 2. & alterius Apoc. 20. prior Vitæ æternæ, alter Vitæ vniuersusque vsque ad obitum.

172. illic securis ad caudices arboris.] Caudex hic accipitur ab Auctore pro stirpe radices, quemadmo-

dum & à Plinio l. 16. Quædam (inquit) arbores simplices, quibus à radice caudex vnus, & oluæ, fico, viti. Noster interpres & Matth. & Luc. 3. vertit ad verbum ex Græco paulo aliter: ad radicem arborum.

173. Viderint & publici equi cum coronis suis.] De his exstat apud Plinium lex 12. Tabularum: Quam serui equive meruissent; pecunia partam lege dicit, nemo dubitauit.

174. nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.] Confirmatur hinc eorum cod. MS. Latinarum lectio, qui addunt: Domini; nam & Græcè adicitur κυρις.

175. Ab ipso incolatu Babylonis, &c.] Alludit ad illud Apocal. 18. Exite de illa (nempe Babylone) populus meus, &c. quæ sequuntur; vbi etiam suggestum Babylonis meretricis magna reprehendit, id est, ornatum eius. nam id significari voce Tertullianica suggestus supra docuimus alicubi.

176. ex Principalium proprietatum.] Rectè hic Rhenan. ob natalem videlicet Principum, aut Victorias, & causas similes. Nam eadem phrasij dicit Apolog. Rescripta & Edicta Principalia. Municipales item sollempnitates, Festos dies cuiusque Municipij.

177. Noster (inquit) Municipatus in cælis.] Trāstulit municipatus, pro eo quod Græcè est πολιτευμα; & apud nostrum interpretem: conuerfatio.

178. Coronant & nuptiæ sponfos.] Huc pertinet quod sponsa ad virum iter parans, ex verberna, quæ Veneri dicata est, & floribus herbisque à se lectis, corollam texere soleat, eamque secum deferre, nam empta gestare ferta vitio dabatur. Item quod sponsus domi illam operiet, paratus magno ianuam coronare, multaque Lauro exornare soleat, quemadmodum auctor est Alexander ab Alexandro Genial. diæ. lib. 2. cap. 5.

179. & ideo non nubimus ethnicis, &c.] De hoc Argumento supra tractat Auctor toto lib. 2. ad Vxorem; vbi latius.

180. Habes legem à Patriarchis.] Alludit ad præcepta Patriarcharum Abrahæ & Isaac: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chanaan, Gen. 24. & 28.

181. Coronat & libertas secularis.] Quum pleraque Manumissionis insignia recenscat Auctor Tom. sequen. lib. de Restit. carn. mirum est quod coronam non commemoret.

182. Nunquid & Agonificæ causæ, &c.] Sentiit (inquit Rhen.) de certaminibus Gymnicis, quorum victores coronabantur. Eodem pertinet quod habet Plin. l. 16. cap. 4. de coronis ex hedera. Nouissimè (inquit) & in sacris certaminibus vsurpata, in quibus hodieque non victori datur, sed patriam ab eo coronari pronuntiat. Et peculiariter Delphis Lauro coronari solitos victores lib. 10. cap. vlt. Pineæ corona apud Isthmum l. 15. cap. 10. Ex Apio in Nemæis certaminibus, lib. 19. cap. 8. Ex Oleastro denique Olympiæ, lib. 15. cap. 4.

183. quas statim tituli sui damnant.] De his latè Auctor & ex instituto supra l. de Spect. cap. 6. nu. 51. vbi vide Adn. nostras, præsertim de Olympis Ioui dicatis certaminibus nu. 108. de Nemæis Herculi sacris nu. 109.

184. & miscellus Archemorus.] Archemorus (inquit Rhenan.) Lycurgi filius à serpente lesus adhuc infans perit, ex incuria nutricis suæ Hypsipyles, quæ illum in gramminibus reliquerat, ostensura Græcis siti laborantibus Langiam fontem. In eius pueri memoriam annuus agon institutus est. Et quia perit adhuc infans, miscellum vocat, non miserum.

185. & Antinous infœlix.] Hunc (inquit idem) Hadrianus Cæsar in deliciis habuit, & tam tenerè dilexit, ut ab illo civitatem Ægypti cognominavit, ubi agonem illi quotannis celebrandum instituit. Quam rem in litteras pulchrè retulit Egeffus, sic scribens, referente Hieronymo: Tumulos (inquit) mortui templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus. E quibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsaris, cui & gymnicius agon exercetur apud Antinonum civitatem, quam ex eius nomine condidit, & statuit prophetas in tēplo, hæc ille. Notat & πρὸδὲ ὤσιν Terull. Antinoi in 1. lib. adu. Marc. quum inquit: Alioqui si sic homo Deum commētabatur, quomodo Romulus Consum, & Tarius Cloacinam, & Hostilius Pauorem, & Metellus Alburnum, & quidem ante hoc tempus Antinonum, &c.

186. semel iam in sacramenti testatione cieratæ.] Sic omninò legimus pro: tentatione, ut accipiatur pro: contestatione, quæ vox Auctori etiam de Sacramento baptismi non est inusitata, quem admodum Latius infra Tom. sequent. l. de Baptis. num. 1. Placet autem magis lectio excusorum: Hæ enim erant pompæ diaboli, &c. quàm 3. MS. cod. V. atic. erunt. nam agit de cieratione iam facta. Siquis autem (Rhenan. inquit) hic obiciat, Terullianus ante dixit: A quam adituri, ibidem, sed & aliquanto priùs in Ecclesia sub antistitis manu cōtestamur nos renuntiare diabolo, & pompe & angelis eius; Et hoc loco dicit: Semel iam in sacramenti testatione cieratæ: is scire debet semel hic accipi pro profusus & omninò, ita ut semel fuisse sufficiat.

187. etiam cælum syderibus apud Homeri carmina coronatum.] Hinc loco (inquit idem) subscribit Plinius (lib. nempè 16. cap. 4.) Antiquius quidem (inquit) nulla nisi Deo dabatur. Ob id Homerus cælo tantum eas & prælio vniuerso tribuit.

188. Ceterum à seculo coronantur & lupanaria, &c.] Videtur intelligere coronas, quibus Lares publici vel priuati in singulis domibus coronabantur, atque adeò & in lupanariis, latrinis, & pistrinis, & carcere, & spoliariis, hoc est speluncis laironum, iuxta illud Plinij supracitatum lib. 21. cap. 3. & Larium priuatorum publicorumque.

189. & Ludus.] Ludum litterarium intelligit, de quo supra Auctor lib. de Idolol. cap. 10. Flore scholæ coronandæ.

190. & Amphitheatra.] Inter Amphitheatrorum adparatus etiam coronas recepit Auctor supra lib. de Spectac. cap. 12. Vbi quid Amphitheatrum, Adnotat. num. 126.

191. ipsæque libitinæ.] Rectè Pitheus Aduers. lib. 2. cap. 15. de sepulcralibus coronis interpretatur, de quibus etiam illud Plinij supracitatum l. 21. cap. 3. ac sepulcorum & Manium.

192. At enim Christianus nec ianuam suâ, &c.] De hoc supra Apologet. cap. 35. num. 464. De Diis verò Ostrorum lib. de Idolol. cap. 15. num. 113. 114. 115. 116. 117. 118. Cuius loci consideratione malus retinere: Cardâ, seu Cardeam, cum editionibus excusis, quàm Carnam, secundum 3. MS. cod. maxime quod à cardinibus ita dictum adserat tum hic Terull. tum etiam B. Cyr. lib. de Idolol. vanitate, ut etiam illic adnotauimus num. 30.

C A P. XIIII.

193. Tanto abest ut capiti suo manus inferat Idololatricæ, &c.] Caput hoc inscribimus: Quod capiti nullo modo corona conueniat, nisi adinstar Christi pinæa. Illud autem: Tanto abest, phrasîs est (vii etiâ

Rhenan.) Auctori familiaris. Porro de velamento capitis viris interdico, & cui obnoxium est fœminæ caput, latius toto lib. de Velandis Virgin. Cuius quum hic etiam mentio non fiat, verisimile non sit quod supra censui cap. 4. librum hunc illi priorem esse. Lego autem omninò cum Latino: Quid enim est capiti fœminæ, pro: capite. Malim autem legere paulopost: Propterea non ornabitur operosius mulier, pro eo quod est: coronabitur, eo quod sequatur, ut nec crinium artificio coronetur, & quod Apostolus ornatum quidem eius, non coronam interdicit.

194. ex Apostoli prospectu.] Hoc est (interprete Rhenano) prospicientia prouidentiaque, quippè qui ornatum operosiorum, ut modo diximus, in fœminis prohibuerit 1. Tim. 2. Adnotata erat varia lectio à Latino: præscripto, sed illud magis Terullianicum est. Est autem mira locutio paulopost, Vbi nuncupatur fœminæ facies Christus, & viri caput.

195. centenariis quoque rosis.] MS. 3. & 1. editio: centaureis. Verum lego cum Rhenan. cētinariis, eo quod rosæ centifoliæ meminerit Plin. l. 21. c. 4. etiam vbi de coronis agit, quamquam neget Tiberij Trincipatu nondum rosam centifoliam in coronis additam. Atqui de Midæ rosæto vide supra T. 1. lib. de Pall. cap. 2. nu. 43.

196. fauos post sella gustauit.] De hoc Prouerbio vide nostra Prolegomena. Atqui pro: si fortè, censet legendum Latinus: si potes.

C A P. XV.

197. Serua Deo rem suam inattaminatam, &c.] Titulum postremo huic capiti damus: Quod à Christo corona expectanda. Locus insignis pro corona, seu mercede bonorum operum, seu meritum nostrorum; de quibus tamen latius supra lib. ad Martyras, cap. 3. num. 43. & lib. de Patientia, cap. 11. num. 73. ac 75. & cap. 13. num. 82.

198. Qui vicerit, dabo ei coronam vitæ. Esto & tu fidelis ad mortem.] Sicuti aliàs sepe, sic & hic memoria quantum adparet lapsus, ex duobus scripturæ testimoniis vnum conficit. Nam Apoc. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. & Apoc. 3. Qui vicerit, sic vestietur, &c. item: Qui vicerit, faciam illum columnam.

199. bonum agonem.] Similiter B. Cyr. ex epist. 3. & l. 3. Testim. ad Quir. cap. 16. qui vocem Græcam: ἀγὼνα, Latinam fecerunt, pro eo quod noster interpres: certamen vertit, 2. Tim. 4.

200. Protosedent & Presbyteri, &c.] Mirabilis (inquit Rhenan.) Verbi compositio ex peregrino & nostro, quamuis & nostrum à Græco & cō detortum sit. Adhuc autem ad locum Apocalypses 4. Et super thronos viginti quatuor seniores, &c. Atqui etiam hic seruata est ab Auctore vox Græca: πρεσβύτεροι.

201. eodémque auro, &c.] Et hic (inquit Rhenan.) locus est Apoc. 14. Propterea post toties citatam Apoc. inquit: Si tales imagines in visione, quales veritates in representatione. Loquitur autem de visione Ioannis, qui scripsit Apocalypsin.

202. Strophiole aut draconario.] Tenuioribus (inquit idem ex Plinio lib. 21. c. 2.) scilicet coronis viebantur antiqui, strophia appellantes, unde nata strophiole. Porro Dracontarium videtur eius seculi vocabulū fuisse, pro corolla. Ego verò puto Dracontarium, coronam intelligi confectam aut ex draconia herba, antidoto aduersus venena, cuius meminit Plin. l. 24. c. 16. aut ex gemmis draconilibus, de quibus idem l. 37. cap. 10. & Auctor

tor supra lib. de Hab. muliebri, cap. 6. nu. 52.

203. Nam & Reges nos Deo, &c. fecit.] Vertit ad verbum ex Græco βασιλεῖς, pro eo quod noster interpres: regnum.

204. bonus miles.] Loquitur (inquit Rhen.) de Militre isto, qui coronam in manu, non in capite gestauerat, ob eam rem in carcerem raptus.

205. Erubescite Romani commilitones.] Hinc patet Romæ hunc librum scriptum fuisse.

206. sed ab aliquo Mithræ milite, &c.] Huius (inquit Rhenan.) Dei Mithræ meminit in Præscriptionibus, de diabolo nostræ religionis sacra (immò sacramenta) imitante loquens. T ingit & ipse quosdam (inquit) vti que credentes & fideles suos. Expiationem delictorum de laacro reponnit. Signat illic in frōtibus milites suos. Celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quæ postrema verba: & sub gladio redimit coronam, hic exponuntur. Nam hanc ceremoniam hoc loco explicat, quam demiror à nemine fuisse commemoratam. D. Hieronymus tantum obiter indicat, quum ad Lat. in de Institutione filie scribens: Ante paucos (inquit) annos propinquus vester Gracchus nobilitatem patriam sonans nomine, quum præfecturam gereret vrbanam, nōne specum Mithræ, & omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Peres, Helios, Bromius pater, initiatur, subuertit, fregit, excussit? Vbi vides Militis fieri mentionem, cuius initiationem in specu Mithræ hoc loco describit Terullianus. Lactantius siue Lutatius Stat; interpres vltimum carmen primi Thebaidos exponens:

Indignata sequi torquentem cornua Mithram, scribit Apollinem à diuersis genibus variis appellari nominibus. Apud Æchemenos enim Titan vocatur, apud Ægyptios Osiris, apud Perfas vbi in antro colitur, Mithra nominatur. Eius simulacrum fingebatur relictantia auri cornua retentare; quo significatur Lunam ab eo lumen accipere, quum occiperit ab eius radiis segregari. Erat autem ipse Sol Leonis vultu cum tiara præco habitu, utriusque manibus, seu diximus, bouis cornua comprimens. Significat Sol principale signum inculcat & frenat. Leonem scilicet, idèò quod hic Deus ceteros sui nominis & potentie impetu excellat, ut inter reliquos feras Leo: vel quod sit rapidum animal. Hæc ex illo Commentario propterea paulo prolixius retuli, ut melius intelligatur Terulliani locus ille 1. lib. adu. Marc. quum inquit: Sicut atidæ & ardentis naturæ Sacramenta Leones Mithræ philosophantur. Meminit & Martianus Capella Mithræ, quum canit lib. 3. de nupt. Mer. & Philolog.

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Ostrin, Diffona sacra Mithram. --

Plura dicto lib. de Præscript. adu. her. cap. 40. Tom. sequ. Videat Lector, tum de Mithra, tum de diabolo diuina adfectante, vti paulopost Auctor commemorat.

207. in spelæo & castris verè tenebrarum.] De hoc spelæo latius in hæc Verba B. Iustinus Martyr aduersus Tryphonem: Porro quando illi qui Mithræ initiationes (sic enim verto, pro eo quod alij: initia) tradunt,

è petra eum natum esse memorant (de quo vide etiam testimonium B. Hieron. infra Tom. sequ. lib. de Præscript. adu. heres. supradicto num. 241.) & spelæum nominant eum locum, vbi initiari ei credentes perhibent; non ego hic, quod à Daniele dictum est, lapidem absque manibus abscissum de monte ingenti, & quod ab Esaiâ est promulgatum, eos sequutos esse, atque hæc consimiliter instituisse sciam: cuius Prophetia promulgationis etiam Verba omnia imitari sunt conati. Nam & iuste rectèque agendi præcepta, ut apud illos dicuntur, arte quadam effecerunt. Verba Esaiâ sunt talia cap. 33. Audite qui longè estis quæ fecerim, & cognoscite propinquantes fortitudinem meam. Desciderunt in Syon iniqui. Corripiet tremor impios. Quis annuntiabit vobis locum sempiternum? Ambulans in iustitia (hinc apud illos, de quibus supra rectè agendi præcepta) loquens viam rectam, odio habens iniquitatem & iniustitiam, manus obriens puras à muneribus, obturans aures, ut ne audiat iudicium sanguinis iniustum, comiuens oculis ut ne videat iniustitiam. Hic habitabit in excelso specu petreæ fortis: (hinc spelæi imitatio.) Panis dabitur ei (ex quo desumpta apud illos panis oblatio, cuius mentio fit libro de Præscript. adu. heres.) & aqua eius fidelis (quò pertinet de qua ibidem tinctio.) Regem cum gloria videbitis (quod ad resurrectionem pertinet) & oculi vestri longè prospicient. Anima vestra meditabitur timorem Domini: (hinc ibidem expiatio delictorum.) Vbi est litteratus? vbi sunt Consiliarij? Vbi est eos diuinerans qui abuntur, paruum & magnum populum? Quocum consilia non agitarunt, neque profunditatem vocum sciuerunt, ita ut non audirent, Populus vitiosus, & non est audienti scientia? Quod ipsum rursum paucioribus his verbis non multopost repetit: Quod verò (inquit) Esaiâ de symboli arcanique specus vaticinio preloquutus sit, vobis recensui, sed eorum gratia, qui hodie vobiscum venere, locum eum repetam: insuper hoc addens, propter verba eiusmodi, eos qui Mithræ mysteria instituerunt, in loco qui apud illos spelæum vocetur, suos initiare, sacræque sua arcana peragere, diaboli instinctu agitato. Atqui spelæum istud primum Zoroastres in Persidis montibus dicasse fertur prope fontes, iuxta quod habet Porphyrius in Comment. antri Nympharum, ex 13. Odyss. Homeri.

208. quasi mimum martyrij.] Hoc est (inquit idem Rhenanus) quasi imitamentum martyrij quod pro Christo tolerant Christiani. Quare & hanc lectionem retinendam duxi, pro eo quod in excusis subreperat: minimum; maxime quum illud etiam legant 3. MS. cod. V. atic. Vnde nec placet lectio Gyraldi hist. Deorum synt. 7. qui legit: minus. Maxime quod haud absumiliter B. Gregor. Nazian. Orat. 1. in Iulian. Imper. scribat: Ab illo fuisse comparata martyria Christianorum cruciatibus, quæ in Mithræ sacris celebrabantur. Super quo loco (vbi citatur ibidem à Gyraldo) vetus commentator. Mithra, id est, Sol cui celebritates sunt, & imprimis à Chaldeis, Cui Deo qui voluit initiari, duodecim consumelius afficiuntur, per Verbera, calorem, frigus, & alia eiusmodi. Quæ proinde putat fuisse etiam ea sacra, quæ Commodus Imperator homicidio polluit.



QVVM prae-textu contrariae consuetudinis, contra quam Apostolus praeceperat, non modò nuptiae, & virgines hominum, seu seculares quae ad nuptias virorum aspirant; sed & virgines Dei, quae Christo nupsent, praesertim in Ecclesia caput non velarent; quod antea Graecè, nunc Latine quoque ostendit, virgines velari oportere.

- I. Imprimis autem, consuetudinem aduersus veritatem non praescribere, ex eo docet, quòd Regula fidei vna irreformabili manente, cetera disciplina & conuersationis admittant nouitatem correctionis.
- II. Maxime quum Ecclesiarum, quas Apostoli seu Apostolici viri condiderunt, consuetudo opponatur; nobis autem & illis vna fides, vnus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lauacri Sacramenta, vna Ecclesia.
- III. Proinde quum arbitrio cuiusque permessa res esset, vt quaeque voluisset, aut velari, aut non tegi, sicut & nubere; temerariam audaciam reprehendit, qua virgines hominum ambibant aduersus virgines Dei, quòd aliter (velata inquam) ille incederent; immò sacrilegis manibus dicatum Deo habitum à virgine electum detraherent.
- III. Neque verò obstare quod opponitur, nullam mentionem virginum ab Apostolo factam, vbi de velamine praefinit, sed tantum mulieres nominatas; quia Spiritus sanctus vno nomine Mulieris etiam virginem intelligi voluit, ut potè quòd generale sit vocabulum, vti & Femina.
- V. Ad sexum enim pertinere, non ad gradum sexus, probat scriptura Geneseos; qua Eva mulier est cognominata, adhuc faelix, adhuc virgo; post matrimonij verò conexum, mulier eius.
- VI. Sic & Apostolum mulierem vocare Virginem Mariam, quam vtiq; virginem constat fuisse, licet Hebion resistat; & Angelum Gabrielem ad Virginem missum, cum benedicit illam, inter mulieres deputasse.
- VII. Iam verò etiam ipsas rationes virginibus competere, per quas Apostolus docet velari feminam oportere.
- VIII. Eadem itaque ratione virginem in muliere intelligendam, qua puerum in viro; ut potè quum Adam adhuc integer ante nuptiarum congressum vir sit cognominatus in Genesi, & apud Apostolum vox: Omnis, tam de viro quàm de muliere, aequè virginem in viro atque in muliere comprehendat.
- IX. Alia item disciplina Ecclesiastica praescripta de muliere in virginem spectare; nam nec virgini, quantumuis carnem suam sanctificare proposuit, licere in Ecclesia docere, tingere, offerre, aut sacerdotalis officij sibi sortem vendicare.
- X. Non itaque magis debere virgines honorigeram notam virginittatis suae (non velando se) praeferre; quàm tot viros virgines, tot spadones, qui nulla sibi defendunt continentiae insignia, quae tamen virginittate feminarum est laboratior.
- XI. Ad responsionem autem ex diuerso, quasi à natiuitate proinde virginem operiri oporteat; respondet, Apostolum intelligi debere, ex quo se virgo intelligere coeperit, post contestatam maturitatem; interserens exempla tum Rebecca, quae velata sponso suo occurrit, (nec minus post continentiae votum virgini id faciendum) & ethnicorum, apud quos velata ad virum ducuntur.

Proinde

Proinde tegantur superiora, cuius inferiora nuda non sunt, nec eas imitentur, quae XII. sola capitis nuditate virginittatem nundinant.

Deinde si & apud ethnicos propter homines iam nupturae caput velant, saltem in XIII. Ecclesia virginittatem abscondant, vt in occulto mercedem apud Deum mereantur, quae tantam oblationem Deo offerunt ipsius corporis & spiritus sui, cum illam ipsam naturam consecrant.

Neque verò cogendas ceteras ad huiusmodi opus virginittatis; quia vbi coactio, illic XIII. necessitas; vbi necessitas, illic infirmitas; & proinde facile ruunt, & funem longum delictorum sibi adtrahentes, intacto tamen permanentes capite, ne prodantur, virgines sub Deo se mentiuntur.

Sed enim vera & pura virginittas, etiam feminarum oculos timens, confugit ad velum XIV. lamen capitis tanquam clypeum, quo bonum suum protegat aduersus ictus temptationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus fascino etiam apud ethnicos metuendum.

Scripturam itaque legem hanc de velamine condidisse, naturam contestari, disciplinam XV. nam exigere, maxime in virgine quae Christo nupsit, illi tradidit carnem suam, illi sponsauit maturitatem suam; qui quum alienas sponfas & maritatas velari iubeat, vtiq; multo magis suas.

Postremo & eas, quae in nuptias inciderunt admonet, vt ne quidem in momento horae XVII. à disciplina velaminis exolescant, tum Apostoli verbis, tum Arabicarum feminarum quae faciem totam contegunt, & reuelationis cuiusdam exemplis; praesertim verò ne inter Psalmos aut in Oratione ipsa, vel quacunque Dei mentione, reiecta perseuerent.

Ceterum librum hunc germanum esse patet ex eius hoc Epiphonemate, Pax & gratia à Domino nostro Iesu redundet, cum SEPTIMIO TERTVLLIANO, cuius hoc opusculum est. Deinde eundem imitatur B. Cypr. lib. de Discipl. & habitu virginum, locis infra citatis. Habuerunt denique MS. Tritheimius Catal. Script. & Politianus epist. 5. lib. 4. Aeditus autem fuit primùm à Rhenano ex Paterniacensi & Hirsaugiensi exemplaribus MS. cum Scholiis, deinde castigatus ex cod. Gorziensi, additis Adnotationibus; quibus accessit etiam recognitio Sigismundi Gelenij ex Britannico codice. Non tamen eiusmodi, quin plures adhuc loci recogniti fuerint à nobis ex 3. MS. Vatic. codicibus, & Adnotationibus quoque nostris locupletati.

Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTVLLIANI DE VIRGINIBVS VELANDIS LIBER.



ROPRIVM iam negotium passus meae opinionis, Latinè quoque CAP. I. ostendam, virgines nostras velari oportere, ex quo transitum aetatis suae fecerint: Hoc exigere veritatem, cui nemo praescribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim ferè consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur, & ita aduersus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus veritatem Ioh. 14. se, non consuetudinem cognominauit. Si semper Christus, & prior omnibus: aequè veritas sempiterna & antiqua res. Viderint ergo quibus nouum est quod sibi vetus est. Hæreseis non tam nouitas quàm veritas reuincit. Quodcunque aduersus veritatem sapit, hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo. Ceterum suo vitio quis quid ignorat. Quod autè ignoratur, fuit tam requirendum, quàm recipiendum quod agnoscitur. Regula quidem fidei vna omnino est, sola immobilis, & irreformabilis, credendi scilicet in vnicum Deum om-

nipotentem, mundi conditorem, & filium eius Iesum Christum, natū ex virgine Maria, D crucifixū sub Pontio Pilato, tertia die resuscitatū à mortuis, receptum in cœlis, sedentem nunc ad dexteram Patris, venturum iudicare viuos & mortuos, per carnis etiam resurrectionē. Hac lege fidei manente, cetera iam disciplinæ & conuersationis, admittunt nouitatem correctionis, operante scilicet & proficiente vsque in finem gratia Dei. Quale est enim vt diabolo semper operante & adiuuante quotidie ad iniquitatis ingenia, opus Dei aut cessauerit, aut proficere destiterit, cum propterea Paraclētum miserit Dominus, vt quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur & ad perfectum perduceretur disciplina, ab illo vicario Domini spiritu sancto. Adhuc inquit, multa habeo loqui vobis, sed nōdum potestis ea balulare: Cūm venerit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem, & superuenientia renuntiabit vobis. ⁶ Sed & supra de hoc eius opere pronuntiauit. Quæ est ergo Paraclēti administratio nisi hæc, quōd disciplina dirigitur, quōd scripturæ reuelantur, quōd intellectus reformatur, quōd ad meliora proficitur? Nihil sine ætate est, omnia tempus expectat. Denique Ecclesiastes, ⁷ Tempus, inquit, omni rei. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. Granum est primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuscula enitur. Deinde rami & frondes inualescunt, & totum arboris nomen expanditur, inde germen tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus aperitur. Is quoque rudis aliquamdiu & informis, paulatim ætatem suam dirigens, ⁸ eruditur in mansuetudinem sapientis. Sic & iusticia (nam idem Deus iusticiæ & creaturæ) primò fuit in rudimentis, natura Deum metuens: dehinc per legem & Prophetas promouit in infantiam: dehinc per Euangelium efferbuit in iuuentutem: nunc per Paraclētum componitur in maturitatē.

¹⁰ Hic erit solus à Christo magister & dicendus & verendus. Non enim ab se loquetur, sed quæ mandantur à Christo. ¹¹ Hic solus antecessor, quia solus post Christum. Hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt vsque non olim prophetantem, virgines contegunt. [¹² Sed nolo interim hunc morem veritati deputare. Consuetudo sit tantisper, vt consuetudini etiam consuetudinem opponam. Per Græciam & ¹³ quasdam Barbarias eius, plures Ecclesiæ virgines suas abscondunt. Est ¹⁴ & sub hoc cœlo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Græcicæ aut Barbaricæ consuetudinem illam ascribat. Sed eas ego Ecclesiæ proposui, quas & ipsi Apostoli vel Apostolici viri cōdiderunt, & puto ante quosdam. Habent igitur & illæ eandem consuetudinis auctoritatem, tempora & antecessores opponunt magis quàm postera ista. Quid obseruabimus, quid diligemus? Non possumus respuere cōsuetudinē, quam damnare nō possumus, vtpote nō extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet communicamus ¹⁵ ius pacis & nomen fraternitatis. Vna nobis & illis fides, vnus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem ¹⁶ lauacri sacramenta. ¹⁷ Semel dixerim, vna Ecclesia sumus. Ita nostrū est, quodcunq; nostrorum est. Ceterū diuidis corpus: tam hinc, sicut in omnibus variè institutis & dubiis & incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio, ¹⁸ quæ magis ex duabus tam diuersis consuetudinibus disciplinæ Dei conueniret. Et vtique ea deligenda, quæ virgines includit, soli Deo notas, quibus præter quōd à Deo non ab hominibus captanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescēdum est. Virginem magis laudando quàm vituperando confundas: quia delicti durior frons est, ab ipso & in ipso delicto impudentiam docta. Nam illā cōsuetudinem, quæ virgines negat dum ostendit, nemo probasset, nisi aliquæ tales quales virgines ipsæ. Tales enim oculi volent virginem visam, quales habet virgo quæ videri volat. Inuicem se eadem oculorum genera desiderat. Eiusdem libidinis est videri, & videre. Tam sancti viri est ¹⁹ subfundi, si virginē viderit, quàm sancte virginis, si à viro visa sit. [²⁰ Sed nec inter consuetudines dispicere voluerunt illi sanctissimi antecessores. Tamen tolerabilius apud nos ad vsque proximè, vtrique consuetudini communicabatur. Arbitrio permissa res erat, vt quæque voluisset aut tegi aut prostitui, sicut & nubere: quod & ipsum neq; cogitur neque prohibetur. Contenta erat veritas pacifici cum consuetudine, vt tacitè sub consuetudinis nomine frueretur se vel ex parte. Sed quoniam cœperat agnitio proficere, vt per licentiam vtriusque moris indicium melioris partis emergeret, statim ille aduersarius bonorū, multoq; institutorum, opus suum fecit. Ambiūt virgines hominū aduersus virgines Dei, nuda planè fronte temerariè audaciam excitat. Et virgines vidētur quæ aliquid à viris petere possunt, nedum tale factū, vt scilicet æmulæ earum, tanto magis liberæ, quanto Christi solius ancillæ, dedantur illis. Scandaliza-

A dalizatur, inquit, quia aliter aliæ incedunt: & malunt scandalizari, quàm prouocari. ²¹ Scandalum, nisi fallor, nō bonæ rei, sed malæ exemplum est, edificans ad delictum. Bonæ res neminem scandalizant, nisi malam mentem. Si bonū est modestia, verecundia, fastidium gloriæ, soli Deo captans placere: agnoscant malum suum, quæ de tali bono scandalizantur. Quid enim si & in cōtinentes dicant se à cōtinentibus scandalizari, continentia reuocanda est? & ne multi nobis scandalizentur, ²² monogamia recusanda est? Cur nō magis hæc querantur scandalo sibi esse petulantiam, impudentiā ostentatiæ virginitalis? Propter eiusmodi igitur capita nundinaria, trahantur virgines sanctæ in Ecclesiā, erubescētes quōd cognoscantur in medio, pauentes quōd deregātur accersitæ quasi ad stuprū. Non minus enim & hoc pati nolunt. Omnis publicatio virginis bonæ, stupri passio est. Et tamē vim carnis pati, minus est; quia de officio naturæ venit. Sed cūm spiritus ipse violatur in virgine, sublato velamine didicit amittere quod tuebatur. ²³ O sacrilegæ manus, quæ dicatur Deo habitum detrahere potuerunt. Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electū cognouisset? Denudasti puellam à capite, & tota iam virgo sibi non est: alia est facta. Exurge igitur veritas, & quasi de patientia erumpe, nullam volo cōsuetudinem defendas; nam iam & illa consuetudine, sub qua te fruebaris, expungitur. Te esse demonstra quæ virgines tegit. Ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo nō nouit. Si enim nosset, nunquā esset. [²⁴ Quatenus autē & de scripturis aduersus veritatem **B** argumentari consuetudo est, statim opponitur nobis, nullam mentionē virginū ab Apostolo factam, vbi de velamine præfinit, sed tantum mulieres nominatas: cūm si voluisset, ²⁵ & virgines tegi, de virginibus quoq; cum mulieribus nominatis pronuntiaasset: ²⁶ quomodo illic, inquit, vbi de nuptiis tractat, quid obseruandum sit etiam de virginibus, declarat: ²⁷ Ita que nō contineri ea: lege velandi capitis, vt non nominatas in hac lege: immò ex hoc non velari quā non iubentur, quæ nec nominantur. Sed & nos eandem argumentationē retorquemus. Qui enim sciebat aliās vtriusque generis facere mentionem, virginis dico, & mulieris, id est non virginis, ex causa distinctionis; in his in quibus non nominat virginem, non faciens distinctionem, ostendit conditionis communionem. Ceterū potuit hinc quoque constituere differentiam inter virginem & mulierem, sicut alibi dicit: ²⁸ Diuisa est mulier & virgo: igitur quas nō diuisit, tacendo ²⁹ inalterauit. Nec tamē quia illic diuisa est & mulier & virgo, hinc quoque patrociniabitur illa diuisio, vt quidem volunt. Quanta enim alibi dicta, non valent, vbi dicta scilicet non sunt, nisi si eadem sit causa, quæ alibi, vt sufficiat semel dictum? Illa autem causa virginis & mulieris longè diuisa est ab hac specie. Diuisa est, inquit, mulier & virgo. quare? quoniam inuupta, id est, virgo, cogitat ea quæ sunt Domini, vt sit sancta & corpore & spiritu. Nupta autē, id est, nō virgo, cogitat quomodo placeat viro. Hæc erit interpretatio diuisionis illius, nullum habens locum in isto capitulo, in quo neque de nuptiis, neque de animo & cogitatu mulieris & virginis, pronuntiatum, sed de capite velando. Cuius nullam volens esse disceptationē, Spiritus sanctus vno nomine mulieris, etiā virginem intelligi voluit, quam propriè non nominando à muliere non separauit, & non separando coniunxit ei à qua non separauit. Nouum est nunc ergo principali vocabulo vti, & cetera nihilominus in eo vocabulo intelligi, vbi nulla est necessitas singillatim distinguendæ vniuersitatis? Naturaliter compendiu sermonis & gratū & necessarium est, quoniam sermo laciniosus, & onerosus & vanus est. Sic & generalibus vocabulis cōtenti sumus comprehendentibus in se specialium intellectum. Ergo iam de vocabulo ipso. Naturale vocabulū est scēmina. ³⁰ Naturalis vocabuli generale mulier. Generalis etiam speciale, virgo, vel nupta, vel vidua, vel quot etiam ætatis nomina accedūt. Subiectum igitur est generali speciale, quia generale prius est: & ³¹ subiectiuū antecessiuo, & portionale vniuersali: in ipso intelligitur cui subiicitur, & in ipso significatur, quia in ipso continetur. Sic nec manus, nec pes, nec vllū membrorū desiderat significari corpore nominato. Et si mundum dixeris, illic erit & cœlum, & quæ in eo, sol, & luna, & sidera, & astra, & terra, & freta, & ³² omnis census elementorū. Omnia dixeris, cūm id dixeris quod ex omnibus cōstat. Sic & mulierē nominando, quicquid est mulieris nominauit. [³³ Sed quoniam ita mulieris nomen vsurpant, vt nō putent competere illud nisi ei soli quæ virum ³⁴ passa sit; probari à nobis oportet proprietatem eius vocabuli, ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiā virgines censeantur. Cūm hoc genus secundum hominis à Deo factum est, in adiutorium hominis; scēmina illa, statim mulier est cognominata, adhuc scēlix, ³⁵ adhuc digna paradiso, adhuc virgo. Vocabitur, inquit, mu-

lier. Habes itaque nomen, non dico iam virgini commune, sed proprium, quod à principio virgo sortita est. Sed ingeniosè quidam de futuro volunt dictum: Vocabitur mulier, quasi quæ futura esset, cum virginitatè resignasset: quoniam & adiecit, Propterea relinquet homo patrem & matrem, & ³⁴ conglutinabitur mulieri suæ, & ³⁵ erunt duo in carnem vnā. Ostendant igitur primò, vbi sit subtilitas ista, si de futuro mulier cognominata est, quod interea vocabulum acceperit. Non potest enim sine vocabulo præsentis qualitatis suæ fuisse. Ceterùm quale est vt quæ in futurū vocaretur nomine designato, in præsentem nihil cognominaretur? Omnibus animalibus Adam nomina imposuit, & nemini ex futura conditione, sed ex præsentem institutione, cui conditio quæcunque seruiret, hoc appellata, quod à primordio voluit, quid ergo tunc vocabatur? Atquin quotienscunque in scriptura nominatur, mulier appellatur, antequam nupta, & nunquam virgo cum virgo.

Ibid. paulo prius. Hoc nomen tum vnū illi fuit, & quando nihil ³⁶ propheticò modo dictum est. Nam cum scriptura refert fuisse nudos duos, Adam & mulierem eius, nec hoc de futuro sapit, quasi mulierem dixerit eius in præfagio vxoris. Sed quoniam & innupta illius mulier, vt de substantia ipsius: Hoc, inquit, os ex ossibus meis, & ³⁷ caro ex carne meā vocabitur mulier. Hinc ergo tacita conscientia naturæ, ipsa diuinitas animæ in vsum sermonis eduxit nescientibus hominibus (sicut & alia multa, quæ ex scriptura fieri & dici solere alibi poterimus ostendere) vt mulieres nostras dicamus vxores, quamquam & improprie quædam loquamur. ³⁸ Nam & Græci qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur, ³⁹ alia habent propria vocabula vxoris. Sed malo hunc vsum ad scripturæ testimonium deputare. Vbi enim duo in vnā carnem efficiuntur per matrimonij nexum, caro ex carne, & os ex ossibus, vocatur secundum originē mulier eius, ex cuius substantia incipit censerī facta vxor. Ita mulier non naturā nomen est vxoris, sed vxor conditione nomen est mulieris. Denique mulier & non vxor dici potest; non mulier autem vxor dici nō potest, quia nec esse. Constituto igitur nomine nouæ fœminæ, quod est mulier, & explicito quod prius fuit, id est nomine assignato, cōuertit iam ad prophetiam rationem, vt diceret, ⁴⁰ Propter hoc relinquet homo patrem & matrem. Ad eò separatū est nomen à prophetia, quantum & ab ipsa persona, vt non vtique de ipsa Eua dixerit; sed in illas fœminas futuras, quas in ⁴¹ matrice generis fœminini nominarit. Alioquin nō Adam relicturus erat patrem & matrem, quos non habebat, propter Euam. Ergo non ad Euam pertinet, quia nec ad Adam, quod propheticè dictum est. De maritorum enim conditione prædictum, qui ob mulierem parentes suos erant relicturi, quod in Euam cadere non potuit, quia nec in Adam. Si ita res est, apparet non propter futurum, mulierem cognominatam, ad quam futurū non pertinebat. Eò accedit quòd ipse rationē eius nominis ædidit. Cum enim dixisset, Vocabitur mulier, ⁴² quoniam ex viro suo sumpta est, & ipso adhuc virgine. ⁴³ Sed dicemus & de viri nomine suo loco. Nemo itaque nomen ad prophetiam interpretetur, quod ex alia significatione deductum est: præsertim cum appareat, vbi de futuro nomen acceperit, illic scilicet, ⁴⁴ vbi Eua cognominatur, personali iam vocabulo, quia naturale præcesserat.

Gen. 3. Si enim Eua mater viuientium est, ecce ex futuro cognominatur, ecce vxor & non virgo prænuntiatur, hoc erit vocabulum nupturæ. Ex nupta enim mater. Ita hinc quoque ostenditur non de futuro mulierem tunc nominatam, quæ postmodum acceptura erat futuræ conditionis suæ nomen. Responsum satis est ad hanc partem. [⁴⁵ Videamus nunc si & Apostolus formam vocabuli istius secundum Genesim obseruet, sexui deputans illud, sic mulierem vocans virginem Mariam, quemadmodum & Genesis Euam. Scribēs enim ad Galatas, Misit, inquit, Deus filium suum factum ex muliere. Quam vtique virginem constat fuisse, ⁴⁶ licet Hebion resistat. Agnosco & angelum Gabrielem ad virginem missum: sed cum benedixit illam, inter mulieres, non inter virgines deputat: ⁴⁷ Benedixta tu inter mulieres. sciebat & angelus mulierem etiam virginem dici. Sed & ad hæc duo ingeniosè quidam respondisse sibi visus est, quoniam quidem desponsata est Maria, idcirco & ab angelo & ab Apostolo mulierem pronuntiatam. ⁴⁸ Desponsata enim, quodammodo nupta. Tamen inter quodammodo, & verum, satis interest dumtaxat hoc in loco. Nam alibi ita sanè habendū est. Nunc verò non quasi iam nuptam mulierem Mariam pronuntiauerūt, sed quasi nihilominus fœminam, etiam si non sponsam, quasi hoc à primordio dictam. Illud enim præiudicet necesse est, à quo forma descendit. Ceterùm quod pertineat ad hoc capitulum, si hinc desponsatæ adæquatur, vt ideò mulier dicta sit Maria, non quæ fœmina, sed quæ maritata, iam ergo Christus non ex virgine natus est, quia ex desponsata quæ virgo

A virgo esse desierit hoc nomine. Quòd si ex virgine natus est, licet ex desponsata tamen integra, agnosce mulierem etiam virginem, etiam integram dici. Hinc certè nihil propheticè dictum videri potest, vt futuram mulierem, id est nuptam Apostolus nominarit, dicēdo, factum ex muliere. Non enim poterat posteriorem mulierem nominare, de qua Christus nasci non habebat, id est virum passam: sed illa quæ erat præsens, quæ erat virgo; & mulier vocabatur post vocabuli huius proprietatem, secundum primordij formam, virgini, & ita vniuerso mulierum generi defensam. [⁴⁹ Conuertamus ad ipsas iam rationes recensendas, per quas Apostolus docet velari fœminam oportere, an eadem etiam virginibus competant: vt ex hoc quoque vocabuli communiō inter virgines & non virgines constet, dum eadem velaminis causā in vtraque parte deprehenduntur. Si caput mulieris, vir est, vtique & virginis, de qua fit mulier, illa quæ nupsit: nisi si virgo tertium genus est monstruosum aliquod sui capitis. Si mulieri turpe est radi siue tonderi, vtique & virgini. ⁵⁰ Proinde viderit seculum æmulum Dei, si ita virgini cæsum capillum decori mētur, quemadmodum & puero permissum. Ergo cui æquè non cōuenit radi siue tonderi, æquè conuenit operiri. Si gloria viri est mulier, quāto magis virgo, quæ & gloria sibi est: Si mulier ex viro & propter virum, costa illa Adæ virgo primū fuit. ⁵¹ Si mulier potestatem habere super caput debet, vel eo iustius virgo, ad quam pertinet quod in causa est. Si enim ⁵² propter angelos, scilicet quos legimus à Deo & cælo excidisse, ob concupiscentiam fœminarum; quis præsumere potest tales angelos, maculata iam corpora, & humanæ libidinis reliquias desiderasse, vt nō ad virgines potiùs exarserint, ⁵³ quarum flos etiam humanam libidinem excussat? Nam & scriptura sic suggerit, Et factum est, inquit, cum cœpissent homines plures fieri super terram, & filia nata sunt eis. Conspicati autem filij Dei, filias hominum, quòd pulchræ essent, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt. ⁵⁴ Hinc enim nomen mulierum Græcum, vxores sapit, quia de nuptiis mentio est. Cum ergo filias hominum dicit, manifestè virgines portendit, quæ adhuc apud parentes deputarentur: nam nuptæ maritorum nuncupantur: cum potuerit dixisse vxores hominum æquè, non adulteros nominans angelos, sed maritos, dum innuptas sumunt filias hominum, quas natas suprà dixit, sic quoque virgines significans. Suprà natas, at hinc angelis nuptas, aliud eas nescio quā natas, & dehinc nuptas. Debet ergo adumbrari facies tam periculosa, quæ vsque ad cælum scandala iaculata est, vt cum Deo assistens, cui rea est angelorum exterminatorum, ⁵⁵ ceteris quoque angelis erubescat, & malam illam aliquando libertatem capitis sui comprimat, iam nec hominum oculis offerendam. Sed & si contaminatas iam fœminas angeli illi appetissent, tanto magis propter angelos virgines velari debuissent, quanto magis propter virgines angeli deliquisse potuissent. Si autè & naturæ præiudicium adiicit Apostolus, quòd honor sit mulieris redundantia capillorum, quia coma pro operimento est: vtique hoc maximè virgini insigne est, quarum & ornatus ipse, proprie sic est, ⁵⁶ vt concumulata in verticem, ipsam capitis arcem ambitu erinium contegat. [⁵⁷ Horum certè omnium contraria efficiunt, ne vir caput velet: scilicet quia non fit naturaliter cōsecutus ambitionem capillorum, quia radi siue tonderi non fit turpe illi, quia non propter illū angeli exorbitarint, quia gloria & imago Dei fit, quia caput eius Christus. Itaque cum de viro & muliere Apostolus tractet, cur illam oporteat velari, illum verò non, apparet cur & virginis silentium fecerit: eadem ratione scilicet virginem in muliere intelligendam finens, ⁵⁸ qua & puerum vt in viro deputandum non nominauit, totum ordinem vtriusque sexus propriis vocabulis complexus, mulieris & viri. Sic Adam etiam adhuc integer, vir in Genesi est cognominatus: Vocabitur, inquit, mulier, quia de viro suo sumpta est. ⁵⁹ Sic vir Adam ante nuptiarum cōgressum, quemadmodum & Eua mulier. De vtraque parte satis ad vniuersam speciem cuiusque sexus Apostolus pronunciauit, & breuiter & plenè, tam instructa definitione, Omnis inquit, mulier, ⁶⁰ quid est omnis? nisi omnis generis, omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis ætatis. Siquidem omne totū est, & integrū, & nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris & virgo est. Æquè & de viro non velando, Omnis, inquit. Ecce duo diuersa nomina, Vir & Mulier, Omnis vterque. Duæ leges obnoxia inuicem, hinc velandi, inde nudandi. Igitur si eo quòd dictum sit omnis vir, commune est nomen viri, etiam nondum viri, ⁶¹ masculi inuestis: commune autem cum sit nomen secundum naturam, cōmunis est & lex non velandi eius, ⁶² qui inter viros virgo est secundum disciplinam: cur non præiudicatum sit proinde & mulierem virginem omnem muliere nominata contineri con-

fortio nominis, vt contineatur & communione legis. Si virgo mulier nō est, nec vir inuestis est. Si non operitur virgo, quia mulier non fit, operiatur inuestis, quia vir non fit. Eiusdem virginitatis æqua fit venia. Sicut virgines nō coguntur velari, ita pueri non iubeantur reuelari. Cur ex parte definitionē Apostoli agnosimus absolutam, circa omnem virum, nec detractamus, quare nō & puerum nominari: ex parte autem præuaricamur, æquē absoluta ea circa omnem mulierem? Si quis, inquit, cōtentiosus est, nos talem cōsuetudinem nō habemus, neq; Ecclesia Dei. Ostendit contentionē aliquam de ista specie fuisse, ad quam extinguendam toto compendio vsus est: neque virginem nominans, vt ostenderet dubitandū de velanda non esse, & omnem nominans mulierem, cū nominasset virginem. Sic & ipsi Corinthij intellexerunt. ⁶³ Hodie deniq; virgines suas Corinthij velant. Quid docuerint Apostoli, qui didicerūt, approbant. [⁶⁴ Videamus nunc, an sicut nature & causæ argumēta virgini quoque competere monstrauius, ita etiam disciplinæ Ecclesiasticæ præscripta de muliere in virginē spectent. ⁶⁵ Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, ⁶⁶ nec tinguere, ⁶⁷ nec offerre, ⁶⁸ nec vllius virilis muneris, nedum sacerdotalis officij sortem sibi vindicare. Queramus an aliquid horū virgini liceat. Si virgini non licet, sed in omnibus eadem conditione subiicitur, & necessitas humilitatis cum muliere censetur, vnde illi vnum hoc licebit quod omni fœminæ non licet: Quid prærogatiuæ meretur aduersus conditionem suam, si qua virgo est, & carnem suam sanctificare proposuit? Idcirco velaminis venia fit illi, vt in Ecclesiam notabilis & insignis introeat, vt honorem sanctitatis in libertate capitis ostēdat: Potuit dignius honorari aliqua prærogatiua virilis aut gradus, aut officij. planē scio alicubi virginem ⁷⁰ in viduatu ab annis nondum viginti collocatam. ⁷¹ Cui si quid refrigerij deberat ⁷² episcopus, aliter vtique saluo respectu disciplinæ præstare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in Ecclesia denotaretur: virgo vidua hoc quidem portentuosior, quod nec quā vidua caput textit, vtrumque se negans, & virginē quæ vidua deputetur, & viduam quæ virgo dicatur. Sed ea auctoritate illic sedet intacta, qua & virgo. ⁷³ Ad quam sedem præter annos sexaginta nō tantum vniuiræ, id est nuptæ aliquando eliguntur, sed & matres & quidem educatrices filiorum: scilicet, vt experimentis omnium affectuum structæ, facile norint ceteras & consilio & solatio iuuare, & vt nihilominus ea decurrerint, per quæ fœmina probari potest, ad eō nihil virgini ad honorem de loco permissum est. [⁷⁴ Sic nec de aliquibus insignibus. Ceterum fati inhumanum, si fœminæ quidem per omnia viris subditæ, honorigeram notā virginitatis suæ præferant, qua suspiciantur & circumspiciantur & magnificentur à fratribus: ⁷⁵ viri autē tot virgines, tot spadones voluntarij ⁷⁶ cæco bono suo incedant, nihil gestantes, quod & ipsos faceret illustres. Debebunt etiam & ipsi ⁷⁷ aliqua sibi insignia defendere, ⁷⁸ aut pennas Garamantum, ⁷⁹ aut crobylos Barbarorum, aut ⁸⁰ cicadas Atheniensium, aut ⁸¹ cirros Germanorū, ⁸² aut stigmata Britonum: Aut ex diuerso fiat, capite velati in Ecclesia lateant. Certi sumus spiritū sanctum magis masculis tale aliquid subscribere potuisse, si fœminis subscripsisset: cū præter sexus auctoritatem, etiam ipsius continentie nomine masculos potius honorari oportuisset. Quorum quanto sexus audior & calidior in fœminas, tanto continentia maioris ardoris laboratior, ideōque dignior omni ostentatione: si ostentatio, virginitatis est dignitas. ⁸³ Non enim & continentia virginitati antistat, siue viduorum, ⁸⁴ siue qui ex cōsensu contumeliam cōmunem iam recusauerūt? Nam virginitas gratia cōstat, continentia verò virtute. Non cōcupiscendi, cui concupiscendo inoleueris, grande certamen est. Cuius autem cōcupiscendi ignoraueris fructum, facile nō concupisces, aduersarium nō habens, concupiscentiam fructus. Quomodo ergo non magis viris aliquid tale Deus in honorem subscripsisset, vel quia familiariori, scilicet imagini suæ, vel quia plus laboranti? Si autē nihil masculo, multo magis fœminæ. [⁸⁵ Sed quod supra intermisimus, ex parte subsequente disputationis, ne cohærentiā eius dispergeremus, nunc responso expungemus. ⁸⁶ Vbi enim gradū fiximus de Apostoli absoluta definitione, omnem mulierem etiā omnis ætatis intelligendam: responderi ex diuerso habebat, ergo à natiuitate & à primo nomine ætatis, virginē operiri oportere. Non ita est autem, sed ex quo se intelligere cœperit, & sensum nature suæ intrare, & de ⁸⁷ virginis exire, & pati nouum illud quod alterius ætatis est. Nam & principes generis Adam & Eua quā diu intellectu carebant, nudi agebant. At vbi ⁸⁸ de arbore agnitionis gustauerunt, nihil primum senserūt quā erubescendum. Itaque sui quique sexus intellectum regmine notauerunt. Sed & si propter angelos velanda est, sine dubio ab ea ætate

1. Tim. 2.

IX.

1. Cor. 4.

1. Tim. 5.

X.

XI.

1. Cor. 11.

Gen. 2.

Gen. 3.

lex

A lex velaminis operabitur, à qua potuerunt filiarum hominum cōcupiscentiam sui adducere, & nuptias pati. Ex illo enim virgo desinit, ex quo potest non esse. Et ⁸⁹ ideō penes Israël illicitum est ad virum tradere, nisi post contestatam sanguine maturitatem: ita ante hunc indicem ⁹⁰ acerba res est. Igitur si tam diu virgo, quā diu acerba est, desinit virginē cū matura cognoscitur, & vt non virgo iam legi applicatur, sicut & nuptiis. Et ⁹¹ desponsatæ quidem habent exemplum Rebeccæ, quæ cū ad sponsum ignotū adhuc ignota perduceretur, simul ipsum cognouit esse, quem de lōginquo perspexerat, non sustinuit dexteræ colluctationem, nec osculi congressionem, nec salutationis communicationē, sed cōfessa quod senserat, id est spiritu nuptam, negauit virginem velata ibidem. O mulierem iam de Christi disciplina. ⁹² Ostendit enim etiā nuptias de aspectu & animo fieri, quemadmodū stuprum: nisi quod etiam Rebeccam quidam adhuc velant: de ceteris verò, id est, quæ desponsatæ non sunt, viderit parentum procraftinatio ex ⁹³ angustiis vel scrupulositate descendens, ⁹⁴ viderit & ipsum continentia vovum. Nihil pertinet ad ætatem sua spatia currentem, suāque debita maturitati luentem. Alia in occulto mater, natura: & alius in latēti pater, tempus, filiam suam legibus suis maritarunt. Aspice nuptam iam illam tuā virginē, & animam expectatione, & carnem transfiguratione, ⁹⁵ cui tu secundum paras maritum. ⁹⁶ Iam & vox obsolescens est, & mēbra completa sunt, & pudor vbique vestitur, & ⁹⁷ menses tributa defendunt: ac tu mulierem negas quam muliebria pati dicis. Si congressio viri mulierem facit, non tegantur, nisi post ipsam nuptiarum passionē. ⁹⁸ Atquin etiam apud ethnicos velatæ ad virum ducuntur. Si autem ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu masculo mixtæ sunt, per osculum & dexteras, per quæ primum resignarūt pudorem spiritu, per commune conscientia pignus, quo totam condixerunt confusionē, quanto magis tempus illas velabit, sine ⁹⁹ quo sponsari non possunt, & quo vrgente sine sponsalibus virgines desinūt esse? Tempus etiam ethnici obseruant, vt ex lege nature iura sua ætatibus reddant. ¹⁰⁰ Nam fœminas quidem à duodecim annis, masculum verò à duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis, non sponsalibus aut nuptiis discernentes. Materfamilia vocatur licet virgo, & paterfamilia licet inuestis. A nobis nec naturalia obseruantur, quasi alius sit Deus nature quā noster. [¹⁰¹ Agnosce & mulierem, agnosce & nuptam de testimoniis & corporis & spiritus, quæ patitur & in conscientia & in carne. Hæ sunt tabellæ ¹⁰² priores naturalium sponsalium & nuptiarum. Imponne velamen extrinsecus, habenti tegumen intrinsecus. Tegantur etiam superiora, cuius inferiora nuda non sunt. Vis scire quæ sit ætatis auctoritas? Propone vtramque, immaturē compressam in habitu mulieris, & quæ maturitate progressa in virginitate duret cum suo habitu, facilius illa mulier negabitur, quā ista virgo credetur. Tanta est adeō fides ætatis, vt nec habitu obstrui possit. Quid quod etiam hæ nostræ etiam habitu mutationem ætatis confitentur, simulque se mulieres intellexerunt, de ¹⁰³ virginibus educantur, à capite quidem ipso deponentes quod fuerunt: vertunt capillum, & in acu lasciuioe comam sibi inferunt, crinibus à fronte diuisis apertam professæ ¹⁰⁴ mulieritatem. C Iam & consilium formæ à speculo petunt, & faciem morosiores lauacro macerāt, forsitan & aliquo eam medicamine interpolant, ¹⁰⁵ pallium extrinsecus iactant, ¹⁰⁶ calceum stipant multiformem, plus instrumenti ad balneas deferunt. Quid singula persequar? Solennem manifestæ paraturæ totam circumferunt mulieritatem. Sed ¹⁰⁷ virginari volunt sola capitis nuditate, vno habitu negantes quod toto suggestu profitentur. [¹⁰⁸ Si propter homines habitu abutuntur, impleant illum etiam in hoc, vt & apud ethnicos caput velent. Certē in Ecclesia virginitatem suam abscondant, quā extra Ecclesiam cælant. Timent extraneos, reueantur & fratres: aut constāter audeāt & in vicis virgines videri, sicut audent in Ecclesiis, Laudabo vigorem, si aliquid & apud ethnicos virginitatis nundinarint. Eadem natura foris quæ & intus, eadē institutio apud homines & apud Dominum eadem libertate constat. ¹⁰⁹ Quod ergo foris quidem bonū suum abstrudūt, in Ecclesia verò prouulgant? Exposco rationem. Vtrumne vt fratribus suis placeāt, an vt ipsi Deo? Si vt ipsi Deo: tam idoneus est ad conspiciēda quæque in occulto fiūt, quā iustus ad remuneranda quæ soli sibi fiunt. Deniq; præcipit, nihil ¹¹⁰ debuccinemus eorum ¹¹¹ quæ apud illum mercedem merebūtur, nec ea ab hominibus cōpensemus. ¹¹² Quod si vnus Victoriat, vel quamcunque elemosynæ operationem, sinistra conscia facere prohibemur, quantum tenebrarum circumfundere debemus, cū tātā oblationem Deo offerimus, ipsius corporis & ipsius spiritus nostri, cū illam ipsam naturam consecramus. Ergo

Gen. 24.

Matth. 5.

CAP. XII.

CAP. XIII.

Matth. 6.

Sup. 8.
I. Cor. 4.

XI I I I.

Matth. 10.

X V.

X V I.

quod non potest videri propter Deum fieri, quia sic fieri Deus non vult, sequitur ut ho-
minum gratia fiat: utique primò illicitum, ut gloriæ libidinosum. Gloria enim illicitum est
eis, quorum probatio in omni humilatione consistat. Et si à Deo confertur continentiae vir-
tus: Quid gloriaris quasi non acceperis? Si verò non accepisti, quid habes quod datū tibi
non est? Hoc ipso aut constat à Deo datū tibi non esse, quòd illam non soli Deo præstas.
Videamus ergo quod humanum est, an firmum sit & verum. [114 Referit aliquando dictum
à quodam, cum primò quæstio ista tentata est, & quomodo ceteras sollicitabimus ad hu-
iusmodi opus? Scilicet felices nos faciet, si plures erunt, & non Dei gratia vel merita cuius-
que. Virgines Ecclesiam, an Ecclesia virgines ornat Deo, siue commendat? Cōfessus est igitur
gloriā esse in causa. Porro vbi gloria, illic sollicitatio; vbi sollicitatio, illic coactio; vbi
coactio, illic necessitas; vbi necessitas, illic infirmitas. Merito itaque dum caput non tegunt
ut sollicitentur gloriæ causa, ventres tegere coguntur infirmitatis ruina. Æmulatio enim
illas, non religio producit: aliquando & ipse Deus venter earum, quia facile virgines fraterni-
tatis suscipit. Nec tantum autē ruunt, sed & funem longum delictorum sibi adtrahunt.
Proletæ enim in mediū, & publicato bono suo elata, & fratribus omni honore & charita-
tis operatione cumulata, dum non latent vbi quid admissum est, tantum dedecoris cogitant
quantum honoris habuerunt. Si intectum caput virginitati ascribitur, si qua virgo exci-
derit de gratia virginitatis, ne prodatur, intecto permanet capite: & tunc iam alieno ambu-
lat habitu, id est quem sibi vendicat virginitas: permanet nihilominus in habitu, vel tunc
saltem alieno, ne scilicet mutatione prodatur. Conscia muliebritatis, in indubitate audet
nudo capite ad Deum adire. Sed æmulator Deus & Dominus, qui dixit, Nihil occultum
quod non reuelabitur, pleraque etiam in conspectum deducit. Non enim confitebuntur,
nisi ipsorum infantium suorum vagitibus prodita. Quantum autē plures, non etiā de pluri-
bus sceleribus suspectas habebis? Dicā licet nolim, difficile mulier semel fit, quæ timet fie-
ri: quæque iam facta potest virginem mentiri sub Deo, quanta item circa vterum suum aude-
bit, ne etiam mater detegatur? Scit Deus quot iam infantes & perfici & perducere ad partum
integros duxerit, debellatos aliquandiu à matribus. Facillimè semper concipiunt, & foeli-
cissimè pariunt huiusmodi virgines, & quidem simillimos patribus. Hæc admittit flagitia
coacta & inuita virginitas. Ipsa concupiscentia non latendi non est pudica: patitur aliquid
quod virginis non sit, studium placendi utique & viris. Quatum velis bona mente con-
etur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis & multis, dum
digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter amplexus & oscula
assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor tetitur, sic soluitur, sic discitur aliter iam
placere desiderare. [118 Sed enim vera & tota & pura virginitas, nihil magis timet quam
semetipsam: etiā feminarum oculos pati non vult, alios ipsa oculos habet: cōfugit ad vela-
men capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus ictus
tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspiciones, & susurros, & æmulationem,
ipsum quoque liuorem. [120 Nam est aliquid etiā apud ethnicos metuendum, quod
fascinum vocat, infeliciorem laudis & gloriæ enormioris euentum. Hoc nos interdum
diabolo interpretamur. ipsius est enim, boni odium. Interdum Deo deputamus. illius est
enim, superbiæ iudiciū, extollentis humiles, & deprimentis elatos. Timebit itaque virgo
sanctior, vel in nomine fascini: hinc aduersariū, inde Deum: illius liuidum ingeniū, huius
censorium lumen: & gaudebit, sibi soli & Deo nota. Sed & si cui innotuerit, sapit si tenta-
tionibus gradum obtulerit. Quis enim audebit oculis suis premere faciē clausam, faci-
ciem non sentientē: faciē (ut dixerim) tristē: Quicumque malus cogitatus ipsa feueritate
frangetur. Iā se etiam mulierem negat, quæ virginem cælat. [122 In his consistit defensio
nostræ opinionis secundū scripturam, secundum naturam, secundum disciplinam. Scriptura
legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinionis pro-
dest, vel qui diuersæ sententiæ color est: Dei est scriptura, Dei est natura, Dei est disciplina.
quicquid contrarium est istis, Dei non est. Si scriptura incerta est, natura manifesta est.
Et de eius testimonio scriptura incerta non potest esse. Si de natura dubitatur, disciplina
quid magis Deo ratum sit ostendit. Nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius mode-
stia, nihil perosius gloria, & studio hominibus placendi. Illud itaque sit tibi & scriptura, &
natura, & disciplina, quod ratum Deo inuenieris, sicut iuberis omnia examinare, & melio-
ra quæque sectari. Superest etiam ut ad ipsas conuertamur, quòd libētius ista suscipiant.
Oro te siue mater, siue foror, siue filia virgo, secundum annorum nomina dixerim, vela
caput:

A caput: si mater, propter filios: si foror, propter fratres: si filia, propter patres: omnes in te æ-
tates periclitantur, indue armaturam pudoris, circumduc vallum verecundiæ, murum sexui
tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Adimple habitum mulieris.
Ut statū virginis serues, mentire aliquid ex his quæ intus sunt, ut soli Deo exhibeas veri-
tatem, quamquam non mentiris nuptiam. [125 Nupsisti enim Christo: illi tradidisti carnem
tuam, illi sponsasti maturitatē tuā. Incede secundum sponsi tui voluntatē. Christus est qui
& alienas sponsas & maritatas velari iubet, utique multo magis suas. [127 Sed & vos ad-
monemus alterius pudicitie mulieres, quæ in nuptias incidistis, ne sic à disciplina velami-
nis exolescatis, ne quidem in momento horæ, ut quia reuicere illam non potestis, alio mo-
do destruat, neque tectæ, neque nudæ incedetes. [128 Mitris enim & lanis quædam non
velant caput, sed configant, à frōte quidē tectæ: quæ propriè autē caput est, nudæ. Aliæ
modicè linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures vsq; demissis cerebrotenus ope-
riuntur. Misereor si tam infirmo auditu sunt, ut per regmē audire non possint. Sciāt quia
torum caput mulier est. Limites & fines eius eousque porriguntur, unde incipit vestis.
Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, ut ceruices quoque
ambiantur. Ipsæ enim sunt quas subiectas esse oportet, propter quas potestas supra caput
haberi debet. velamen iugum illarum est. Iudicabunt vos Arabiæ fœminæ ethnica, [129
quæ non caput, sed faciē quoque ita totam tegunt, ut vno oculo liberato, cōtentæ sint
dimidiam frui lucem, quam totam faciē prostituere. Mauult fœmina videre quam
videri. [131 Quas propterea infelicitissimas ait Romana quædam regina, quòd adamare magis
quam adamari possint, cum sint vel ex alterius infelicitatis, & quidem frequentioris, im-
munitate felices, quia facilius adamari quam adamare fœminæ possint. Et ethnica qui-
dem disciplinæ meracior, & (ut ita dixerim) barbarior modestia. Nobis Dominus etiā
reuelationibus velaminis spatia metatus est. Nam cuidam forori nostri angelus in som-
nis ceruices quasi applauderet verberans, Elegantes, inquit, ceruices, & merito nudæ. bo-
num est vsque ad lumbos à capite veleris, ne & tibi ista ceruicum libertas non profuit. Et
utique quod vni dixeris, omnibus dixeris. Quantam autem castigationem merebuntur
etiam illæ, quæ inter Psalmos, vel in quacunque Dei mentione resecte perseverant?
Meritōne etiam in Oratione ipsa facillimè simbriam, aut villum, aut quodlibet filū
cerebro superponunt, & tectas se opinantur? Tanti caput suum metiuntur. Aliæ quibus
planè maior est palma omni simbria & filo, non minus capite suo abutuntur, ut bestia
quædam magis quam auis, licet pēnata, breui capite, protracta ceruice, cetera integradia.
Hanc aiunt, cum delitescendum habet, caput solum planè totum in condensum abstru-
dere, reliquam se in aperto relinquere. Ita dum in capite secura est, nuda quæ maior est,
capitur tota cum capite. Tales erunt & istæ minus quam vtile est tectæ. Oportet ergo
omni tempore & omni loco memores legis incedere, paratas & instructas ad omnem
Dei mentionem: qui si fuerit in pectore, cognoscetur & in capite feminarum. Hæc cum
bona pace legentibus, vtilitatem consuetudini præponentibus, pax & gratia à Domino
nostro Iesu redundet, cum Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE VELANDIS VIRGINIBVS.

I. **D**E Virginibus velandis. Si vsquā alibi, ceriè hic adfirmare possum, quod quum multa alia & hanc probe tractarit Tertulliani loca, in nonnullis visus est parum fauente, ne dicam inuita, Delia Venari. Quippe qui sub finem Argumenti, Auctore omnino aliter interpretetur quam ipse scripserit, in hæc verba: Porro (inquit) obseruandum eas virgines, quæ velatæ in Ecclesiam ventitabant, virgines Dei hic dicit; illas verò quæ foris quidem, hoc est in vicis, propter ethnicos velabantur, ceterum in ipso cœtu Christianorum siue Ecclesia nudato stabant capite, virgines hominum appellari, iuxta illud Genesios, filij Dei, & filia hominum. Neque enim virgines hominum, quas vocat Auctor, in Ecclesiis dumtaxat, sed & in vicis & vbiq; resecto capite incedebant,

donec iam desponsata nuptiis essent proxima. Atque hinc dicuntur cap. 3. nō regi, sed prostitui, & nuda planè fronte temerariè audaciam excitata, sanquam quæ aliquid à viris peterent, ambire aduersus virgines Dei, eo quòd aliter incederent, nempe velata. Deinde easdem increpat, quòd, quum reliquo habitu mulieritatem profiterentur, sola capitis nuditate virginari, id est pro virginibus haberi vellent. At e contrario virgines Dei increpat, quòd quum foris velari soleant, in Ecclesia ostentationis gratia caput nudent. Sic cap. 9. ut in Ecclesia notabilis & insignis introeat, ut honorem sanctitatis in libertate capitis ostendat. & cap. 13. Ceriè (inquit) in Ecclesia virginitatem suam abscondant, quæ extra Ecclesiam cælant. Timent extraneos, reuertantur & fratres. Aut constanter audeant &

in vicis virgines videri, sicut audent in Ecclesiis. Verum de hoc haec tenemus.

Alius est error Rhenani manifestior, qui ex ipso contextu Auctoris conuincitur, quod dubiet an virgines Dei, de quibus supra, consecratae fuerint, aut professionem fecerint, addens nullam profus eius rei hic mentionem fieri. Cuius tamen contrarium mecum iudicabit equus Lector, qui sequentes Tertulliani phrasim penitus inspexerit. Primum cap. 3. dicitur tanto magis liberæ, quanto Christi folius ancillæ. item: virgines sanctæ. Quod ut queat aliò retorqueri, certè illud non potest: O sacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum (en consecrationem etiam ipsius Velaminis Virginitatis Dei, de quo tamen etiam Rhenanus negat hic agi) detrahere potuerunt. Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum (en Voluntariam electionem) cognouisset? Cui similiter cap. 9. Siqua (inquit) virgo est, & carnem suam sanctificare proposuit. Iam Verò ad professionem numquid illud pertinet cap. 11. Viderit & ipsum continentiam verum? Apertius est illud cap. 13. Cum tantam oblationem Deo offerimus, ipsius corporis & ipsius spiritus nostri, cum illam ipsam naturam consecramus. Denique & illud cap. 16. Nuptiis enim Christo; illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. Benè quidem habet, quod melius Erasmo sentiens, ibidem subiungit. Posterior atas, nempe D. Ambrosij, sacras Virgines habuit, & velatas ab Episcopo. Hinc illud apud eum Auctorem lib. 3. de Virginitate: Diserte quantas Alexandrina, totiusque Orientis & Africana Ecclesia quotannis sacrare consueverunt. Pauciores hic homines prodent, quam illic virgines consecrantur. Item mox: Auiunt etiam plerique maturioris ætatis virgines esse velandas. Neque ego abnuo, sacerdotalis esse cautionis debere, ut non temerè puella veletur. Et infra: Nec mirere in adolescentulis professionem. At etiam media illa ætate, immò & ab Apostolorum temporibus, continentie in viris supra ostendimus lib. de Cultu faminar. cap. 9. num. 51. & in feminis, Virginitatis voti antiquitatem, Adnotat. nostris in dictum lib. B. Cyprian. de Habit. Virginit. num. 18. & in epist. 62. ad Pompon. de Virginit. num. 9. Loca autem ibi ex Tertull. præterea citati sunt isti. Alter lib. 1. ad Vxor. em: Quæ (inquit) nulla formæ vel ætatis occasione pressæ maritis sanctitatem anteponunt. Malunt enim Deo nubere; Deo speciosa, Deo sunt puellæ; cum illo viuunt, cum illo fermocinantur, illum diebus ac noctibus tractant; orationes suas velut dotes illi assignant; ab eodem dignationem velut munera maritalia, quotiescunque desiderant, consequuntur. Et quod ad professionem proprie pertinet (nam de viduis eandem rationem esse ibidem diximus: Nihil (inquit) viduitati apud Deum subsignatæ necessarium est quam perseverare. Alter verò sub finem lib. Exhort. ad castit. Quantæ igitur (inquit) & quæ in Ecclesiis ordinari in Ecclesia solent, quæ Deo nubere maluerunt, quæ carnis suæ honorem instituerunt, quæque se iam illius pudoris filias dedicauerunt. Eodem pertinet & illud lib. de Resurr. carn. Tom. sequ. Virginitas quoque & viduitas Deo adolentur: & quod apertius est lib. de Monogamia, Vbi tractans locum Apostoli 1. Tim. 4. Habentes (inquit) iudicium quod primam fidem resciderunt, illam videlicet, à qua in viduitate inuentæ & profectæ

eam, non perseverant. De recentioribus taceo, quandoquidem Rhen. citra Ambrosij ætatem, Virginitatis velatarum professionem agnoscit. Ad dam duntaxat eos Auctores veteres, apud quos quum de Virginitate ex professione scripserint, non dubium quin dogma hoc catholicum confirmatum reperire sit. Sunt autem præter Tertullianum, & B. Cyprianum BB. Xistus Papa 11. Athanasius, Basilus, Nazianzenus, Chrysostomus. Item Ambrosij libri De Virg. 3. Exhort. ad Virg. Ad virg. deuotam, Ad Virg. lapsam, De institutione Virg. D. Hieronymus de Virginitate, & epist. ad Armentarium ac Paulinam. Præterea libri eiusdem argumenti Iuliani Toletani, Fulgentij, Auiti Viennensis, Leandri Hispalensis. Quibus adde Bernardi seu Cluniacensis seu alterius libros tres insignes de Virginitate, quos penes me MS. habeo.

Errant denique crassissimè Magdalenburgenses, dum inter natos Tertulliani collocant: Quod hoc libro Virgines voluerit velari sicut maritatas. Verum quum nullis rationibus errorem id esse comprobent, & e contrario pro se Auctor ipsum Apostolum non semel allegat, putant esse superuacuum iis hac de re respondere. Neque enim video quid ad illud Apostoli respondere queant, 1. Cor. 11. Omnis mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum. Primum enim est ac si decaluetur. Nam si non velatur mulier, tondetur. Si verò turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suum, &c. Idè debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos; vbi potestatem accipi pro velamine infra à latius suo loco dicemus. Hic sufficit addidisse illud Auctoris infra cap. 8. Omnis (inquit) mulier. Quid est omnis? nisi omnis generis, omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis ætatis? Si quidem omne, totum est, & integrum, & nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris & virgo est, &c. quæ compendij gratia omitimus.

C A P. I.

2. Proprium iam negotium passus meæ opinionis, &c.] Caput hoc inscripsimus. Quod consuetudo veritatis contraria non præscribat. Similes autem loci sunt apud B. Cyprianum epist. 63. ad Cecilium: Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Item epist. 73. ad Iubaianum: Proinde frustra quidem, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut non id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit à spiritu sancto ordinatum. Et ad Pompeium epist. 74. Consuetudo sine veritate vetustas erroris est. Quos locos ea de causa citauimus, quod in iis ad verbum ferè Auctorem in hoc capite imitetur. Neque interim hæc faciunt contra consuetudinem, cui veritas suffragatur, quia B. Augustin. docet nihil debere firmius retineri; de qua latius Adnot. nostris in dictam epist. ad Iubaianum n. 50. Pro quo facit illud Apostoli infra citatum: Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei; ex quo proinde à contrario sensu constat Ecclesiæ consuetudinem obseruandam esse. Item illud Auctoris cap. 2. Habent Ecclesiæ Apostolicæ consuetudinis auctoritatem, &c.: Non possumus respuere consuetudinem, quam damnare non possumus. Denique quod supra lib. de Coron. milit. ca. 4. vbi etiam hoc ipsum argumentum tractat: His (inquit) exemplis renuntiatum erit, posse etiam non scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam consuetudine, idonea

idonea teste probatæ tunc traditionis ex perseverantia obseruationis. Consuetudo autem etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex, Vbi vide Adnot. nostras nu. 27. 41. 42. & 46.

3. Latine quoque ostendam.] Ex hoc loco rectè colligit Rhenanus librum huius argumenti Græcè quoque scripsisse Auctorem. Id est enim quod vult supradictis obferuiss. illis verbis, negotium passus meæ opinionis. Verum de hoc latius infra Tom. 5. inter fragmenta librorum Tertulliani qui desiderantur.

4. Hæresis non tam nouitas quam veritas reuincit.] Quum vbi que ferè contrarium inuoluet Auctor, nempe vnam ex præcipuis esse contra hereticos Præscriptionibus, quod nouitate reuincantur, sicuti latè deduximus lib. de Præscript. c. du. hæret. num. 1. & 182. ac integris 29. 30. & 31. capitibus; videtur istud pertinere ad initium sui erroris. Nam & mox num. 6. disertis verbis meminit Paracleti (quo nomine haud dubiè Montanum intelligit) à Domino missi.

5. Regula quidè fidei vna omnino est, sola immobilis, &c.] Sic cum excussis, MS. 1. V. atic. alij: inuolabilis, perinde est. Similiter autem dixit libro 1. adu. Marc. Stabat (inquit) fides semper in creatore & in Christo eius, sed cōuerfatio & disciplina nutabat: Nam alij de Idolotheo edendo, alij de mulierum velamento, &c. disceptabant, de Deo nemo. Ex quo loco patet variam etiam fuisse de mulierum velamento aliquando sententiam. Atqui Regulam (seu Symboli) fidei, ipsam penè vrbis, immò integram repetit libris de Præscript. adu. hæres. & adu. Praxeam infra Tom. sequ. quod Lectorem remittimus. Ad librum priorem adnotasse cōtenti, quod ex hoc loco illic suppleri debeant: omnipotentem. & sub Pontio Pilato, & hic ex lib. ad Praxeam: mortuum & sepultum. Hic autem omisit fortassis ex proposito mentionem spiritus sancti, quod iam inciperet Montanizare, sicut libro illo priori, quem adhuc catholicus conscripsit. Atqui quod Deus sit omnipotens, latè tractat Ruffinus in Symbolo inter opera B. Cypriani, qui etiam legit illud sub Pontio Pilato. Cum 3. V. atic. denique legimus: tertia die, eo quod sic etiam habeat lib. de Præscript. adu. hæres.

6. cum propterea Paracletum miserit Dominus, &c.] Pertinent hæc & sequentia ad finem huius capituli vsque, ad hæresim Tertulliani ac Montanistarum, qui Montanum Paracletum faciebant, contra quam latius in nostris Prolegomenis. Hoc hic dixisse sufficit, quod ineptiss. quæ de spiritu sancto prædixit Christus, ipse suo Paracletico adscribat.

7. & superuenientia renuntiabit vobis.] Ad verbum ex Græco (Vti ante me ad marginem adnotauit Rhenanus) ἡ ἡμετέρα ἐγγύουδων ἀνασσελῆσθαι ὑμῶν. De reliquis huius scripturæ vide infra initium lib. de Monog. Vbi ad idem institutum ea sensu interpretatur.

8. Sed & supra de hoc eius opere pronūtiavit.] Alludit ad illa verba eiusdem capituli præcedentia: Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos, &c.

9. Tempus (inquit) omni rei.] Ad verbum etiam hoc ex Græco 70. edit. ἡμετέρας τῆς ποικίλης ἐργασίας.

10. eruditur in mansuetudinem saporis.] Ita dixit (inquit) Rhenanus) eruditur in fructum, de flore, in lib. de carne Christi: Quia per florem (inquit) & ex flore omnis fructus eruditur in fructum.

11. sed quæ mandantur à Christo.] Hic videtur aliud exemplar habuisse, sicuti ferè in scripturis noui Testamenti & Psalmis; nihil enim tale hodie legitur, sed ad verbum ex Græco: quæcumque audiet, loquetur.

12. Hic solus antecessor.] Aliter hic videtur accipi Antecessor quam paulopost, vbi agnoscit in Ecclesiis Græciæ tempora & antecessores; quia ibi videtur proprie accipere pro iis qui tempore antecesserunt, hic verò pro eo qui honore antecessit & auctoritate; alioqui enim sibi videtur contradicere. Posteriorem hanc acceptionem Iureconsultis etiam adtribuit Iustinianus, quod alius qui ius non didicere, honore antecessit: quæ significatione etiam Auctor Apostolos Antecessores vocauit (vbi etiam ante me adnotauit Turnebus) de Paulo Apostolo loquens lib. adu. Marc. 1. & 5. his verbis: cum Apostolis antecessoribus conferebat, &c.: quæ dexteræ ei darent antecessores. Quo fit ut etiam capite sequenti Apostolos intelligi existimarem, nisi hic videretur hac exceptione: Hic solus Antecessor. Atqui etiam noua phrasim est: vsque non olim, pro: non ita pridem, quod initio cap. 3. dixit: ad vsque proximè.

C A P. II.

13. Sed nolo interim hunc morem, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod in Ecclesiis per Græciam Apostolicis hæc consuetudo velandarum virginum visitata fuerit. De quibus Ecclesiis, ut ne hic sim prolixior, latius lib. de Præscript. adu. hæres. Tom. sequ. ac lib. 4. adu. Marc. illuc etiam differentes Rhenani bonam hæc de re Adnotationem.

14. & quasdam Barbarias.] Quid hic (inquit) Rhenanus) audimus? etiam Barbariæ sunt in Græciâ? Barbaria pro regione Barbarorum etiam alibi dicitur, ut adu. Marc. lib. 1. Iam & bestias Barbariæ, importunior Marcion. Loquitur autem de Pontio.

15. Est & sub hoc cælo institutum istud alicubi.] Europæ cælum intelligit, in qua alicubi indicat Virgines velari solitas.

16. ius pacis & nomen fraternitatis, &c.] Etiam de hoc vide librum de Præscript. adu. hæreses eodem loco.

17. lauacri sacramenta.] Quamquam nescio an quis unquam dubitauerit, an Baptismus (quem lauacri nomine intelligit) sacramentum sit, de eo tamen etiam ibi, & latius lib. de Baptismo. Alludit autem ad illud Apostoli Ephes. 4. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus.

18. Semel dixerim, vna Ecclesia sumus.] Libro de Vnitate Ecclesiæ B. Cypri. dictam etiam scripturam adfert ad eandem comprobandam, & alias præterea multas; ad quem librum Lectorem remittimus, & nostras in eundem Adnotationes. Præterque autem illud: vnum corpus, vnam Ecclesiam interpretatur.

19. quæ magis ex duabus, &c.] Quæ (inquit) Rhenanus) pro vtra; qui etiam rectè interpretatur illud: quæ virgines includit, velamine nempe, id est velat. Atqui imprimis pulchra est sententia: quod in omnibus variè institutis & dubiis, & incertis adhibenda sit examinatio, quæ magis ex tam diuersis consuetudinibus disciplinæ conueniat. Sine autem paulopost leg. as: aliquæ tales cum exc. aut: aliqui cum 3. MS. perinde est.

20. subfundi.] Hoc verbo (inquit) Rhenanus) etiam alibi dicitur lib. de Exhort. ad castit. Imò subfusio pigris simul ad continentiam Deo exhibendam.

C A P. III.

21. Sed nec inter consuetudines dispicere, &c.] Inscriptionem hanc huic capiti facimus: Quod vtraque consuetudo Carthaginensi libera fuerit, tegi vel nō, licet & nubere. Atqui obscurum illud: aduersarius bonorum multoq; institutorum, videtur sic interpretari.

dum : aduersarius bonorum, multoque magis bonorum institutorum, ut multoque accipitur pro multo magis.

22. Scandalum (nisi fallor) non bonæ rei, sed malæ exemplum est, ædificans ad delictum.] Pulchra scandalum definitio, ex qua proinde recte concludit: Quid enim si & incontinentes dicant, se à continentibus scandalizati, continentia reuocanda est? ac si dicat, minime. Atqui de virorum continentia vide li. præced. de Culus fam. ca. 9. de velad. Virgini initio huius li. cap. 1. Legunt autem 3. MS. cod. mundinatio capita, pro eo quod est: nundinatio, & similiter infra cap. 13. si aliquid & apud ethnicos virginitatis mundinatio, pro nundinatio, sed neutrum placet. Sine autem cum istdem MS. legas: arcefitæ quasi ad stuprum, sine arcefitæ cum excus. perinde est. Quomodo etiam indifferens est lectio: non minus enim & hoc pati nolunt, quod excusit, aut volunt, quod habent MS.

23. monogamia recufanda.] Etiam hoc ad hæresim Tertulliani pertinet, de qua latius tum in eius libri argumento, tum lib. 2. ad vxorem, & Exhort. ad castit. ac in Prolegomenis inter errores eius.

24. O sacrilegæ manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere poterunt, &c.] Quod, prius dixit: sublato velamine, hic: dicatum Deo habitum vocat; ut hinc appareat iam ab ætate quædam Virgines Dei velamine vti solitas; quod ipsum in Epist. 62. B. Cyprian. num. 9. comprobauimus. Idque etiam ex electione iuxta id quod sequitur: Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset? de quo & similibus infra locis supra latius nu. 1. Ex V. atic. verò MS. 3. cod. paulopost restitimus Vocem Tertulliano vsuratis, expungitur, pro eo quod erat: expugnatur.

C A P. IIII.

25. Quatenus autem & de scripturis, &c.] Insigniuimus hoc caput hæc inscriptione: quod Apostolus velamen præstiuens, mulieris nomine etiam virgines intelligat.

26. quomodo illic (inquit) vbi, &c.] Recte adnotauit Rhenanus: inquit, accipi sicuti & alibi frequenter, pro: inquit. Addidimus verò particulam negantem, vbi legitur: immò ex hoc non velari quæ non iubentur. Item ex MS. 3. V. atic. legitur: Qui enim sciebat aliàs, pro: in aliis.

27. Diuisa est mulier & virgo.] Ad verbum expressit quod Græcè est 1. Cor. 7. μεμάρτυρα ἢ γυνὴ ἢ παρθένος. Pro quo noster interpres: diuisus est. Et mulier innupta & virgo, planè diuerso sensu. B. autem Cypri. li. de Habitu virg. & li. 3. Testim. ad Quirin. omisso illo: & diuisus est, sine: & diuisa est, nõ aliud quam: Sic & mulier. Et virgo innupta Explicat autem mox suam lectionem, dicens: Quoniam innupta, id est, virgo, cogitat, &c. nupta verò, id est, non virgo, &c. quæ ipsa aliis verbis vertit supra lib. 1. ad vxorem, cap. 3. in eandem tamen sententiam. Veruntamen legisse Auctorem alicubi cum nostro interprete Latino: Et diuisus est: videtur indicare B. Hieronym. lib. 1. adu. Iovin. vbi dicit: Certè & Tertullianus cum adhuc esset adolescens, iussit in hac materia, defendens disertis verbis, in Latinis codicibus tunc lectum fuisse, quemadmodum hodie in Græcis, sed eam lectionem non esse Apostolicæ veritatis, & Apostolum legisse: & diuisus est, ac deinde: Mulier innupta & virgo.

28. inalterauit.] Vsurpat hoc Auctor, pro: non alterauit, sicuti alibi incriminari, pro: non criminari. Lego autem paulopost ex MS. 2. mulieris & virginis, pro:

muliebri. De Voce autem: singillatim, vide Adnotat. nostras in B. Cypri. lib. de Orat. Domnica, num. 18.

29. Naturalis vocabuli generale mulier.] Etiam apud Iureconsultos Mulierem generale vocabulum esse patet ex Pliniano, l. Queritur. D. de Edictis. edito, vbi mulier dicitur etiam ea, quæ virum non agnouit.

30. subiectiuum antecessiuo.] Quandoquidem hæc duo tanquam relatiua commemoret, oportet ut subiectiuum accipiat, pro eo quod subyatur seu succedit. De portionali autem infra Latius Tom. 5. lib. de Ieiun. Legimus verò cum MS. 3. V. atic. in ipso intelligitur, pro: intelligitur, quia subditur: & in ipso significatur.

31. & omnis census elementorum.] Similiter dixit Apolog. cap. 7. Censur istius disciplinae à Tiberio est. Accipit autem censum, pro recensitione.

C A P. V.

32. Sed quoniam ita mulieris nomen, &c.] Huius capitis titulus constituitur: Quod ex scriptura Genesios comprobetur generale esse mulieris vocabulum. In quo Auctorem imitatur B. August. de fide contra Manich. cap. 22. adducens illud Genes. 2. Formauit eam in mulierem.

33. adhuc digna paradiso, adhuc virgo.] Haud absimiliter paulopost: Quoniam ex viro sumpta est, & ipso adhuc virgine. In quibus locis Tertullianum imitatur B. Hieronym. dum disertis verbis alicubi dicit: Quamdiu in paradiso fuerunt Adam & Eua, fuisse Virgines. Item & B. August. lib. 14. de Ciuit. Dei, cap. 26. Sine autem legas cum excus. quoniam & adiecit, sine cum MS. adiecit, perinde est.

34. & conglutinabitur mulieri suæ.] Ad verbum etiam ex Græco translulit illud: ἡ γυνὴ ἐκκολληθήσεται τῷ ἄνδρι αὐτῆς, voce composita à κόλλη, quod glutem significat.

35. & erunt duo in carnem vnã.] Hanc veram esse lectionem, pro eo quod erat: in carne vna, censeo, tum ex eo quod paulopost sequitur: vbi enim duo in carnem vnã efficiuntur, tum quod similiter legat Auctor lib. de Anima, tum denique quod non modo Gen. 2. sed & Matth. 19. 1. Cor. 6. & Ephes. 5. legatur Græcè: εἷς σὰρξ & μία κὴρ.

36. Prophetico modo.] Nam Prophetæ (inquit Rhenan.) solent de futuris rebus de presentibus loqui. Sensum eundem habet quod sequitur: Ad Prophetiam rationem. Item: ad Prophetiam interpreteretur. Aludis autem ad illa verba sequentia: Hoc os ex ossibus meis, &c. quæ prophetaisse dicitur ab Auctore iam dicto lib. de Anima.

37. & caro ex carne mea vocabitur mulier.] Hic prætermisit voculam Græcam: αὐτῆς, & proinde sine distinctione coniunxit duo commata, quum aliter Græcè & Latine legatur: Hæc vocabitur.

38. Nam & Græci, qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur, &c.] Vocem γυνὴ intelligit, quæ quamquam locis prædictis, vbi cumque veritit Auctor mulier, accipitur generaliter pro muliere, sicuti etiam vocatur γυναικὶ θύρατος, muliebri sexui similis, frequentius tamen pro vxore vsurpatur.

39. alia habent propria vocabula vxoris.] Huc spectat imprimis quod vxor dicitur Platoni γυνὴ, γυνή, γυνή, quemadmodum Xenophontis in Oeconomicis. Deinde hæc sunt eiusdem synonyma: σύζυγος, ἀλοχος, ἀλοχίτις, παρθέμοιτις.

40. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem.] Epsi. refertur in exemplaribus etiam MS. in legendum censeo,

censeo, eo quod supra legat Auctor: Propterea, & lib. de Anima: Propter hoc; nam propter hanc, quod legatur, nullo pacto significare potest phrasis Græca: ἐπεὶ τὸ τῆς, quæ est Gen. 2. & Matth. 19. neque etiam illa: ὅτι τῆς, quæ est Ephes. 5. quibus etiam correspondet Latinus interpres, transferens aut: Quamobrem, aut: Propter hoc.

41. matrice generis feminini.] Similiter dixit Auctor lib. 4. adu. Marc. mactinem religionis, & B. Cypri. Romanam Ecclesiam Ecclésiæ catholicæ matricem dicit epist. 45.

42. quoniam ex viro suo sumpta est.] Quum nomen mulier hæc ratio nominis non videatur competere, alludere censeo Auctorem ad Platonem, cui alicubi γυνὴ dicitur, quæ γυνή, id est, factus seu propagatio, vtpotè ex viro sumpta. Addit autem, suo, qui Græcè adiuu in xta 70. αὐτῆς, quod Hebræi non legunt.

43. Sed dicemus & de viri nomine suo loco.] Infra nempe cap. 8. vbi de eo latius.

44. vbi Eua cognominatur, &c.] Videtur Auctor apud 70. legisse Gen. 3. sicuti & ex Hebræo interpres B. Hieronymus: ἡ αὐτῆς ἄδελφον ἄδελφῆ τῆς γυναικὸς αὐτῆς εὐα, pro eo quod hodie legitur: ἡ εὐα. nam Eua idem sonat quod vita, maxime quum subiungat: Si enim Eua mater viuentium est.

C A P. VI.

45. Videamus nunc si & Apostolus, &c.] Similis est præcedenti huius capitis titulus: Quod eodem mulieris generali vocabulo Maria virgo appelleretur. Ad quod quum adferat dumtaxat duos locos, alteri Luc. 1. alterum Gal. 4. licet illis addere illud Ioan. 2. Quid mihi tecum est mulier? item eiusdem cap. 19. mulier, ecce filius tuus.

46. licet Hebion resistat.] De Hebionis hæresis infra sub finem lib. de Præscript. adu. hæreses.

47. Benedicta tu inter mulieres.] Expressior est hæc versio quam vulgata: in mulieribus, quam interim etiam habet interpres B. Hieron. eodem cap. in benedictione Elizabeth.

48. Desponsata enim quodammodo nupta. Tamen inter quodammodo, & verum, &c.] Videtur hoc pertinere ad errorem Tertulliani, quem habet lib. de Monog. quod post partum Christi primum nupsit Virgo Maria, de quo inter Prolegomena latius.

C A P. VII.

49. Conuertamus ad ipsas iam rationes recensendas, &c.] Inscribitur hoc caput: Quod rationes quibus Apostolus docet fœminam velari debere, etiam in virginibus competant. Legimus autem secundum 3. MS. cod. V. atic. Conuertamus absolute, eo quod cap. 5. præcedent. dixerit similiter: conuertit iam, pro quo tanquam elegantius substitutum erat: conuertamur.

50. Proinde viderit seculum æmulum Dei, &c.] Æmulum Dei seculum intelligit Christianum. Nam Æmulum, & Æmulari, ferè in bonam partem accipitur ab Auctore, pro imitatore, & imitari. Sunt eiusmodi loci frequentes, adnotati sub finem lib. de Patientia, quibus interim ferè cum Datiuo vsurpat. quare & hic male legere: æmulum Deo, nisi illud legerent cod. MS. Atqui cæsum capillum correspondet ei quod dixit: tonderi, quemadmodum illud etiam lib. de Cult. fœmin. barbarum acris cædere: at quod hic radi, ibi dixit: interuellere, & primam quamque subducere lanuginem.

51. Si mulier potestatem habere super caput debet.] Quid hic potestatis nomine intelligatur, infra explicat cap. 11. Ipsiæ enim (inquit) sunt, quas subiectas esse oportet; propter quas potestas haberi supra caput debet. Velamen iugum illarum est. cui similis est locus adu. Marc. lib. 5. Quod enim ex Græco ad Verbum ἐξουσίαν ἐχέτω, vertit cum Tertull. Ambros. potestatem habere, eodem modo explicat, addens in Commentario: Per potestatem velamen significauit. Hinc fit, ut etiam paraphrastice B. Hieronym. verterit velamen, non modo in vulgata versione, sed etiam in illud Math. 18. Angeli eorum, &c. Quod ipsum interpretatur Synodus Gangr. cap. 17. Comas quas Deus in memoriam subiectionis mulieri dedit. Cui similiter B. Irysoff. in Comment. potestatem interpretatur velum subiectionis insignis. Et horum sententiam vel inde confirmari scripsit Ioan. Quintinus, quò radere caput in seruis signum fuerit: Manumissionis, vti patet ex Plautino Sotia in Amphitruone.

52. propter angelos, quos legimus, &c. excidisse, ob concupiscentiam, &c.] Rursum hoc ad errorem Tertull. pertinet, cuius meminimus supra libris de Idolol. de Habitu mulieb. & de Cultu fœmin. de quo inter Prolegomena latius. B. Ambrosius verò Angelos Episcopos interpretatur, iuxta Apocalypsim B. Ioannis Apostoli. Legimus autem mox: tales angelos, pro: quales.

53. quarum flos etiam humanam libidinem excussat. Ita prorsus legendum, pro eo quod erat corruptiss. (contra quam hominem Christianum loqui decebat) excussat, ne dicam etiam contra quam Iureconsultum conueniebat, quum non ignoraret Virginitatis desolationem legibus ciuilibus interdictam.

54. Hic enim nomen mulierum Græcum, vxores sapit.] Quum Genes. 6. habeatur vox γυναικῶν, quæ & mulieribus, & vxoribus communis est; ut supra diximus num. 38. cap. 5. præcedent. videtur potius alludere ad phrasin Græcam, ἡ ἀλοχὸν ἐκείνη τῆς γυναικῶν, quæ haud dubiè non aliud etiam Thucydidi significat, quam: accipere sibi vxores.

55. ceteris quoque angelis erubescat.] Effo videtur quasi secundam interpretationem dare illius: propter angelos, hoc est ob reuerentiam angelorum bonorum; iuxta quod loca præcitata B. Hieron. interpretatur, qui & micuque anima ab ortu natiuitatis (vti ille inquit) in custodiam delegati sunt, & diuinis officiis (ad quæ videtur alludere Auctor, quum dicit: Deo assistens) assistere solent, vti alibi latius.

56. vt concumulata in verticem, &c.] Alludit ad morem etiamnum in Germania obseruatum, & per quasdam Belgij prouincias, quo non alio ornatu vtuntur virgines, quam capillarum suorum in verticem concumulatione.

C A P. VIII.

57. Horum certè omnium contraria efficiunt, &c.] Huius capiti inscriptionem dedimus: Quod vocabulo generali Omnis, vir & fœmina omnis intelligatur.

58. qua & puerum vt in viro deputandum.] Sic legitur ex 3. MS. V. at. cod. Similis autem phrasi dixit Plinius natur. hist. lib. 1. cap. 17. Virorum cadavera supina fluitare, fœminarum prona. id enim etiam de pueris verum esse experientia docet, alioquin magis proprie pueri mares dicuntur.

59. Sic vir Adam ante nuptiarum congressum.] Alludit ad propriam viri significationem, quæ sexum re-

spuit aut etatem, non autem nuptiarum congressum.

60. masculi inuestis.] Inuestis (inquit Rhen.) im-
puberem significat, sicut Vesticeps iam puberem. Est autem
receptum inuestis vocabulum apud Auctores pro imber-
bi, à vestiendo. Etymologiam explicat paulopost: Et pu-
dor (inquit) vbique vestitur. Simpliciter tamen Auctor
accepit hanc vocem lib. de Pall. cap. 3. quum de Adam: nu-
dus (inquit) & inuestis.

61. qui inter viros virgo est.] Addimus: est ex 3.
MS. cod. Vatic. Similiter dixit infra cap. 10. Viri autem
tot virgines, tot spadones voluntarij, phrasi magis
Ecclesiasticis quam profanis scriptoribus vsitata. Eodem
pertinet illud etiam quod mox subiungit: Eiusdem vir-
ginitatis aqua fit venia.

62. nec detractamus.] Similiter dixit initio lib. 2.
ad Vxor. cap. 2. supra, Detractata & exerta senten-
tia est, novo vsu huius verbi (vri illic adnotat Rhenan.)
quo accipit compositum pro simplici. Quare non placet va-
ria lectio 1. edit. in margin. nec retractamus.

63. Hodie denique virgines suas Corinthij ve-
lant.] Explicat hic quam Ecclesiam supra intellexerit
cap. 2. quum dixit: per Græciam & quadam Barbaria
eius plures Ecclesie virgines suas abscondunt.
Nam & Apostolicam esse Corinthiorum Ecclesiam
patet ex Apostoli duabus ad eos Epistolis, è quibus etiam
hæc scriptura de Velandis mulieribus desumpta est. Atque
hoc est quod subiungit: Quid docuerint Apostoli, qui
didicerunt, adprobant.

C A P. IX.

64. Videamus nunc, an sicut naturæ & causæ,
&c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod præscripta
disciplina Ecclesiastica de muliere etiam in virgi-
nem spectent. Ita enim legimus ex 3. lib. MS. Vatic. pro
eo quod erat: spectant.

65. Non permittitur mulieri in Ecclesia loqui.]
Sensum potius transiit hic Auctor quam verba Apo-
stoli 1. Cor. 14. priora & posteriora coniungens; deinde il-
lud: sed nec docere. & 1. ad Tim. 2. cap. Quæ prædi-
catio mulieribus interdicitur (vel Rhenano teste.)

66. nectinguere.] Sic MS. 3. pro: tingere. De quo
supra lib. de Patient. nu. 14. Atque quod mulieribus tin-
ctionem, id est baptismum non permittit Auctor, sanè in-
religendum: in Ecclesia nempe, vt illud ad omnia hæc re-
feratur; nam in necessitate id illis permittitur. De quo in-
terim latius lib. de Præscript. adu. hæres. & lib. de Baptif.
sequi Tomo.

67. nec offerre.] Offerre, si vsquam alibi, hic accipi
pro sacrificare (vri loquitur Rhenan.) Missam celebrare
mulieri non permittitur; alibi igitur vbi permittit Vidua
offerre annuis diebus dormitionis sui mariti, aut
debet accipi, pro: oblationes offerre in sacrificio, aut
certè quem admodum loquitur lib. de Exhort. ad cast. offer-
re & commemorare per sacerdotem. Loci adnotati
digni ad confirmationem sacrificij Missæ, quem admodum
lib. præc. etiam adnotauimus, & lib. de Orat. nu. 1. ac aliis
quoque locis ibidem citatis latius.

68. nec villius, &c. sacerdotalis officij sortem sibi
vindicare.] Clericorum officium ita circumscribit. nam
κλήρος à sorte nuncupatur, vt diximus ex B. Hieron. ad
epist. 6. B. Cypri. nu. 1. Vsq; adeò autem hoc verum est, vt
non mulieribus modo, sed & virginibus sacratis sit
interdictum sacra vasa, vel pallas contingere, aut incensum
circum altare deferre, per B. Soterem Epapam epist. 2. iam
ante Tertulliani ætatem. quare videtur ad illam alludere,

Vt vel hinc comprobetur eius Epist. Decretalis auctoritas.

69. Idcirco velaminis venia fit illi.] Rectè hoc in-
terpretatur Rhenanus, ac si dicat, gratia fit illi ne vela-
men gestet, seu: illud remittitur ei, quem admodum dixit
Taciuis lib. 10. Exilij veniam. De voce autem notabilis,
sue: notabiliter, vide Adnot. nostras in B. Cypri. de Discip.
& hab. Virg. nu. 37.

70. in viduatum.] Viduatum (inquit Rhen.) accipit
pro ordine viduarum, quæ post annum 60. ab Episcopis in
eum numerum ascribentur.

71. Cui siquid refrigerij.] Refrigerium accipit
pro subsidio seu subministracione, Vri vertit interpres
apud Apostolum. Similiter dixit supra lib. ad Scapulam.
Indigentibus refrigeramus, id est, refrigerium adferi-
mus. Sic absolute lib. adu. Præream: apud Abraham sub
queru refrigerauerit.

72. Episcopus.] De Episcopo & aliis ordinibus
Ecclesiasticis videat Lector infra Adnot. nostras in lib. de
Præscript. adu. hæres. ad illud: Itaque alius hodie Epi-
scopus, alius cras. Paulopost 3. MS. cod. habent: illic se-
det contexta; sed instituto magis conuenit Rhenani le-
ctio: incontexta, ex Gorziens. cod. Est autem monstri simile
inter vetulas iam canas sedere puellam virginem incontexto
capite.

73. Ad quam sedem, &c. eligantur.] Quod hic ad
sedem eligi, supra lib. 1. ad Vxor. dixit: in ordina-
tionem adlegi, de quo ibi latius. Adhuc autem ad
Apost. 1. Tim. 5. de Viduis.

C A P. X.

74. Sic nec de aliquibus insignibus, &c.] Huius
capitis titulus à nobis ponitur: Quod non magis fœ-
minæ quam viri notam virginittatis suæ præferre
debeant.

75. Viri autem tot virgines, tot spadones.] Vide
hæc de re librum præcedentem de Cult. famin. Eodem per-
tinet quod paulopost dicitur de iisdem: tanto continen-
tia maioris ardoris laborator. &: Virginitas gra-
tia constat, continentia verò virtute, &c.

76. cæco bono suo, &c.] Cæcum (inquit Rhen.)
vocat, quod non videtur. Ita scopulos in mari latentes Poë-
tæ cæcos vocant. Sic in Valentinianis: Altè habitat (in-
quit) in cæca detrudatur.

77. aliqua sibi insignia defendere.] Defendere
sibi, pro arrogare. Ita (inquit Rhenan.) sæpè loquitur per
verbum defendo, vt paulo superius: secundum pri-
mordij formam, virgini, & ita vniuerso mulie-
rum generi defensionem.

78. aut pennas Garamantum.] Inter semiferds (in-
quit idem) illos Lybia populos sunt & Garamantes.
Virgilius:

- aut Rhodope, aut extremi Garamantes.

Plinius tradit eos matrimoniorum exortes, passim cum fœ-
minis degere.

79. aut croblyos Barbarorum.] Prima editione
Rhen. legebat Scrobulos, & scholiis ad marg. interpre-
tabatur, tanquam scrobuli, voce diminutiva à scrobe,
foramina essent aurium, per quæ Barbari traicerent gem-
mas & annulos. Deinde in altera Strobulos, adiecta
Adnot. ista: Strobulus Græcis pineam nucem significat,
gestamen ex auro Barbarorum quorundam. At rectius
Adrianus Iunius Animadu. lib. 2. cap. 1. & lib. de Co-
ma. cap. 1. censuit legendum croblyos, cui etiam aduenit
Ioan. Harrisus. κρόβυλος enim est (inquit illi) crinium
ple

plexus in acumen desinens, iuxta interpretem Thucydides
lib. 1. Lucianum in Nauigio, & Phalaricum. Eodem perti-
net etiam illud Theophylacti epistola quadam: κρόβυλος
κροβύλιος ὁ γοργύλας σκυμνύεται, id est, croblyo &
cicada superbis Gorgias. Erant autem croblyi, seu cica-
dæ, virorum, quod κρόβυλοι mulierum.

80. aut Cicadas Atheniensum.] Athenienses
(inquit Rhenan.) in capillis cicadas ferebant, hoc argu-
mento ostendere volentes se esse indigenas, quem admodum
sunt cicadæ. Dicitur hinc κρόβυλος, quasi dicas
Cicadiferos. Nam Cicadas Græci vocant κρόβυλος.
Huius rei meminit & Aristophanes Comicus. Quibus
adde prædictos Auctores Græcos, qui ferè κρόβυλος κροβύ-
λιος κρόβυλος coniungunt, & præcipue Thucydidem, qui di-
fertis verbis initio hist. Atheniensium mentionem facit.
Philostratus item lib. 2. Hælladicon, & Asius Poëta Samius
& in Civi Virgilius, quorum verba videre est apud Iu-
venium, ne prolixiores simus. Hic vnicum sufficiat Gregorij
Nazianzeni carmen:

Cecropidæ indigenæ natam tellure cicadam
Innocentant cirris. -

81. aut cirros Germanorum.] Cirri (inquit Rhen-
nan.) capilli capitis sunt, sic dicti, quod quasi in circum tor-
ti. Germanorum autem fuit obliquare crinem, & in
nodum substringere. Hinc illud Martialis:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.
Quibus adde illud Nazianzeni, & interpretis Thucydi-
dis, qui cirros transiit, quod Græcè erat: κρόβυλος.
Dicuntur autem & cirratae puella Ammiano, iuxta
quod adnotauit Turneb. Adu. lib. 28. cap. 26. Vbi & hunc
locum citat.

82. aut stigmata Britonum.] Britanni (inquit
Rhenan.) super Lygerim, hostes in Gallia, cuius mariti-
mam partem ex aduersa veteri Britannia, qua nunc An-
glia est, aduecti quondam occupauerunt, sollempniter certis no-
tijs apud suos inurebantur. Horum meminere posteriores
scriptores, Ausonius, Sidonius Apol. Atque & Roma-
nis postea vsitatum fuisse, vt in manibus eorum, qui in
milites adscribebantur, stigmata notarentur, testes sunt
Actius & Veget. de re milit. lib. 1. & 2. Item de seruo-
rum stigmatibus infra, lib. de Resurr. carnis. Legimus
autem paulopost ex 3. MS. Vatic. etiam ipsius conti-
nentie nomine.

83. Non enim & continentia virginittati anti-
stat, &c.] Imprimis Non, pro: Nonne, accipitur, vt su-
pra libris præcedentibus. Deinde, virginittati antistat, re-
ctè interpretatur Rhenan. ac si dicat: excellit virginita-
tem. Nam hoc verbo etiam alibi vsus est. Quamquam in-
terim non alia ratione id verum sit, quam ob difficulta-
tem, vtpote quum (vri subiungit) non concupiscendi,
cui concupiscendo inoleueris, grande certamen
sit, & qui concupiscendi fructum ignorauerit, fa-
ciliùs non concupiscet. Cui profus similia habent ali-
cubi B. B. Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, difficultio-
rem facientes statum vidualem virginittate, quamquam
tamen in se virginittas sit excellentior per se ipsa conside-
rata. Vide similem locum supra lib. 1. ad Vxor. cap. 8.

84. siue qui ex consensu contumeliam commu-
nem iam recuauerunt.] Pertinet illud: contume-
liam communem, ad errores, seu potius nauos Tertullia-
ni, qui tanto flagrabat virginittatis & continentie amore,
vt ita legitimum viri & vxoris congressum appellet: con-
tumeliam communem, hoc loco, & infra cap. 11. vti ad-
notauit Rhenan. sub finem Argumenti, consulsionem.
Verum de hoc latius inter Prolegomena nostra, Pro Ani-

doto autem hic seruire poterit, quod lib. de Pudicitia vocet:
benedictionis concubitum. De continentia autem cõ-
iugum ex mutuo consensu alibi latius: nam etiam non se-
mel eius facit mentionem Auctor.

C A P. XI.

85. Sed quod supra intermissimus, &c.] Huc ca-
piti inscriptionem dedimus: Quod velari debeat vir-
go, ex quo se intelligere cœpit, & sensum naturæ
sue.

86. Vbi enim gradum fiximus.] De Prouerbiali
formula Gradum figere, inter Prolegomena latius.

87. & de virginis exire, &c.] Subaudi (inquit Rhen-
nan.) sensu. Intelligit autem idem in eo quod sequitur: pa-
ti nouum illud, mensum purgationem. Vnde mox: nisi
post contestatam (inquit) sanguine maturitatem,
Item: Iam & vox obsolesceta est, & membra com-
pleta sunt, & pudor vbique vestitur, & menses tri-
buta defendunt.

88. de arbore agnitionis.] Simpliciter dixit, quod
scriptura agnitionis boni & mali, idque ab euentu, qui
postea subsecutus est. Legimus autem more Tertulliano
ex 3. MS: Itaque sui quique sexus, pro: quisque, nam
& cap. 13. infra legitur: quæque in occulto fiunt, pro:
quæcunque.

89. Et ideò penes Israël illicitum est ad virum
tradere, &c.] Hactenus reperire non potui quo loco istud
scriptum sit; nescio an addudat ad cap. 22. Deuter. de signis
virginittatis.

90. acerba res est.] Acerba proprie accipitur, pro:
imatura, translatione ab immaturis fructibus, quod
vel his verbis subsequentibus indicat: Igitur si tam diu
virgo, quamdiu acerba est, desinit virginem. Quod
postremum rectè adnotauit Rhenanus figuram esse Græ-
cam.

91. Et desponsatæ quidem habent exemplum
Rebecca, &c.] Similiter supra lib. de Coron. milit. Si
Rebecca conspecto procul sponso, velamen inua-
sit, priuatus pudor legem facere non potuit, aut
causæ suæ fecerit. Tegantur virgines solæ, & hoc
nuptum venientes, nec antequam cognouerint
spòsos. Accipitur autem hic simul, pro: simulac, quem-
admodum etiam initio libri 4. adu. Marc. ibi: simul cre-
diderunt. Habent verò MS. salutationis communio-
nem, sed vulgatum est. Auctori: communicationem.

92. Ostendit enim etiam nuptias de adspectu
& animo fieri.] Huc pertinet illud Apostoli 1. Cor. 7.
Vt sit sancta corpore & spiritu. Quod ipsum de stupro ad-
sumitur à Christo, illis verbis: Qui viderit mulierem ad
concupiscendum eam, mæchatus est eam in corde suo.

93. ex angustiis.] Hoc est (inquit Rhenan.) ex tenui-
tate facultatum suæ fortunarum. Nam vt est apud Saty-
rographum:

Non facillè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi. -

Huiusmodi puellæ pauperiores difficilius etiam maritum
inueniunt, qui etiam rectè interpretatur illud: vel ex scru-
pulositate, hoc est ex morositate parentum, quibus nullus
gener placet.

94. viderit & ipsum continentie votum.] Nul-
lus est apud veteres locus apertior de voto continentie.
Verum de hoc latius tum lib. præced. de Cult. fam. tum
initio huius num. 1. tum demique Adnotat. nostris in B. Cypri.
locis ibidem citatis.

95. cui tu secundum paras maritum.] *Sensus est (inquit Rhen.) Virgo tua, quam tu adhuc virginem existimas, propter aetatem desit esse virgo, non quidem à viro corrupta, sed ab aetate. Proinde inuitus quem ei trades, secundus erit.*

96. Iam & vox obsolefacta est.] *Intelligit (eodem adnotante) robustiorem factam. Nam, auctore Plinio, vox roboratur à de. imo tertio anno. Eadem in senectia exilior.*

97. & menses tributa defendunt.] *Inuit (inquit idem) menses illos mulierum cursus; sic enim Plinius vocat. Infrà habes lib. 3. ad Marc. Nam & mulierculæ nonnunquam prægnantes sibi videntur, aut sanguinis tributo, aut aliqua valetudine inflatæ.*

98. Atqui etiam apud Ethnicos velatæ ad virum ducuntur.] *Vsq; ad eò verum hoc est, ut inde à nubendo sine velando nuptiæ dicantur. Hinc illud Varronis lib. 4. de ling. Lat. Nuptunus, quòd mare terras obnubat, ut nubes cælum, à nuptu, id est operatione, ut antiqui; à quo nuptu nuptiæ dictæ. hinc illud Poëtae:*

Lutea demissos velavit flammea vultus.

99. sine quo sponsari non possunt.] *Sponsari (inquit Rhen.) pro: desponsari, ut infrà: illi sponsasti matuitatem tuam. Legimus autem more Tertulliano: quo virgine, pro: virgine, ex 3. MS. Vat. co. 1.*

100. Nam feminas quidem à XII. annis, &c.] *De hoc loco eleganter in hæc verba Iureconsultus longè eruditiss. Antonius Contius Subsecularum Lectionum lib. 2. cap. 12. Verum est (inquit) olim feminas anno XII. tutela liberari solitas, & biennio quidem citius quam masculos. Quamuis, ut ait Cicero pro Cecinna & Murena, maior esset in eis sexus & consilij imbecillitas. Id Macrobius ait fieri, propter votorum festinationem, sicuti & octavo die nomen illis imponi, masculis nono. Plutarchus autem id fieri putat, quòd citius in feminis naturalis virgo proficere: (ad quod videtur mihi Auctor noster omnino respicere illis verbis: ut ex lege naturæ iura sua aetatis reddant.) Et quidem (addit Contius) pupillæ, à negotiorum quidem tutela liberabantur, nondum tamen ab auctoritatis tutela; quod eleganter Tertull. Verborum iuris expertiss. expressit, dicens: ad negotia mittunt. Nam etsi propria negotia agere poterant femine pupillari tutela liberatæ, tamen quia adhuc sub muliebri tutela erant, testari non poterant nisi tutore auctore, iuxta Pliniani frag. ut. de test. & lit. ult. Item nec manu mittere, nec agere, nec se obligare, nec civile negotium gerere poterant. hæcenus ille.*

C A P. XII.

101. Agnosce & mulierem, &c.] *Inscriptum hoc capit: Quòd sola capitis nuditas ostentetur ab illis virginibus, quæ reliquo habitu mulieritatem produnt.*

102. tabellæ naturalium sponsalium & nuptiarum.] *Phrasij Iureconsultorum, quæ alludit ad Tabellas tum sponsalium, tum nuptiarum, inter eos qui coniugio iunguntur: quæ naturalia dum vocat, persistit in Metaphora cap. præced. natura, &c. & tempus, filiam suâ legibus suis maritarunt. Differunt autem sponsalia à nuptiis, quod spondebatur (vbi loquitur Varro de ling. Lat. lib. 5.) filia nuptiarum causa, quam despondisse dicebatur, quòd de sponte eius, id est voluntate, exierat, &c. ne sim prolixior.*

103. de virginibus educantur.] *Vsurpat (inquit Rhenan.) educare, pro: educere. Sensus est: De numero virginum educantur, eximunturque. Nam, ni fallor, du-*

catorem supra dixit, ductorem, sive ducem significans. Similiter autem dixit supra lib. de Pall. cap. 2. Chaldaicum semen in Ægyptum educatur. Illud autem: deponētes quod fuerunt, interpretatur idem Rhenan. puellaria Virgularum redimicula, & faciem morosiorum intelligit inoleantiorum, & quæ difficultius nesciat.

104. mulieritatem.] *Ita nova voce vocat, quam alij, & ipse Auctor infrà cap. 14. muliebritatem, non modo hic, sed & paulopost, dicens: totam circumferunt mulieritatem.*

105. pallium extrinsecus iactant.] *Quale fuerit Pallium muliebre, videre est Adnotat. nostris in lib. de Pallio, num. 5.*

106. calceum stipant multiformem.] *Quæ sunt (inquit Rhenan.) admodum puellæ, vni formi genere calceorum videntur: Grandiores multiformi, pro diversitate loci, temporis, & rei. Dixit autem: stipant, ne videlicet sollicit calceus, ut utar verbo Hieronymi & Ambrosij.*

107. Sed virginari volunt.] *Recte adnotat idem scribendum: virginari, ut sit Verbum Deponentale, hoc est: virginem agere. Alludit autem ad vocem Græcam παρθεύειν.*

C A P. XIII.

108. Si propter homines habitu abutuntur, &c.] *Titulum capiti huic dedimus: Quòd non solum foris, sed & in Ecclesia virginem velari debeant. Atque quòd Fratrum nomine Christiani intelligantur, ostendimus Adnot. nostris ad Apol. cap. 39. nu. 505.*

109. Quò ergo] *Id est, ad quid, vti etiam adnotavit Rhenan. Sic lib. de Resurrex. carn. Tom. sequent. Quò ergo legimus; & lib. 5. adu. Marc. Quò iam mihi duos deos. Legunt autem 2. MS. peruulgant. sed magis placet: prouulgant.*

110. debuccinemus.] *Hunc locum (inquit Rhenan.) imitatus D. Hieron. in epist. ad Eustochium dixit: Quum manum egeni porrexerim, buccinant. Alludit autem ad illud Matth. 6. Noli tuba canere ante te, &c. Pro quo vertit B. Cyr. buccinare. Test. lib. 3. ad Quirin. cap. 40. ad Verbum, ex Græco σὸλπισησ.*

111. quæ apud illum mercedem merebuntur.] *De mercede apud Deum videat Lector Adnotat. nostris in lib. ad Martyras cap. 3. num. 43. & lib. de Patient. cap. 11. nu. 73. De meritis autem eiusdem lib. cap. 13. num. 82.*

112. Quòd si vnus Victoriati.] *Plinius (inquit Rhenan.) lib. 33. cap. 3. Qui nunc (inquit) Victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic nomen ex Ilyrico aduectus, mercis loco habebatur. Est autem signatus Victoria, & inde nomen. Porro: gloriæ libidinosum rectè interpretatur Rhenan. quòd fit ob libidinem & cupiditatem gloriæ.*

113. Et si à Deo confertur continentia virtus.] *Alludit ad illud Sapientis 8. Vt sciui, quoniam non possem esse continens, nisi Deus det.*

C A P. XIII.

114. Referunt aliquando dictum à quodam, &c.] *Quòd non curandum an in Ecclesia multæ, sed & veræ sint virginem. Est autem notandus locus cõtra abusum quorundam parentum, qui etiam subinde compellunt ad virginatatem. Quæ consideratione habita, non mirum est quòd subiungit Auctor: Vbi sollicitatio, illic coactio, vbi coactio, illic necessitas, vbi necessitas, illic infir-*

infirmitas. De tali enim necessitate, & tibi coacta & inuita virginitate, loqui se, disertis verbis indicat, non autem ea necessitate, quæ quum ex voto voluntario sit, felix est, quia ad bonum compellit; & proinde talibus Deus dat gratiam, sicuti aufert contrariò iam dictis, item eis, quorum (ut cum Auctore loquar) Deus venter est, id est, quæ solius Ventris gratia religionem adveniunt.

115. Funem longum delictorum sibi adtrahunt.] *De hoc Proverbio: funem longum adtrahere, vide inter ceteras Proverbiales formulas in nostris Prolegomenis. sine autem paulopost legas cum excusis: quem sibi vendicat virginitas, sive cum MS. Vatic. 2. vindicat, perinde est.*

116. Nihil occultum quod non reuelabitur.] *Græca exemplaria imitatur, quæ legunt: ἀποκαλυφθήσεται. Sunt nihilominus etiam Latina exemplaria MS. editionis vulgatae, quæ sic legunt: reuelatur. Atqui non multo post, vbi legunt excusis: non est pudica, MS. 3. Vatic. habent: compudica.*

117. inter amplexus & oscula.] *Hoc autem (inquit Rhenan.) faciebat fraternitas. Nam osculo se quondam salutabant Christiani. Et ante dixit: facile virginem fraternitas suscipit. fit autem suscipio per amplexum.*

C A P. XV.

118. Sed enim vera & tota & pura virginitas, &c.] *Tractatum huius capituli insignimus hoc titulo: Quantum boni velamen adferat veris virginibus. Totam autem accipitur, pro: integra: quare & retinimus eam vocem cum 3. MS. Vat.*

119. ipsum quoque liuorem.] *Liourem accipit Auctor, vti ex sequ. patet, pro: odio, & mox liuidum, pro inuidioso. Similiter & B. Cyr. qui librum scripsit de zelo & liuore, & B. Hieronymus, eundem librum citans in epistolam Apostoli ad Galat. 5.*

120. Nam est aliquid etiam apud ethnicos metuendum, quod fascino vocant.] *Inuidia quam Auctor (vbi diximus) liourem nuncupat, magnam vim ad nocendum antiqui putabant, cum eam sola voluntate, & ipso adfatu ac contagione maleficam & venenatam esse, & hominibus, quibus male vellet, obesse grauius sentirent. Hinc illud Horatii:*

Non isthinc obliquo oculo mea commoda quifquam

Limat, non odio obscuro morsuque venenat.

Item illud Maronis, quod ad institutum magis pertinet:

Nescio quis teneros oculis mihi fascino agnos.

Hanc ergo ab ethnicis fascino dictam rectè dicit Auctor, & ad odium diaboli refert, atque ad eò adinstar illorum, qui varia contra fascino, præsertim in pueris, adhibebant remedia, velamen capitis virginibus proponit.

121. si tentationibus gradum obtulerit.] *Est hæc Proverbialis formula, de qua latè in nostris Prolegomenis.*

C A P. XVI.

122. In his consistit defensio nostræ opinionis, &c.] *Epilogus est hoc capitulum omnium precedentium, quod ad virginem velandas adtinet. Quo repetit pauca conformem esse suam opinionem scripturæ, naturæ, & disciplinæ.*

123. secundum disciplinam.] *Quòd disciplinam Christianam intelligat, patet ex Epithetis eius, quibus ornatur ab Auctore. Appellatur enim mox, & supra cap. 2. Disciplina Dei, cap. 9. disciplina Ecclesiastica; cap. verò 11. Christi disciplina. Item lib. de Patient. supra*

cap. 1. Dominica disciplina, & alibi: disciplina salutaris; & lib. de Cult. femina disciplina seruatorum Dei. Quare & alibi, vbi simpliciter disciplina ab Auctore vocatur, similiter accipienda, quemadmodum & paulopost bis, & dict. lib. de Patient. cap. 4. & 12. ac Tom. sequi. lib. de Præscript. adu. heres. & de Resurr. carn. denique & initio lib. aduers. Valentinianos. Vbi etiam propriam eius significationem indicat, quum dicit: & disciplina non terretur. Accipi enim pro seueritate castigatrice, ostendimus initio lib. B. Cyr. de Disc. & hab. Virginum, nu. 1.

124. quid magis Deo ratum sit.] *Harrisius putat legendum & hic, & paulopost: gratum. Verum placet prior lectio, ut ratum accipitur pro firmo seu certo. Nam videtur opponere hoc illi, quod in fine cap. 13. supra dixerat: Videamus ergo quod humanum est, an firmum sit. Atqui legimus cum Rhenano: nihil perofius, ut accipitur pro exosus, etsi refragantibus exemplaribus MS. qui: operofius legunt, sed non rectè, quum opponatur perofius illi quod præcedit: nihil acceptius.*

125. secundum annorum nomina dixerim.] *Subindicat olim sceminas Christianas lotores solere nuncupari à fratribus, hoc est Christianis, qui in nulla erant dignitate; filias verò à Patribus, hoc est Episcopis & Presbyteris. Hinc patet noua nomina non esse in Ecclesia & Patrum, & Fratrum, item Filiarum, & Sororum.*

126. Nupisti enim Christo, &c.] *Vt alia, de quibus supra, phrasij aliter fortassis detorqueri possent, certè hic locus non potest aliter intelligi quam de virginibus, quæ Christo suo sponso continentiam suam consecrarunt, & professæ sunt. Verum de hoc latius supra initio huius libri num. 1.*

C A P. XVII.

127. Sed & vos admonemus alterius pudicitia mulieres, &c.] *Hic veluti coronidis vice addit Auctor etiam aliud caput: Quòd non modò virginibus (de quibus hæcenus erit) sed & nuptis mulieribus conueniat velaminis disciplina.*

128. Mitris enim & lanis, &c.] *Similiter Plinius lib. 35. cap. 9. Capita mulierum mitris versicoloribus operuit. & Cicero de Arust. respons. A mitra, à mulieribus solus, purpureisque fasciis. Erat enim mitra, corona muliebris, atque ad eò Auctor: non velabat, sed conligabat caput, ex qua pendebant fasciæ, quæ phylla dicebantur.*

129. Arabia scemina, &c.] *De Arabia vide Adnot. nostras infrà lib. 3. adu. Marc.*

130. quàm totam faciem prostituere.] *Quàm (vbi & ante me Rhen.) accipitur pro: potius quàm. Similis est locutio supra lib. ad Martyr. cap. 2. Exisse vos è carcere, quàm in carcerem introisse intelligemus. Item in Valentinianis: Vbi superindui potuit, quàm despoliari. Illic ex aliis Auctoribus complura exempla adducimus.*

131. Quas propterea infelicissimas ait Romana quædam Regina, &c.] *Locus obscuriss. & nescio an corruptus, nisi fortè intelligat illud: magis adamare quàm adamari; id est, maiori seruire: illud verò facilius adamari quàm adamare; id est, citius in earum amorem alios viros ruere, quàm feminas in virorum.*

132. meracior & (ut ita dixerim) barbarior.] *Quia comparatiui noui sunt, addit: ut ita dixerim. Atqui meracior, purior intelligitur, Metaphora à vino meraco sumpta.*

133. Velaminis spatia metatus est.] *Metatus est*

(inquit Rhenan.) hoc est prescriptum, desinit. Metaphora sumpta a castrorum locatione, quae metari proprie dicitur. Hoc verbo quoque usus est supra, lib. de Pall. Tom. 1. Nostra certe metatio. & infra Tom. 3. lib. adu. Marc. Tempore arbitro & metatore initii & finis. Denique lib. adu. Valen. Metatur medietatem. Vide autem nostris Adnot. in B. Cypr. epist. 2. 2. nu. 1. Ubi habes quicquid adnotauit alibi Rhenanus.

134. quae inter Psalmos, &c.] Rectè adnotat Rhenanus Psalmos olim legi, vel potius cani solitos in Ecclesia. Quod ipsum latius tractauimus cap. 39. Apolog. nu. 520.

135. vel in quacunque mentione Dei.] Vide (inquit idem) quanta praeursorum reuerentia fuerit, vel erga Dei, vel Domini nomen?

136. in Oratione ipsa.] Loquitur eodem adnotante de Oratione qua fiebat in Ecclesia. Oramus (inquit in Apologetico, cap. 39.) etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Atqui Orationis nomine sacrificium Ecclesiae ab Auctore solere intelligi ostendimus, lib. de Oratione nu. 1. Quod confirmatur vel ex eo, quod loco eius quod modo dictum est: Oramus pro Imperatoribus, &c. lib. ad Scapulam cap. 2. supra To. 1. dicit: sacrificamus pro salute Imperatoris, &c. ubi etiam aliquid diximus hac de re nu. 11.

137. fimbriam, aut villum, aut quodlibet filum.] Tria sunt regmina capitis muliebris, alius Auctoribus ignota praeter filum, quod agnoscit etiam Arnobius lib. 6. cum dicit: filum capitis profusum Cybeteia in simulacra traducere. Existimo id ipsum, quod ex filo factum reticulum vocant: fortassis autem villum nuncupat, quod Nominus Marcellus capitium, & fimbriam: quod & ipse, & Auctor lib. de Pallio cap. 4. caliendum, aut quod crepi-

tulum ibidem vocatur.

138. aliae quibus planè maior est palma.] Quum constanter legant: palma cod. omnes tam ex. quam MS. magis placet adnotatio marginalis Rhenani, aut aeternus, ut palma accipitur pro velo palmato, quam ut legatur, palla, quod in Adnot. suis ille contendit.

139. ut bustia quaedam, &c.] Struthiocamelum (inquit Rhenan.) intelligit, cuius in initio 10. lib. meminit Plinius. Eius verba quoniam ad hunc locum faciunt, libet adscribere: Auium (inquit) grandissimi & penè bestiarum generis, Struthiocameli Aethiopi vel Aethiopi, altitudinem equis insidentis equo excedunt, celeritatem (sic enim nos in castigationibus nostris legendum monimus) vincunt; ad hoc demum datis pennis ut currentem adiuent. Ceterò non sunt volucres, nec à terra tolluntur. Ungulae his ceruinis similes, quibus dimicant, bisulca, comprehendendis lapidibus viles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Concoquendi sine delectu deuorata, mira natura; sed non minus stoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, quum colla frutice occultauerint, latere sese existimantium. Praemia ex his oua, propter amplitudinem pro quibusdam habita vestis, conisque bellicos, & galeas adornantes pennae. Haec Plinius. Ceterum Tertullianus Struthiocamelum eleganter bestiam aeternam appellat, quod alie incedat longis praedita cruribus, quales sunt & ciconiae & grues. Adnotat idem ibi esse sigwam Graecam: cetera aeternam. Cui similis est & ista phrasim: quum habet delitescendum, hoc est, ut delitescat.

140. cum Septimio Tertulliano.] De nomine Septimij, & cognomine Tertulliani, videat Lector vitam Auctoris. Illud familiae est, hoc Genit. Hinc autem manifestum est (uti etiam in Argumento adnotauimus) librum esse nostri Auctoris.

FINIS TOMI SECUNDI OPERVM Q. SEPTIMII
Florentis Tertulliani Carthaginiensis Praebyteri.

